ro in parte inferiore mordicationē exicit: illud vero in transitu gulæ, quę scđ m thoracē est: oīa
enim hæc positu distinguuntur: quemadmodū alia ex doloris specie. Verum de doloribus latius
in secundo libro dicemus. Sed nunc exemplum aliquod afferre operā pretium vñ, quō. f. locus af-
fectus ex proprijs accidentibus innotescat: nam supra diximus singula, quæ ulceribus adnascenti,
propriam ostensionem habere: id uero in præsentia subiiciendum est. Ore quidem uentriculi af-
fecto, fastidium infestat: "per hepatis uero imbecillitatem, excrements per altum deiecta, aquæ,
in qua maestate nuper carnes ablute fuerunt, assimilantur:" itē maxillæ rubræ apparēt in peripneu-
monicis. Quin ēt propriæ affectuum ipsorum notæ in excretis deprehenduntur, ut ramentum, ul-
ceris: si in utina fabulosum residet, lapidis: cucurbitæ uero seminibus si: nilia excrements, latorum
uermium indicia sunt. Atq; à locis ipsis morborum indicia sumuntur eo q̄ quibusdam solis mor-
bus hic accidat, quibusdam uero solis non euenerat: quippe soli oculi suffusione laborant: lapis in
renibus, & uesica nascitur, atq; (ut nonnullis placet) ēt in colo: lumbrici in intestinis gignuntur:
rursus impossibile est, ut abscessum cor sustineat: quemadmodum neq; pulmo neque ligamenta
dolorem. Ab accidentium quoq; proprietate, affectum indicia orunt: nā quibusdam per tabi-
ficos morbos "ungues adunci euadunt: sine ratione inuadens rigor una cum febre, inflāmationis
ad suppurationem transeuntis, indicium est: lingua nigricans, ardente febrem significat: sic ēt
coloris in uniuerso corpore proprietas, alia" quidem per hepatis, alia uero per splenis affectus ap-
paret, ita, ut doctum medicum haudquaq̄ possit fallere, sicut ne color quidē, quem hæmorrhoi-
des induixerunt. Cæterum paucæ admodum sunt ipsorum affectum propriæ notæ, quę simul lo-
cū affectum † ostēdant: etenim actionis noxæ affectā dūtaxat particulā: earum uero differentiæ,
ipsius affectū declarant. Ea ergo sola sunt affectum propria signa, q̄ † per aliquod accidentis ipsos
sequunt: id vero clarius in uniuerso huius operis discursu patebit: nec nō uidebuntur coēs quoq;
notæ, q̄ simul, & affectū, & sedem affectā, aut duos affectus, aut duas particulas, indicare possint.

*Qua ratione morbi per consensum a proprijs discernantur: ac qui fiat, ut aliquando de-
perdat motus sine sensu, aut sensus sine motu. C A P . 7.*

Hic itaq; libro in præsentia finem imponere statui, si de proprijs affectibus, & ijs, qui per
consensum eueniunt, aliquid addidero, admonens in primis, q̄ affectus, qui a reliquis me-
dicis primarij uocantur, equidem commodius proprios affectus appellauerim: quanquam ni-
hil refert, si eos primarios nominare uolueris: quippe satius est rerum differentias intelligere,

quām

A. I. 1. 2. d 3
c. 1. f. 43. g

A. I. 3. f. 13.
c. 4. c. 13.

A. I. 1. f. 1. d
3. c. 1. f. 42.
h
A. I. 1. f. 2. d
3. c. 1. f. 43.
b Et l. 3. f.
19. t. 4. c.
22. f. 270. f

A. I. 3. f. 11.
t. 1 c. f. 276.
b
A. I. 4. f. 1. t.
3. c. 3. f. 43.
b
A. I. 1. f. 2. d
3. c. 3. f. 45. f

† Et similiter
excretorum
positio inter-
dum.

Addendum,
ut ī Græco, nō
Legendum
videatur non
per aliquod
accidens. Con-
sidera.

DE LOCIS AFFECTIS.

quām cōtēdere de nominibus. Sanē, quum vel vaporibus vitiosis, uel ipsis quoq; humoribus à vē triculo ad cerebrū ascendentibus diancea, i. cogitatio lēdit, primogenio quidem affectu cerebrū, tum laborare dicet nemo: q̄q; of affectu carere ipsum, haudquaquam defendi pōt. Verum, qđ per verbū sympaschun. i. per cōsensum affici, apud illos ipsos est in confessō, id oīno verissimū est: quippe ex verbo per cōsensum affici, partem nō penitus ab affectu esse liberam, sed ipsam cum alia affici, declaratur, atqui melius clarusq; enarraueris, si eam partem, quæ per cōsensum afficitur, ob alterā affici dixeris. Igitur, qđ multi medicorum veluti somniantes obscure intellexerūt, atq; ipsū, ut pōtē non intelligentes, haudquaq; clare enunciauerunt, id equidem veluti instituto operi perq; necessarium docere aggredior, hinc sumpto initio." Sunt nonnullę actiones, quæ ex idonea genitā materia, ipsam ab alijs partibus præparatam accipiunt: qua de re interdum optima rōne fit, ut nulla existente in actionis cuiuspiam proprijs instrumentis † noxa, actionē ipsam perire contingat, defectu. s. materię, ex qua fieri consuevit: veluti in voce res seſe hēt. Nam in libro, quem de ipsa conscripsimus oftenſum iam est, qđ exuſatio materia quidem vocis est, & efficiunt eam contracto thorace "intercostales musculi: igitur his nihil agentibus, aīal vocem amittit, & quidem nullo interdum in p̄tōrijs vocis particulis genito affectu. Sunt verò hmōi partes, summatim quidem loquēdo totus larynx: si vero particulatim explicare uolueris, sunt tres cartilagines: &, qui eas mouent, musculi: quī us accedunt nerui a cerebro demissi: ac præterea in guttere ligula, Græci* epiglottida vocant: & maxime proprium vocis inst̄m est. Etenim, quum hēc a musculis moderate & aperitur, & committitur, vocem efficit, q̄q; vocem reddi impossibile est, Vesalius & Gre nisi vehementer spiritus egrediatur: id vero intercostales musculi p̄ficiunt. Cecidit quidam ab alterē lib. 1. cap. 38. & lib. + 3. cap. 6. to in terram ita, vt dorsi initium affligeretur: is tertia die exiguum admodum vocem emisit: quando deinde die oīno obmutuit, resolutaq; simul fuerunt crura, manibus oīno illæſis, sed neq; spirationē amittebat, neq; difficulter spirabat. Quū. n. tota sua ceruice spinalis medulla esset reoluta, accedit thoraci, vt tum per septum transuerſum, & musculos supernos numero quidem sex, moueretur, quippe nerui ex spinali medulla, quæ in ceruice est, ipsis adueniunt: at intercostalū muscularum nerui, per quos exuſlationē fieri diximus, oēs affecti erant. Quum itaq; fruſtra medici negocium subirent circa crura quidem, ut pōtē resoluta, circa guttur vero, p̄ p̄ vocis affectum: eadem id interdixi, atq; affecto duntaxat leco curationem adhibui, proinde finita tandem spinalis medullæ inflammatione: a septima die vox restituita est iuueni, & crura motionis facultatem recuperauerunt. Hmōi ergo noxæ speciem, magis proprie per cōsensum eueniare dixeris, q̄ ubi ab humoribus in ventriculo contentis caput dolore tentatur: quippe per hmōi dispositiones, eleuatur ad ipsum aliquid: sed in dictis nuper dispositionibus nihil noxiū ad crura defertur, sed contra priuantur ea facultate, quam antea spinalis medulla ipsiſ ſuppeditabat. Guttur uero, quū vox oblata est, non oīno priuatū spiritu: quippe spirare aīal per ip̄lum etiamidū uidemus: at uero exuſlationem amittit, quæ sane est multi spiritus extra aīal per guttur affatim facta emissio. Sed de nominibus contendere cāteris permittamus: nobis. n. res, quas illi penitus ignorant, p̄tractare satis fuerit. Quippe aliter dolet caput, ubi contēti in uentriculo humores eleuantur, qui simul & calfacere, & distēdere ea, quæ sunt in capite possunt: atq; aliter suffusorum apparent uisa quedam, neq; calfactis, neq; distētis oculis, sed solo uapore per ipsos tranſeunte: præterea aliter affici uīis, qui, eo q̄ meatus a cerebro descēdens, obſtructus est, non uidet: aliter ille (quamuis huic quodam modo sit ſimilis) cui p̄ p̄ spinalis medullæ inflammationē resoluta ſunt crura, atq; aliter is, cui uox aut perijz, aut uitiatā eft. Etenim ad crura facultas quedam citra effentiam, defēdere prohibita eft: ad oculos uero cum effentia: uerum, ad guttur quamuis materia perueniat, ſufficiēs tñ ipsius quantitas haudquaquam accedit: qui uero ob intercostalium muscularum perforationē obmutuit, is totam uocis materię amifit. Porrō, quēadmodum crura p̄ dictas spinalis medullę dispositiones resoluuntur, ita ēt guttur uocalibus neruis uel incifis, uel laqueo interceptis. uocare at uocales neruos cōſueui eos, quos ipſe inueni, nam præceptores mei eos duntaxat, qui apud artes ſunt, cognoscebant. Igitur ob horū quoq; uitia uox perire ſolet, q̄m proprij gutturis nerui, quos equidem recurrētes nominare ſum ſolitus, ipſorū effentiae pars ſunt: fed, quū ad multas alias partes diſtribuantur, nullā habeo aliā magis p̄priā appellationē, ea qua uocales ipsos nominaui: quippe ad instrumenta uocē cōcinnātia, proprie pertinēt. Atq; idē eft modus, quo gutturis musculari lēdūt, ſine recurrētes nerui, ſine iij, qui iuxta arterias ſunt, uitietur: ob utrūq; n. aīalis facultas desideratur, ſine qua a cōſilio, & uoluntatis imperio moueri illos nō cōtingit. Et quidē incifis muscularis, qui* epiglottida, i. ligulā mouēt, aīal penitus mutū euadit, ſed neq; ſimiſ oīno mō, neq; ēt in totū diuerſo ab eo, quo leſis neruis: nā hāt utriq; hanc cōem noxam. q̄ ligula continuitate, quam ad mouēs principium hēt, priuatū: id uero fieri ſolet, ſine neruis, ſine muscularis incidatur, aut laqueo interceptatur, aut cōtēdatur, aut quōlibet aliter uitictur. Evidē "uocē vitiatam fuſſe memini adeo vt pene perderetur, infriigidatis vehemēter neruis recurrētibus, quū p̄ hyemē in collo adhibita fuſſet qdā chirurgia; qđ quū intelligerē, calorificis remedij naturalē téperaturā neruis reſtituēs, uocē reuocauī. Cēterū, vt ob materię priuationē p̄forato thorace, ita ēt aspera arteria

A. l. 1. f. 2. 1
1. c. 2. f. 4;
g

A. l. 3. f. 10.
2. c. 1. f.
262. h

A. l. 3. f. 10.
2. c. 1. f.
263. b

LIBER PRIMVS.

7

A arteria torta incisa vox perit, & nullus supersit spiritus, qui ad propriū vocis instrumentū transmittatur. Idē efficit, sed alio modo, laqueus toti collo circundatus: verum hic non solum mutum reddit aīal, sed et suffocat, tollendo spirationē. Arteria at dissecata voci quidē nocet, sed aīal respiratione nō priuat. Angina vero vocata, quum sit internarum gutturis partium inflammatio, strangulationi proportione respondēs, respirationē tollere pōt ipsius meatum obstriuendo: iēcīro vocalis instrumenti, maxime proprius affectus est, † ac deinceps externorum ipsius musculorum noxa est: cæteras vero partes oēs, quarum meminitus, non proprie, sed per consensum potius afficit." Quum ergo ex ceruice quidam chæradas, i. strumas in profundo incumbētes excideret, ac deinceps inter secundum quoddam vas, membranas non specillo secaret, sed vnguis euelleret, imprudens ob ignorantiam simul recurrentes neruos distraxit. atq; hoc pacto puerulum liberauit a strumis, sed mutum reddidit. Quidam alias, in alio puerō sectionem faciēs, ipsum similiter semimutum reddidit, læso videlicet altero duntaxat neruo. Mirabantur vero oēs, quo pacto neq; aspera arteria, neq; gutture quicquam affecto, vocem lædi cōtingeret: qui, quū voca- similitatē semimutum reddidit, læso videlicet altero duntaxat neruo. Mirabantur vero oēs, quo pacto neq; aspera arteria, neq; gutture quicquam affecto, vocem lædi cōtingeret: qui, quū voca-

<sup>† Ex grācis
ita vertendū
Deinceps ve-
ro noxa exter-
norū muscu-
lorū guttu-
ris s. passio p.
pria est voca-
torū n. c. e. e-
rārum vero
partium qua-
rum memini-</sup>

B nequaquam lēsa: at vero, si vel a vaporibus, vel humoribus aliunde ad ipsam venientibus lædatur, mus, noxa, nō eam non recte dixeris illæsam. Neq; minus ēt probable est, partē vel materia vel facultate pri- propriā cīs p. f.
uata m̄læsam esse, si, quum hæc recipiebat, dispēsationē secundum naturam habebat. Proinde ex fīo (s. uocaliū
hm̄oi in vtranq; partem epichagēmē seu conatu, logicorum problematum consideratio neq; rum, sed per
ad affectū notitiam, neq; ad curationē, neq; ēt ad futurorum euētūm præsagia, quicquam vti- confēsum po-
litatis afferre posse videtur. Animaduertas ergo velim, qūo equidē curationē ex affectū loci noti- rius. & ita vi-
tia inuētam, hac consideratione neglecta, narrare aggredior." Occurrit mihi quidam medicamē detur legisse
tribus digitis adhibitum ostendēs: dixitq; trīginta iam diebus ipsorum sensum le amississe, il- vetus inter-
lēsa seruata motione, sed nihil præsidij ab impositis medicamētis percipere." Ego uero id, quod pres.

A. I. 1. f. 2. d.
3. c. 1. fol.
43. g

A. I. 3. f. 5. c.
4. fol. 213. g

C dem non fuisse ictam, sed dorsi initium fuisse afflictū. Deinde, qūo & quando id accidisset, quum interrogarem, respondit, se, quū Romam proficisceretur, a vehiculo decidisse, ac non multo post digitorum incepisse affectū. Quocirca conjecturam feci, in primo exortu nerui post septimam vertebram prodeuntis, partē quāpiam ob ictum fuisse inflamatam, ac tunc scirrhosam habere dispositionē. Id uero intellexi, doctus ex arte secandi corpora, & nerui per propriam circumscri- ptionē, ueluti uenae, exoriti uidentur adeo, ut unumquemq; eorum exquisite unū esse putares, quēadmodum, & uenam: uerū protinus ab origine multi sunt simul concreti, & cōibis inuolu- cris contenti, quē † a cerebri membranis} exoriuntur. Ergo neuorum, qui a ceruice prodeunt ultimi, humilior pars ad minores peruenit digitos, per cutem dispersa ipsos continentem, ac p- terea p. medij digitū medietatem. Qd uero cæteros medicos in maximam duxit admirationem, ac p- & dimidia duntaxat pars uideretur affecta, id mihi persuasit, potissimum eam tantum nerui pat- tem, quæ in cubito ab ipso egrediens iam propositis digitis finitur, esse affectam. Igitur adhibitū ei medicamentū ab ijcere iubens, in illi p̄cipue spinæ parti, quæ affecte particulæ initium, & ori ginem obtinebat, ipsum adaptauit: secutaque est res (vt aspicientibus uidebatur) & admirabilis, & inopinata, & digitū manus, adhibitus spinæ medicamentis, essent curati. Verum affectu omnino

<sup>τάπο τῶν μη-
νιγγῶν, quod
magis de spi-
nalis medulla
quam cerebri
membranis,
hoc in loco in
telligentur
esse uidetur.</sup>

D summoto, orta est inter medicos quæstio, quēnam sit eiusmodi neuorum dispositio, ut pēt ipsā seruato eorum motu, sensus pereat. Evidem id ipsum dicebam, quod priores medici dicere sole bant, quod scilicet sensus in patiendo, motus uero in faciendo aliquid, sit: quapropter, ut quis mo ueatur, opus est robore: sed, ut sentiat, uel minima facultas sufficit. Cumq; rectē me hunc dixisse sermonem putarent, quid igitur (inquam) num uidistis aliquando contra euenire, ut seruato sen- su, motus perire? Tum ceteris omnibus se nunquam conspexisse dicentibus, vnuis id cōfitebatur, ac nomine laborantis citato, testes quoque adhibere pollicebatur: quod cum pugnare uideretur cum ijs, quæ dicta sunt de partibus, quæ mouentur quidem, non uero sentiunt: etenim, quod ad hanc rationem pertinet, fieri haud quaquam potest, ut perditō sensu, motus a uoluntatis imperio prodiens seruetur: rursus orabant, ut causam explicarem, quamobrem utraq; appareant. Ea uero (ut planè intelligunt ijs, qui neuorum dissectionem didicerunt) talis est. "Omnis uoluntariis motus ad musculorum officium pertinet: quippe nullus ne neuorum per se sine musculo ullam hu- iusmodi in animantis particulis actionem efficere potest, sed per musculos, omnes a consilio, & uoluntate prodeuentes motus perficiunt. Ad partes uero mouendas, musculi ipsi aliquādo quidē manifeste perueniunt: aliquando uero per medios tendones, quos aponeurofus. i. deneruationes aliqui

A. I. 1. f. 1. d.
3. c. 1. f. 10. b

DE LOCIS AFFECTIS

aliqui cognominant: atq; ex hoc genere sunt tendones rotundi, quibus digiti mouentur, haud E
 de Attic. con.
 1. tex. 47. 48. 7.
 258. c Et cō 3.
 t. 9. 7. 269 f. Et
 cō. 3. t. 31. 35. 7.
 271. c. Et cō. 3.
 t. 36. 7. 272. a.
 Et co. 3. t. 59.
 9. 274. d. E. 2.
 Epid. sect. 4. Et
 in lib. de natu
 et ossium.

ab similes ijs, qui^t toni ab Hippocrate nominantur. Si itaq; muscularum neruos affici contingat,
 motus digitorū perit: si uero eos, qui ad cutem perueniunt, tangendi sensus corrumpitur: sed, ubi
 tota resoluuntur membra, cum videlicet cōe principium affectum est, simul, & sensus & motus
 pereunt. Et locum quidem primario affectum, ex lēorum neruorum multitudine dntaxat in
 uenire poteris, idq; si exquiste cognoueris cōia ipsorum principia, quae in neruorum dissectio-
 ne percurrimus cum nullus ante me huiusmodi dissectionem accurare tractasset, sed alij quidem
 plus, alij uero minus, errassent. Igitur solus ille, qui in ipsis fuerit exercitatus, exquiste considera-
 re poterit, in qua vertebra spinalis medulla sit affecta, siue tota, siue altera eius pars sit: nā accedit:
 vt dextra ipsius dntaxat affecta sit, altera oīno illæsa: aut ē contrario vt illa manente integra, so-
 la sinistra affectum sustineat: atq; hac ratione interdum tota pars sinistra resoluitur, dextra parte
 manente illæsa: interdum contra, dextra pars dntaxat, & affecta est, & resoluta. Vbi vero non
 affecta spinali medulla, tantum vnu processus lēsus est, eas dntaxat partes resolutio con-
 sequitur, in quas neruus ille distributus est: accedit. n. interdum, vt duo, aut tres dntaxat neruorum
 processus affecti sint, quum interim spinalem medullam nulla noxa infestet. Sic quidem af-
 fectus erat is, qui per reliquas quidem manus partes oēs ita fuit resolutus, ut neq; sentiret, neq;
 moueretur, sed in solis digitis seu lumen habebat integrum. Porro cuidam alteri non solum ij man-
 serunt illæsi, sed ēt eorum muscularum, in quos neruorum propago sub septima vertebra exor-
 ta distribuitur, motiones seruatæ sunt. Atq; aliis ob casum ab alto vehemēter afflictus, solos eos
 muscularos resolutos habuit, qui huius nerui partes suscipiunt: idem ēt in ijs dntaxat cutis partibus
 sensum amisit, ad quas prædicti nerui distributiones demittuntur. Igitur, si scire desideras, in qua
 uertebra sit affectus, vtrū in sola nerui cuiuspiam propagine, an in spinali quoq; medulla, in ner-
 uorum dissectione te exercitatu esse oportet, communemq; habere methodum, qua resolutos
 muscularos vna cum cute, que sensum amiserit, obserues. Nā, si spinalis medulla in aliqua vertebra
 rum, tota affecta sit, oēs partes inferiores resoluuntur: si vero in altera parte læsa sit, altera manē
 te illæsa, partes dntaxat, que illi ē direktō respondent, resolutio infestabit: si vero nerui radix af-
 fecta sit, reliquæ partes oēs affecto loco inferiores nihil afficiē tur, sed solæ illæ partes resoluentur
 in quas singuli nerui distribuuntur. Hæc si accuratē dīcēris, circa resoluta mēbra, relicta spina,
 non amplius occupaberis: sed huic adhibitis remedij, partē affectam curabis. Sic ēt, si non circa
 spinam, sed in regione illam sequente, neruus affectus sit, ex muscularis, & ex cute quærendæ sunt
 notæ. Cutem quidē facile est cognoscere, nam oculis subiectur: musculari vero ex actione, quae pe-
 rit, deprehenduntur. Proinde necesse est, circa muscularum sectionē te exercites, & cognoscas,
 cuius quilibet actionis sit instrumentum: sic. n. dntaxat discernere poteris, quarum partū actio
 pereat, nullo morbo corporalem ipsarum essentiam infestante, & in quibus præcedet morbus,
 uel fiens, vel factus. Verum morborū genera, & differentias oēs ex eo didicisti libro, qui de mor-
 borum differentijs inscriptus est, atq; similiter ex alio accidentium differentias: at de causis utro-
 rumq; ēt separatim scriptum est, in uno quidem de morborum, in tribus uero de accidentium
 causis: in quibus oībus exercitari oportet eum, qui facilē voluerit inuenire discernereque, & cau-
 sam, & affectum, & sedē affectā. Etenim fieri non pōt, vt oīa per syndromas, i. concursus docean-
 tur, quāvis eorum, qui ab experientia empirici uocantur, hīmōi fuerit opinio: qui vero accurate,
 & præcedentia, & præsentia cognouerit accidentia, atq; sic ad curandorum morborū experien-
 tiā uia, & ratione peruenierit: inueniet & locum affectum, & simul ipsam dispositionē. Sed id ma-
 xima ex parte accedit partibus, que in intimo corpore constituuntur, veluti paulo ante de ijs, q.
 sensum vel motum perdunt, ostendimus: atq; non ab re fortasse fuerit narrare quædam, que iam
 facta fuerunt, cuiusmodi hæc sunt. Puer annorum fere sex, inuitus per aluum excrementa dei-
 cere incœpit, resoluto derepēte circa sedem musculo: quinetiam seni quondam hīmōi euénit ac- H

^t Omnino. n.
 vel refrigeratio aliquia vel
 iictus iuxta ipsorum spinā
 peaceſſer.

cidens: atq; rursus alius puer, ætatis ferè annorum quatuordecim, excrementa inuitus per aluum
 deiecit, infestante simul vesicam dolore. Atq; alteri vrina quoq; fuit supressa, contra alius vrinam
 inuitus excreuit: atq; alius non solum vrinam, sed alii quoq; t̄ excrementa, inuitus deiecit. In hu-
 iusmodi omnibus ea, quae præcesserunt, scrutari oportet: nam in totum aut refrigeratam aut iictā
 ipsorum spinam arbitrandum est. Sed frigus quidem, uni dntaxat affecto musculo nocet: iictus
 vero, magna ex parte pluribus noxam infert, nam perrarum est, vt iicta spina vnu afficiatur mu-
 sculus, quoniam nerui ex spinali medulla orti, in plures muscularos diuiduntur. Verum vbi ob iictū
 affectus est muscularis, si superueniens inflammatio ob negligentiā in scirrhū coierit, resolui ipsū
 contingit, quamq; id rarō accidere videatur: at vero frigus s̄ a penumero vnum lēdit muscularum,
 maxime eum, qui in superficie sedis est, siue federit quis super lapidem frigidum, siue in aqua fri-
 gida supra modū fuerit versatus. Igitur puer, cuius & uesica, & sedes læsa fuit, cum in fluvio pisces
 venaretur, sic fuit affectus: nonnullis etiam in aqua frigida natantibus, itidem accedit. Hos itaq; e
 sic affectos curare oportet, calorifica auxilia locis affectis adhibendo. Quibus vero neruorum à
 dorsi medulla ortorum quispiam fuerit affectus, spinæ adhibenda sunt remedia. S̄ a penumero
 etiam

LIBER SECUNDVS.

8

A etiam, vbi ab alto loco quis cecidit, aut vehementem, fortē spina subiit, inflammatio ad plures partes extensa, non solum muscularis, sed vesicæ quoque, noxam intulit, atq; illi ob vesicæ ipsius affectum vrina supprimitur. Sunt, quibus non solum vrina, sed alii quoq; excrements, penitus retinentur, affectis scilicet intestinis: nam, vt musculi affecti actiones à consilio, & voluntate pendentes, ita & vesica, & intestina naturales actiones lèdunt, eò quod, dum ipsa contrahuntur, excernuntur ea, quæ continent.

Quid Naturalia instrumenta ab Animalibus differant: ac de lesionibus utroque discernendis.

CAP. 7.

A. t. 1. de
med. cor.
c. 10. fol.
560. g

ATQ; in hac re plurimum differunt naturalia ab animalibus instrumentis: siquidem naturalibus cognatam actionis vim esse, animalibus vero instrumentis à principio (veluti lumen à Sole) ipsam defluere iam ostēsum est. Ergo, vt magneti "lapidi uis inest, qua ferrū attrahere potest, ita naturalia quoque instrumenta omnia facultatem habent, qua actionem suam perficiunt. Proinde, si permanēs esset ipsorū essentia, neq; arterijs, neq; venis indigerent: verum, quia nutrimento egent, seruareq; oportet innati caloris symmetriam, hanc ob causam, & venis indigēt, & arterijs: sic etiam musculari, vt essentiam suam seruare possint, non secus, q; naturalia instrumenta, & uenis, & arterijs indigent: at, quia cognatum sensus, & motus principium non habent, idcirco neruis semper indigent, qui illis ea suppeditent, quemadmodum Sol omnibus rebus, quas illuminat, splendorem affert. Quamobrem solis partibus, quæ & sentiendi, & mouendi uim habent accedit, ut ipsis interdū haudquaq; affectis nihilominus eorū actio pereat: id quod naturalib. instrumentis accidere non solet, quoties enim horum actio lèditur, semper primario affectu laborant: uerum animalibus instrumentis omnibus naturalis quædam dispensatio inest, quippe, & arteriarū, & uenarum adminiculo indigent ad essentiam ipsorum seruandam. Ideo accuratissime intueri, ac discernere oportet, quæ accidentia eis ea ratione, qua aut naturalia, aut animata sunt, soleant eueneire: ueluti alterari (vt ita dicam) a vicinis ipsius, vt naturalibus: alterationem vero sentire, vt animatis, euenerit. Sic oculis quoq; sè penumero contingit: nam uapores a uentriculo elati ipsos omnino alterant: uerum tam exigua alteratio non ab omnibus sentitur, nisi exactam habeant sensificā facultatem: uoco autem exactam, quæ minimas quasque res cernere potest.

GALENI DE AFFECTORVM LOCORVM NOTITIA LIBER SECUNDVS. ARGUMENTVM LIBRI.

Dolorum exemplo docet exercitationem propositæ methodi: ac in Archigenem inuehitur, qui in doloribus dignoscendis aberrauit.

Tres modi, quibus uniuersa continetur affectorum locorum notitia.

CAP. 1.



D

Copus est, hortante semper Erasistrato, exercere mētē cum in alijs artis operibus, tū uero in ea, quam nunc proposuimus, affectorum locorū notitia. Circa quā tres sunt exercitationis modi: unus circa singula corporis partes, quas locos nomināt: alter circa causas, & dispositiones: tertius est circa accidētiū differētias: igit̄ à locis sumptus modus hmōi est. Affecto cerebro, huiusmodi separatim eueniūt accidētia: uentriculo affecto, hæc sunt propria: colo affecto, hæc: atq; in reliquis similiiter. A dispositiō nib. & causis, talis est: Inflammationis seorsum, hmōi sunt accidētia: scirrhī huiusmodi: refrigerationis, hæc: plenitudinis, hæc: *stuporū*, idest corruptionis ciborum, hæc. Ab accidentibus, ut hoc doloris genus hasce dispositiones significat, aut hosce locos: tussis uero hēc: ita & uomitus, sanguinis profluuium, fluor alui, conuulsio, rigor { quæ est concussio totius corporis} horror, deliriū: quum. n. hæc omnia inter se hoc pacto distinguuntur, facile intelligetur, quid uel bene, uel male dīctū fuerit. Quod uero sic sele res habeat, planè disces, si singula cōsideraueris.

Perperam dixisse Archigenem stupidum dolorem ad neruos tantum pertinere: ac quid propriè sit stupor.

CAP. 2.

A. 1. f. 2. d.
3. c. 20. f.
42. 2

A. ibidē. c
23. f. 42. c

EXempli causa, ne te longius suspensum teneam, Quum in hoc genere, multus sit Archigenes, qui ex dolorum differentijs locos affectos significari existimauit, exacte super his considerandum est. Nam "stupidum quidem dolorem in neruis fieri dicit, sed planè peccat: quippe cū stupor à frigida dispositione oriatur non in neruis duntaxat, sed & in uenis, arterijs, carnibus, membranis, tunicis, & cute. Igitur, si ob id, quod hæc omnia per neruos sensum habent, ad neruos dispositionem refert, cur non reliquas omnes dolorum differentias proprie ad neruos pertinere dicit? quippe dolor, tristis sensus est: sicuti "uoluptas, blandus est sensus. Ergo non solum stupidus dolor in neruis est, uerum etiam reliquorum dolorum omnium, quos ipse quoq; Archigenes

DE LOCIS AFFECTIS

genes descripsit, vnuſquisq;. Quod, si rem accuratius in ſpēxeris, hāudquaquam doloris species di-
cendus eſt ſtupidus dolor, veluti, neq; vlceris ſpecies vlcus inflāmatum: ſed duarū potius rerū, in
hiſ quidem vlceris, & inflammationis, in illis vero doloris, & stuporis, concurſus eſt. Etenim "stu-
por refrigeratio inſignis eſt, idcirco corporibus ita diſpoſitis, & ſenſus, & motus difficultatē indu-
cit: quemadmodum completa refrigeratio, & ſenſum, & motum omnino tollit. Sed, q̄ ſtupor di-
ſ. Aph. 25. Ex diocris dolorem ſoluere poſteſt. nam ſtupor ob refrigerationē eſt, ut planē videre eſt in hiſ, qui in
tra. ord. 39. g hyeme per frigora profiſcuntur, atq; in "refrigerantibus quoq; medicamentis: nam, ſi extrinſe-
cus immodice adhibeantur, particula ipſa ſtupida euadit; q̄ deinde ſenſum quoq; oīno amittit, ſi
vehementiſſime refrigeretur, idq; non ſolū à medicamento, ſed et a circunfuso nobis aere. Equidē
nouſ quodam adeo refrigeratis pedibus, ut primum quidem ſenſus periret, ſequentib. vero dein
de diebus emortui pedes putrefacerent. Ergo, ut perfecta refrigeratio & ſenſum penitus auſ fert, &
motum, ſic moderationis & ſenſus, & motus difficultatem inducit: nominaturque (ut dixi) huiusmo-
di refrigeratio, ſtupor. Itaque ſtupidum dolorem diſpoſitio efficit frigida ſimul, & dolorifica, indi-
cante nomine noui doloris (ut dixi) diſſerentiam, ſed dolorem ſimul, & frigidam diſpoſitionē, aut
ab ipſa particulē inductam & ſenſus, & motus difficultatem. Conſtat autem, q̄ conſtrictas vehe-
menter particulas, atq; eos quoque, qui "torpedinem animal, dū adhuc viuit, tetigerint, ſtupor in
feſtare ſolet. Et, quibus membrum aliquod ſtupidiſ ſuerit, iij, quicquid tetigerint, obſcuro, & hebe-
ti ſenſu percipiunt, neq; moueri poſſunt: ſi vero moueri cogantur, dolent: at circa hoc, quōd mo-
ueri tentent, affectum ipſum ſtuporis haud obſcure ſentiunt, ſed tum nequaquam dolent. Proin-
de male Archigenes enunciauit ſtupidum dolorem ad neruos proprie pertinere: ſtupor enim di-
ſpoſitionis, non loci affecti, indicū eſt: at qui paulo poſt rurſus Archigenes proprie ipſum ad mu-
ſculos pertinere ait. Habet autem diſcio utraq; ad hunc modum, prior quidem: Nerui aut contor-
ti, diſtenduntur, & indurantur, atq; hi ſtupidos inducunt dolores, atq; dure intendentis: Deinde
paulo poſt in hūc ſermonē prorum pit: Muſculi carnis, neruorūq; mixtura, tanquam propria ſub
ſtantia, conſtituti, arteriarum quoq; in doloribus miſionem p̄rā ſe ferunt, ſtringentes (vt ita dixe-
ris) atq; diſtenti, ac ſtupide pulſantes cum capaci latitudine. In horum ſermonum priore neruos
ait ſtupidos inſerre dolores: in altero vero muſculos ſtupide pulſare, ſtupidum nō ad affectus, ſed
ad partes reſerens. Sed ut dicebam, ſtupor nō particulæ cuiuſpiam proprius affectus eſt, ſed diſpo-
ſitio: quae quidem in omnib. corporibus fieri poſteſt, ſed non in oībus ſenſibiliter appetet: quippe
in hiſ duntaꝝ at appetet, q̄ ſuos affectus ſentire, & pro voluntatis imperio moueri, nata ſunt. Sed G
& hiſ, quae manifeſte in muſculis appetet, ſermo ipſius repugnat; quinetiam indiſtincte prolatus
eſt; ac fortaffe non intelligit nūquam in corpore carnem ipſam per ſe inueniri. Nam muſculorū
id, quod neruofum eſt, in plurimis vel capiti bus, vel extremis partibus neruofum eſt, ubi et tēdo-
nes inueniuntur, id vero totum, quod in medio cōtinetur, omnes homines carnem nominant, ne
mine intelligent, quum exquīſite diſſecatur, non eſſe ſolam carnem, ſed cum tenuiſſimiſ quibus
dam veluti fibris, in quas neruofum genus reſolutum eſt. Voco autem neruofum genus in unicā
appellationem cogens tum vincula, tum tonos; quippe ex hiſ per carnem diſperſis, muſculorū
oſtendimus eſſentiam conſistere; que, ut permanere poſſet, venis indigebat, & arterijs.

C A P. 3.

Caeterum citra dolorem pulſare, ad ſolas arterias pertinet, animali etiamdum bene valen-
te: ubi vero ingens oborta eſt inflammationio, vel eryſipelas, vel abſceſſus, arteriarū pulſum
cum dolore ſentimus, quum antea per bonam valetudinem, neq; cum dolore, neq; ſine
dolore ipſum ſentiremus. Etenim res ad hunc modum ſe habet. Duabus p̄aſcipue occaſionibus
vehemens dolor inflammatiſ partibus inſertur, aut quū mouentur, aut quum à re quaſiam cōpri-
muntur. "Inflammato igitur toto muſculo dupliſ modo, dum attolluntur arteriæ, dolorem ſen- H
timus; nam & mouentur, & ab adiacente carne comprimuntur, & ipſam cōprimunt. Atq; hac ra-
tione partes inflammatæ pulſant, quem veteriſſi quique ſolum vocat pulſum; posteriores vero
oīm arteriarum motum, quem ſenſus percipere poſſet, ſimiliter nominauerūt, ſed non protinus
ſtupide pulſare, inſeparabiliter, aut oīno proprie ad muſculos affectos pertinet, quum ne pulſare
quidem proprium eorum oīno ſit, ſi q̄dem pulſus (ut prius diſcutum eſt) dolorem quendā inſinuat.
Nā in ſcīrrhis, & cedematiſ, proprie appellatiſ, atq; in intēperieb. quae ſine tunore conſiſtūt, mo-
tuſ arteriarum dolorem haudquaquam excitat, & in inflammatiſ affectibus, non ſemper cum
dolore eſt, ſed quum, maiores eſſe &ti ſunt; quinetiam ſine muſculo arteria ipſa per ſe inflammati-
riū ſuſtinenſ affectum, cum dolore pulſat: dico aut inflammatiū affectum, vt ſimul cū inflammati-
one, & eryſipelas & abſceſſus intelligatur. Huiusmodi igitur affectuū, quū maiores fuerint, pulſus
accidens eſſe cenſetur. Quod, ſi q̄ in ijs pulſus, ipſiſ laboranti, ſtupidus eſſe videatur (hic n. stu-
pořis affectum ſentire poſteſt) tum ſcīre licet diſpoſitionem in muſculi neruis conſiſtere, ſed ita conſi-
ſtere, vt ad paralyſin, id eſt resolutionem tendant, quippe ſtupida diſpoſitio inter resolutionem, &
integram valetudinem media eſt. At pulſus cum dolore factus ſequitur inflammatiſ affectus
notatu dignos, idq; ſemper in ipſis arterijs, atque in continentibus ipſas partib. quas, & ob angu-
ſtiam

A. l. 3. t. 2.
c. 13. fol. g
218. h
,,

A. ibi. fol.
219. a

A. ibidem.

A. l. 1. f. 2. d.
3. c. 20. fo.
42. 2

LIBER SECUNDVS.

9

A stiam premunt, &c; quum attolluntur, modo pars affecta sentire nata sit, veluti percutiunt. Ergo neq; in peripneumonia, neq; in pleuritide dolor pulsatorius euenire pot, idq; ob partium naturā nanq; pulmo sensum non habet: pleuritis vero membranæ costas succingentis morb. est, que, vbi costis quidem vicina est, necessario comprimitur: at media ipsius tota pars comprimi non pot, sed inflammationis duntaxat rarione dolet atq; in hoc spatio arteriæ sunt, que per intercostalia uocata spatias per crassas laxasq; laterum partes extenduntur, ac in profundo magis delitescant, ut succingentem costas tunicam, haudquaquam attingant. Harum igitur arteriarum motus in pleuritide ab ægrotante, sensu nō percipitur, tantum abest: ut ei dolorem inferat. Nam inflammatis interdum intercostalibus musculis arteriarum eleuationem dolorem inferre necesse est: proinde laboras ipsum facile percipiatur, atq; pro inflammationis magnitudine, sentiet in parte inflamata pulsationē. Ob hāc quoq; causam, vbi uehemētissima fuerit pulsatio, suppurratur inflamata particula, consequēte suppuratione ingentes duntaxat inflammationes. Constat igit ex ijs, que iam diximus, q; pulsatorius, siue pulsatiuus à medicis vocatus dolor per inflammatiōis affectus fiat, atq; in corporib. sensibilibus: idq; uel per se, proprie, vel primario affectu in arterijs, nominet. n. quilibet ut uoluerit: in reliquis uero partibus sensibilibus omnibus, eo, q; a uicinorum contactu preman-

A.I. 1. f. 1. B d. 5. c. 1. f. 9.c

B tur. "Quare neq; in hepate, neq; in renib. unquam huiusmodi pulsatio appetet, quoniam nec in illis nerii: per tota uiscera disperguntur, sicuti nec in pulmone.

De causis doloris, in quo grauitas, ac partium extensio sentitur.

C A P. 4

Q uocirca" grauitas in ipsis lentitur, quum tumoris præter naturam genus aliquod ea infesta querit: nam in horum uiscerum quolibet, circum ambiēs membrana, per quā nervus dispergitur, seniu potitur: quia uero a tumore, qui est in uiscere, ipsa extenditur, doloris speciem appellatione dorauit. Proinde Hippocrates primus omnium scripsit: "in renem dolor grauis. Post hūc uero optimorum medicorum non pauci, non acuti doloris, sed grauitatis sensum in prædictorum uiscerum inflammationibus fieri dixerunt. Quinetiam membranas, ut quibus nullæ sunt arteriæ, non pulsare, rationi consentaneum est: quemadmodum, neq; cutem, et si uehemens sit inflamatio atque eadē ratione, neq; adenes, quib. nullæ sunt arteriæ. Sed huiusmodi partes, quum inflamatæ sunt uno duntaxat doloris modo uexantur, extēsionis: quippe huiusmodi doloris species à nullo sentientium corporum in inflammatiōis dispositionibus separari potest.

De doloribus, qui ex intemperie, tensione, compressione, contusione, vulnere, crassis humoribus, flatu, lapide, & punctione oriuntur.

C A P. 5.

C Eliqui vero doloris modi quibusdam partibus insunt, quibusdam non insunt. Igitur meminiisse eorum semper oportet; ac cognoscentes singulorum locorum naturam, intueri, quis uicuiq; parti modus doloris peculiariter conueniat, quis uero contra. Proinde resumentes rursus ipsos dicamus. Quippe unus doloris modus est, qui p inæqualem intemperiem in affecta parte consistit, vel nulla re ipsam extrinsecus attingente. Alius, qui ob tensionē fit, nō amplius soli affectæ parti proprius, ut q; ob uicinas partes interdum eueniat. Est item" dolor, qui a tangentib. dū taxat, in affecta particula generatur, quum videlicet uel compressa, vel contusa, vel a re quapiam superueniente vulnerata, dolet. Atq; is doloris modus, q; a motu procedit (quemadmodum paulo ante de arteria dictum est) a re quadam media dolorē effidente pēdet: etenim, quæ p se mouetur pars, tēditur: & ad uicinas accedēs, comprimitur interim, & contunditur, & uulneratur: si uero nulli inciderit, eam sola tensione dolere necesse est: veluti partes oēs ab alijs motę, si nihil extrinsecus ipsas tangat, nullo præter eum, q; necessarius est, dolore afficiuntur. Cæterum alibi me frequenter dixisse memini, primas doloris species duas esse, quum affatim temperies alterat, atq; quum soluitur continuitas. Quæ cū iam dictis haudquaq; pugnant: nanq; pars distenta, aut compressa, aut cōtusa, aut vulnerata, dolet ob continuitatis solutionem. Neq; n. quum acu quispiā vulneratur, alio

D affectu laborat, quam si ab acri humore facta fuisset erosio, utpote p vtrunq; affectu corrupta continuitate. Igitur nō eandem doloris speciem excitat, mordax humor, ac multus: nam ille rodēdo dolorē excitat: hic vero distendendo, flatuo si spūs exēplo, ac veluti vrina vesicam distendit, quum non redditur. Verum in erysipelite, & inflammatione, atq; in totū in affectibus inflammatiōis, nō solū, q; a distentæ sunt, ob repletionem, partes laborant, verum etiam quia intemperie affectæ sunt, non exiguā ne hac qdē ad dolorē inducendū vim habente: Id quod declarant ij, qui per vehementem hyemem profecti, manus ad ignē affatim calefacere tentant: intolerabilē nimirū sentiunt dolorē, & quidē maxime in vnguium radice. Porro memini mihi ipsi accidisse dolorem vehementissimum, vt mihi viderer in intimo ventre terebro pforari, in eo potissimum spatio per q; a renib. ad uescicam ureteras scimus extendi. Iniecto deinde rutaceo oleo, quum id paulo post excernere tētarem, excreui simul grauissimo cum dolore humorē uitreum a Praxagora appellatū: quippe uitro fusō, tū colore, tū substātia, haud absimilis erat: atq; id alijs quoq; accidere cōspexi. Quod uero hic humor sit frigidissimus, iā à Praxagora dictū est, q; uitrei nomē ipsi imposuit: id. n. haud obscure percipitur seniu tactus tum iporum, q; illum excernunt, tū aliorū, si q; cōfestim ipsum tagere voluerit. Sed dignū vtiq; admirōne est, q;no frigidus excidat, neq; ab excretionis violē

surgo Quarta Classis.

bbb tia,

A.I. 3. f. 10.
t. 4. c. 2. f.
268. f.

A.I. 1. f. 1.
d. 5. c. 1. f.
9.c

A.I. 1. f. 2. d.
c. 2. f. 42.2
& 1.3. f. 18.
t. 2. c. 2. fo.
357. g.

A.I. 1. f. 2. d.
c. 2. 20. f. 41.

A.I. 1. f. 2. d.
3. c. 20. f. fol.
41. g.

A.I. 1. f. 3. d.
5. c. 4. f. 69.

6. Epid. cō. 1. t.
6. 3. 155. c

DE LOCIS AFFECTIS.

tia, quum excidit, calidus euadat: Evidem putabam lapidem in altero vreterum impactum: adeo
 erat, ut mihi videbatur, doloris ipsius species perforanti similis. Atqui vacuato humore, doloreq;
 sedato, manifeste constabat neq; lapidem fuisse causam, neque vreteras aut renes fuisse affectos,
 sed aliquod intestinorum & forte magis crassorum. Neq; n. tanq; per tenuer corpus, breui tpi spa-
 tio ptiat, sed tanq; a profundo per crassius quoddam corpus. q; sit tenuum intestinorum tuni-
 ca, terebatur. Ideoq; hmōi dolores, oēs ferē medici colicos nominare uñr, quanq; qd ad regionē
 attinetqua dolor sentitur, nullum indicium sumi pōt, q; magis colon, quā tenue intestinū, dolor
 afficiat. Hmōi sanē dolores perinde, ac si terebro partes pterētur, molestare solent, narrantibus
 ita infirmis: alij vero ueluti palo infixo fieri vñr, qui & ipsi corpus affectum crassum esse significat,
 Differunt at inter se, aut multitudine, aut crassitudine, aut motu, aut potētia rei dolorem faciētis
 siue ea humor fuerit, siue spūs flatuosus: quippe paucus multo, & tenuis crasso, & permanēs moto
 minorem dolorem excitare solet: atq; qui ad uehemētem refrigerandi uim, haudquaquam acce-
 dit, vehemētissime refrigerante minus cruciat. Verum hoc doloris genus ad crassum intestinū re-
 ferendum est, siue palum ibi infixum, siue terebro perforari locum qs putauerit. Atqui hīmōi do-
 lores ab eo, quo lapis impactus est, discerni non pñt, nisi quis accidentia, quæ postea consequunt,
 expectauerit. Non tamē ob hmōi ignorantiam, quod ad doloris mitigationem attinet: ullam la-
 boranti noxam inducimus: siquidem utriusq; doloris præsidia oīa cōia sunt, & quidem calorifica
 in primis, siue ea extrinsecus adhibeantur, siue injiciantur: deinde, nisi mitigatus dolor fuerit, eorū
 medicamentorum, quæ dolorem obtundere possunt, aliquod adhibēdum est, cuiusmodi est id, q;
 a Philone institutum est. Verum, si lapis "dolorem excitaerit, ipse interdum solus, interdum vñ-
 cum criore excernitur: etenim radit ea corpora, per quæ transit, maxime si uel asper, vel acutus
 fuerit lapis: ac si postea urinas inspexeris, fabulosa quædam subsidere inuenies. Quod, si in colo af-
 fatus constiterit, neq; lapis, neq; arena, neq; cruor, sed humor aliquis, qualis iam dictus est, subside-
 re vñ: atq; alia, quæ ad affectum intestinum pertinent, apparēt accidētia. Protinus. n. inflatio quedā
 & distētio, vel flatus complures, præsertim postmodum, & tormina, & excremēta flatib. plena ui-
 debunt: discernes at ipsa, si super aqua natent, bubulo" stercori similia. Quin et cibi tum cupiditas,
 tum cōcoctio deterior, tum quæ præcedit morbum, tum quæ comitatur, quæq; consequitur, qm
 ventriculus per continuitatis cōitatem, simul cum ea parte, quæ primario laborat, afficitur. Insu p
 colicos nominatos affectus magna ex parte præcedit & cruditas, & flatulētia, & uomitus, & nau-
 sea, quæ multo tpe inanis permanet, & in præcordijs mordacitas, & fastidiū, & iactatio plurima.
 Igitur ex hmōi quidem doloribus ij, qui uehementissimi sunt haud ab re in crassis intestinis confi-
 stere putantur: qui uero mitiores sunt, ex duobus alterum necessarium est, aut q; in his ipsiis sint,
 sed a leuiori causa: aut q; in tenuibus consistat intestinis: sed, qui mordaces sunt, à mordaci humo-
 re intestinum erodente fieri solent. Vnde dysenteriam semper hmōi dolores præcedunt, eam in q
 quæ cum intestinorum ulceratione fit: quam uel solam, tum recētores medici, tum antiquorum
 non pauci, dysenteriam nominant. Ex his nonnulli, non solum hanc, sed aliam quoq; quæ cruentata,
 ob excretorum speciem, nominatur, dysenteriam appellat: nam interdum syncerus multusq;
 sanguis, interdum veluti limis, & sex ipsius, non paruæ quantitatis excernitur. Verum hæc affe-
 ctuocinoris accidens esse censetur: ea uero, per quam syncerus multusq; sanguis excernitur, vni-
 uersum corpus plerunq; evacuat, haud secus quam hæmorrhoides, aut muliebris purgatio. Verū
 de his post hac rursus nō bis agere licebit: nūc ad dolorum species redire oportet, eas enim in hoc
 libro persequi potissimum proposuimus. Igitur iterum incipiamus ab eo dolore, quem punctoriū
 vocant, qui circa membranas potissimum consistit, ipsius affectus ueluti radice eo loco fixa, vbi
 membrana pungitur: dolore vero circa locum punctum, ad magnum spatium circulatim se fundente. Atq; hoc modo in lateralī morbo dolorem punctorum esse, & in inflammatione pulsati-
 um, apud omnes ferē medicos in confessio est.

Aduersus Archigenem, qui saporum nomina doloribus accommodanit. C A P. 6.

Non tamen hæmodiæ. i. dentium stupori, simile quid dolor membranorum corporum ha-
 het, ut Archigenes scripsit: haud. n. ignoramus ori duntaxat, neq; toti tamē ori, accidere: sed
 dentes" gingiuasq; infestare solet affectus quidam, quem hæmodiam vocamus. Hanc uero ora-
 tione quidem enarrare impossibile est: sed, cum quispiam & austeros" & acidos cibos ingesserit, ita,
 vt affectus aliquis sequatur in dentib, gingiuis, eum in oīb. eundem esse credimus: siquidem vi-
 demus nos magna ex parte similes esse in affectibus habendis, ita ut ab ijsdem causis eadem susti-
 neamus. Talem quidem dolorem in ore duntaxat fieri scimus, alia vero quædam dolorum gna ab
 Archigene prescripta, neq; dum sunt, cognosci; neq; dum proferuntur, intelligi possunt: veluti
 holcimos id est tractorius, austerus, dulcis, leuiter acutus: falsus, uiscosus, ferus, stringens. Atque
 hmōi nomina in libro de Pulsibus scripta posteritati reliquit: q; auditores nihil doctiores redde-
 re possunt eō, q; doctrina quęq; {scientifica} propria desiderat noīa. Si. n. de saporibus, aut oīo
 de proprijs, quæ lingua indicantur, sensilib. differamus, dicemus vtiq; austorum, & acerbū & strin-
 gētem, & mordacem, & saltem, & dulcem, & amarum: si vero de ijs, quæ tactu iudicant, humidū

corpus

A. 1.3. f. 16.
 t. 3. c. 7. fol.
 344.c

A. ibi. c. 10.
 fo. 344.g

A. ibidem. k

A. 1.3. f. 16.
 t. 3. c. 7. fo.
 344.d

A. 1.3. f. 7.c.
 1. fo. 147.g
 A. ibi. c. 23.
 fol. 251. b

A corpus & aridum, & calidum & frigidum, & asperum & lœue, & molle & durum, & acutum & obtusum: haud secus de ijs, quæ uisu discernuntur, rubrum, flauum, nigrum, album, fuscum, aut aliud quidpiam huiusmodi. Quod si appellationes ipsorum permutaueris, quid dicas, auditorum intelliget nemo, veluti de adstringente, aut austero dolore: quippe fieri non potest, ut quid sit dulcis dolor intelligatur: nam dolor semper molestare laborantem solet, atqui dulcia quæque incunda sunt. Igitur quam verissimum est Archigenem, circa medicæ artis opera fuisse studiosum: quo pacto uero in hīmōi nomina inciderit, quum sè penumero inuestigauerim, inuenire non potui.

*Censura loci Archigenis, ubi multis dolorum generibus propositis, docere instituit,
quæ quibus particulis sint propria.*

C A P. 7.

Videamus ergo, qd manifeste ex ipsis colligere possimus, veluti paulo ante de torpido labore iam fecisse uidemus. Nam iustum est, ut obscura nomina in dubio derelicta, inutilia reputentur perinde, ac si nunquam scripta fuissent: quæ uero clara sunt, iudicentur non ratione duntaxat, sed multo et præcedente experimento. Quanquam huiusmodi iudicium per difficile est: nam plerique alijs non credere oportet, q[uod] suos affectus ob animi mollitiem neque consequuntur, eos enarrare posunt, aut quia oratione, quid patientur, declarare oīno nequeunt (quippe non paruae facultatis ea res existimat): aut quia affectus ipse ineffabilis est. Ergo relinquntur, q[uod] nemo singulorum dolorum species conscribere potest, nisi ipsem per passus fuerit, sitq[ue] medicus qui interpretandi alijs facultatem habeat, & qui prudenter, & sine molliti comprehendere possit suos affectus, dum laborat. Atqui nemo inuentus est, qui per totum ætatis suæ decursum oīs affectus sustinuerit, et si per quam morbos fuerit. Proinde non possum non mirari, quum eorum proprietates ab Archigeno scriptas lego, ita s. ipso narrante, tanquam oīs passus fuisset, quanquam non admodum morbosus erat Archigenes: q[uod] si et unam aliquam partem, & infirmam, & morbi dam habuit, non protinus oībus laborauit, ueluti nec reliquorum mortalium ullus. Neque n. inuenire est hominem eundem, qui simul, & caput habeat infirmum, & thoracem, & pulmonem, & hepar, & lienem, & uentriculum, & intestinum ieenum, & colon, & vesicam, atq[ue] reliquas id genus partes. Videtur itaque Archigenes proprijs quibusdam excogitationib[us]. & quidem logicis potius credidisse, quam experientiae eorum, qui per se sunt, qui dolorum dñias, ut poterant, enarrant. Ut igitur studiosi maiori adhuc a nobis copia dotati recedant, proposita eius oratione, electisq[ue] ijs solis, quæ uera simul sunt & manifesta, eos, qui in arte excentur, adhortabor, ut ijs quidem habeant fidem: quæ uero secus habent, ea prætereant. Igitur Archigenes quum reprehendisset

C Asclepiadem dicentem in articuli morbo neruum affectum dolore haudquam cruciari, q[uod] nihil omnino tentiat: carnem at, quanquam non affectam, dolere tamen, ut pote à parte uicina compressionem: postea ad verbum ita scribit. Porro uasa solida compressa, capitis dolores sine inflammatione "obortos arcet, veluti prohibita in ipsa incursione, id quod barbaricum vinculum tum maxime perficere potest. Sphacelodes vero hemicranias, id est altera capitidis parte dolores, præciso corum, sed maxime arterie, circumscribit. Quæ primo affecta, pulsatorium, & *συνεργονα*, i.e. turgidum dolorē inducit, ac rotunda euadit, insigniter subhorrescens, quemadmodum uenæ quædam veluti uariæ cosæ sunt. Nerui uero contracti distenduntur, ac indurantur: atque hi stupidos inferunt dolores, & dure distendentes, & profundos & infixos, & angustiæ plenos, & minime fusos. Membranæ in latum discurrentes, & inæquales dolores excitant, atque ita laborant, ut & hemodiæ simile quidpiam habeant, transmissionis videlicet asperitatem. Doleat uero sè penumero hoc modo et superficies: & membranæ in media carne contentæ quæ dilaniantes quoque dolores inferunt. Dolores vero à membranis ossa circundantibus dependentes, perinde affligere comperiuntur, ac si in ossibus ipsi consisterent. A uenis, graues & detrahentes, & æqualiter infaret dolores suscitantur. A carne autem, & fusis & laxiores, quapropter non adeo extendi videntur, sed arbitratur laborans sensum. **D** asperis quibusdam rebus impleri. Musculi carnis, neruorumque mixtura, tanquam propria substantia constituti, arteriarum quoque in doloribus mixtionem præ se ferunt *σφιγγοτες* (ut ita dixeris) hoc est stringentes, & cum capaci latitudine distenti, & stupide pulsantes. Et reliquis vero ulcerosus qui de dolor, & in ulceribus graciliter acutus & non minime dulcior, & qui pruriginē inducere potest, ad superficiem pertinere vult. Punctarius autem profundas partes infestat: *ερειδων* autem i.e. infixus, cum sibi accesserit. Stimulans autem partim eorum, q[uod] in loco sunt aliquid affectum esse declarat: partim contra, ut pote qui haudquam in profundo subsistit. Lacerans autem est, qui in sinib[us] consistit. Hic est primus Archigenis sermo ex libro primo de locis affectis, quo docere conatur, quo ex dolorum differentijs partes affecte possint inueniri. Igitur rursus ab initio ipsum examinemus, non obiter & transuersim. Sphacelodus (inquit) hemicranias, vasorum dissectio circumscribit. Igitur, quos dolores nominet sphacelodus, inueni difficile est: nō. n. inter oīs cōuenit, qd hēc vox, sphacelos, significet. Sunt. n. qui dūcunt, ipsam vehementem dolorem declarare: alii tantum inflammationis excessum, ut partem ad corruptionis periculum inducat, quæ dispositio a nonnullis gangræna appellatur: alij partis affectæ corruptionem ipsam, sphacelon dici uolunt: alij conuulsionem: alij nō simpliciter conuulsionem, sed nervosorum corporum, quæ inflammatione laborant: nonnulli

DE LOCIS AFFECTIS.

non eam, quæ fit, conuulsionē, sed, quæ ex inflammationis magnitudine expectatur: alij simplici E ter fortē tentiōnē: alij putredinē. Ergo vocabulum sphacelod. s, in iam proposita Archigenis oratione scriptū, ad tātam peruenit obscuritatē, ut nihil per ipsum explicari posse videatur, ipso nusquam medicorum nominum enarrationē conscribente. Per verbum autem, circūscribit, fortasse intelliget quispiā dictum esse ab eo, veluti celeriter, uel ex toto sanat: ac subiçiamus, vt ita dicatur: nam quid facere poterit is, qui intelligere cupit ea, quæ ne is quidē, qui scripsit, intelligi voluit? Deinde pulsatorium, & turgidum dolorē arterias inferre dicit, cū ipsæ videlicet per sphacelodes heterocranias. i. altera capitis parte dolorē, primogenia affectione laborant. Itaq; qualis sit pulsatorius dolor, superius enarrauimus, quamuis ante nostrā enarrationē oībus medicis notus sit: siquidē ingentium inflāmationū accidens, ipsum esse perhibent. Turgidus aut̄ dolor est, qui à parte primario affecta, ueluti à radice incipiēs, celeriter in partes adiacentes trāsfertur: id uero non solum in heterocrania vehemētissima (ut Archigeni placuit) sed in cephalæa quoq; vo cata, euēnire solet. etenim in hac nōnunq; arteriæ primario affecta h̄mōi quale dixit Archigenes dolore vexantur, ita, ut fateantur nonnulli, vasorū ipsorum se dolorē sentire: q; interpretari tentans, arteriam subhorrentem, fieri rotundam dixit. Igitur inquirēdum est, utrum, veluti p sphacelodes heterocranias arterias ita affici dicit, ad eundē modum de uenis eum sensisse existimaudum F sit, q; per hinc solum morbum ueluti varicosē fiant: an cōmune sint accidens uenarum, uel quomodolibet affectarum, uel duntaxat inflāmatarum. Ex eo. n. q; sermoni de arterijs iungit sermonē de venis, par est, vt coniçiamus de eodē affectu ipsum fuisse loquitū: ex eo autē, quod mox in vniuersum de neruis, atq; de alijs huiusmodi partibus scribit, nō adaptans uni morbo sermonem de ipsis habitum, eadē ratione putādum est, itidē de venis quoq; fuisse dictum. Itaq; in hac ambiguitate satius fuerit, ut existimemus in eo sermone, quē de hemicrania cōscripsit, simul cum arterijs, ipsarum uenarum quoq; mētionem fecisse: simpliciter uero reliquorum inst̄orum, sine ullo distincto affectu, neq; in neruis, neque in ijs partibus, quæ illos deinceps consequūtur: in quibus dixit uenas, graues, ac detrahentes, atq; æqualiter infarctos dolores inferre. Verum hæc non nihil ambiguitatis continent. Quod uero deinceps sequitur, ubi dicit, nerui uero distenduntur, & cōtorati indurantur, recidit quidē manifeste ab heterocrania dispositione: definit autē id in uniuersum ad neruos quomodolibet affectos pertinere: quod planè mendacium est, neq;. n. quilibet neruorum affectus, ipsorum essentiam indurat, atq; intorquet. Sunt. n. nōnulli, p quos laxiores euadūt

^{+Græce ἀστερέα} nerii: ^{et tropia ταράδια} quemadmodum p alios quosdam, aridiores: quinetiam sāpenumero nullā sensu percepti .i. ut atrophia bilem habent differentiam, ita, vt exquisite sani videantur, nihilominus neq; sensum, neq; motum G manifeste. in prēstant subiectis corporibus. Itaq; in solis fortasse inflammationib. aut inflammatorijs morbis, terpres insecuri aut præter naturam tumoribus, dixit neruos & indurari, & contorqueri, qñquidem in ijs quidem manifeste appetit neruos intendi: nam & laborantibus ipsis, & nobis aspicientibus, intenti nerui apparent: quapropter, nisi curentur, & conuulsiones, & tetani ad ipsos sequuntur. Atque omnium, quæ in tumorem attolluntur, commune accidens esse uidetur, ut intendantur: nām & arterias, & uenas inflammatione affectas manifeste intendi vidimus: venas quidem, vbi per summa membra, orta inflammatione, bubon exurgit: plerunque enim totum vas intentum videtur, ac rubore magis, & calore, atq; maiori dolore, si strangantur, affectum: ut sit manifestum totum inflammari, incipiendo ab ea parte, quæ primario affecta est, vsq; ad alas & inguina. Proinde recte dixerunt omnes fere medici. Inflammatis partibus accedit, vt rubescant, tendantur, renitantur, intumescant & doleant: pulsus vero non omnibus, vt diximus, sed ijs duntaxat accedit, in quibus arteriæ notatu dignæ sunt: & pars sensu prædicta est, & notabilis magnitudinis inflammatio: tunc enim pulsatorium dolorem sentiunt laborantes, uel nullo existēte sensibili uafe in affecto corpore. Sed interrogabis me fortasse, quæ sint singulorum inst̄orum propria accidentia. Id vero iam antea, neque semel duntaxat, explicatum est, quod videlicet propria actionis noxa, qualicunque H sit specie, cuiuslibet partis proprium est accidens: neque. n. aliud eis ex necessitate accidens, neq; etiam noxarum dñiæ existunt: sed differentiæ quidē variant pro affectus, tum specie, tum magnitudine: accidentis uero ad vitiatam actionem pertinentis, siue genus, siue species, aut utcumque nominare volueris, semper permanet. Cæterum satius suisset, Archigenē, totū via & ratione cōplectendo, abundantius hæc persequi, præsertim cum ab alijs negligentius essent tradita: quorum non pauca in plurimis alijs libris conscripsimus, quemadmodum & posthac deinceps dicentur: sed breuiori quidem compendio ea, quæ exacte alibi fuerunt exarata: longiori uero disputatio ne hic tractabuntur ea, quæ alibi breuiori stylo percurrimus. Nunc vero reliquas dolorum differentias, quarum in p̄scripto sermone Archigenes mentionē fecit, persequamur. Quod. n. peccauerit, dicens torpidos dolores neruis euēnire, quodq; stupor uon unius cuiuspiā partis proprius sit affectus, sed causæ potius, ac dispositionis rationem habeat, iā ante adictum est: q; uero dolores dure distendentes in ipsis fieri dicit, recte dictum est: quanq; melius erat, si simpliciter dixisset, distendentes, nō addendo, dure: nā neruorum dolores vtrinq; vehementer distendere p̄nt, quia ad vtrq; extrema tenduntur tum id à quo incipiunt, tum illud in quod finiuntur, non secus, quām chordæ

A. l. 3. f. 2. d.
I. c. 3. f. 19.

A chordæ in cithara, quæ sæpenumero, vbi nimis intenduntur, dirumpi solent: & propterea cithari-
stæ, quum instrumenta sua post usum reponere voluerint, chordas relaxant. Et sanè, qæ à con-
trarijs, tum causis, tum dispositionibus intendantur, planè constat, siue humidus fuerit ambiens
aer, ut rigare ipsas, & implere possit, siue uehementer aridus: ab utraq; enim ambientis aeris tem-
perie ad ultimam tensionem perueniunt, unde non mirum, si rumpâtur. Proinde recte dixit Hip-
pocrates neruorum conuulsiones, & à plenitudine, & ab inanitione eueniare, utpote quæ sint im-
modicæ neruorum tensiones. Sed, quod profundos dixit eorum dolores, id ab accidentibus,
quæ plurimis neruis eueniunt, sumptum est. Etenim, "quum venæ quidem semper priores in suæ p-
ficie sint, deinde post eas arteriæ, quibus postea nerui subduntur, idcirco laborantes eorum tensio-
nem in imo sentiunt: quanquam multis tendones (qui ob id, qæ neruosa sunt corpora, à nonnullis
planè nerui nominantur) non profundos, sed in superficie, dolores habent, si quando ipsos quoq;
sic intendi contingerit: ut sunt illi, qui digitos extendunt: sunt autem, & qui illos incurvant, in superfi-
cie quidem, sed non similiter, ut extendentes: Porro Archigenes neruorum dolores infixos esse di-
xit, quum huiusmodi doloris species, vt antea diximus ad colon magis pertineat: atq; accidit et au-
ri cum quadam pulsatione, atq; dentibus molaribus, quin etiam qñq; oculis: miniime aero ner-

B uis infixus dolor eueniare potest, etenim magna ex parte vtroq; exteduntur, & ad supernas, & ad
infernas animantis partes. Quod vero deinceps ab Archigeno dictum est, neruos angustiæ plenos
habere dolores, inepte quidem dictum est: nam nihil amplius declarat, qæ quum deinceps dicit, &
minime fusos. Re uera. n. minimè fusos, hoc est, in latitudine porrectos, dolores nerui non habent,
sed magis quodammodo circumscriertos, utpote perueniente ipsorum tensione, & ad supernas & ad
infernas partes, magis vero sursum, usq; ad caput: ac tum primum ipsos vniuersi corporis, & con-
uulsiones, & distensiones comitantur, nulla nerui tensione huiusmodi accidentium aliquod induce-
re potete antea, quam caput ipsum attingat. Post hæc consequenter scripsit Archigenes de mem-
branis, & qæ quidem in latum discurrant ipsis dolores, quum afficiuntur, uerum dicit: qæ vero aliqd
hæmodiæ simile habeant, non uerum dicit, ut antea dictum est. Neq; etiam in totum uerum est,
qæ membranarum dolores sint inæquales; siquidem contrarium magis ueritati consonat: quippe
ex propria earum ratio nevidetur æquales inducere dolores, eo, qæ vniuersum ipsarum corpus
æquale est. Nam, quod ob communicationem cum uicinis, inæqualitatem quandam afferunt, id
interdum per accidens eueniare solet. Quum. n. ad affectam ipsarum partem ducuntur, & tendun-
tur circumiacentes, inæqualem fieri dolorem necesse est, ubi enim intenta particula acutiori sen-

C su est, ibi dolore uehementiore cruciantur, vbi vero sensum habet hebetiore, ibi minus doleret. Atq;
ex eo quoq;, qæ tedit membrana, os ipsu vel attingit, uel non attingit, non ab re dolorum differen-
tia depreheditur. Atq; hac ratione nonnulli pleuriticorum, iugulum doleret, porrecta in hunc locu
membrana costas succingente: aliquando tam non ad iugulum, sed ad præcordia, dolor transit,
percepto ipsius sensu in septo transuerso (utpote quod necessario mouetur, quum pleuritici respi-
rant) magis, quam in cæteris thoracis partibus. Quum. n. veluti radix doloris in latere consistit.
cum laborantes musculi, qui illic sunt, respirare pigrant, quare tum soli septo transuerso natura
respirationis officium committit, quemadmodum in bene ualentibus, qui libera utuntur respira-
tione, contingere solet. Igitur, quum in partibus laterum infernis oritur inflammatio septum træs
uerum intatum magis dolet, quum vero in partibus supernis, tum ingulum potius dolor infestat:
cæterum septum transuersum, quia mouetur: iugulum autem, quia durum est, dolorem efficit,
Vbi vero ingens in hepate oritur inflammatio, aut ubi ipsum induratum est, dolor, qui tū iugulu
in dextra parte infestat, concavæ venæ magis, qæ membranarum, tensionem sequit. Quum autem
dixit, hoc modo sæpenumero superficiem quoque dolere, quod est habere ea, quæ sunt propria
membranarum affectarum, plane declarat, vnde motus Archigenes dixerit ipsas dolores habere hæ-
modiæ non dissimiles. Quia enim simul cum hæmodiæ proprietate, stuporis etiam sensus percipi-

pit perinde, ac si ab eadem causa vterq; affectus fiat: membrana autem, quæ in superficie cuti
substrata est, sæpenumero stupido dolore afficitur, vt pote qæ ab externis causis & quidem frigidis
celerius noxiam subit: idcirco deceptus Archigenes dispositionis cōmunitate, cæteras membranas
hæmodiæ simile quidpiam pati dixit, ac sæpenumero superficiem quoque, non secundum affectum
particulæ essentiæ facto dolore, sed ob membranarum ipsarum essentiam, quæ exanguis est, & frigi-
da, quapropter facile à frigidis affectibus infestantur. Quia uero affectum ipsum, huiusmodi do-
lores comitantur, idcirco sæpenumero dixit fieri hæmoi dolores, non veluti per affectum particu-
læ essentiam, sic. n. inseparabiles essent, sed per accidens superuenientes. Substrata igitur cuti mé-
brana, quæ cum ipsa simul excoriatur, dolores facit tensuos & torpidos; membranæ uero, quæ
in media sunt carne, veluti dilaniantes dolores excitant, sunt. n. plurime, & inæquabiliter insitæ,
atq; eā circumdâtes: quumq; aliquā ex contrarijs scđm naturam tendi carnem contigerit, hæmoi
dolores eueniare necesse est. Sanè à multis exercitationibus aut tensu, aut ulcerosi prouenient
dolores, qui totos musculos occupare consueuerunt, inter quorū partes, carnes quoq; numeran-
tur: verū de hæmoi doloribus satis in salubribus pceptis jā dictum est. Sed, qæ membranarum, quæ terpres.

A.1.1.f.1.d.
3.c.5.f.24.e

A.1.1.f.2.d.
3.c.2.f.41.b

A.1.1.f.2.d.
3.sum 2. c.
20. f.42. b.

τρατερός σεων
est in antiquo
codice, id est
implantatio-
nib. et ita ono-
nino legendū
est. ita etiam
legit uetus in

DE LOCIS AFFECTIS

ossibus adiacent, dolores, & profundi sunt, id est in intimo corpore sensum excitantes, & ossium ipsorum veluti dolentium inducunt imaginem, haudquam mirandum est. Nam i a quam pluri mis ostocopi, id est ossium labores nominantur, & magna ex parte ab excitationibus euenire solent, quamvis interdum uel à frigore, vel plenitudine, fieri possint. Insuper uenas dixit graues, & detrahentes, & æquabiliter infixos inferre dolores: uerum ab initio, ubi hemicrania mentionem fecit, venas varicosas fieri ait. Ergo in hoc solo morbo fortasse accipere oportet, ipsum hoc dicere. Atqui scire proprium arteria uenæq; dolorem, extensi scd m longitudinem corporis, veluti chordæ cuiusdam, speciem referre, nulla utiq; profunditate simul apparente. Aequabiliter aut̄ infigi uenarum dolores, admodū obscurum est: quippe infigi ad nihil, quod ipsis accidere solet, referri pot. Deinde de carnib. dicit, q & fuisos, & laxiores inducunt dolores. Atq; in totum nullus dolor laxus est, nisi eos fortasse, q minus intenduntur, laxiores uocitet, qm & ualorum, & membranarum dolores magis intendi videātur. Id n. confitetur eos non adeo extentos confici ob hoc, q carneæ muscularum partes breuibus lineamētis contineātur. Sed id, quod deinceps scribit, videri tactum veluti asperitatibus quibusdam plenum: an proprie ad dolores, qui in carnib. consiliūt, pertineat, inquirēdum est. Nam, q interdum aliqd huiusmodi per ipsarum dolores eueniat, à ueritate haudquam abhorret: at, quia non semper euenit, ad vnam potius quandam dispositionem magna ex parte in ipsis factam, non ad earum substantiam, proprie referēdum v̄r: neq; simpliciter intelligendum est, eam dispositionem esse affectum inflammatorium, sed qui ēt cum humore aliquo fit, exasperare suapte natura potente: Porrò deinceps de muscularis scribens Archigenes, eos carnis, neruorumq; mixtam proprietatem referre dicit, tanquam peculiari ipsorum essentia ex his consitente. Addit vero arterias, qm in ipsis inueniūt: atqui hoc pacto uenas quoq; dicere debuit, atque membranas. Vocabulum autem, *adstringentes, patrio sermone de ijs dicitur, qui cum bono corporis habitu pleni sunt: atq; idecirco de itinoribus duntaxat dici consuevit, de senibus vero minimè, q non possit ipsorum corpus, boni habitus plenitudinem suscipere: at uero, in quam rē hoc vocabulum Archigenes referre uelit, inuenire non est facile, maxime quia confundere, & corrumpere solet patriorum nominum significata. Quod si *adstringentes, de ijs dici intellexeris partib. quæ a plenitudine intenduntur, nō proprie ad musculos, sed cōiter ad oīa repleta corpora pertinebit. Quum uero eos capaci cum latitudine extendi dixit, puto ipsum hanc à neruorum plenitudine uoluisse seiungere. Torpide at pulsare, haudquam sinisse recte dictum, iam antea declaratum est. Reliquorum uero dolorum, ulcerosus, inquit, graciliter "acutus est. Est autem hæc quoq; oratio obscura, neq; per se quicquam docere potest, haud aliter, quām cæteræ ipsius obscuræ orōnes, quas ne explanare quidem possibile est, nisi qui rem ipsam per se intelligens, eam orationi ad aptare conetur. Quum itaq; sciueris, tum medicos, tum gymnastas, eos dolores uocare ulcerosos per quos inter mouendum, uel tangendum lassatas partes, sensus excitatur, qualis in ulceratis partibus percipi solet, facile intelliges per dolorem graciliter acutum, hmōi quampiam speciem significari, qualis ab acutæ acus punctura fieri consuevit: ergo constat ipsum, neq; continuum esse, neque, æqualiter per oēs partes porrectum. Hunc itaq; dulciorem esse dicit, quū dicere deberet, imbecilliorē, aut obtusiorē, aut nō vehemētem, aut minus molestum, aut id genus aliud quippiā: nihil. n. quod molestum est, proprie dulcius appellari pot. Id aut̄, quod dicit, & pruriginem inducere potest, inarticulate dictum est, quippe haud obscura est inter pruriginosam senationē dispositionemq; & ulcerosam dīa: verū, quia crebro pruriginosa ulcerosam antecedit, atq; soluta quiescente ulcrosa, in pruriginosam transmutatio fieri solet, inde est, q de ipsis confuse indefiniteq; Archigenes scripsit, vt qui neq; causas utrarūq; dispositionum exacte alicubi tractauerit. Verum nos eas in libris salubrium præceptorum pfecte exarauiimus. Igitur ulcerosus dolor, non solū ad cutem, sed ad imas quoq; partes, ut ossa, extenditur, pruriginosus" aut̄ re uera ad solam superficie p̄tinet non tamē primario, pro ratione ipsius propriæ, sed p accidēs, eo, q dēsor subiectis sibi partibus, cutis est. Horum ergo dolorum vterq; propriæ dispositionis est accidēs: fiunt aut̄ ob acrēs quosdam humores: atq; tantum ipsi quantum dispositiones ipsæ, inter se se differunt. Sed, ut dixi, satis de ipsis in libro salubrium præceptorum definitum est. Punctoriū" vero (inquit) dolor in p-fundo est: sed non recte, nam ad membranas, non ad imas partes, proprie pertinet: *infixus autē (inquit) quum sinus accesserit. Hic sermo t̄ non omnino absurdus esse v̄r: quippe sinus, cōcauitas quādam est, quum partium antea coniunctarum altera distat ab altera. Quum itaq; fluxione impletur ita, ut adiacentes partes distendantur, tum tensuum dolorem sentiunt laborantes, non quidem secundum longitudinem latius exorrectum, sed proprijs limitibus conscriptum: at excreto quomodolibet ē sinu humore, protinus dolor conuiescit, nisi sicubi ambientia sinū corpora adeo distendantur, dilatenturq; ut inflammatoria dispositione torqueantur. Hæc sunt, quæ p̄prie ad sinus pertinent: quod vero ab Archigeno dictum est, aliud ab his est: verum, quid intellexerit, quum ita scriberet, haud facile inueniri potest. At quod deinceps scriptum est, non minorem habet dubitationem. Nam stimulans (inquit) dolor non in imo subsistit. Hic n. sermo cum eo, quē in initio præmisit, pugnare videtur, quo in hunc modum scripsit: stimulans autē, partim eorum,

A. l. 1. f. 2.
d. 3. c. 20. f.
418

A. ibidem.

A. ibidem.

+ dñsos nō
vno propter
rationem.

quæ

A quæ in loco sunt, qdiam affectum esse declarat, partim cōtra id n. fieri pōt scđm , p̄fundū in parte ossib. maxime uicina, & in cute, atq; oīno in medio, hmōi dolore facto ab humore mordaci, sē. sibiliū partiū aliquā erodēte: Deinde qđ in fine eiusdē oīonis sic scriptū est, lacerās aut est, qui in finib. cōsistit, si lacerans quidē idē significat, qđ diuellēs, mēdaciū est: nam illi, qui in sinu est, id minime contingere solet. Quòd si non hoc, sed aliud quidpiam dicere uoluerit, quō id poterit inueniri? Atq; huiuscemodi sunt, quæ in p̄scripto sermone Archigenes posteris memorię prodidit.

Examinat alium Archigenis locum in quo hepatis, splenis, renū, vesica, & vteri dolores traduntur.

C A P. 8.

" **I**gitur transeamus ad alium, qui & ipse ex dolorū dīa affectas partes cognoscere docet: est aut " ipsius dictio hmōi: Hepatis uero dolor holcimos, i. tractorius, & inhērēs, & stupidus est atq; atro " cius *molestās. Splenis aut acutus non est, sed grauitatem simul, & extēsionem hēt: atq; similis v̄ " ei, qui ad elisionem quidē, atq; expressionē, sed extrinsecus incumbētem, renititur. Renes & austē " ros dolores inducunt, & cum p̄manēte astrictiōne pungētes. Vesica uehemēter adstringentibus " mititur doloribus, atq; tensionib. punc̄torijs. Vterus aut acutis turgidis, pungētibus, distendētibus " terminatim incidētib. quippe qui hmōi mixtione dolere natus est: quamobrem idiomatis quoq; B ambiguitatem inducit. In hoc sermone iterum Archigenes, protinus ab initio, hepatis dolorē holcimū. i. tractoriū, esse dicit. Verum hoc vocabulū, holcimos, apud rēcos in usū non est: proinde, quid significet, haud facile inuenire est, nā vocabulū signationes ex longo usū deprehenduntur. Atqui uideo eos, qui illo vtun̄, viscidū p̄ ipsū uelle signare, quale visciū esse v̄, ut cuius una parte trācta, pōt per ipsām reliqua illi continua simul attrahi: sic pasta quoq; ex frumento, holcima dicit, maxime si accuratissime subacta fuerit; sed ex hordeis, aut milio pasta, holcima nō dicetur. Atqui sub hac significatione, hepatis dolor haudquaq; holcimos euadet proinde aliā significationē quæ rere oportet. Itaq; vñus ex ijs, qui Archigenis sectam reliquis præponere conantur, holcimō hepatis dolorē dici asserit, quum hepar vel induratum, vel inflamatum, detrahere iugulum v̄: ali⁹, quum diuturno morbo laborat: alius quū mediocri dolore afficitur. Sūt, qui tardū ipsum significa re velint utpote q̄ acuto aduersetur: atq; urgētē, & adeo vehementē, ut nullam admittat requiē, hūc acutū eum vocare solitū; contrariū uero, népe tardū, holcimon dixisse autumant. Nonnulli cum dolorē holcimō, uel grauē dicunt, q̄ grauitatis speciem refert: usū. n. receptum putant, ut de grauitate holce, i. tractus, dicatur. Multa insu p̄ alia uarie explicant admirādi illi qđē enarratores, sed quæ intelligantur à nemine. Cōstat igitur hoc uocabulū, holcimos, quod in proposito oīo C nis in initio inuenitur, nihil nos posse docere. At uero deinceps consideremus, qđ utiq; sit dolor inhērēs: nā hūc quoq; hepatis proprium esse dixit. Mihi quidem facile p̄suasum est, turgido dolori inhārentem p̄ contrarietatem opponi, ipsum dicere voluisse: qđ. n. aliud coniūcere q̄s posset? Et enim hepatis dolor, si quispiam alias, vicina corpora ad cōsensum inducit: nam & ad iugulū usq; porrigitur, & spirandi difficultatem crebro affert, atq; interdum tussim quoq; ac dysenteriam, ne que raro nothas costas infestat: igitur quonam pacto uere dicetur eodem in loco permanere? At fortasse satius putare, q̄ inhērētem dolorem dixerit, veluti infixum: atq; hepatis dolor, ut nū per ostēdimus, haudquaquam hmōi est. Similiter antea iam declaratum est, ne torpidum quidem dolorē, particulæ cuiusquā proprium esse, sed dispositionis potius, q̄ si ēt partis cuiusdam sit proprius, at sanè nequaq; iecoris, sed certe neruosorū potius corporū. Porrō atrociter molestans cū torpido pugnat, utpote q̄ violētus est, atq; continuus: sed nec hmōi qđē, hepatis dolor est, sed potius grauis: at ne grauis qđē peculiariter proprius hepatis est, sed spleni quoq; ac renib. inflāmati⁹ cōis. At Archigenes (haud scio quo pacto) in liene dūtaxat istius speciei doloris mētionē fecit: nec audiuit Hippocratē dicētem: "Et in renem dolor grauis. Verū hoc peccatū exiguū forte cēsebitur 6. Epid. cō. 1. t. at lōge maximū est illud, quod committere in multis solet, nomina scribens cæteris sēsib. peculia D ria: quemadmodum nūc de renibus quidem austeros scribit dolores, de uesica uero adstringentes: hæc. n. saporum sunt nomina, qui lingua, ut instro, & gustandi sensu dignoscuntur. Igitur res quēdā declaratur, generatiōnē qđēm per hoc uocabulū adstringens, sed magis particulatim per austērū & acerbum: quippe ambo adstringūt, sed magis acerbū, qualis est omphacia vocata galla. Porrō austera sunt multa, ut mali punici genera, atq; cotonea mala, ac reliqua cōplura esini apta. Sanè acerba, haudquaquam sunt iucunda, non solum ea, q̄ medicamentorū speciem referunt, ueluti hypocrystis, & balaustium, & galla, & rhus: sed ēt illa, quæ, quum sint hmōi, recipiuntur tñ in cibos. Qua propter non excogitari quidem pōt, qđ vel austērum vel acerbum dolorem dicere uoluerit Archigenes, non magis, q̄ aut cæruleum, aut rubrum aut fuscum, aut alium aliquem a colorib. nominatum. Nūc aut, qđ dixerit doctor quidam ex Archigenis familia, tempus est considerare. Nā dolorum proprietates Archigenem arrogantia motum interpretari uoluisse censet: at, quia re ue ra ineffabiles sunt; eum in hmōi nomina absurdā incidiſſe, non intelligentem vnamquamq; qualitatū, siue gustabilem, siue tangibilem, effari posse: vbi uero multæ qualitates circa unā essentiam apparent, ibi & proprietatem fieri contingit, idq; maxime in gustu, cum uerbi gratia, & amaritudinē, & dulcorem, & austēritatem, & acrimoniam in una essentia apparere cōtigerit. Sic. n. in gustu

DE LOCIS AFFECTIS

proprietas quædā oritur, ineffabilis illa quidem, si unico nōe ipsam explicare tentaueris, sed quæ dici tamē potest, si per singulas qualitates discurras, eo addito, & magis & minus declarare haud impossibile est. Ita & herbas vniuersas, & reliquam quoq; materiam enarrauerunt medicorum non pauci, singulas qualitates, quæ enunciatis rebus insunt, explicantes. Ergo Archigenes, si vni ueram quidem essentiæ proprietatem unico nomine cōprehendere voluisse, indoctus omnino fuisset, id quod de Archigene nequaquam sc̄iendum est. Si autē simplices qualitates, ipsæ quidem ineffabiles nō sunt, earum uero quantitas exacta quidem mensura ineffabilis est, quanquā sub latitudine quādā explicari potest: igitur longiori sermone vtī nō oportet, quū ea species ob oculos omnibus sit posita, qua, uti debet is, qui quam libet terū sensibilium interpretari aggreditur: quippe omnium tangibilium qualitatum propria habemus noīa haud secus, quam gustabilem, uisibilem, & audibilem: atque oībus ijs patro more uti debemus, & neq; adstringente, neq; austereum nominate dolorem, utpote que saporum propriæ appellationes sunt. Plurimi.n. medici ab Archigene stantes, quum dolorum dīas conscriberent, haudquaquam ausi sunt à cōsuetudine in nominum usu recedere, quæ ab ipsis laborantibus audire licet: qui perinde se dolere interdum aiunt, quasi acu pungantur: ac rursus perinde, ac si terebro perforentur: quinetiā uideri sibi aiunt contundi se, & diuelli, & tendi, & retrahi, & detrahi, & prauitatis cuiusdam sensum percipere, qua F interdum subiectarum partium aliqua suspēdi vī, interdum vero circundantibus incumbere. Igīt hīmōdi omnia consueta sunt: adstringentes uero, & austeri, & acerbi dolores in insolitorū, ac inutilium numero habentur. Hęc intelligere debuit Archigenes, quum docere nos vellet, quō loci affecti possint cognosci: nam omnis, qui de doloribus habetur sermo, vanus nugarumque plenus esse censetur, nisi ex ijs, quę laborantes ipsis dicunt, eos cognouerimus. Ergo, si ab ipsis, quomo doleant, discere oportet: nūquam vero dicunt acerbū, aut austē, aut atrocē, aut holcimon dolorem, rursus inutilis erit huiusmodi doctrina. Præterea ex eo loco, quo dicunt Archigenem interpretari uelle dolorum proprietates, hec docendi ratio, tum impossibilis, tum inutilis esse planè uidetur. Primum enim uel ipsis authoribus omnis proprietas enunciari non potest: qđ cum ita sit, omnino fieri non potest, ut ad doctrinam aliquid conferat, utpote quam ij duntaxat, qui sensibiliter ipsam percipiunt, noscere possunt. Deinde, ea nobis ignota sit, necesse est, qua nō laborauerimus: nisi fortasse Archigenes omnes sui corporis partes habuerit affectas: quod licet concesserimus, fieri tamen non potest, ut credamus unum hominem omnes singularum partiū affectus fuisse expertum. Donemus tamen (si volueris) hoc quoque, quanquam impossibile est, at uteri saltem affectus nunquam scilicet percepit Archigenes: nihilominus huius p̄prietates cō- G scripsit, quæ à solis mulieribus expertis dignoscuntur. Itaque admirationem (ita dij me ament) s̄epenumero mihi induxit, ex qua tandem ratiocinatione, tam absurdam hanc doctrinam collegerit: quam & si ueram contendis, nihil tamen ex ea vtilitatis prouenire fateri cogeris, nullo iāfirmo suos affectus per Archigenica nomina interpretāte. Nam, quod nonnulli laborantiū fastidire stomachum aiunt, id nobis eo, quòd aliquando ita fuimus affecti planè notum est: sicut etiam mœstia torqueri, quippe quosdam sic fuisse affectos satis cōstat: an uero austero dolore ab Archigene dicto, quispiam fuerit affectus, intelligi non potest, utpote nemine sciente, cuinam rei non men hoc adaptauerit. Nam punctorū, & distendente, atq; eos, qui conformiter nominātur, atq; ijs multo magis vehementē, & fortem, & violētum, & continuū, & intermittentē, nemo est, qui non nouerit, utpote qui per nomina à consuetudine non abhorretia enarrantur, & quos quotidie plurimis euenerit. at austē, & adstringente, & atrocē, & holcimon, ut nemo profert, ita, si quis fortasse proferat, non intelliget. Ceterum oportet & affectum esse communē, & appellationē ipsum declarantē ab auditorum consuetudine non aberrare: veluti quum stomachum premi diciūnus, id, quod nemo non dicere solet: quippe tali "s̄epenumero sēlū afficimur, quale extrinsecus onus aliquod incumbēs inducere pōt, idq; in nōnullis oris vētriculi dispositiōnibus, quod per abusionē, non solum populares, sed probatissimi quoq; medici, stomachon appellant. Quinetiā inter uehementer resp̄randū, non nunquam grauitatē in dextra præcordiorum parte lentimus: id, si citra febrim euenerit, aut obstructione, aut scirrhosa dispositione hepā labo rare, aut abscessus generationē imminere coniēdū est: ueluti, cum id inflammatione infestatur, febrim comitari necesse est. Itaq; oīa huiusmodi & dici possunt, & manifesta sunt omnibus medicis Archigenē prioribus, atq; sine absurdis illis nominibus doceri possunt: Archigenis uero doctrina, hoc haber exacte propriū, vt nō nouarū rerū, sed nominū rem nullā declarantium enarrationi studeat. Nā tractationē de pulsibus, huiusmodi nominibus impleuit, quamuis illa (vt in cōmētarijs de pulsibus ostēdimus) haudquaquam impropriū nominū metaphora indigeat.

Quam methodo affecte partes cognosci queant, ac primogenij affectus ab ijs, qui per consensum eueniunt, distinguī.

C A P. 9.

EQuidem voluisse Archigenem tantorum medicorum successorem, aliquid lucis doctrinæ addidisse: sed eam ita obscurauit, vt ne nos quidem, qui in artis operibus iam senuimus, dicta ipsius intelligere valeamus. Quod igitur illius erat officij, id nos præstare nitamur, atque in

A.I. 3. f. 13.
t. 1. c. 1. f.
285. a.
A.I. 3. f. 14.
t. 1. c. 5. f.
313. c.

A in primis in uniuersum ostendere viā, & rationē, cuius adminiculo, & ipse affectos locos inuenire, & cæteris viam ostendere possis. Igitur, ut in priore libro dictū iā est, via & ratio hmoi est. In primis, n. quærere oportet, vtrū singulorū locorum propria signa, quocunq; afficiātur, inueniri possint: an p singulos affectus alterētur: deinde vtrum singulorum affectū propria sint signa, an circa quālibet partem varientur. Atq; ita oportet, & loci, & affectus nō immemores, deinceps signa pstringere: Veluti, si ita acciderit, ut pulmo inflāmatione labore, tāta inducē spirandi difficultas, tātaq; angustia, ut suffocari laborantes videantur, ac recti sedere conent, quē affectum orthophneā nominant: quinetiam calidā sentiū expirationē, idq; maxime, si erysipelatis particeps fuerit inflāmatio, quocirca, ubi plurimum efflant, iuuari vñr, ac multum aerē frigidum attrahere cōcupiscunt: atq; inter tussiendū sputū expuunt, idq; mō hoc, mō alio colore infectū, ut interdū rubrū, interdū flauum, aut rufum, ac spumosum quoq; & nigrum, & liuidū appareat; insuper grauitatis cuiusdam thoraci incumbētis sensum sēpenumero p̄cipiunt, ac dolorē ex imo ad ipsum peruenire, & ad os pectorale, & ad spinam: prēterea acuta "est ipsi febris: pulsus uero hñt, qualem in libris de pulsibus diximus. Sic, vbi mēbrana costas succingens inflammata est, acuta sebris infestat, accedēte pulsus ea, quā in cōmentarijs de pulsibus diximus, proprietate: est āt dolor puncto-

A.1.3. f. 10.
c.4.c. 1. fo.
270.e

B rius una cū spiritus difficultate: ac magna ex parte sputū colore infectū mox appetat haud secus, q̄ in peripneumonia. Igit̄ utrosque affectus spirādi difficultas necessario comitatur, eo, q̄ affecta particula spiritus sit instrumentū: oritur āt febris, & p p affectum ipsum, & p p positū, nā & pulmo & succingēs costas mēbrana prope cor constituuntur, inflāmatio uero calidus affectus est: sic etiam tussis ipsi, ut spiritabilis, inest: sed, q̄ aliquid expuat, id ab affectu ipso procedit, quippe iam ostendimus oēm inflammationem ex affluente fieri sanguine: quapropter, si biliosus fuerit anguis, flauum, aut pallidum erit sputum: si pituitosus, & spumans, & candidum: si melācholicus, aut nigrū aut liuidū: si nihil horum sanguinem infecerit, rubrum. Quinetiam in pleurite sēpenumero magis biliosum: in peripneumonia uero magis pituitosum sputum sequi consuevit: sed de hoc factis iā declaratū est. Quōd āt inflāmatarum partium excrements per asperam arteriā referuntur, eius rei causa tum ad positum tum ad formationem referenda est, quippe quae per solā hanc viam effluere possunt. At vero ventriculus duos habet meatus, unum, per quem natantes in ipso humores euomuntur: alterum, per quem humores ad inferiora delabuntur: verum id, quod in eo uitiosum inuenit, ac supernatat, magis vomitione rejci consuevit, reliqua per intestina dejiciuntur: veluti renū vesicēq; excrements meiendo excernuntur: cerebri vero redundātia per nares

C præcipue, non nunquam uero per palatum, & aures uacuatur. Indicia igitur locorū affectorū ab accidentibus quidem omnia: differentiæ uero ipsorum sunt & ab actione lēsa, & excrementorū qualitate, & a tumoribus præter naturam, & doloribus, & a coloris uitio, quod sequitur uel in uno uero corpore, uel in una quapiam, parte, uel duabus, idque maxime in oculis, & lingua: extra horū numerū sunt indicia, q̄ colliguntur scđ in eā, quē proprie sympathia, si ita uelis, appellat, ueluti in priori libro iā diximus. At nunc t̄ps esse vñ, ut amicos, quorum petitioni obtemperans, hos cōmentarios scribere aggressus sum, ad exercitationem inducam. Fit aut̄ exercitatio oīs, quum particularia sub eandem uiam, & rationem ducuntur. Hmoi āt doctrinę specie (ut persæpe ostendimus) non aliud inuenitur utilius: quippe viæ, & rationes, ubi solæ sine multifaria secundū ipsas exercitatione cognoscuntur, haudquaq; possunt perfectos efficere discipulos. Altius igitur uiā & rationem dicere aggressi, ad exercitationis modum accedamus. In primis quidem intueri oportet, num actio aliqua sit lēsa: quippe cum ipsa proprium actionis instrumentum affici necesse est. Deinde, ubi actionem lēsam esse perspexeris, ad modum lēsionis accedendo considera, ad quam affectionem proprie pertineat. Postea affectā particulam nota, nū tumore quopiā aut dolore infestetur, & quidem accurate cuiuslibet horū speciē inuestigando: didicisti. n. nō solum tumorum,

*Non sunt in
graco nec de-
bent esse.*

D verum ēt dolorum quoq; varios esse modos. Aspice subinde affectæ partis excrements, p quem meatum vacuentur: ac vide, num aliquid essentiæ ab affecta parte secernatur. Postea ēt, vtrū oīno incocta sint ipsius excrements, an mediocriter cocta. Actum, quibus ex ea uniuersum corpus, quibus priuatim quædam corporis partes fruantur: qđ partim ab actione, partim a colore, & figura deprehendes. Esto. n. ut quispiam inter respirandum in notharum costarū loco doleat, non protinus hunc esse pleuriticum suspicari debes, sed in primis quidem, an tussiendo aliquid expuat, intueri: id enim si coloratum, ut dictum est, uideris, tum ipsum pleuriticum esse dices. Quōd si tussiendo nihil omnino expuat, fieri potest, ut nihilominus pleuriticus sit ille quidem, sed inflāmationem habeat & incoctam, & strictam adeo, ut nihil ab ea foras ejici possit: ac fieri quoq; potest, ut ob hepatis" inflāmationem dolor in iam dicta sede excitetur: intentis. n. intro vinculis, quibus nonnullorum iecur costis alligatur, contingit dolorem ad succingentem costas membranam peruenire. Verū" nequaq; similis est pulsus in hepatis, & membranę costas succingentis inflāmatione: ac ne alui quidem sedimenta similia sunt: q̄q; nō in qualibet iecinoris inflāmatione ea dēsunt, sed in ijs affectibus, q̄ proprie iecorarij nominantur. Igitur, in qbus nihil excernit, a quo indicij aliquā sumi possit, satius fuerit præcordiorum dextram partē tangere; q̄ si nullus appetet tumor,

A.1.3. f. 10.
c.4.c. 1. fo.
268.e
Et c. 2. f.
A. ibidem. f

*Antiquus in-
terpres legit,
tūs ēt rābōs
id ior īdeſt
cūus ēt af-
ficio propria*

DE LOCIS AFFECTIS

tumor, ne sic quidē desistere oportet: quippe fieri pōt, vt in sola sima hepatis parte sit inflamma- E
 tio: potest ēt in gibbis partibus, sed non in oībus, uerum in ijs duntaxat existere, quā à nothis co-
 stis conteguntur. Itaq; laborantem, vt vehementer respiret, monere oportet dende interroga-
 re, nū grauitatē sentiat, aut suspensam a superioribus, aut in cūbentem vicinis. "Nonnumq; sa-
 nè, quibus illic est tumor præter naturam, ij difficulter spirant ob septi transuersi angustiam, &
 ab exigua tussi irritātur. Ergo hmōi dispositiōnibus, solidum firmumq; discernendi indicium p
 oē tps morbi, a pulsu sumendum est: deinde tractu tēporis reliqua quoq; accidentia considerāda
 sunt. nā & linguae, & vniuersi corporis color alteratur, vbi hepar uitiatū est: sicut rursus thorace
 affecto tussis increscit, atq; t pē oīno apparēt ea, quā tussiendo expuuntur. Igitur, quemadmodū
 fieri non pōt, vt illaſis spirandi tum partibus, tum instrumentis difficultis fiat respiratio: accedit āt
 interdum, nullo existente in ipsis proprio morbo, sed transuerso septo aut detracto, aut oppreſ-
 so, vt homo difficulter spiret: ita ēt vſu uenire solet in ea sede, quā principē in se aīæ facultatem
 continet: nam, cum & scientia, & opinio, atq; cogitatio oīs in ipsa consistat, si harum aliqua lāſa
 videatur, protinus ipsam quoq; affectu quoq; laborare arbitramur. Nam ubi vel in pleuritide,
 vel peripneumonia delirium incidit, nemo uel a costa, vel a pulmone accidens hoc prouenisse di-
 xerit: quippe uniuersi eam partem, in qua princeps aīq; uis residet, simul affectam esse putant, ac F
 nituntur modum consensuſ ſe ſtā ſuæ conformem ostendere; verum in alijs affectibus non con-
 ſentire, ſed primogenio ipsam affectu laborare aiunt, veluti in lethargo, & phrenitide: at vero un-
 diq; affici, ubi propriarum ipſius acti onum aliqua lāditur: proprias āt actiones dico, quā per nul-
 lam aliam partem, vt per instrumentum, fiunt. Nam re vera, & videre illam, & audire haudqua-
 quaquam negandum eſt, ſed uidere oculis, & audire auribus, atqui, vt cogitet, & reminifcatur, &
 existimet, & eligat, neq; oculis, neq; lingua, neq; alia quapiam parte utitur. Quōd ſi hāc aīæ pars
 ita eſt in continentē ipſam corpore, ut nos in domo aliqua in primis fortasse nullam ei noxam
 afferri putaremus a loco: qm̄ vero ipſam lādi videmus, qm̄ lādatur, eſſet inuestigandum: Si uero
 veluti forma quedam corporis eſt, ab ipſo inseparabilis, eā lādi non inficiaremur ob ſuscipientis
 ipſam corporis alterationem. At, quia de hac re inter philosophos ingens pugna eſt, alijs eam ue-
 lut in domicilio contineri dicentibus, alijs vero ipſam corporis formam eſſe putantibus, idcirco
 qm̄ lādatur, inueni per difficile eſt. Quōd uero lādatur, ab experientia dicere licet: etenim, ubi
 fracto capitis offi terrebra adacta eſt, ſi quis vehementius comprimat, protinus ſenſum oēm, &
 motum amittit laborans: quin ēt, ſi inflammatio quedam oriatur, hāc ēt eueniare interdum uide-
 mus: & cogitationis lāſio perpetuo eueni: Præterea nonulli per uehementem capitū vſtione G
 delirauerunt: atq; per fortes iectus capiti adactos, ſæpen uero caro id eſt ſoporem ſequi uidere
 eſt. Multi quoq; affectus in capite consistentes, cogitationem haud obſcure uitiant, adeo, vt ēt po-
 pulares, quiū aut delirare aliquē, aut cogitationem quōlibet affici conſpiciunt: capiti remedia ad
 hibenda eſſe ceneant. Verū enim uero, q̄ principium ſenſus, & motionis ab impetu prodeuntis
 ſedem in cerebro habeat, & q̄ hoc a mēbranis (Græci meninges uocant) contegatur, id in alijs
 commentarijs, quām veriſſimum eſſe declaratum eſt: Nunc uero, qm̄ diſtinguantur affectus pri-
 mitiui ab ijs, qui per conſenſum eueniunt, conſiderandum eſt. nam hmōi ſpeculatio proprie ad
 hoc noſtrum institutum pertinere vī, & qdē non ſine maniſta utilitate: quippe q̄ ad curandi
 rationē in primis pertinet, cuinam parti remedia ſint adaptanda, cognouiffe. Nam per ſolum cō-
 ſenſum lālo cerebro, ſi ea pars, q̄ primitiuo affectu laborat, ſuerit curata prius, q̄ cerebro propria
 aliqua eueniat diſpositio, nullū in ipſo relinquitur accidēs: q̄ ſi ex conſenſu aliqua permanēs ſiat
 in ipſo diſpositio, tum non ſolum parti, que primitiuo affectu laborat, ſed capiti quoque reme-
 dia adhibere oportet. Ob hāc āt ipſum exācte definire, utrum cerebrum, an membranæ ipſius pri-
 mitiue afficiantur, haud magnam utilitatem afferre pōt: in utraq; n. diſpositione capiti auxilia ad
 hibentur. Igitur huic rei non ita uehemens ſtudium adhibere oportet, ſed potius eſſentiam, qua- H
 lis ſit, inuenire: quippe humidum exiccare, aridum humectare, frigidum calfacere, calidum refri-
 gerare opus eſt; ac ſi coniugatus fuerit affectus, per contrariam coniugationem ipſum curare cō-
 uenit: ut calidum, & ſiccum, humectare, & refrigerare: humidum frigidumq;, exiccare, & calface-
 re: atq; in reliquis duobus coiugationibus ad portionē: ac in cāteris morbis omnibus eadē rōne
 ſimiliter facere, quorum uniuscuiusque ſpecie in libro De morborū differentijs perſecuti ſumus.
 Quum itaq; & cerebri, & membranarum eius iidem morbi ſimili curatione indigeant, logica ma-
 gis, quām ad curationem utilis, eſſe uidetur quāſtio, in utro illorum continetur princeps aīæ fa-
 cultas: verum, an in corde ſit ea facultas, longe diuersa, atque omnino re diſferēs eſt quāſtio. Eſto
 enim ut a flaua bile in corde, & accumulata, & putredine affecta, phrenitis ſit excitata, nonne de-
 lirare videbitur is, qui caput "oxyrhodinoſ id eſt oleo rosaceo cum aceto } perfundere iuſſerit? nā,
 ſi hoc præſidio phrenitidis cauſa ſanari poſſit, non capiti, ſed thoraci ipium adhibere debuerat:
 neq; uniuerso thoraci, ſed illi duntaxat parti, in qua cor continuetur. Hāc igitur recte a nobis de-
 finita ſunt, atq; hoc item, quōd non ſolum affectum locum, uerum etiam cauſam illi noxam in-
 ferenteim, conſiderare oportet: vt exempli gratia, delirium eſt accidens eius actionis, quā a loco
 t mentis

A.1.3. f.10.
 t.3. c.1.f.
 264. d

A.1.3. f.1.t.
 1.c.3. f.197.
 g

LIBER SECUNDVS.

14

A.1.3. f. 1. t.
1. c. 7. fol.
184.2

A.1.3. f. 3. d.
2. c. 5. f. 6. 1. c

B. de, ac si mortua essent, latitare solent. Atq; tum uiperas quoque uideas si manibus tractentur, deferanturq; haudquaquam mordere: nā per æstatem tum hoc animal, tū serpentes reliqui oēs, maxime sub caniculæ feruore, quum uehementer æstuant, furorem præ se ferre videtur adeo, ut ne exiguo quidem momento quiescere possint. Quod intelligens Nicander sic de cēchrilde cecinit.

Non temere offendas calcando cenchridis artus,
Dum furijs agitur.

Verum de his alibi pleniori inuenies, & enarrationē, & demonstratiōnē, Siquidem calida causa motum excitat, atq; idcirco uigilias affert, frigus" àt oiosum, & ad motiones pigrum reddit aīal, ob idq; somnum comaq; inducit. Igitur qui hæc intelligit, quum per ardentium febrium uigorem hoīem uiderit, & uigilare, & delirare, deinde inclinante iā febre, & dormire, & recte sapere, in capite nullam propriam esse dispositionem, sed a febris abundantia calore deliriū fieri existimabit. Sic et in peripneumonia, & lateralī morbo, quum ad uigorem febris peruerterit, deliriū sequi solet, nullo existente in capite proprio affectu: quippe tum affectus proprius esse putandus est, cum permanere in parte quapiam conspicitur. Vnde, si in laterali morbo permanens eueniat delirium, caput proprium hīe morbum perpende ita, ut quamuis lateris morbus quiescat, possit

C tamen capitīs morbus permanere: sepenumero. n. uidemus bubonem ob ulcus aliquod obortū, ulcere curato deinde diutius infestare. Ergo, "quum pars aliqua simul cum alia sic afficitur, ut irritata quidem una, altera uehementius molestetur, remissa uero irritatione quietescat, eam per consensum affici putandum est. Hæc quidem una coniectura cōis est: sed de cerebro, ut dictum est, proprium sumitur indicium, si non assidue delirium permaneat, sed auētam febrim sequatur. At que eadem ratione fieri solet, ut, quum febrium accessiones irruere incipiunt, sopore & comate grauentur laborantes, q; hoc tempore cerebrum uehementer refrigeretur: quippe quod alioqui paratissimum est, ut noxam huiusmodi subeat, quum intemperiem habeat frigidam, non uero tam, ut hæc sola prædictorum accidentium possit esse causa; sed, quum accessio ab initio processerit, frigus adeo increscit, ut cataphoram, vel soporem queat inducere: id uero, ut dixi, fieri conseruit, uel ab intemperie frigida, uel a pituita in cerebro exuperante.

G A L E N I D E L O C I S A F F E C T I S L I B E R T E R T I V S

D

ARGUMENTVM LIBRI

Reiectis ueterum erroribus, ad dignoscendos Cerebri affectus pertransit.

Quo pacto partem lədi ac affici contingat, ac quot modis afficiatur per consensum. CAP. I.



E affectis locis (sic enim uocant corporis partes) pauci admodum medici scribere aggressi sunt, ac multo plura, quām attigerint, omiserunt. Itaque cæteris silentio præteritis, unius Archigenis, haud indigni, qui omnibus præferretur, meminimus. Diximus autem eum sermonem, quo ipse assertit, actiones quasdam lədi, illæsa ea corporis particula, q; ipsis deputata est distinctione egere: defendi enim posse, si pars per alterius consensum ləsa nondum permanentem habeat dispositionem, sed veluti umbra quedam, vt ipse dicebat, ei hēc ipsa insit affectio. Nam, si ad ignem quis proprius accesserit, ut ferè comburatur, non tamen adhuc comburatur, dolebit quidem uehementer, sed ea, quæ calefit, parte nihil adhuc patiente. Sic et, ubi ambiens aer uehementer frigidus, aut aqua exalte frigida,

DE LOCIS AFFECTIS

Et frigida, aut nix infestat, grauis admodum dolor excitatur: at qui ablata re, quæ nocuit, protinus conquiescit affectio." Nam obrem satius fuerit ut dicamus (veluti, & ipsum indicat nomen) affecti quodammodo eam partem, quæ alteri consentit: neq; n. pars, quæ nihil patitur, sed ea, quæ cum alia patitur, consentientis uocabulo significatur. Itaque, quum affecto stomacho oculi similibus infestantur casibus, quales in suffusionibus apparere solent, dicendum est illos pati, elato ad cerebrum ab humoribus in uentriculo contentis fumo so quopiam vapore: non tñ adeo afficiuntur, ut ablata re, quæ molestiā intulit, propria curatione egeant. Verum hñoi disputatio, ut dixi, ad logicam potius pertinet: quæcunq; n. quæstiones usum transcendunt, qualis sit retum natura secundum propriam essentiam indagantes, haud dubie logicæ esse censentur: Sic et Chrysippus philosophus de animi passionibus scripsit viuum quidem de curâdi ratione librum, quo. s. maxime ad earum curationem indigemus: cui tres alias subiunxit, qui logicas continent quæstiones. Qd aut melius fuerat, & huic nostro instituto commodius, Archigenes parum exacte declarauit, quot certe modis actio lædi possit: sic. n. & primario affectæ partes, aut proprio uitio laborantes, aut quocunq; quis nominare uoluerit, deprehendantur, & curandi ratio abûde nobis supeditari possit. Ego uero in uocalibus instrumentis id iam exposui, ac in eo quoq; qui in manu sêsum amisit digitorum ipsis non affectis, quippe inuenta in dorsi initio pars, quæ primo afficiebatur, idoneâ curationē ostendit. ^E Sed aliter eueniunt suffusionis accidentia affecto uentriculo: atque aliter ei, qui ab alto decedit, nullo existente in uocalibus instrumentis uitio, uox offensa est: deniq; alia consensu specie laboratis, cuius digitus sensum amiserant: Siquidem oculi uexabantur, q; ascenderet ad eos aliquid: uox at, q; materia eius esset oblaesa: sed digitus idcirco torpebât, q; sentiendi facultas ad ipsos non descendebant. Proindeq; satius fortasse fuerit, ut uocalia instrumenta digitosq; nulla prorsus affectione laborasse existimes, q; oculos: ná his affectus ipse inest, quod summa quadâ exhalatione replentur: uocalium uero instrumentorum atq; digitorum officium legitur, non q; ueniat ad eos quippiam præter naturam, sed q; careant eo, quod secundum naturam ad ipsos peruenire solet. Sanè uis sentiendi digitis non influit, exortu nerni iuxta spinalem medullam leso: & guttus resolutis intercostalibus musculis efflatum spiritum non recipit: nihilominus recte dixeris in ipsis hâc esse passionē, q; nō pueniant ad ipsas partes ea, quæ antea, quū scđm naturâ se haberêt, venire solebât. Etenim fontes affici haud absurdè putaueris, si nō pueniat ad ipsos aqua. sic cerealii quoq; frugis è terra pdeutii, squalor immodicus passio est: & aialium, cibi, potionisq; penuria. nam qd alicui ad naturalē eius gubernationē quocunq; deficit, ipsum sancit spia passione illius merito putarit. Sed hñoi quæstiones (ut iam dixi) ad logicā potius pertinēt. ^G

*Quam multa post habeant medici, qui sc̄tis addicti sunt, ac de remedij ex
vera demonstratione inueniendis.*

C A P. 2.

Caeterum magna medicorum pars negligit eas considerationes, quæ uel leſis, vel de perditis actionibus necessariæ sunt. Quum. n. duæ tresve fuerint aliquæ hñoi actiones, accidit interdum, ut vna particula affecta, reliquæ illi consentientes in suis actionibus simul lædantur: interdum uero, ut qæ modo afficiantur: Atq; accidit interdum, ut harum aliquæ dispositionē habeat (ut ita dicam) hecticam {i. quæ tenaciter heret: } reliquæ uero (ut sic dixeris) catasthes in id est, quæ facile discutitur: } de quibus secundo libro de viuorum dissectione. atq; in eo, qui hunc precedit, iam diximus, ac non nihil in sequentibus quoq; dicemus, ut videlicet futurum sermonem, qui sine huiusmodi distinctionib. explicari non potest, perficiamus. Sed iam enarrare aggrediamur id quod admodum utile fuerit p̄dixisse propter eos, qui uerbo quidem demonstrare nituntur affectorum locorum inuestigationem medicis esse necessariam, opere uero illam euentunt, atque unum aliquæ affectum pro exemplo sumamus, sitq; is pleuritis, in qua latus esse affectum dolor ipsius declarat. Sed, vtrum, quæ succingens appellari solet siue membrana siue tunica (nihil. n. refert) inflammetur in pleuriticis, an alia quædam laterumparticula: præterea vtrū pulmo secundum fibras necessario afficiatur, an omnino affectionis sit expers, scire, nihil ad rem pertinere autumant ij, qui vsum, & experimenta præferunt. Dicunt. n. multos se vidisse pleuriticostum a praceptoribus, tum à se ipsis curatos, obseruatis ijs præceptis, " quæ ab Hippocrate in libro de ratione uictus in acutis morbis præscripta sunt: Item, quid ipsis profit, & quid noceat, noscere: distinctionesq; græce δογματικός, habere, quæ ex signis evidenter apparentib. in memoriâ reuocent, cui uenâ fecare oporteat, & cui non: Insuper de fomentis, cataplasmatis, viuctus ratione, alii ductione, nihil sibi ad completam notitiam deesse, idq; ex longa experientia: Igitur, quid uel Hippocratem, vel alium quempiam illo priorē induixerit, ut hæc inueniret auxilia, se penitus ignorare: satis ipsis esse, si iam dictis remedij commode vtantur: id quod alios quoque artifices facere videm, neq; enim faber, siue lignarius siue ærarius, neq; cerdo, quo pacto artes suæ fuerint inuentæ, inquirunt: sed a praceptoribus edocti, vsu eas probant, & confirmant, atq; sic clarum nomen aſequuntur. Evidem, ut uerum fatear, quum medicos, qui se empiricos ab experientia non minant, talia proferentes audio, inducor certe, ut probabiles putem eorum rationes, uideturque mihi dogmatici contra illos parum idonea se responsione tueri. Proinde, ut cæteris in rebus omnibus

De uict. rat. in
morb. a.c. com.
1. Et 2. 7. 110.
h. Et lib. 2. de
morbis.

A 1.1.f.2.d:
4.c.1.f.43.h
Et 1.3.f.1.c.
2.c.6. fol.
190.c.

A nibus temerarium assensum semper refugi; ita de his in inuestigandis singulorum morborū reme dijs, diu multumq; apud me inquisiui, an logica indicatione indigerem: an sufficienter ea pcepta, quæ ab experientia, & à præceptoribus, atq; ex me ipso didiceram. Igitur ea, q̄ diutina inquisitio ne optima iudicau, ita me dij amen, ueritatis amatores docere non grauabor. Nihil, n. cause est, quamobrem mētiar: qđ facere solent ij, qui uni sectæ addicti, oēm ex ipsa gloriā querunt: quippe contentiose eos defendere oportet eam sectā ueram esse, quā vnicā nouerunt, nam ex nullo alio disciplinarum genere gloriam sperare possunt. Ego vero re ipsa, & publice, & priuatim, apud eos videlicet, qui sectā quamlibet a me discere cupiebant, ostendi in oīum sectarum scientia (ne maius quicquam dixerim) me esse posthabendum nemini. Quòd si uni sectarum patrocinii face re velim, quamuis ex tpe ac pro re nata dicendum fuerit, haud tamē facile ab aliquo conuinci me rōnū penuria spatiar, Nō.n. (ut nōnulli faciūt) ex libris eas didici, sed præstatiſſimis in vnaquaq; secta præceptoribus uſus sum. Neq; sanè odiſſe possim empiricos, quorū sermonibus sum institutus: neq; vlos dogmaticos: pari.n. studio omnibus dedi operam, versatusq; sum cum præstantiſſimis in vnaquaq; secta præceptoribus. Itaq; innotui Romæ, tum primoribus eius urbis ciuibus, tum Imperatoribus deinceps oībus, & quidem ob artis opera, non ob sophistica rationes. Qua-

B mobrē nihil prohibet, quo minus de vnaquaq; secta uere dicā, quæ sentio. Igitur per artis exercitationē cōperi eam remediorū inuentionē, quæ ex vera indicatione pcedit, in ijs, quæ raro accidunt, empiricę cognitioni prēstare. Vnde multos morbos curari maxime cōtrarijs pſidijs, interdū ijs, quę experientia, & vſu cognita sunt: quæ qđē in libro de curandi via, & ratione latius explicau.

*Quibus preceptis utendum ad sedem affectam, & eius affectionis
remedia inuenienda.*

C A P. 3.

Nunc vero ea duntaxat perstringam, quæ nostro proposito magis accōmodata videbuntur. Nam comperi lēſas actiones non solum ob similares, a quibus eduntur, ægrotantes; verum etiā ob alias particulas, quæ, licet actionem non habeant, vſum tñ quendam prēstant. Sic ēt instrumentalium partium morbos, actioni nocentes deprehendi; quibus prēcognitis, inueni dein cōeps morbos quosdam continenter plurimos homines infestantes, aliós uero raro accidentes. At cōspexi empiricam medicinam, non quid raro, sed quod crebro accidit, in memoria, & imitatione collocare: quo circa dispositionum raro eueniētūm non solum curationē, verum etiā præuenientes ipsarum notiones, negligere. Proinde primum inuestigau, quō cognoscendæ sint: inueniāq; earum quasdam scientifica deprehendi posse notitia; nonnullas uero artificiosa uocata conjectura, atq; idcirco ipsas magna ex parte rectas, eiusmodi.n. est artificiosæ conjecturæ vis. Verum, has ipsas, & dispositiones eis priores, quæ videlicet scientificam notitiam admittunt, indigere semper inueni affectarum partium notione. Itaque medicinam hoc pacto professus vſq. ad senectutem, nullam in hodiernum usq; diē calumniam subij, neq; curando, neque præſagiendo, id quod celeberrimis quibusdam medicis interdum accidere memini. Quòd, si quis gloriam ab artis operibus, nō à sophistica sermonibus, affequi voluerit, is nullo negotio faciliter compendio colligere poterit ea, quæ per oēm etatem diligenti inquisitione inueni; idque sibi persuasum habeat hac uia, & ratione, medicamenta me inuenisse, quibus morbos raro eueniētēs curarem, quū ante neq; præceptorem uidissim hīmōi morbos curantem, neq; ipſe aliquod expertum haberem remedium. Sint igitur huius sermonis dij immortales mihi testes. Quippe vitiata actione, semper inuestigare studebam, quānam sedes, uel ipsa afficeretur, uel alteri consentiret; quimq; eam inuenisse persuasum mihi esset, tum dispositionem querere: atq; ex his statim utrisque totius curatiū generis indicationem sumere, simul remediōrum & quantitatēm, & qualitatēm, & idoneam materiam inuenire. Præterea cum prædictis, & etatē, & naturam laborantis, tum anni tps, & regionem, & id genus alia, quorum in Hippocraticorum librorum enarratione memini, perpendere D operæpretū ducebam. Verum superioribus duobus libris hunc præcedētibus (nisi fluxa admodū fuit memoria) didicistiſſis affectas sedes † { quinq; modis } posse deprehēdi, nēpe ab excretis, atque ijs, quæ affectis partibus adnascuntur, item actionum lēſione, quibus connumerantur, & color præter naturam, & figurā. Sed excreta trifariam diuiduntur; aliquā enim affectarum sedimentum partes, ipsarum videlicet essentia, vel soluta, vel confracta, excernuntur: interdum ea, quę in ipsis cōtinentur; nonnunquam aliquid, quod morbosas dispositiones sequitur, idque vel solas, vel semper, vel magna ex parte. Cum itaq; in quibusdam affectibus nulla alia mihi pateret uia, sola actionis lēſio satis cōducebat ad affectarum partium inuentionem. Igitur, cum deperditam cuiusdam memoriam restituere oporteret: esse mque adhuc iunior: ac nec præceptorem vñquā vidissim, q̄ hīmōi affectionem curasset, neque apud vllum antiquorum curationem legissim: primum quidē apud me ipsum inuestigau, quānam pars esset affecta, cui topica idest localia vocata remedia ad hiberem, prius videlicet vñiuersi corporis curatione p̄missa (id enim cōe præceptum est, qđ in omnibus morbis obseruare oportet:) deinde, qua uia, & ratione, remediōrum singula inuenirem. Cæterū affectam sedem eam ipsam existimau, qua princeps animę vis continetur: medicamenta autē ea adhibenda esse, q̄ huius sedis dispositioni aduerſarentur. Interim oratos habere velim

omnes,

<sup>† Hac addit
interpreſ.</sup>

DE LOCIS AFFECTIS

omnes, qui in horum commentariorum lectionem inciderint, ut scabiem, vel rabiē, vel insaniā, E
quam de sēctis conceperunt, deponant: deinde sic, vt probos viros decet, dicendorum seriem cō
siderent. Evidem, quum ea, quę iam supra proposui, perpenderem, accepi, Archigenem librum
quendam de oblaſe memorie instauratione edidisse: quo circa omnes bibliothecas ilico percur
ri, cōueniq; bibliopolas omnes, atq; medicos quoq; quos scriptorum eius viri studiosos esse scie
bam, quo eius libri copia mihi daretur, vt mihi quidpiam conferret ad remediorum, nō ad loci af
fecti inventionem. q̄ plane scirem nullam aliam a corde sedem huic affectioni ipsum destinasse,
secta ipsius constanter defendente, principem animæ uim ea parte sedem sibi vendicare.

Quām absurdā sit deperditā memoria & curatio ab Archigene conscripta. C A P. 4

Porr̄ intelligere cupiebam, quod intemperantiae genus, eius affectionis causam esse putaret.
neq; enim dubitabam, quin distemperantiam aliquam pro causa afferret, vt pote q̄ sectam
eius non ignorarem. Sciens itaq; octo intemperantiae genera in qualibet particula posse conſi
stere, quatuor simplices, & quatuor compositas, noscere cupiebam, quod intemperantiae genus
Archigenes laſe actionis causam esse declararet: frigus ne, an humiditatem spiritus in corde, an
compositum ex frigore, & humiditate, aut ariditatem cum frigore, putaret h̄mōi posse actionem
producere: etenim manifestum erat, eum in hac re nihil tribuisse calori. Sed, quid demum mihi F
acciderit, ijs, qui huius sectae insaniam abstinerint, deinceps narrabo: ubi primas dictiones adscri
psero eius libri, in quo Archigenes curationē scribere aggreditur delecta recordationis, siue obli
usionis, siue memorie amissione, aut laſe, uel utcunq; eam, quam supra proposui affectionem, no
mihare volueris: aut, si non affectionem, sed morbum, aut accidens, aut infirmitatem appellaue
ris. talia. n. a sophistis tractantur, quæ ne minimam quidem utilitatem ad curationis rationē affe
runt. Verum, quo clariora reddantur ea, quæ posthac dicemus, hoc prædicere necesse erat, Ar
chigenem vndeclim libros epistolā scripsisse, in quorum primo extat ad Marsum epistola, qua
consulit, vt patri memoria restituenda sit: atq; ab initio statim post proœmium, ubi curationem
tractare incipit, ita ad verbum scriptum est: detractionem igitur sanguinis moderatam, & eiusdē
iteratam detractionē fecisse uos, incipiente interceptione, mihi persuadeo, nisi imbecillitas que
dā obstiterit. Deinceps rursus: Puto at, q̄ & irrogationibus opportune usi fuisti, & fotibus totius
corporis, & capitis deratione, & cucurbitularū appositione. His ita lectis (ut verū fatear) obscura
uertigine conturbatus sum: idq; non ab re, q̄ spe, quā de viro conceperam, frustratū me uiderē:
quippe qui millies in multis commentarijs suis affectoru locoru, atq; dispositionis ipsorum scien
tiam necessariam ad rectam curationē esse dixisset. Sed quid utilitatis inde consequemur, nisi ab G
ipsis ad remediorū inuentionē dirigamur? Qua igitur o Archigenes, pbabili rōne persuasi, caput
aggrediamur, relicto corde, cuius cōgenitū quoddam opus memoria est: affectus vero actionis
eius est deperditio? quā dispositionē tanando, cucurbitula capiti adhibita memoriam reuocat? qua
ratione h̄mī suades remedia? Ita nunc quoq; inter visitandum ægros, per cōes consultationes, vi
deo medicos ad inuicē interrogantes, qua rōne hoc potius, q̄ illud, adhibere suraserit, atq; hi ne
minima quidem negligunt, tñ abest, ut tam grandia, qualis est cucurbitula capiti adhibita, pre
tereat. Neq; video, si thoraci ē regioni cordis fuisset adhibita, qua rōne Marsi patrem inuare po
tuisset. Præterea proposita iam verborum series non explicat, utrum concisa ante scalpello, an
integra cute, cucurbitulas thoraci aptatas fuisse uoluerit. Si. n. forte fortuna, vt nonnunquā eue
nire solet, frigida aridaq; fuerit dispositio, sanguinis, q̄dē detractio ad extremum ducit periculum
solæ uero cucurbitulæ non alio nomine, q̄ caloris excitandi gratia utiles esse censentur: cucurbi
tulæ. n. attrahūt ad seſe humorē ex imo, id q̄dē aridē dispositioni maxime aduersatur. Ignota itaq;
adhuic existente dispositione, quæ uel caput, vel mēbranas ipsius afficit, haudquaquam tutum fue
rit in exteriores caluariae partes materiam retrahere. Sic. n. prædicere debuerat: si frigida humi
daq; affectio fuerit, capite hoc modo deposito, curationis summam in calfaciendo exicandoq; H
statuere, atq; præsidiorum materiam, quæ h̄mōi habeant facultatē, adhibere oportet. Quūq; vix
ex obscura me vertigine recollegissem, sequētia ēt legere aggressus sum, inuenire me posse spe
rans, si non per ordinē, saltē sine ordine, h̄mōi aliquē sermonem, qualis is erat, quē nuper exem
pli causa percurrimus. Dprehēdi itaq; vniuersum præsidiorum catalogum, vehementer calfa
ciētē, & exiccatē, adeo, vt totum caput, & ipso ēt sinapismo a se uocato, calfaceret, & eo q̄dē ip
so vehementissimo, quippe ablato sinapi, caput nitro conspergere, mox aqua calida rigare iubet:
quo medicamine nullum in arte medica uiolentius inuenies, si q̄dē dolorē, ueluti cauterium, ex
citiat, sed diutius durat eius operatio. Itaq; Archigenes inferēs, inquit: Igitur intolerabilē hēt dolo
rē, neq; ulli, vel maximorū præsidiorum cedit hoc medicamētū. At uero ex sinapi, nasturtio, gra
no cnidio, via taminia (staphidagriā Græci uocāt) apophlegmatismos instituit: ac sternutamen
ta mouere, & potionis propinare iubet, vtraq; ex vehementer calidis, aridisq; medicamētis co
ponēs: ut facile cōstet ipsum credidisse, ad humiditatē, & frigiditatē, uel cerebri, vel mēbranarū,
hāc dispositionē p̄tinere: neq; n. h̄mōi dispositio, si caluariā tñ affecterit, hominē memoria priua
bit. Verū hāc obiter propterea dixerim, q̄ exiccātia calorificaq; remedia inducit; quāquā nusquā

A. I. I. f. 4. c.
2. I. fol. 8. g

A. I. I. f. 2. d.
2. c. I. fol.
40. b

ab

A ab ipso explicatum est, humore frigoreq; obliuionem constare. Quis igitur non indignaretur uidens caput tantis vexari negotijs, alia uidelicet parte affecta? Cæterum id quod de cucurbitulis ab initio indeterminate protulit, postea pergens, hīmōi verborū serie manifestissime declarat. Irritationesq; ex sinapi & cucurbitulis leuibus, saepius quidem mitibus, interdum at admodum validis facere oportet: efficaciores at sunt illae, quæ cum scarificationibus adaptantur. Verū ò clarissime Archigenes nulla tibi suffragari ratio potest, quamobrem capiti ista adhibeas, si affectio constat in corde: neq; ab experimento, ut interim empiricos alloquamus, talia possunt inueniri. Aestuans quispiam sub ardente febri, frigidam aquam per intemperantiam ingessit, & non nihil p̄fidij expertus, medicis imitationis uiam sine rationali indicatione aperuit. Cucurbitula uero, nulla occasione duce, sed sola indicante ratione adhibetur: neq; n. sua sp̄ote cucurbitula vñquam digni, neq; et, si hoc detur, per occasionē aliquam capiti applicari potuit, præsertim in ea affectio, quæ raro euenire solet: Interro ganti igitur mihi nostræ tēpestatis medicos, præcipue senes, & exercitatos, curassentne unquam hīmōi affectum, omnes penè responderunt, nunquam id tentasse, uno duntaxat excepto, qui diceret, curationem quidem aliquādo se aggressum, nihil uero profecisse. Quo pacto igitur eorum, quæ casu quodam accidunt, auxilia, vel experimento, vel imitatione cognoscemus, cum raro eueniat hīmōi affectus: neq; fieri possit, ut cucurbitula per occasionem capiti adaptetur? Frigidæ enim potio, ceteraq; id genus remedia, quorū quotidie in multis creberrimum facimus periculum, per experimenta inueniri possunt: sed cucurbitulæ ap̄positio, siue concisa prius cute, siue ex integra fratre, ab experientia occasionē accipere nō potuit. quum n. aliarum affectionum multa rum sedes affecta, quamuis non exacte, ad inuentionem tñ remediorum satis sensibus diagnoscatur, in memoria id conceditur minime. Alias dico affectiones, ut lateralem morbum, peripneumoniam, nephritidem, dispositionem colicam, hepaticam, splenicam, aut uescicæ, aut uteri affectus, atq; id genus cæterarum partium: in quibus oībus & do lores, & ea, quæ per meatus excernuntur, & si non exactissime, saltem in latitudine sedem affectam declarant. In lateralī. n. morbo facile est uniuerso lateri adhibere, quid uolueris: similiter v̄ tri in colica: quemadmodum, si hepar, aut lien inflammetur in præcordijs: atq; haud secus in ceteris partibus: deperdita vero memoria nullum affecti loci signū, neq; tumor præter naturam, nequé dolor aliquis, neq; excretio, neq; aliud quippiam extat, quēadmodum neq; in melancholia, phrenitide mania, morbo comitiali, lethargo, sopore, & in ea affectione, quā recentiores medici tatochen{ i. vigilantem sopore} nominant, atq; catalepsim{ i. occupationē}: } Ac ne in totius corporis sp̄afmis, uel in saltibus, uel in dimidijs corporis paralysi, id, qđ ueluti radix est, ullum signum prodit, vel ex tumore præter naturam, vel ex dolore, uel ex colore mutato, uel ex aliquo excretoriū. Quare, neq; in his Archigenica remediorū inuentio fieri potuit, si quidem nugaces sunt empiricorum occasiones, atq; Archigenis sermo nos dicit ad cor. Verum concedamus ab experientia affectionum auxilia prodijse, nunquid non manifeste deprehēdetur falsa illorum arrogātia, qui dogmatici uocantur? ac ne simplex quidē illa reprehensio erit, sed gemina, atq; vtraq; fortis. Si. n. v̄sq; adeo utile est experimentum, ut non solū citra rationem inueniat remedia, verum et coarguat rationem tanquam aperte falsam, tñ abest, ut ratio dogmaticis medicis sit usui, vt et nocere videatur. Sed(ut aiunt) fatis reprehenditur id, quod inutile esse ostenditur: q̄ si ratio et nocere uideatur, q̄ maius argumentum desideras, quo rationis uitium ostendatur? Porrò multas de principe ui animæ rationes, dialectico more interrogando inducas, una cum affectionum locorum usu, quibus euincere possis in animalibus affectibus auxilia cordi adhibenda esse, ita subito contempsit Archigenes, alioqui in curandi ratione exercitatissimus, ut neglecto pectore, capiti cucurbitulas adaptaret: ipsumq; licet haudquam affectum, & incideret, & vreret. Nū igitur per Iouem mentitus sum paulo ante, cū dicerē, rōnalē uia, q̄ ad remediorū inuentionē pertinet, omnino prodi ab ijs. f. qui patriæ, q̄ sectæ suæ, proditionē æquiori ferrent animo? quippe p̄ditionē esse arbitrantur, si vera dicendo dissentiēdū sit ab ijs, quib. ea secte defendit. Igitur, ut in præsentia turpē contentionē manifestè declarant, sic et haud cbscure dementiam suam prodūt, cū putant oīa sua decreta turbari, si aliquā uel in uno reprehēdātur. Placitorū enim alia mutua cōsequētia cohārēt, alia inter se pugnant, alia neq; consequuntur sese, neq; pugnant necessario, ut in hac ipsa, de principali animæ potestate, quæstione. Siue. n. in corde, siue in capite, sedem ei statueris, poteris de naturæ elemētis, quamcunq; uolueris, eligere opinionem, cum priore sententia neq; pugnando, neq; consequētis aliquā adducendo: haud fecus de generatione quoq; & corruptione, de animæ essentia, de dijs, de prouidētia, de fato: itē genitusne sit mundus an ingenitus, finitus an infinitus: præterea an plures sint mundi, numeroq; incomprehēsibiles, an unus duntaxat: quippe nulli iam dictorum placitorum repugnat, neq; ad ullum ipsorum sequitur ea, quæ de animæ ui principali habetur opinio, siue in corde, siue in cerebro, eam contineri dixeris. Itaque uniuersam suam sectam dogmatici produnt, qui huiusmodi scribunt curationes: cum de præcipua animi ui adeo manifestæ sint demonstrationes, ut omnibus ferè hominibus nota sit pars, in qua residet. solis medicis summisq; philosophis, qui in corde eam collocant, non appareat. demonstrationes

D net, omnino prodi ab ijs. f. qui patriæ, q̄ sectæ suæ, proditionē æquiori ferrent animo? quippe p̄ditionē esse arbitrantur, si vera dicendo dissentiēdū sit ab ijs, quib. ea secte defendit. Igitur, ut in præsentia turpē contentionē manifestè declarant, sic et haud cbscure dementiam suam prodūt, cū putant oīa sua decreta turbari, si aliquā uel in uno reprehēdātur. Placitorū enim alia mutua cōsequētia cohārēt, alia inter se pugnant, alia neq; consequuntur sese, neq; pugnant necessario, ut in hac ipsa, de principali animæ potestate, quæstione. Siue. n. in corde, siue in capite, sedem ei statueris, poteris de naturæ elemētis, quamcunq; uolueris, eligere opinionem, cum priore sententia neq; pugnando, neq; consequētis aliquā adducendo: haud fecus de generatione quoq; & corruptione, de animæ essentia, de dijs, de prouidētia, de fato: itē genitusne sit mundus an ingenitus, finitus an infinitus: præterea an plures sint mundi, numeroq; incomprehēsibiles, an unus duntaxat: quippe nulli iam dictorum placitorum repugnat, neq; ad ullum ipsorum sequitur ea, quæ de animæ ui principali habetur opinio, siue in corde, siue in cerebro, eam contineri dixeris. Itaque uniuersam suam sectam dogmatici produnt, qui huiusmodi scribunt curationes: cum de præcipua animi ui adeo manifestæ sint demonstrationes, ut omnibus ferè hominibus nota sit pars, in qua residet. solis medicis summisq; philosophis, qui in corde eam collocant, non appareat. demonstrationes

DE LOCIS AFFECTIS

frationes vero ipsas in commentarijs, quos de Hippocratis Platonisq; decretis edidi, iā dixi. Por
rō rationalem animæ uim in cerebro, virilem uero, atq; irascibilem in corde, concupisibilem in
iecore sitam esse nemini non persuasum est, id, quod quotidie dicentes audiendo, discere licet.
quippe fatuum aiunt cerebrum non habere: timido, & pusillanimi, cor deesse. Tyto uero icur-
ab vulture erosum, non solum poetæ, uerum etiam pictores, sculptoresq; fingunt.

*Memoria, & intellectus laesionem, Somnolentas item ac vigiles dispositiones in cerebro
esse, ac de ratione ipsarum inueniendarum.*

C A P. 5.

Sed tps est, ut ad propositum redeamus. Sanè, cum in confessu sit oībus medicis ex ipsis operi
bus, quæ in oībus rōnalis potestatis affectionibus faciūt, caput sedē ipsius esse, conueniēt erat
considerare, qualis, in quacūq; affectione dispositio sit, verbi gratia, memorie lesio, qm de ipsa lo
qui instituimus: ipsa. n. sāpe una cum laesione quadam rōnis fieri conspicitur, quemadmodum &
rationis laesio una cum memoria laesa, utriusq; noxa ab eadem dispositione procedente, quæ vbi
uehementius intendit, simul cum memoria ratio quoq; deperditur, q affectio stultitia nomina
tur. Sic in lethargo ēt, atq; oībus soporosis affectionibus, utraq; pereunt: atq; dispositiōem ip-
forum eiusdem esse generis necesse est: ac per primū quidē genus, qm intemperies est: iam enim
explicauimus, eam familiarium partium, quæ primo operantur, communem esse dispositiōem: F
secundum vero alterum genus, qm frigida oīno intemperies est: hæc enim animales actiones,
torpidas efficit, id quod alia, quæ per frigora latere coguntur, haud obscure declarant. Id ēt in
frigidis medicamentis uidere est, ac frigidis quoq; cibis: siquidem lactuca cataphoricos inducit
sommnos, si multam ipsius quantitatē in quis ingesserit. Verum ēt capitīs grauitates, quæ uidelicet
sine mordaci infestant dolore somnum: soporemq; afferunt, quibus apophlegmatismi magnifice
opitulari vñr. Ad hæc non mediocri argumento sunt capitīs, & ardor, & refrigeratio: si quidem
ardor, uigilias: refrigeratio, soporem inducit. Item biliōsi, calidiq; morbi, uigilias, deliria, phreniti
das: contra, pituitos frigidiq; ignauiam, cataphoram efficiunt. Quippe qd ad uigilias* soporesq;
per morbos pertinet, calida frigidaq; intēperies primā sibi facultatē vēdicat: altera uero ab hac,
quæ ad humiditatem ariditatemq; refertur. Nam balneæ, eo, q caput madefaciunt, soporiferæ
sunt, haud secus uini* moderata potio, & oēs cibi humectantes. Atq; ex æratibus pueritia quidē
ob humiditatem somnolenta est: senes uero, ob ariditatem, uigilij vexantur. Igitur omnia hæc
argumento esse possunt, ad animi ignauiam inducendam, humiditatem præter naturam, secun
das partes obtinere: frigiditatem uero priores. Proinde humiditas sola abundans, longos profun
dosq; somnos: sicuti & ariditas quoq; sola uigilias efficit: de quibus dispositiōibus ab Hippocra G
te dictum est. Somnus aut vigilia, si alterutrum modum excessit, malum est. Si uero, frigus cū hu
miditate uehementer coniungatur, *soporē stuporemq; constituit, sine hac vero memorie no
2. Aph. 3. Ex. 60. ord. 11. c. Et 7. Aph. 67. Ex or. 60. c. n. uel cordis affectus tractare proponimus. Igitur quemadmodum
somnus, & uigilia, si modum excesserint, ille ob humiditatem, hæc uero ob intēperiantā fit ari
dam, ita & in his ipsis, & maior, uel minor tum somnus tum uigilia sequitur maiorem, uel mino
rem aut humiditatem, aut siccitatem. Cumq; bisartam (ut iam declaratum est) fiant huiusmodi
intemperies, duplex quoq; erit utriusq; dispositiōis modus: unius qdē in humidis siccisq; hu
moribus: alter uero in corporibus solidis, si aliquando in easdē intemperies solidē partes cum hu
moribus inciderint. Præterea ultra iam dictas intēperies contrarias, alia quædam fit mixta ex u
trisq; ut uigilanti coimate, quum pituitos biliosusq; humor abundauerit. Ita in calidi frigidiq;
contrarietate, eosdem quoq; modos inuenire licet, tum simplicium intēperiantā, tū ex am- H
babus mixtæ: pituitæ. n. si bilis misceat, flauā dico, mixta fit ex calido frigidoq; dispositio. Quod si
in solidis corporis partibus mixtam in contrarijs dispositiōem fieri fateamur, tres ab ipsa prodi
bunt ex utraq; contrarietate intēperies. Iḡr hmōi affectus oēs cerebro aduenire solēt: sed inter se
differunt non solū mixtionis uarietate, aut eq, q magis minusve intenduntur tum in simplicibus
tū in mixtis dispositiōibus, uerum ēt q uentriculi cerebri interdum afficiuntur hmōi intēpe
ratijs, interdum uniuersa eius uasa, aut humiditas quæ per corpus cerebri dispersa est, & quarto in
super modo, quum uidelicet ipsummet corpus cerebri intēperatum redditur. Quorum itaq; uel
memoria, vel intellectus perijt, somnos obseruare oportet (quippe intellectus amissio stultitia est)
utrum uehementer, an modice somnolenti sint: aut omnino non somnolenti, sed quantum ad
sommū pertinet, secundum naturam sese habeant: sic enim uincentem inuenies intēperiē. Præ
terea considerandum est, utrum excernant quippiam, vel ex naribus uel ab ore, quod capite de
fluat: an aride huiusmodi partes sint: quippe ex his dispositiōem ipsam conjectura consequi po
terimus, quemadmodum in destillatione, & grauedine usu venit: siquidem in his, & qualitas, &
quantitas excretorum, atque causarum, quæ processerunt, contemplatio, capitīs dispositiōem
declarat,

* Alias modice
diluti.

A. I. 1. f. 1. d.
6. c. 3. f. 26.
f. Et f. 2. d.
3. c. 3. f. 45.
b Et l. 3. f.
I. t. 1. c. 17.
fo. 186. a. b

A. I. 3. f. 1. c.
4. c. 4. fol.
201. e

A declarat, siue calida fuerit, ut in uestione: siue frigida, ut in refrigeratione: nisi n. omnia haec discrete cognoueris, idoneam dispositioni curationem haudquam inuenies. Cum igitur vel perijt, uel grauiter laesa est memoria, frigida oīno intemperies est: quocirca calefacere ipsam oportet: at uero exiccare, aut humectare non necessarium est: sed, si humiditati compuletur, arescere: si ariditati, madefacere: ceterum, si inter has medium obtinet, ipsum conseruare oportet. Equidein noui quēdam, qui ob laborem in studijs, atq; vigilijs, memoriam penē amiserat, laesa ēt rōne: item agricolam, q ob labores, quos uites colēdo subierat, ac tenuē victum, eodem modo affectus est. Atq; ij, certum est, q exiccatib. calorificisq; oīno laedebantur: madefacientia uero, quæ calefaciēdi quoq; uim haberēt, haud mediocri ipsis erant præsidio. Itaq; laeduntur ēt cum febri principales aīæ functiones, ut in phrenitide & lethargo: interdum sine febri uitiū est, ut in mania & melancholia: quemadmodum modo p consensum, modo primaria affectione cerebri. Quum igitur proprijs accidētibus exacte discernuntur hīoīi uitia, & perpetua sunt, neq; alijs præcedētibus suoperuenerunt, primogenia affectione: quum vero proprijs accidētibus discerni nō possunt, neque perpetuo permanent, atq; ad alias affectiones consequuntur, p consensum ipsa constare dicimus. Neq; latere nos debet, vbi per consensum quis afficitur, ipsaq; affectio in fieri habeat esse, q dele-

B tis efficientib. ipsam causis, ipsa quoq; simul deletur: si uero consentiētes partes permanētem iam habuerint dispositionem, quamuis quiescat causa efficiēs, ipsa tñ permanebit affectio. Igitur, q in cerebro consistant oēs principalium animæ actionum affectus, in cōfessō hīt oēs medici, nisi q s vni fortasse seētæ addictus, aliter in animo sentiat, aliter depromat ex ore: at, qualis sit intemperies, non sine negocio inuenitur, medicusq; requiritur, non qui laboret, q[uod] antiquis contradicat de animæ principatu, re adeo aperta & perspicua, vt eam in cerebro esse ēt inter priuatos conueniat, sed qui laboriosus sit, & inquirendo non defatigetur. Sed philosophis fortasse, in angulo sedētibus, facilius pro hoc errore quis ueniam dederit: medicis uero, qui iam in artis operibus ad senectutem usq; uersati sunt, ignosci sua contēdendi libido, vel, fortasse dicam uerius, impudentia, nō debet: quippe qui uigilantibus, delirantib. phreniticis, lethargicis, caput irrigare confueuerunt. Nam & Archigenes quoq; vbi initiata memoria medicanda est, aut stultum medicari aggreditur, capiti remedia adhibet. Quis vñquam exercitatus medicus apoplexiā, morbum comitiale opisthotonon, emprosthotonon, tetanon, aliter curauit: quis deniq; dimidiā partem corporis resolutam? Nunquid uero in spasmosis affectib. oēs medici uel ēt experimenta professi, summam curationis esse non censem, primis vertebris remedia adhibere quemadmodum ubi dimidia quoq;

C yniuersi corporis pars resoluta est? Porro cerebrum quoq; calfactum, quemadmodum apoplecticos quoq; curare confueuerunt: Sic ēt per morbum comitiale, cum vel ob stomachum, vel ob aliquam aliam particulam affectio sit, eam maxime & in primis curare præcipiunt: cerebrum uero ita præparant, ut non ita facile afficiatur. Hēc itaq; potissimum inquirenda sunt non principalis animæ uis, quam nemo, nisi peruersa fuerit mente, non apertissime cognoscit: neq; neruorum originem, diuinantium more, à dijs petere, sed ab experto dilectore discere oportet.

De Neruorum ortu, ac de conuulsione

C A P. 6.

S unt enim nonnulli, qui sibi iam persuaserunt neruos a corde oriri, eò, quod nequeūt inter syn desnum i. copulam, neruumq; discernere. quibus non nihil ēt suffragari uidetur ipsa homonymia, quippe copulæ à multis medicorum colligantes nerui appellātur. Verum nulla uexabitur nominis inuidia, si modo non copulas ipsas, sed uoluntarios (ut ipsi aiunt) neruos intelligat, quos scilicet à cerebro initium accipere dicimus, neque enim illi aut conuulsionem, aut paralysin, ad colligantes neruos referunt: sed eorū neruorum, qui voluntatis imperio obediunt, affectionē esse dicunt. Conuulso. n. uniuerso corpore, omnes quidem aut uuant affici talem quampiam partem que, ut in arbore caudex ramorum, sic ipsa sit omnium neruorum communis veluti caudex, nō

D paucorum in una parte, quemadmodum ramus: veluti, qñ vel crus, vel altera manus, forte fortuna conuellit, totius membra conuulsio, neruorum, qui adipsum pueniunt, originē affectam fuisse declarat, rami cuiuspiam exemplo in arbore: Qñ autē vniuersum corpus afficitur communē originem oīum infra faciem neruorum, que arboris caudici proportione respōdet, affectam esse putandum est, quæ sunt primæ spinalis medullæ partes: proinde exercitatissimi quiq; medici huic remedia adaptant, cordis vero in hac affectione nullam oīno mentionem faciunt: Si vero simul cum uniuerso corpore facies quoque conuulsa videatur, non solum exortum spinalis medullæ, verum etiam cerebrū ipsum, curamus. Etenim labra quoq; sēpē numero conuulsa uidemus, item oculos, frontis cutem, totas mandibulas, similiter & linguæ radicem: at, quia oēs iam dictas partes a musculis ex cerebro neruos suscipientibus moueri, ex anatomie didicimus, cerebrū ipsis sic laborantibus credimus esse affectum: vbi uero ipsis illæsis cæteras partes conuelli viderimus, doloris medullæ initium affectum esse fatemur. Hēc igitur sunt, quæ prompte discere, mox ipsorum dispositiones considerare oportet. Sed sunt nonnulli medici, qui dispositiones ipsas ne aggrediuntur quidem disquirere, sed certant super rebus manifeste apparentibus iacturamq; temporis nos facere cogunt, quod non erat consumendum rīndēdo ijs qui recta medicorum ueterum decreta

DE LOCIS AFFECTIS

6. Apho. 39.
Ex. ord. 50. f.

euertunt, sed inueniēdo potius ea, quē illi silētio præterierūt, uel nihil oīno differētes de quibusdā E rebus, vel sine demōstratione, uel sine idonea determinatione, vel non satis abunde explicantes: quemadmodū Hippocrates, vbi "neruorum cōuulsionē vel ob plenitudinē, vel ob vacuitatē, fieri dicit. Enēm verus est sermo eius: q̄bus uero rationib⁹ fulciai, vt fides ei adhibēda sit, nō popularibus, sed doctis duntaxat viris, & q̄ diligēter prima medicinæ rudimēta didicerūt, notum est. Hæc igitur quū didicisse, facile mihi persuasi cōuulsionē fieri ob eas causas, quae ab Hippocrate dictæ sunt. Quippe, "si omnis motus, qui à volūtate p̄cedit, attractis musculis in eas, quibus innascuntur, partes, fieri uidetur: neq; potest fieri attractio, nisi ad suam originē retrahatur musculus: cōstat" cōuulsionē in cōuulsis partibus factā, hac sola ratione à motu secundū naturā differre, q̄ præter voluntatē nostrā fiat. Itaq;, quēadmodū in eo, qui secundum naturā habet, voluntas in cerebro iuxta neruorū originē ordinata, motionis principiū primis dat neruis, ac per ipsos musculis: ita, si sine huiusmodi principio inuenerimus, quæ causa neruos cōuellere possit, modum, quo cōuulsionē fiat, nos iam scire nō temere profitebimur. Enēm, si videris alquādo neruosa corpora, ut lyræ chordas, ob ambientis aeris immodicā intemperiē adeo vehementer, ut rumpantur, intentas, haud difficulter intelliges idē in animātū quoq; neruis posse cōtingere. Sed quomodo affecto aere tēduntur chordæ, ut rumpantur? si vel "nimis aridus, uel admodū humidus sit: nēpe humor madefacit ipsas, vt in tumorē p̄'eter naturam attollantur, qui mox eas tendit: ac, veluti Sol tergora arefaciens cōtrahit, ita siccitas chordas & trahit & tēdit: sic" lora quoq;, quū ad ignē exicantur, contrahi tendiq; vidētur. His ita præcognitis, haud difficile inuētu fuerit, vtrū ab ariditate, q̄ est humidæ essentiæ defectus & uacuatio: an ab humoris plenitudine, quæ est affectio egestati aduersans, & ab Hippocrate repletio nominata est, affectus ipse prodierit. Quippe, quū cōuulsionē fit vel à labore, uel uigilijs, vel fame, vel solitudine, uel arida & stuanteq; febri, qualem in phreniticis uidere est, causam eius esse ariditatē vacuationemq; recte putaueris: si uero temulēto cuiuspiam, ac oīno pleno homini, qui videlicet in otio degit, id eueniē conspexeris, non ab re à contraria causa conuulsionem ortum habuisse iudicabis. Atqui euacuationi contraria est repletio.

*Qui humores, in quib⁹ cerebri partibus, quos morbos pariant: ac de melancholia
& morbo comitali.*

C A P. 7.

ATque" morbus quoq; comitalis, conuulsionē est omnium corporis partium nō perpetua, ut in emprosthotono, & opisthotono, atq; tetano videre est, sed quæ ex tēporum accidit interuallis: neque solum hac re, sed mentis quoque ac sensuum oblæsione, à iam dictis conuulsionum generibus differt: unde constat in supremis corporis partibus, cerebro uidelicet, hunc affectum generari. Quoniam" uero & uelociter cessat, in uentriculis ipsius potius consentaneum est à crasso humore uias spūs obstruente, hunc affectum procreari, neruorum principio se ipsum qua tiente, quo excutiat ea, quæ noxia sunt: fortasse uero & irrigato singulorum neruorum exortu, similiter ijs, quæ à spinali medulla principium habent, cōuulsionibus, epilepticorum quoq; conuulsionē fit. Verum non ab ariditate uacuationēque, sed à crasso semper humore, hanc affectionē induci argumento est, q̄ subito fit, & soluitur confessim: nam subitaria meatuum obstructio, à crasso uiscoule humore fiat quidem: ut autem uel cerebrum, uel tenuior ipsius membrana ad tantam perueniat ariditatem, ut corio simile quippiam pati uideatur, non sine multo tempore fieri possit. Accedit ad hēc, ut is, qui sic laborat, neq; uideat, neq; audiat, neq; ullo sensu quicquam percipiatur, ac ne consequi quidem possit, quid factum sit: sed cum memoria: uiribus ratio quoque lēditur. Ex his igitur omnibus rationi consentaneum est in cerebro hanc affectionem fieri, impenetrante humore animalem spiritum, qui in uentriculis eius continetur, quo minus possit exire. Porro, quamobrem hic spiritus uocetur animalis, aut quæ sit eius potentia, in eis commentarijs, quos de Hippocratis Platonisq; placitis scripsimus, iam demonstratum est. Sanè, quum ea, quæ per dissectiones apparere solent, accurate consideraremus, rationi consonum uidebatur, animā in cerebri corpore sedem obtinere, atq; in ipso & rationis uim & sensibilium imaginum memoriam residere: ac primum ipsius instrumentum, tum in sensibilibus actionibus omnibus, tum in ijs, quæ à consilio & uoluntate prodeunt, spiritum esse, qui in ipsius uentriculis, maximeq; in postremo continetur: quamuis non contemniendus sit medius uentriculus, perinde, quasi non nobilissimus sit, multis enim rationibus inducimur, ut hūc amplectamur, duos uero anteriores deseramus. Verum exacta horum notitia ad curationis inuentionem nihil ferē conductit: nam fatis fuerit ad probe curandum, nosse sedem affectam esse cerebrum, arque in eius uentriculis humorē crassum, uel uiscidum comprehendēti. Igitur, quēadmodum hēc ad curationes, quarū gratia & affectas sedes, & earum dispositiones inquirimus, sunt utilia, sic crassorum quoq; humorū differentiae, utrum uidelicet pituios sint, an melancholici, haud mediocriter ad curationem conferre uidentur: si tamē in præsentia non obliuiscamur pituitosos quidem eos nominare, quum simpliciter ita dicimus, in quibus humiditas frigiditasque, melācholicos uero, in quibus siccitas, atq; frigiditas dominantur: quamuis magna peculiaresq; interim differentiae, tum pituitosorum tum melancholicorum humorū inueniantur. Pituitæ quidem unum genus est, quod quotidie

vel

A.1.1.f.1.d.
s.c.1.f.10.
b
A.1.3.f.2.c.
s.fol.215.d

A.ibidem.

A.ibidem.c

A ibidem.b

A.1.3.f.1.t.
s.c.8.f.208
c

A.1.3.f.2.c.
s.f.215.f

A.1.3.f.2.t.
s.c.1.fol.
213.d

A vel screando, vel uomendo, vel emungendo educitur, vaporoso s. spiritu plenum, vt ne sensum quidem lateat, ipsum esse dissimilare. Alia uero pituita, similaris quidem uidetur¹, licet fortasse non sit similaris: qualis etiam est crudus humor, qui in vrinis substat, tum is, qui a Praxagora² uitreus appellatur, atque ex hoc genere esse uidetur saliuia, quæ neq; fluida admodum est, tieq; aquosa. Verum nec saliuia unica duntaxat qualitate gustum afficit, nedum uniuersa pituita: sæpumero .n. acrem, & acidam, & salsa in ore saliuam manifeste deprehendimus: ueluti, cum sani maxime degimus, nulla qualitate infecta, sed perinde, quasi aquosa, saliuia gustui offertur. Sic & melancholicus humor secundum substantiæ varietatem non obscuras habet dñias. Nam aliis est ueluti fæx sanguinis: qui admodum spissus est, fæcibus uini haud absimilis. Alius uero, quam superior, essentia est multo tenuioris: atque uomentibus eum, & olfacentibus acidus uidetur: qui ē terram radit, attollit, & fermentat, atq; ampullas, quales feruentibus iufulis supernatare uidemus, excitat. Sed is, quem crassæ fæci similem esse dixi, in terram effusus non inducit fermentationem, nisi forte in ardente febri ipsum maximopere præassari contingat: neq; ulla ē acida qualitate participat: quamobrem & ipsum nominare confueui melanocholicum succum, aut melanocholicum sanguinem: hic enim, meo quidem iudicio, non recte adhuc atra bilis appellari potest. Prouenit autem huiusmodi humor in quibusdam

B plurimus, vel a temperie ab initio comparata, vel à cibis, qui, quum in venis concoquuntur, in huiusmodi humorem transmutari solent. Igitur, ut crassus pituitæ succus, ita hic quoque comitiale morbum solet efficere, vbi in meatibus uentriculorum cerebri retinetur, siue is medius sit siue postremus: vbi "vero in ipso cerebri corpore abundat, { eam infanæ speciem, quam Græci uocant } melanocholicam efficit, quemadmodum alter atræ bilis succus, qui præassata flaua bile nascitur, ferina deliramenta inducit, modo sine febre, modo cum febre, in cerebri corpore abundans. Atque hanc ob causam phrenitis nonnunquam mitior est, quum uidelicet à pallida bile ortum contraxit: interdum vehementior, quum flaua bilis eam peperit: atq; insuper alia nonnunquam dementia occurrit ferina & melanocholica, flaua bile præassata. Deliria autem, quæ per febrium uigores accidunt, non propria cerebri affectione, sed per consensum sūt: proinde eos *ταραχήσας παγαπονός, παγαπόλας,* idest, delirare, & desipere, & vacillare, non solum medici, sed priuati quoque dicere consueuerunt: phreniticos vero hos non noſant, eo, quod phreniticorum delirium non quiescit, mitigato febrium uigore. Igitur, quemadmodum phreniticorum febris unum quoddam accidens dispositionum cerebri censetur, sic è conuerso ardentiū febrium delirium, multis elatis ad ipsum vaporib. calidis. Haud secus sit ea affectio, quæ suffusioni in accidentibus similatur, a uentriculi dispositionibus ortum trahens: nam cerebrum vetriculo & uentriculus cerebro, suas affectiones transmittit, idq; propter neruorum à cerebro ad os uentriculi descendentium magnitudinem: per quos ēt, sensus huic particulae, quam ulli reliquarum corporis partium, acutior est. Quocirca capit is fracturas, quum ad membranas usque perueniunt, biliſus uomitus, ac interdū dolores capit is quomodo unq; fiant, subuersioq; stomachi, & morsio comitatur. Hypochondriacas uero, & flatuosas uocatas affectiones melanocholia tristitia sequitur, haud secus, q; acutam febrem delirium, & quasdam oris uentriculi dispositiones, ea, quæ in accidentibus suffusioni similatur affectio. Sic neruosis partibus inflamatis, promptius, quam reliquis, delirium superuenire solet, idq; ascende ad caput interdum per continuas partes solo calore: interdum vero spiritu uaporoso, vel sumoso, aut fuliginoso. Porro, quemadmodum he passiones, quibus caput per consensum afficitur, ita illæ quoq; quæ primogenie ipsius affectiones sunt, non parum inter se differunt. Igitur crassi humores, qui in cerebri substantia abundant, interdum ei, ut instrumentalis: interdum, ut similari parti, nocent: quum enim meatus obstruantur, ut instrumentali: quum uero temperamentum alteratur, ut similari. Proinde totus hic sermo in fine sexti libri de uulgaribus morbis præscriptus est: "Melancholici" magna ex parte comitiali morbo afficiuntur & contra, morbo comitiali laborantes, efficiuntur melanocholici. Atque horum utrumlibet magis acci

D dit, prout vel in hanc, uel in illam partem, infirmitas repit: si enim in corpus, epileptici: si uero in memorem, melanocholici redduntur. Hoc sermone primum quidem declarauit, quod non semper, sed magna ex parte, horum affectuum alter in alterum transit: quippe "non solum melanocholicus succus, uerum etiam pituitosus, morbum comitiale committit. Igitur is, quem melanocholicus succus constituit, in melanocholi transit: qui vero a pituitoso partus est, in aliam affectionem, de qua paulo post dicturus sum, permittatur, melanocholi uero haudquam efficit. Altera uero Hippocratici sermonis pars non paruum contemplandi locum desiderat. Quippe, quum anima sit aut temperamentum actuarum qualitatum: aut ab ipsarum temperamento alteretur, biles, quum cerebro ueluti partis instrumentalis nocet, ad cerebri corpus conuerti ait, id quod in obstructionibus fieri constat: quum uero temperamentum mutando, ei ut similari nocet, ad mentem eam repere dicit. Verum hoc qd medici dereliquerunt, definire in primis necessarium esse uidetur. Nempe, ut in manifestis corporis partibus, interdum omnibus, eadem apparet temperies, ut in morbo regio, & elephante sic uocato, & aqua inter citem, & malo habitu, quæ à Græcis cachexia dicitur, insuper in ijs, quæ ab hepate, atque splene pendent, colorum uitijs: interdum vero vnius duntaxat partis, quæ uidelicet, aut biliosum, aut pituitosum, aut melanocholicum humorē suscipit, temperies permittatur: ita etiam

DE LOCIS AFFECTIS

cerebro accedit, ut nonnunquam uniuerso in uenis sanguine melancholico effecto, "ob cōe nitiam ipsum quoq; lēdatur: nonnunquam nero, reliqui corporis sanguine prorsus innocuo, solus is, qui in cerebro contentus est alteretur: idq; bisariam fit, aut. n. aliunde in ipsum deritiatur, aut in ipso met melancholicus humor genitus est, quām uidelicet multis eius loci calor aut flauam bilem, aut crassum, atrumq; sanguinem superassaut. At hēc distinctio non patuum habet in curatione momentū siquidem, ubi uniuersum corpus sanguinem melancholicum continet, curationem à uenae sectione incipere oportet: ubi uero soluti cerebrum, infirmus (quod ad hanc dispositionem attinet) sanguinis detractione non indiget, quamvis ob aliam quamplam causam sanguis mitti possit. Vtrum uero melancholicus sanguis uniuersum corpus, an solum cerebrum occupet, ita discernendum est. In primis uniuersi corporis habitum, qualis sit, consideres, uelim: meminerisq; & molles, & candidi, & obesi ne quaquam humorem habent melancholicum: macti uero, & nigri, & hirsuti, & quibus latē sunt uenae, aptissimi sunt, ut huiusmodi in ipsis humor cumuletur: fitq; interdum, ut prērubro colore homines, affatim in melancholicā teip̄tem decidunt, atq; post hos flavi, idq; maxime, quando & uigilijs, & multis laboribus, & sollicitudine, & tenui uictu fuerint educati: quibus haec quoq; note conueniunt, an hemorrhois aliqua restricta sit, aut alia quæpiam constiuta sanguinis uacuatio, aut mulierum menstrua: insuper quibus cibis quis fuerit usus, utrum ijs qui suapte natura melancholicum sanguinē pariunt, an e diuerso. Porrò, qui melancholicum sanguinem efficiunt, hi fere sunt: caprina, bulbulaq; caro, magisq; hircinæ, & taurinæ, sed maxime asinorum camelorumq; carnes, nam & his nonnulli uescuntur: item vulpinæ caninæq; carnes: atq; non minimam in hmōi sanguinis generatione uim obtinet ex lepore cibus, sed multo magis ex apris: ac limaces quoq; melancholicum sanguinem pariunt, si frequē sit eorum usus: præterea oīs terrenorum animalium carnes sale conditæ: a quatilium quoq; carnes, vt thunni, balenæ, uituli marini, delphini, canis, atq; cetaceorum omnium. Ex oleribus autem, brassica ferē sola huiusmodi sanguinem giguere consueuit: quemadmodum & arborum germina, vbi vei muria, vel oxyhalme conduntur, præcipue lentisci terebinthi, rubi, canis rubi. Leguminum uero omnium maxime lentes inter melancholicos cibos numerantur: mox panis furfuraceus, & qui ex typha atque vitiatis seminib⁹ factus est, quorum apud quasdam nationes usus loco frumenti habetur: verum de his in primo libro de ciborum facultatibus iam dictum est. Præterea uina crassa nigraq; aptissima sunt, ut ex ipsis melancholicus humor fiat præsertim si quis abunde ipsa ingerens, oblata occasione, in multo corpus calore contineat. Vetus denique caseus, vbi forte fortuna in corpore fuerit supercalefactus, facile huiuscmodi parit humorem. Igitur, si q; antea, quām in morbum inciderit, huiusmodi uictus ratione fuerit educatus; maiorem quandam in- G de licet facere conjecturam: si uero boni succi cibis usus fuerit, considerare oportet exercitationes ipsius, mestitiam, uigilias, sollicitudines. Sunt etiam nonnulli, qui per febres (vt dictum est) morbos malancholicum humorem contraxerūt. Atque ad efficaciorem notitiam non parū confit anni tempus, ac præterita præsensq; constitutio, item regio ac laborantis ætas. His itaque oībus præmeditatis, quum speraueris in uniuersi corporis venis melancholicum sanguinem contineri, quocertiore habeas notitiam, cubiti uenam seca, præcipueq; mediam, quoniam communis est & ei, quæ humeralis nominatur, & ei, quæ per axillam ad manum fertur. Quod si tum fluens sanguis nō videatur melancholicus, statim supprimatur: si uero talis appareat, uacua, quantum pro laborantis corporis habitu satis esse conieceris. Est præterea tertium melancholiæ genus morbi comitialis ex- ple, quum ortum a ventriculo habuerit: solentque medicorum aliqui hanc dispositionem hypochondriacum, flatuosumq; morbum nominare. Verum satis mihi fuerit ea accidentia percurrere, quæ a Diocles præscripta sunt illi assidere, in libro, cui titulus est. Affectio, causa, curatio: in quo Diocles ad uerbum ita scripsit: Porrò alius oritur circa uentriculum morbus qui supra propositis* non dissimilis est, nominaturq; ab alijs melancholicus, ab alijs flatuosus: quem, sumpto cibo maxime coctu „ difficulti & caustico, sputum humidum, idemq; multum comitatur: item ructus acidus flatus, æstus, H in hypochondrijs, fluctuatio non illico, sed quum retinuerit: interdum uentriculi quoq; vehementes dolores, qui nonnullis ad dorsum usque procedunt: concoctis deinde cibis quiescunt, mox „ alijs ingestis eadem rursus reuertuntur accidentia, quæ interdum ieunios, interdum etiam a cœna molestant, atque euomunt crudos cibos, & phlegmata subamara, & calida, & acida adeo, ut „ nonnunquam dentes torpedine afficiantur. Atque horum plurima ab ineunte statim euēniunt: vt cunque tamen acciderint, omnibus in tempus producuntur. Hæc præfatus Diocles mox „ causam subiungens, ita scribit: Cæterum flatuosos uocatos suspicandum est plus caloris, quam de- „ cicit, habere in ijs uenis, quæ alimentum à uentriculo excipiunt, sanguinemque in ipsis crassiorem fa- „ ctum. Quippe constat has uenas esse obstructas, vel hoc argo, quod alimentum corpori non distri- „ buitur, sed in uentriculo manet inconfectum, quum antea ipsum a meatibus susciperetur, magnaq; „ ipsius pars in imum ventrem ex cerneretur: tum quod postero die uomitu rejicitur, utpote non dige- „ stis per cor, us cibis. Sed quod calor id, quod secundum naturam est, excedat, facilime intelliges „ tum ab æstu, qui ipsis accidit, tum ab ijs, quæ ingeruntur: siquidem iuuari videntur à frigidis ci- „ bis, qui videlicet calorem refrigerare extinguereque solent. Deinde alia quoque Diocles iam pro- „ positis

A. l. 3. f. 1. t.
5. c. 8. fol.
209. a

A. l. 3. f. 1. t.
4. c. 18. fol.
204. f

A. ibidem.

A. ibi. c. 28.

Oppositum
A. ibidem. f

A. l. 3. f. 1. t.
5. c. 1. fo.
302. b.

A.

A. l. 3. f. 1. t.
5. c. 1. fo.
302. b.

A. ibi. c. 19. A positis in hoc sermone addit: Aiunt "aut nonnulli os vetriculi, q̄ intestinis continuatur, in huiusmodi passionibus inflamari, ac ob inflammationem ipsam & obstrui, & prohibere, ne alimenta statuto tempore ad intestinū descendant: quamobrē diutius, quā decet, in vetriculo manētia, & tumores, & aestus, atq; reliqua, quae prædicta sunt, efficiunt. Hæc sunt, quæ Diocles quidē litteris prodidit: verū in hoc symptomatū catalogo præcipua totius concursus accidētia filētio prætererit, q̄ videlicet & melancholiā, & flatuosam, hypochondricamq; affectionē, tanq; charactere quodā designant: atq; omisit(ut puto) huiuscemodi accidentia, eo, q̄ ex morbi ipsius nomine manifeste declaratur. Etenim ab Hippocrate didicimus: "Si metus & mœstitia longo tempore teneant, melan-

cholicus est huiuscemodi affectus. Verū haud absurdā quæstio est, quare Diocles, quū causas aliorum accidētiū redderet, causam, ob q̄ mens lœdatur, nō scripsérat. siue.n.uenarū, que ad vetriculū sunt, calor exuperat, siue partes, quae sunt ad portam {Græci pyloron vocāt} inflammatione laborant, quid causæ sit, cur melancholica comitentur accidentia, dereliquit. Etenim, q̄ vēter flatuoso spiritu impleatur, ac deinde eructādo ipsum leuetur, ac præterea vomitione a Diocle memoria iuuetur, uel nihil ipso dicente manifestū est: at ppria melancholice accidētia simul cū dicta vetriculi dispositione scribere, haud ita facile ei fuit. Id itaq; addere, ac simul, qualis sit in huiuscemodi affectibus vetriculi dispositio, manifesta interpretatione enarrare aggrediamur. Atq; uidetur quidem in ipso inflamatio" esse: sanguis autē in parte inflamata cōtentus, & crassior, & magis melancholicus. Itaq; quemadmodū elato ex vetriculo ad oculos fuliginoso quodā, aut fumo halitu, aut crassis quoq; vaporibus, similia, ut in suffusione, accidentia cōtingunt, eadē ratione sublata ad cerebrū ab atra bile euaporatione veluti fuliginosa, sumosaque, melācholica eueniēt in mente accidētia. Quinetiam quā frequētissime videmus flava in ventriculo bile contenta, caput dolore affici: mox ea per vomitum eiecta, illico dolorem mitigari. Atq; hmōi dolorū genera morden do exedendoq; infestant, quemadmodum alia grauitate, alia tensione, alia cum cataphora molestare uidentur. Atq; inter optimos medicos conuenit non solum hæc accidētia, uerum etiam morbum comitiale, capiti à ventriculo procedere. Igitur, ut melancholicos timor nunquā deserit, ita præter naturam eis per imaginationem visa, non semper codem genere continentur. Si quidem aliis testā se factum putauit, atque idcirco obuiantibus cedebat, ne collideretur. Alter gallos cantare audiens, vt hi alarū ante cantū, sic ille brachiorum plausu latera quatiens, animatum sonum imitatus est. Fuit item alter, timens, ne Atlas, qui mundum sustinere dicitur, grauatus sub tanto onere, ipsum a se excuteret, atq; ipse cum illo collideretur, ac nos quoq; cum ipso

A. ibi. c. 19. B di affectibus vetriculi dispositio, manifesta interpretatione enarrare aggrediamur. Atq; uidetur quidem in ipso inflamatio" esse: sanguis autē in parte inflamata cōtentus, & crassior, & magis melancholicus. Itaq; quemadmodū elato ex vetriculo ad oculos fuliginoso quodā, aut fumo halitu, aut crassis quoq; vaporibus, similia, ut in suffusione, accidentia cōtingunt, eadē ratione sublata ad cerebrū ab atra bile euaporatione veluti fuliginosa, sumosaque, melācholica eueniēt in mente accidētia. Quinetiam quā frequētissime videmus flava in ventriculo bile contenta, caput dolore affici: mox ea per vomitum eiecta, illico dolorem mitigari. Atq; hmōi dolorū genera morden do exedendoq; infestant, quemadmodum alia grauitate, alia tensione, alia cum cataphora molestare uidentur. Atq; inter optimos medicos conuenit non solum hæc accidētia, uerum etiam morbum comitiale, capiti à ventriculo procedere. Igitur, ut melancholicos timor nunquā deserit, ita præter naturam eis per imaginationem visa, non semper codem genere continentur. Si quidem aliis testā se factum putauit, atque idcirco obuiantibus cedebat, ne collideretur. Alter gallos cantare audiens, vt hi alarū ante cantū, sic ille brachiorum plausu latera quatiens, animatum sonum imitatus est. Fuit item alter, timens, ne Atlas, qui mundum sustinere dicitur, grauatus sub tanto onere, ipsum a se excuteret, atq; ipse cum illo collideretur, ac nos quoq; cum ipso

A. ibi. c. 19. C periremus. Sunt alia hmōi infinita eorum visa. Differunt" autem inter se melancholici: nam oēs timent, mōrent, uitam damnant, odio habent homines: sed non omnes mori cupiunt, etenim hoc ipsum nonnullis melancholice caput est, q̄ mortem pertimescūt: quosdam etiam alieno admodum, atque extraneo videbis animo, utpote qui simul & mortem metuant, & tamen mortem sibi consiscant. Proinde recte uidetur Hippocrates omnia ipsorū symptomata in duo hæc coegerisse, metum, & mœstiam. Mœstia nimirum eos inducit, ut odio prosequantur omnes, quotquot viderint, nunquam non tristitiam præ se ferentes: ac terrentur, vt in tenebris profundis pueri, atq; ex adultis * indocti. Sanè, quēadmodum externæ tenebre omnibus fere hominibus paucorem inducunt, nisi vel audaces admodum, vel docti fuerint, sic atræ bilis color, mentis sedē tenebris similem reddens, timorem efficit. Etenim summis, tum medicis, tum philosophis in confessio est, & humores, & omnino corporis temperaturā animæ actiones inalterare: id, quod nos quoque vnico commentario docuimus, quo demonstratum est, q̄ animæ potentia corporis tēperaturam sequuntur. Quocirca humorum vim ignorantes(in quorum numero & Erasistratus est) ne scribere quidem de melancholia quicquam ausi sunt. Neq; indignum est admirari, tum communes hominū notiones, tum plurima quoque dogmata, quae & philosophi & medici per ignorantiam prætererunt. Igitur ab omnibus, affectus ipse melancholia vocitatut, indicante nomine humorem, qui ipsius causa est. Quumq; circa ventriculum prima inceperint accidentia, ipsisq; auctis melancholice sequantur affectiones, deinde alii deiectione, & vomitu, flatibus per inferna emissis, ructibusq; leuetur is, qui laborat, hypochondriacum, flatuosumq; morbum ipsum nominabimus: accidentia uero ipsius dicemus, & mœstiam & metum. Quum autem propria melancholice accidentia magna uidentur, circa ventriculum uero, aut nulla, aut parua admodum sunt, haud abs re existimaueris primituam in cerebro affectionem consistere, ob atram bilem in ipso congestā. Cæterum, q̄bus signis discernatur, utrum ī solo cerebro, an in uniuerso corpore, huiuscemodi humor contineatur, paulo ante dictum est. Interim monendi sunt mihi amici, qui me curantem uiderunt, frequentibus balneis, uictuq; humido boniq; succi, nullo alio adhibito praesidio, huiusmodi me morbum curasse; ubi nondum ob longum temporis tractum nocuus humor multum uacuationi resisteret: quum enim diuturnus iam factus est morbus, fortiora prædictis oportet adhibere remedia. Fit autem huiusmodi melancholice species, affecto prius calidis dispositionibus cerebro, aut aestuatione, aut phlegmonosa passione, aut etiam phrenitide, interdum uerò à solitudine, mœstia, cum uigilijs. Verum satis fuerit hæc de melancholia dixisse.

DE LOCIS AFFECTIS

Atque de morbo comitali deinceps, quandoquidem hic quoque interdum ipsomet affecto cerebro, interdum alijs consentiente evenire solet, accurate distinguendum est: ut enim tria melancholie genera, ita hunc quoq; morbum tribus contētum differentijs, omnes fere medici distinguere neglexerunt. Verum omnibus communis est, quod cerebrum afficitur vel consistēt in ipso affectu, id, quod pluribus epilepticis accedit: aut à ventriculi ore (quod stomachum uocare solēt medici) ad cerebrum per consensum ascēdente: atq; hoc genus proportione respondet accidentibus quae oculis a stomacho adueniunt, veluti in suffusionibus. Fierēt, sed raro, tertia morbi comitialis species (nec refert, siue ēt genus siue differentiam nominaueris) cum a parte aliqua, cui fortē accedit, incipit "affectus, q; deinde sentītē a grō ad cerebrum usq; ascēdit. Atq; hoc genus primum uidi in puerō, q; decimum tertium aetatis annum agebat, quum equidē adolescēt etiamdum cum optimis eius tempestatis medicis conueniēt ad ipsius curationem. Audiui igitur tum narrante puerō, dispositionem ipsam "ex tibia initium capere; mox illinc recta ascēdere per femur, & superposita illi ilia, ac per l. terā ad cervicem, donec ad caput perueniret: quod quum primum tangere, ipsum haudquaque sibi constare. Interrogantibus autem medicis, quale esset id, quod ferebatur ad caput, nihil habuit puer, quod responderet. Alius deinde adolescens compos mētis, quippe qui satis poterat, & sentire, quod fiebat, & alteri enarrare, dicebat ueluti frigidam quandam auram esse id quod ascendebat. Vnde ex duob. alterum Pelopi præceptoris placuit, aut quod qualitas quædam, alteratis per continuationem partibus, aut spiritualis quædam substantia, transmittetur: neq; mirandum esse dicebat ualidam uim "esse humorū, qui in affecta parte præter natūram genitus suisset, qualis pernicioſarum ferarum venenis inest. Qui. n. crederet vel à scorpionibus infixo aculeo, vel a phalangiorum paruorum ictibus totum corpus ingēti & inusitatā mutatione affici, nisi sēpē numero id accidere uideret, præsertim minimam quandam substantiam feris in ipsum demittentibus? Quum itaq; phalangium, aliquem momordit, quamvis paruum sit animal, existimare tamē debemus, uenētū ex ipius ore in mortuum corpus descēdisse. Porro marinę turturis, quemadmodum & terreni scorpionis, aculeus, in partē extremam acutissimam illam quidem finitur, vbi nullum foramē est, p quod uenenum deiici possit: necesse tamē est, ut excogitemus substantiam quandam esse, aut spiritalem, aut humidam, quae, ut mole minima, ita facultate quam maxima est. Etenim, quum nuper ictus quidam esset a scorpione, videor mihi uidere, inquit, quod grandine "percussus sim: eratq; omnino frigidus, sudore etiam frigido accedēte: sed tandem debitibus adhibitis remedijs, non sine negotio seruatus est. Itaq; Pelops, nou impossibile est, inquit, in corpore similem aliquam essentiā generari, non accedēte causa extranea: quae, vbi neruo fam" aliquam partē occupauerit, per cōtinuas partes usq; ad neruorum principium vim suam trāmittit, siue id per alterationem (ut ipse dicebat) fiat, siue spirituali essentia ueluti aura ad ipsum elata: sēpē numero. n. infigente aculeum scorpione aut in neruum, aut artem, manifeste uidemus percussos vehemētissimis infestari accidentibus. Atqui scorpionis aculeus totam cutem penetrando, ad profundum usq; potest peruenire: phalangiorum uero paruorum morsus solam afficit superficiem: unde constat, interdum à sola cute ueneni uim ad totum corpus deferri, quippe tota cutis, & continua est, & neruosa. Proinde haudquaque impossibile est, quum ex icta parte p totam ipsam celestiter distributa fuerit ueneni uis, eam inde eodem rursus cōtaetu in singulas fibularum partium recipi, mox ex illis in alias continuas, atq; iterum ex ijs, quae afficiuntur, in alias: quum q; ad dominantium partium aliquam peruenērit, tum mortis periculum homini instare. Ad hanc rē in primis conferunt vincula superioribus partibus iniecta, ab ijs. n. præsentaneū præsidium expectatur: id quod in uiperarū, scorpionumq; ictibus expertus sum, itē aspidum quoque, quod propter imminēs subitariae mortis periculum, magis incredibile est. Etenim, quum Alexandria esse, rusticus quidam non longe ab urbe in uno manus digitorum ictus, eius radice apud postbrachiale ualidissimo vinculo ligauit: accurrensq; ad urbem, ac familiarem sibi medicū, totum digitum ab ipsa de articulatione, quae ad postbrachiale est, abscedēdum præbuit, sperans inde nihil se mali passurum: neq; frustratus est sua spe, quippe nihil aliud faciēs saluus euasit. Similiter alium noui q; epoto ex uiperis medicamento, reſcissio prius digito, à periculo liberatus est. Vidi præterea rusticum, cuius totum digitum uipera momorderat, q; falce quam tunc forte habebat (erat .n. vinitor) ab ultimo articulo iactam partem refecans, deinde induēta usitatis pharmacia in digito circatrice, nullo epoto medicamine, sanatus est. Sed puerum quoque, cuius morbus comitalis a tibia oriri consueuerat, medici, qui tunc ad curationem eius conuenerant, sanare spe rabant, si in primis uacuato uniuerso corpore medicamen ex thapsia, aut sinapi, parti adhiberent, ligato medio membro, supra eam uidelicet partem, quae primaria dispositione erat affecta: atque hoc pacto accessionem reuerti prohibuerunt, quamuis antea quotidie puerum infestare consueisset: Verum hæc obiter, atq; ex abundantia dicta sint, ne quis miretur, quo pacto ab ignobili aliqua parte tantus morbus ortum contrahere possit. Supereft, ut causam inuestigemus, quāobrē in huīusmodi p consensum affectionibus epilepticā fiant conuulsiones: nam ne Pelops quidē vllā ad hāc rem attulit probabilem persuationem: neq; ēt alius quisquam, cum quo nobis aliqua fuerit consuetudo

A.1.3. f.1.t.
5. c. 8. fol.
209.b.

A.1.3. f.1.t.
4. c. 8. fol.
202.d

A.1.3. f.1.t.
2.c.6.f.190.
d. & c.3.c.2.
fo.209.b

A.1.4.f.6.r.
5. c. 3. fol.
G 503.b

A. ibidem.c

A. ibidem.c

E consuetudo. Mihi vero per huiusmodi cōsensum vidēti aliquando laborantem sine vehemēti cōnuulsionē cōcidere, simul q̄ per interualla breuib. quibusdam motib. quateretur, probabile uisum est, quemadmodum "frequentissime singultum fieri cernimus affecto stomacho, ita hanc quoq; dispositionem euenire. Etenim me ipsum" quoq; singultus illico inuadere solet, si piperis aliquādo immodicam quantitatem ingessero, id, quod alijs quibusdam non paucis, quibus s. facilis erat oris ventriculi sensus, accidisse meminimus: atqui iam supra memoratum est id non solum medicis, uerū et uniuersis hominib. stomachum appellari. Itaq; quium cecidissent, qui non ex propria cerebri affectione, sed per consensum, comitali morbo laborabant, eos citra perpetuam conuulsionem, veluti palpitando, p̄ interualla concuti uidebam. Proinde existimauī similem aliquem cerebro motum euenire, qualis stomacho interdum a re quapiam molestato accidere solet: quippe q̄ quium a ciborum mole grauiatur, aut vbi corruptis cibis mordicus infestatur, tū singultu affici conspicitur: atq; acrem quoq; humorem non singultum modo, uerū et conuulsionem, per uniuersum corpus efficere s̄pē numero cōsideramus: deinde uotitu electo eo, quod mordicabat, illico quiescere. Quo minus mirandum est, si neruorum principium huiuscmodi motu concutiat, ut à se expellat quicquid fuerit id, quod à parte primo affecta ad ipsum effertur. Ad hunc modū reli-

F qua quoq; accidētia oīa, quib. neruosum genus concutitur, fieri putauerim: vbi uero deperdito sensu, quis conciderit, non accidente motu, quo uel conuelli, uel palpitare videatur, id à uehemēti frigore ortum trahere censeo, quo in genere lethargus quoq; continetur. apoplexiæ autē, q̄ subito eueniat, ut frigidum humorem, aut crassum, aut uiscidum, qui principaliores cerebri ventriculos affatim implet, non totius substatiæ intemperiem, causam esse manifestū est, ueluti lethargi, phrenitidis, maniæ, melâcholiæ, stultitiæ, amissæ memoriæ, sensuum hebetationis, resoluti motus. Porro in oīb. huiuscmodi affectib. in quorum numero apoplexia quoq; continetur, periculi magnitudinem ex anhelitus nōumento conijcere oportet. Sanè, quemadmodum dormientes spirant, quamuis nulla alia occidente actione, quæ a consilio prodeat, nimirum quū supini iaceant in cubili, ita in soporosis affectibus oīb. quamuis neq; sentiat corpus, neq; moueat, tñ sola spiratio, quæ muscularum pectus mouentium munus est, saluatur: cuius rei firmam ac demonstrativa legem stabilitam habemus sciētiam, quemadmodum ēt, q̄ muscularis oīb. motus principium ab inseritis ipsis neruis accedit. Atqui "ex anatome didicimus, neruos omnes à cerebro primarium sumere initium: neq; vero simpliciter initium dixi, sed primarium, spinalis medullæ gratia orationi adiect: quamuis, n. permulti ex ea nerui prodire uideantur, uim tamē omnem, quam habet, cerebrū ipsi suppeditat. Quum itaq; spirationem uehementer impeditam, difficulterq; procedentem uideris, non parvam in cerebro morbidam dispositionem esse conijcere debes, idque in soporiferis morbis quos nimirum omnes in cerebro fieri manifestum est.

De Vertigine.

CAP. 8.

Affectus" aut, qui scotomaticus, i. tenebricosus, seu uertiginosus, uocatus est, ex ipsa appellatio ne, qualis sit, manifestatur. Quippe a parua occasione obtenebratur ij, q̄ sic laborant, adeo, ut interdum cadat, maxime si aliquā in circū rotetur: siquidē ipsis ab una rotatione euenit id, qđ cæteris a plurib. accidere solet. Quin ēt obtenebrantur, siue alium quempiam, siue rotam, aut id genus aliud qđpiā, aut ipsos quoq; quos uocant, in fluminib. "vortices, circumagi uiderint: id uero maxime, quum vel sub Sole æstauerint, uel aliam ob causam calefacto fuerint capite. Quod itaque alijs, quum in circō frequēter uertuntur, accidit, hoc ipsis citra circuitonem euenire v̄r: atqui vbi quis crebro vertitur, inæqualē, & turbulētū, & inordinatum motum, tum humorum tum spiritus, in eo fieri in confessio est: rationi igitur consonum est, huiusmodi accidentia vertigine affectis itidem euenire. Quamobrem nonnulli horum ab arteriarum sectione pr̄sidium petierunt, to-

Dtas arterias pone aures ad tantam. l. altitudinē secantes, ut medius inter duas partes locus cicatrice induceretur. Sed constat non oēs huius auxilij beneficio fuisse curatos: etenim aliae arteriæ, ijs maiores, ad cerebrum ex ipsius basi p̄ retiformē plexū ascēdunt, p̄ quas hmōi affectionē fieri rōni consentaneum est, elato per ipsas uaporoso, calido que spiritu, atque implēte cerebrum. atq; fieri ēt potest, ut inæqualis' cerebri intemperies huiusmodi spiritum producat. Igitur hanc affectionē ad cerebrum pertinere, ex ipso obtenebratorum sensu manifestum est. Oritur uero interdum cerebro primogenio affectu laborante, interdum vero, quum ori uetriculi cōsentit: id, q̄ Archigenes quoq; fatetur, q̄ libro primo de longarū affectionum notitia, ita de scotomatica hac passione scribit: Porro ea bifariam oritur. aut. n. ab ipso capite, aut ab ijs partibus, quæ circa hypochōdria sunt. Mox genera eius distinguere aggreditur. Nam, ubi ex "primaria cerebri affectione obtenebratio depēdet, aurium sonos, & capitū dolores, grauitatesq; præcedere dicit: itē olfactus uel alterius alicuius sensus inde prodeuntis oblationē (huic. n. sermoni adnexuit ille, inde prodeuntis, eos sensus, ut equidem puto, significare uolēs, qui a capite initium sumunt:) vbi uero "ab ore uetriculi oritur, cordis motionem naufragiaq; præsentiri. Verum, vt iam antea s̄pē numero monuimus, licet caput per alterius partis cōsensum qnq; afficiatur, affectio tñ nihilominus ipsi adscribēda est.

A. l. 3. f. 1. t.
s. c. 8. fol.
208. f
A. ibid. fol.
209. b

A. ibidem.

A. l. 1. f. 1. d.
s. c. 1. f. 9. a.
Et fol. 21. b

A. ibidem. A

A. ibidem.

A. ibidem. c.

A. ibi. c. 1. f

A. ibidem. g

DE LOCIS AFFECTIS

De Cephalæ, hemicrania, & reliquis capitis doloribus.

C A P . 9 .

E

A que de ea quoque, quæ cephalæ à medicis nominatur, nemo dubitauerit, quin cerebri sit morbus. Et enim (ut breuiter quis dixerit) affectus hic, dolor capitis diuturnus, difficulerq; solubilis, qui a parua occasione uehementes habet accessiones, ut neq; strepitum, neq; uocē uehementiorem, neq; luminis splendorem, neq; motum tolerare possit infirmus: sed tranquillitatem, obscurumq; cubiculum querat, idq; ob doloris uehementiam. Quippe non nulli ueluti malleo se percuti arbitrantur: alij caput contundi, distendi, sentiunt: non paucis ad oculotū quoq; radices dolor extenditur. Quin hinc accessiones, veluti in morbo comitali, intermissiones habent, interceditq; tempus, quo per se liberari uidentur. Igitur constat, quod, sicuti in cephalalgia, id est capitis dolore, ita in hoc morbo caput facilime afficitur: fatue hoc est ipsis cōmune 3 uerum p cephalæ affecte partes multo redditur, quam in cephalalgia, debiliores. Cæterū inter capi-

Eos q; cephalalgia laborat *προστατεύειν δὲ καὶ αὐτὰ τὰ πέρι κοτά πάσχειν επιτίθεσαι καὶ συμβαίνει* &c. Ad uerbum. aliis autē & ipsa nata apta pati, & accedit &c. In quibus uideur deesse, ad referatur ea nov. τὰ αὐτὰ sed referenda ad caput & corpus, quorū proxime me- minit. Ac for- tasse, quando hoc ut dineri- sum a superio ri mēoro po- nerit, legēā negariè. ut hīc sit sensus. **A**liq (contra quām superio res, inepi i qui dē natura sūt cephalalgia, sed ex uitioso tamē vītu nō i cephalalgia modo incidit sed erit in ce- phalæam. cō- sidera. *τὸν δὲ νό absurdum auem est.*

capitis dolores non nihil discriminis innenit: nā sunt nonnulli, quibus caput aptissimum est, ut impleatur, ac uniuersi quoq; corporis habitus ad ipsum implendum admodū est idoneus: t Alij, omnes capitales partes aptas habent, vt afficiantur: quibus, ubi uitioso vietu vtuntur, accidit, vt cephalæa arripiantur: t Quo minus mirandum est, si horum alijs membra cerebrum continent dolore afficiantur: alijs pericranion, id est exterior calvariae membrana. Discrimen autē ab oculorū radicibus suinitur, considerando, utrum veniat ad eas malum, necne: siquidem cōsentaneum est, vt quibus intra calvariam dispositio est, ijs ad oculorum usq; fundamenta dolor extendatur, eo, q; & à cerebro, & ab utraq; membrana, atq; à uasis, quæ in ipsis continentur, ueluti germina quædā deducuntur. Sed &c eorum, quibus dimidia capitis pars dolore infestatur (solent autē vocari hemicranici) alijs extra calvariam, alijs in capitis intimis partibus, dolorem sentiunt: at uero dextram capitis partē, a sinistra distinguit sutura per longitudinem ipsius protracta, sub qua intra capitis osia linea medium cerebrū dividens protendit, ad quam etiam peruenit anteriorum duorum uentricularum septum. Porro ea corpora suapte natura idonea sunt, ut ipsis caput impleatur, in quibus vaporosus, calidusq; spiritus generatur: aut quibus biliosa excrementsa cumulantur in ore vētriculi. At qui spiritus dolores inducunt tēsiuos, qui idcirco sic uocati sunt, q; extensisōis sensum inducunt, biliosa excrementsa dolore mordaci afficiunt. Dolores autem a pleuritidē procedētes granitatis sensum afferūt: quibus si rubor accedit, atq; calor, calidos, sed sine his, non calidos humores significat. Sunt, quibus caput assidue dolet, ubi vel paulo liberalius uinum ingefferint, uel metacius, idq; magis, si suapte natura calidum fuerit. Præterea calidi "odores omnes, quicunque stirace, aut cyphi, aut in totum aromatibus omnibus sufficiunt, capitis dolore in pariunt, adeo, vt nōnulli etheris quidē odorem ferre possint. Neq; vero absurdum est, ut quosdam ob sensus exuperantiā dolor infestet, quemadmodum in ore ventriculi accidit: sunt n. nōnulli, in quibus id tam exacte sentit, vt neq; acre acetum, neq; sinapi, neq; aliud huiusmodi ferat: alij vero cōtra, ipsi sum penē insētile habēt: quippe videtur aliqui vel ructare, uel vomere quædā, usque adeo uitiosa qualitate infecta, ut nos ne odorē quidē sustinere possimus, quū tamē ipsi interea nullam alicuius momenti mordacitatem sentiant. Nihil igitur prohibet, quo minus in hominum cerebro similes notentur differētia, ut eodem odore aliqui impune sustineant perinde, ac si omnino ab ipsis distarent, alij eos sine molestia ferre non possint. Igitur, quod omnes huiusmodi affectiones ad caput pertineant, iam manifestum esse uidetur.

De Apoplexia, nervorum resolutione & conuulsione, & olfactus lesionē.

C A P . 10 .

A. ibidem, c

A uero nervorum resolutio, & per uniuersum corpus eorum cōuulso, in quo genere nervorum etiam rigor (Græci tetanon vocant) cōtinetur, sensu, ut prædictæ affectiones, cognosci non possint: sed ratione, quæ nos doceat, est opus. Itaque, si aliquando per totum corpus nervorum actio uitiosa redditur, ipsorum principiū affectum esse cōstat: id uero ex sola anatome dignosci potest. Quum igitur oēs paritet nervi, tum sensum, tū motū amiserint, apoplexia huiusmodi affectio appellatur. Vbi uero "alteri laterū, aut dextro, aut sinistro, id accidit, resolutio nominatur, eius scilicet partis, in qua consistit affectus, interdū dextræ, interdū sinistre. Quod, si in aliquo membrorum idem euenerit, eiudem membra resolutio esse dicetur: nā & tota manus, & totum crūs, interdū resolutur: atq; solus in crūcē pes, & quæ sub genu sunt, sic etiam de tota manu similiter proportionē dicendum est. Cæterum, exanatome didicimus, quod omnes animalis partes sub ceruice posita, quæ à cōsilio & voluntatis imperio moueri possunt, nervos habent, qui eas moueant, procedentes ex spinali uocata medulla. Atqui se penitimo audistis eam spinalē uocari medullā, addita scilicet medullæ appellatione, interdū uero sine additione, simpli- citer spinalē nuncupari. Vidistis etiam in corporis dissectionibus, nervios, q; thoracem mouent, ex ea spinalis medullæ partē, quæ in ceruice est, ortum deducere, ipsa uero ex transuerso incisa, si tota fuerit dissecta, oēs, quæ sub ipsa sunt corporis partes sensu moti, priuari, utpote suscipiente spinali medulla a cerebro uim tū sentiēdi, tū mouendi pro arbitrio. Præterea in anatome uidistis, ubi p transversas spinalis medullæ incisiones ad medium usq; secundū longitudinem seceretur, nō oēs suppositas corporis partes, sed eas dūntaxat, quæ ē regiōne sectionis erant, resolutas, dextras quidem

A. l. 3. f. 1. t.
F. 1. c. 2. fol.
181. c.

A. l. 3. f. 1. t.
2. c. 1. f. 189.
c. Et t. 3.
c. 37. f. 196.
2.

A. l. 3. f. 2. c.
2. f. 213. f.

A quidem dextra spinalis medullæ parte dissecta: sinistras vero, ubi reliqua pars esset incisa. Itaque manifestum est, q; circa " primum spinalis medullæ processum facta aliqua dispositione, per quam cerebri facultas, quo minus ad ipsam perueniat, prohibetur, omnia inferiora membra, dempta facie, sensu motuq; priuabuntur: vbi uero dimidia eius processus pars fuerit affecta, nō omnes inferiores partes resoluentur, sed vel sinistram duntaxat, uel dextram. Videntur autem huiusmodi resolutionum aliquæ faciem quoq; infestare: sed tum latius ad alteram faciei partem trahitur. Quumq; ex anatomie didiceritis nervos, qui per faciei partes sparsi sunt, a cerebro dimitti, si earum aliqua simul cum toto corpore resoluta est, haud quaquam nos latere dēt, resolutionis dispositionem in ipso cerebro confistere: ubi uero illesae permanserint, spinalis medullæ initium affici sciendum est. Accidit uero nōnullis, ut faciei partes duntaxat afficiantur, quemadmodum & una aliqua particula, ut lingua, oculus, mandibula, labrum: etenim non omnibus ab uno loco principium influit, vt pote que ex diuersis cerebri partibus nervos suscipiunt: id, quod in anatomie haud obscure conspicitur. Igitur apoplexia omnibus animalibus actionibus noxam inferens, cerebrum affectum esse manifeste declarat. Discernitur autem affectionis magnitudo ex noxæ, quam spiratio in infert, vehementia: quum n. naturalem ordinem plurimum egreditur, magnam: quum uero

B paulum impedimenti est, paruam in cerebro noxam esse cōjicere oportet. Sanè omniū pessima spiratio putanda est, quæ & intermititur, & magna cum violentia trahitur. Et sanè mori continet apoplecticos ob id, quod spirare non possint: sicuti partium immobilitas ad vitæ quidem functiones inutilem reddit hominem, non tñ acutam infert mortem. Itaq; uidimus " quendā, qui reliquias partibus omnibus resolutis, nullam, quæ ad faciei partes pertineret, actionem amisit, seruata etiam spiratione: quomodo n. uiuere diutius potuisset ipsa deperdita? in quo primario affici putauimus illam spinalis medullæ partem, quæ paulo inferior est processu nervorum ad septum transuersum tendentium: quinetiam, & urinam & alii sedimina ipsum præter voluntatis imperium emisisse manifestum est. Insuper vidimus alium, cui p p casum omnes inferiores partes, demptis manibus, erant resoluta. Quemadmodū autem resolutio, quando in toto sit corpore, faciei partibus illæsis, indicat passionem in spinalis medullæ initio esse, ad eundem modum, si toti corpori conuulsio acciderit, eundem spinalis medullæ locum affectum esse declarat, faciei partibus, omnino seruatis illæsis: si uero hæc quoque afficiantur, in cerebro noxam esse ostenditur. Vbi vero " pars aliqua cōuulsa est, nervum, cui eius motioni deputatus est, aut musculum, affici necesse est. Igitur, si ex anatomie nervorum ad singulas partes uenientium principia didiceris, melius ea-

C rū, & sensum & motum deperditum curabis. Verum hæc indeterminata relicta sunt, & Herophilus, & Eudemo, qui primi post Hippocratem nervorum anatomen accurate scribentes, non mediocrem medicis dubitandi occasionem præbuerunt, quo pacto per nervorum resolutionem interdum sensus duntaxat, interdum motus, non nunquam ambo simul pereant. Itaque nervorum resolutio potissimum dicitur, ubi motus deperditus est: ubi uero partium aliquarum sensus perire, eam partem sensus expertem esse, resolutam uero, non adeo dicere consuevimus: quamquam sunt nonnulli, qui hanc affectionem sensus resolutionem vocitant. Nos uero semper horramur, ut cuique quidem nominibus pro arbitrio vt liceat, hoc autem sit nobis propositum, ut affectionem scilicet sedem, simulque dispositionem eius inueniamus: nisi enim hæc accurate cognoverimus, nequaquam eas partes, quibus uel sensus, uel motus uitiatus est, recte curabimus. Sanè Pausanias Syrus sophista, quum Romanum aliquando venisset, secundum duos minores sinistrę manus digitos, atque medijs partem dimidiā, sensum in primis quidem difficilem habebat, postea male curantibus medicis, sensum omnino amisit. Quibus equidem cognitis, omnia, quæ præcesserant, inuestigauit: atque ipsum, quum per viam duceretur, vehiculo excidisse, atq; in dorso initio læsum, mox partem læsam breui, qdem curatam, sed auctum in digitis sensus uitium, audiui.

D Igitur remedia, quæ illi digitis adadaptauerant, læse parti adhibere iussi: atque sic vir ille celeriter sanitati restitutus est. Primo autem, quod nervi per uniuersæ manus eutem dispersi, quibus sentiendi ad ipsam facultas desertur, proprias quasdam habeant radices, quodq; nervorum musculos mouentium sunt aliæ, medici ignorant. Verum latius, quam proposueramus, iam nostra expatiata est oratio: proinde quiescere eam decet. Quippe nostra intentio erat, ut hoc commentario omnes affectiones, quæ caput, maxime uero cerebrum, infestare consueuerunt, inueniremus: at, quia ab ipso nervi originem ducunt, per consequentiam ad nervorum usque affectiones sermo peruenit: cui etiam fine imponendo, passiones, quæ reliquis capitib; partibus accidere solent, scribere aggrediamur, si prius hoc tantillum superioribus addiderimus. Quod, vbi " olfacti vis leditur, non eorum meatuum, qui in naribus conspicuntur, sed vel anteriorum cerebri ventriculorum, quum intemperantia quadam afficiuntur, affectio est uel eorum meatuum, qui in ijs ossibus sunt, quæ ethmoide id est colla, vocantur, si aliquando obturantur: siquidem odoratorū sensus in prioribus cerebri sinibus perficitur, elatis ad ipsos per coliforamina vaporibus: quemadmodum in eo libro, quem de olfactus sensorio conscripsimus, iam declaratum est.

GALENI DE LOCIS AFFECTIS

LIBER QVARTVS

ARGUMENTVM LIBRI

Faciei partium affectus venatur, Spinalis item medullæ, Pulmonis, & reliquarum partium, cum respiratio vitiatur, sanguis expuitur, & vox, ac partes ad loquaciam attinentes laeduntur.

Quid hoc libro agendum, quidq; superioribus actum sit. C A P. 1.



Iam quidem, & rationem vniuersalem, qua ad affectas sedes dignoscendas vtimur, primis duobus libris, cum multis definitarum partium exemplis, sa- tis perscrutati sumus. Quoniam vero (ut iam diximus, atq; in alijs libris sa- pe monstrauimus) circa res particulares exercitari oportet eum, qui in artis operibus singula, quæ uniuersali uia, & ratione didicit, tuto & celeriter F exercere uoluerit, operæ premium facturus mihi uideor, si rationales qual- dam dignotiones omnium corporis particularum, quæ sensum effugiunt, cum quomodolibet afficiuntur, prescripsero, sumpto a capite initio. Igitur de memoria, & cogitatione uitiata, atq; reliquis animæ functionibus, quas principes nominare consueuimus, in huius commentationis libro tertio iam diximus, simul in non paucis affectuum generibus, uia & ratione inducto exercitationis modo. Nam & de delirio tum phrenitidis proprio, tum eo, quod citra febrem accedit, maniam, idest insaniam, nominant: præterea de lethargo & sopore, morbo comitali, melancholia, uertigine, quemadmodum & cephalæa, hemicrania, apo- plexia, & similibus, ibi iam dictum est.

De affectibus oculorum, lingue, aurium, & reliquarum faciei partium dignoscendis. Item de sopore, & reliquis affectibus cerebri, in quibus sensus vel motus offenditur. C A P. 2.

A T in præsenti libro, qui huius cōmentarij quartus est, de faciei partibus, q; intrinsecus affi- ciuntur, sermonem faciemus, ab oculis incipiendo. Nam modo ipsorum sensus, modo mo- tus, ac nonnunquam tam sensus q; motus, resolutur: idq; interdū in altero, interdū in utroq; ac- cedit oculo: nonnunquam at & in uno aliquā quidem sola palpebra affecta est: aliquā uero ē eius par G tis, quam proprie oculum vocamus, uel sensus, uel motus leditur. Cum igitur nullo in oculis ma- lo apparēte, ceruēdi sensus desperditus est, descendens a cerebro in ipsum neruus causam in se cō- continet, cum uel inflamatione, uel scirrho laborat, uel alioquin ex humorum defluxione afficitur, aut aliter quolibet foramē ipsius obturatur. Atq; huiuscmodi affectus ipsi, ut instumentali parti, acciderē necesse est: q; uero ei, ut similari, adueniunt, octo intemperantiae generibus cōtinētur. Præterea aliud quoq; {ipsorum} uitium est, quum vel nihil oīno, vel exiguum admodum lucidi spiritus a principio, quod in cerebro consistit, {ad eos} immittitur. Si vero uteruis oculorum mo- tum dūtaxat amiserit, secundæ coiugationis neruum, qui a cerebro oritur, molestari necesse est, ab aliquo uidelicet eorum affectuum, quos alteri neruo, qui a prima coniugatione nascitur, nu- per accidere diximus. Qm " uero (ut ex anatome didicimus) musculi oculum mouentes, senario numero constant: ac præter eos alij quoq; sunt, qui descendantis in ipsum meatus (wōgo) Græci vocant, quo nomine dissecatores primæ coniugationis neruum, eo, q; ipsi soli manifestum sit for- mē, nuncupare consueuerunt) radicem amplectuntur: accedit fāce, quamvis ipse haudquaquam afficiat, ut musculorum aliquis aut in propria essentia, aut in neruo ad ipsum descendente, ab ali- quo nuper dictorū affectū infestetur: siqdē singulis horū musculorū, pars quædā nerui a secun- H da coniugatione orti transmittitur, haud secus, quām ijs quoq; musculis, qui meatū ipsum cōpre hēdunt, siue ij duo, siue tres, siue vnum dūtaxat dicendus sit: id. n. in præsenta non refert, mō no- uerimus horū musculorū munus esse, vt & sursum trahant oculum, & firmēt, ne mollis ille ner- uus, quē & opticū. i. visificū, & meatum nomināt, vlo pacto in itinere perueratur. Quū itaq; sex inueniantur oculū mouētes musculi, si is qdē, q; ipsum sursum attrahere solet, afficiatur, totus o- culus delapsus videbitur: si vero is, q; ipsum detrahere pōt, affectus est, oculus sursum attractus ap- parebit: ita ēt, si minoris anguli musculus uitiatur, ad maiorē: si uero maioris, ad illum oculus de- flectitur. at si voluētiū musculorum qspiam resolutur, obliqua erit totius oculi peruersio. Cetē- rum quū alij præterea sint musculi mollē trerū illū cōdantes, scire licet, ipsi resolutis, totum oculū procidere. Ac pleriq; eorū, q; sic affecti sunt, sensim qdē intēto molli neruo, sed nequaquam affecto citra noxam cernere possunt: q; vbi quoquo modo afficitur, visum efficit deteriorem: ubi vero adhuc magis ipsius malum ingrauescit, cōstat eos, q; sic afficiuntur, nihil oīno cernere posse. Porrò in oculorum peruersionibus, si ad alterutrum angulū fiat conuersio, innocua permanebit cernendi facultas: si vero aut sursum, aut deorsum, aut in obliquum quoq; vertantur, quicqd ipsi obieceris,

A. l. 3. f. 4. r.
4. c. 1. fol.
2. 3. 1. c

A. ibidē. c.
2. fol. 234. d

A. l. 1. f. 1. d.
5. c. 4. fol.
16. c

A. l. 3. f. 3. n
2. c. 3. o. fol.
227. h

LIBER QVARTVS.

22

A obieceris id oē duplū esse uidebitur. Quā vero musculi supernam palpebram mouentes (nam inferior immobilis est) perquā parui sunt, adeo, ut in maioribus quoq; animalibus uix manifeste prospici possint, nihil taurum, si uerū ipsi inserti difficulter videantur. Nihilominus, quemadmo dum in musculis, quorum iam supra meminimus, ita & in his quoq; euenire necesse est, ut inter dum musculi ipsi peculiari aliquo affectu ex ijs, quos ad musculos pertinere nonimus, interdum vero uerū ipsi inserti infestentur. Igitur "si musculus ipsam sursum attrahens exolutur, laxam efficiet palpebram adeo, ut oculus aperiri non possit; Si uero detrahentes gemini. n. sunt resoluuntur, oculum claudere non poterunt: quorū si alter duntaxat afficitur, ad oppositum musculum palpebra deflectetur, ut fracta uideatur, in fine videlicet circa mediā vtriusq; linea q̄ppe ea pars, quæ iuxta musculū affectum est, sursum trahi: quæ uero iuxta illæsum est, detrahi uidetur. Hi sūt partium oculi peculiares affectus, qui latentibus locis insident: ac sunt præterea alij, qui ex alijs partibus ei per consensum adueniunt. Igitur accidentia suffusionum uisib; similia uidentur, oculis nō propria affectione molestatis: sed aut oris uentriculi, aut cerebri cognitione id accidere solet. Verum hæc ipsa abijs, quæ a uentre oriuntur, distinguenda sunt, primum quidē ex eo, q̄ vel alter duntaxat oculus, vel vterq; similiter uisib; occupetur. Siq; dem in vniuersum visa ob humorum in

B ventriculo contentorum vitium oborta, vtriq; oculo similiter accidit: quæ vero per suffusiones apparent, neque incipiunt simul in utroque, neque similiter apparent. Deinde ex tempore quoque distinguuntur. Si enim tribus, quatuorve, aut etiam pluribus mensibus suffusionis apparuerint accidentia, contemplantiq; tibi pupillam nihil tenebrosum uideatur, ab ore uentriculi affectum procedere inuenies. Si vero non ita multum temporis intercessit, querendum est in primis, vtrum, ex quo incepit affectus, singulis diebus perpetuo huiuscemodi apparitio pseuerauerit, nullo. s. interueniente die, q̄ omni reprehensione caruerit, an diebus quibusdam intermedijs laborans exacte uisus sit sibi conualuisse: nam assiduitas suffusionem indicat intermissio uero, quod malum a ventriculo prodierit, suspicionē excitat, idq; magis, si perfecte quis concoquens, nullum sibi uisu apparere facet: sed multo magis, si, quum apparuerint uisa mordicus in ore ventriculi doluit: adhuc vero magis, si post hoc uomendo, eiecta re mordente, cessauerint accidentia. Hæc sunt, quæ primo statim die: quū uideris hominem, interrogando discere debes, quando (vtiam diximus) exquisite secundum naturam se habuerint oculi. Vbi uero altera pupilla tenebrosior, aut turbidior, aut (ut breniter dicam) non exacte pura uidetur, suffusionis esse initium censendū est. Si vero quispiam suapte natura pupilas ipsas non admodū

C puras habuerit, considera, num ambarum similis sit affectus: ad hæc, an non ita multum temporis a suffusionis accidentibus præterierit: q̄ si ita est, impera, ut minus cibi, quā pro cōsuetudine, ingerat, eumq; nihil mali succi habentem. Postero die vbi probe concoixerit, qualia apparuerint vila interroga: si. n. vel oīno nulla uel debiliora uideantur, ad ventriculum referēdū est accidentes: at, si similia permanenterint, non p̄ consensem, sed ex propria dispositione sciēdū est hīmōi accidentia oculos infectare: idq; magis, vbi sumpto ex aloe medicamento, nihil uariauerint: uoco autē medicamentum ex aloe, qđ alij hieram picram, alij simpliciter picram appellant. Quippe, si a ventriculo peruererit accidentis hīmōi medicamento potui dato, facillime curatur, accedente simul bona concoctione: vt in idem conueniant, & affectus sedis notitia, & ipsius curatio. Eq;dem quosdā sic affectos, quamuis (ut scitis) non uiderem, quum in alienis essent terris, per litteras curauit. Nam quum nonnulli ex Iberia, Celtica, Asia, Thracia, atq; alijs regionibus per epistolā a me petiissent, vt si ad suffusionis initium, nullo adhuc vitio in pupilla apparente, probatum aliquid habeam medicamentum, id eis transmitterem, uolui prius certiorem me redderent, num ex multo tempore ita fuissent affecti: præterea de alijs quoque, quorum paulo ante mentionem fecimus. Qui quum per epistolā responderent, sex menses aut annum iam exactum esse: vtrunque oculum similiter affici: quum probe concoxisserint, melius fese habere, per cruditates, atque stomacho mordicus dolente, grauius irritari:.eduēta vero per vomitum bile, quiete: nulla facta de pupilla quæstione, satis efficaciter me cognoscere putauit, non proprio affectu, sed per ventriculi confusum oculos infectari. Mittens itaque picram, ipsos quidem in primis, atque præcipue: per eos autem, alios quoque multos ipsorum conterraneos sanauit. Quum enim omnes, quotquot epistolā meas acceperunt, docti essent, affectorumq; locoru notas ex literis meis didicissent, hos deinde, & facile cognoverunt, & amaro medicamento curauerunt. At similia quoque suffusioni accidentia in quibusdam phrenitidis speciebus, affecto scilicet cerebro, sæpumero euenire solent: nec refert, vtrum species an differentias nominaueris, nam simplices quidem duæ inueniuntur, ex quibus deinde tertia componitur. Quippe sunt phrenitici quidam, qui de ijs, quæ oculis offeruntur, recte (quantum ad sensitiam notitiam pertinet) indicant, cogitando vero a naturali iudicio aberrant: alij tursus cogitatione quidem falluntur inimime, sensibus tamen dissimiliter mouentur: sunt præterea, qui & sensus simul & cognitionis uitio laborant. Itaq; vtriusq; lesionis modum sic accipe. Quum Romæ quidam domi cum lanifici puero cotineretur, surgens a cubili venit ad fenestram, per quam & ipse uideri, & prætereūtes, vide

A.1.1. f. 1.d.
5.c.5. f. 16.f

A.1.3. f. 3.r.
4.c. 10. fol.
232.f

DE LOCIS AFFECTIS

videre potuit. Deinde ex uitreis uasis singula ostendens, interrogauit, imperaretur, ut ea proijce-
ret: illi vero rideantes plaudentesq; ut ea proiiceret, rogabant: tū ipse deinceps oīa arripiēs eiecit,
at illi magnis acclamationibus riserunt. Postea, iuberētne puerum quoq; proiici, quū eos interro-
gasset, atq; id illi iussissent, illico ipsum deiecit: quem ab alto carentē uidētes, suppresso statim risu,
accurrerunt, & confractū iam puerū sustulerunt. At contrariā affectionem non solum in alijs, ue-
rum in me ipso, quum adolescens adhuc essem, expertus sum. "Quum.n. per æstatem ardente fe-
brilaborarē, & festucas atro colore ex cubili eminere, & floccos similiter in uestibus esse putarē,
quos auferre tentās, nihilq; sub digitis eductum inueniens, accuratius, vehementiusq; id efficere
conatus sum. Audiens itaq; duos ex amicis, qui tum aderant, dicentes, uidesne hunc iā & floccos
euellere, & festucas colligere? statim intellexi, id ipsum, qđ dicebant, me fecisse. Quum uero sic
animo constarē, ut rationalis in me facultas non vacillaret, recte, inquā, dicitis: proinde, ne phren-
nitis me arripiat, auxilio estote. Illi autem, quum idoneis rigationibus caput souerēt, tota die, se-
quenti q; nocte grauibus insomnijs turbatus sum, ut interim, & clamare, & exilire uiderer: verum
postero die mitigata sunt omnia accidentia. Igitur constat, quod ab una eademq; causa secundū
speciem accidentia proueniunt, nō autem ab eadē sede, quæ primario affecta sit, emergunt, in ijs,
qui ex cerebro, atq; illis, qui per uentriculi consensum, ut dictum est, laborant. Quum enim in ce-
rebro cuiuspam biliosus succus collectus fuerit una cum febre perurēte, is afficitur perinde, ac ea,
quæ ad ignem torrentur: oriturque tum fumus quidam, veluti in lucernis ab oleo, qui per vasa,
quæ ad oculum tendunt, delapsus, uisorum ipsis causa censetur. Si quidem in anatomice uidistis,
q; arteriæ, & venæ ab ijs vasis, ex quibus choroides membrana contexta est, simul cum neruis ad
oculum descendunt. Verum huic sermoni, vtpote satis iam definito, finem imponētes, de reliquis
oculi passionibus id in uniuersum dixerimus, nostri instituti nō esse earum particularum, quæ ma-
nifeste sensu percipiuntur, si à naturali constitutione aberrauerint, notas perscribere, sed illarum,
quæ, quū affecta fuerint, sensum latent. Nam, quum pupilla manifeste uideretur aut fracta, aut di-
storta, aut præter naturā uel aucta, uel imminuta, haud difficile est affectā particulam cognoscere:
ad quālibet corporis partē non statim impellat, impossibile est neq; illa ratio se dici pot ipsum in unam arteriam, quæ in pulmonem feratur, compelli: ita enim is impetus mentis sic particeps, atq; intelligat, quæ uia, quā facillime vacuari possit. Id ipsum uero fursus pugnare uidetur cum p̄fenti sermone, qui sanguinem q̄ celerrime vacuari per asperam arteriam concedit. Nam, si tā fa- cilis est per extremas harum arteriarum partes transitus, ut incidēs in eas sanguis, tam celeriter vacuetur, fieri non potest, ut impactus inflammationem excitet, eō, q̄ impingi, & excidere, inter se sint contraria. Id uero multo maiori admiratione dignum est, q̄ quum Erasistratus q̄ diligenter tissime deinceps de puris vacuatiōne conscribat, siue in pleuriticis, siue in suppuratis contineatur, ipse pugnam hanc qua uidelicet sermones eius tum nobis, tum reliquis hominibus oībus inter se certare uidetur non intellexerit. Ea facile deprehēdetur, si sermonem eius, q̄ ad uerbū sic se hēt, hic subscrīperimus. Atq; in his ipsis affectibus multi interdum puris expurgatio fit: causa, uenarum natura est: epilogismus autem horum hmōi est. Magna quādā vena ex corde nascitur, adi- cens spinæ, ac in eo loco, ubi a uertebris septum transuersum nascitur, finem accipit: ab hoc vero venæ, quæ ad latera extensæ sunt, atq; arterijs adiacent, oriri uidetur. Igitur, quū uel ulcus, vel ab- scissus in his locis euénit, multū puris congregans, id quidē haud facile ad spaciū, quod inter la- tera, & pulmonem est, effundit pot, q̄ succingens latera mēbrana, neruosa est, & fortis, ac diuidi cō- tumax: proinde coeret ad vala mēbranæ intrinsecus subiecta. Quū itaq; tenuis magis ac imbecilior vena sit, quā arteria, hēc uala prius diuiduntur, q̄ ipsæ arteriæ: atq; per has diuisiones pus effunditur in uenas: per inferiores uero sedes pus deicci non pot, quia ad eas uenarum natura non peruenit, sed finem fortius, ut dictum est, circa septi transuersi ortum: quum semper at continuæ sedes repleantur, necesse est, ut per superiores meatus exitum capiat. Perpendenda igitur est actio, quam pulmo inter respirandū efficit, ac quomodo tum spiritum, tum humores, & attrahit, & expellit: quippe eodem modo pus a lateribus ad pulmonem ascēdere solet. Sed, quo modo de- mun a pulmone rejiciatur, antea dictū est. In hoc sermone, q̄ pus in uenas transumptū non pos- sit ad loca septo transuerso inferiora puenire, recte ab Erasistrato dictum est, utpote uena, quæ oīto inferioribus thoracis costis alimentū prēbet (non. n. oīs alere potest) ad septum transuersum G. perueniente: neq; enim in præsentia cōtēdere uelim, an exigua aliqua eius particula inde exiliat. At, quo modo hmōi pus expuatur, neutiquam dicere aggressus est: similiter nec sectatorum eius quiquam: neq; enim, quemadmodum arteriam quandam a magna deductam in pulmonē ferti affirmant, ita de uena dixerint. Etenim arteria, tamēsi non manifeste in tuisus ipsum ramis distri- buitur, ei tñ substerni, atq; ad asperā usq; arteriam ramulos emittere, vñ: uerū a magna uena quæ spinæ incumbit, uenam aliquā in pulmonē trāsit: postea ex hac in asperas arterias, q̄ per ipsum disper- se sunt, trāsumi: postremo tussi indigere, quæ. si ipsum usq; ad os efferre possit. Quo at pacto puris sanguini permixti ab ipso fiat secretio, tanquam exignum quippian ac vulgare, & qđ ad uniuersam ipsius rōnem firmandam parum conducat, p̄teriens dicere neglexit. Neq; defendi ēt potest, q̄ sanguis in uena, quæ circa spinam est, contētus ad cor ipsum referat: nā ē contrario, uena hēc a dextra cordis auricula initium sumens, sanguinē secum defert, qui oībus thoracis partibus, quæ H. circa octo costas consistunt, alimētum p̄beat, nō at illis, q̄ sunt circa superiores quatuor: nā uenę, quæ eas partes nutriunt, ab ea vena, q̄ ad iugulum ascēdit, medio inter, cor & claviculas loco, exo- riuntur. Præterea, & hoc quoq; nō minus absurdū ad Erasistrati uerba sequitur: hā pus, qđ a su- pnis quatuor thoracis costis in concavā uenā refert, maxime quidē ad eas venas ducet, q̄ ad cerui- cē, & scapulas, & caput, & manus, immo potius ad uniuersas aīalis partes peruenient. Hæc sunt ferē absurdā, quæ ad Erasistrati scripta sequi vñr. Accedit ad hēc q̄ cām in hac persensione peni- tū non attigit. Dicens. n. non facile pus effunditur in spaciū, qđ inter costas est, & pulmonē, quia succingens costas membrana neruosa est, & fortis, atq; diuidi cōtumax, pus aliquā in hoc spa- ciū effundi posse nō negavit: quippe, q̄ uerbis suis, non facile, addiderit. Oportebat. n. huiusc rei, quæ non facile quidē fit, sed aliquā tñ fit, cām reddere, ostēsa uia, qua suppūrati pus expuere pos- fint. Vt. n. ex ijs non paucos perire, ita & "alios cōplures seruari uidim", quorū siq; p̄ singulos dies reieci puris quātitatē collegit, interdū sex aut octo heminas, interdū decem, atq; interdū plures, totā summā cōquare inueniet. Ceterū, id, qđ quā creberrime dicere cōsueui, nūc quoq; dic- cam, q̄ multi medici, rerum, q̄ manifeste vñr, cām reddere nequeuntes, eas esse omnino negant:

quan-

A quanquam (ut dixi) oēs, quotquot in thorace confosci sunt, iniectam p̄ vulnus aquam mulsam illico per tussim expuere solent: nonnulli etiam medendi modo, & qui cruentis adhibetur, & glutinario dicto, haud paucis perforationibus curati, in primis quidem diebus purulenta quedam ex-puunt, nisi recte ac exquisite uniuersus sanguis per vulnus (quatiendo uidelicet hominem, qui sic vulneratus est) fuerit effusus. At uero membrana costas succingens, & ualida est, & neruosa ac diuidi contumax: sin autem uoles, adde sermoni etiam membranam pulmonem ambiente, quae eādem cum illa naturam hēt: eoq; liuiores in uacua thoracis infusos hēc quidem non transmittit, illa non transmittit. Itaq; ad eundem modum dicas cutem, quae membranis multo fortior atq; crassior est, in fracturis ossium callo obducendis, sanguineum humorē, quo minus p̄ ipsam penetrādo egrediatur, prohibere: hunc tamen in nonnullis uidemus adeo copiose effundi, ut totas ēt uitias irriget: q̄ quū ita fieri uideamus, idē haud absurde p̄ tenues quoq; mēbranas fieri fatendū est. Atq; satius suissit, Erasistratū nō de hac re dubitare, sed id potius abūdante intelligere, humorē inter thoracem, & pulmonem contentum: in asperas pulmonis arterias recipi, ad lāues uero arterias, atq; ad uenas non peruenire: nam & ipso Erasistrato authore tria hēc vasa simul extenduntur, atque simul diuisa terminantur, suo extremo quodlibet ore, in adiacentem pulmoni mēbranam.

Cum ergo tria hēc ora inter se proxima sint, cur in unum duntaxat fiat transumptio, querere debuit Erasistratus: nam longe præstantius erat ea, quae fiunt, quomodo fiunt, querere, q̄, q̄ siunt, negare. Quanquam neq; dubia, neq; inuētu difficultis mihi v̄r̄ eorū, quae in thorace continentur, in pulmone transumptio: quae quidem in asperae arteriae partibus extremis fieri potest, q̄ p̄pe quae non adeo angustē sunt, ut leuum arteriarum atq; venarum partes extremae: & q̄ magna ex parte asperarum arteriarum essentia cartilago est, quae concidere atq; concludi omnifariam non pōt: q̄ ēt earū, quam duorū uasorum reliquorū, ora multo sunt ampliora. Cum igitur ipsorū circa pulmonē diuisiones numero sunt æquales, rationi consentaneum est asperae arteriae ueluti ramos, reliquorū duorum generū partes proportione superare: id uero manifeste appetet per uisceris ipsius dissectionem, nam uicina quæq; uasa eandem inter se feruant in magnitudinis excessu proportionem, quam ab initio maximē eorum partes habere conspiciuntur. Hēc sunt, quae dicere debuit Erasistratus: ac deinceps, utrum inspirationis, an expirationis, an quietis tempore, pus ex thoracis spatio in pulmonem recipiatur, explicare: ac deinde, quū id neq; per inspirationē neq; per quietē fieri docuisset, ostendere ipsum expirationis tempore recipi: id, quod facillimū erat demonstrare ei, cui prius persuasum esset, respirationis actionem ad thoracem pertinere, pul-

Cmone nullā propriam habente motionē: quippe qui per consequentiam dilatato thorace pariter attollitur: eo uero constricto, ipse spongiarum exemplo, quas manibus exprimitus, in se se residerē solet: Etenim hoc pacto per magna vulnera penetrantia, fibra ipsius per vulnus procidere v̄r̄: uerum circa vulnus thorax uehementer constrictus, humorē, qui in eo spatio, quod inter ipsum, & pulmonem est, continetur, in asperas ipsius arterias comprimendo cogit. Nec credas ueillim, huic orationi uehementer, frustra fuisse insertum: nisi enim uehementer admodū thorax pulmonem ex omni parte comprimat: humor in asperarum arteriarum ora recipi non poterit. Quā obrem natura, quo robustior fieret expressio, tussi uocata, donauit animalia, quē cum naturale sit accidens, sternutamentum, & singultum, & naufragium, similitudine quadam imitatur: de quibus in libris de causis accidentium satis dictum est. Verum, quia uiribus opus est, quibus hīmōi accidē naturale excitetur, cōtingit creberrime per suppūratos affectus mori laborantes imbecillioribus iam antea redditis uiribus: ualidissima, n. thoracis constrictione, eademq; celerima tussis excitatur, atqui uires imbecille, neq; ualide, neq; celeriter agere possunt. Ergo de expuitione, quae ex spatio thoracis procedit, satis fuerit hēc dixisse: redeamus igitur rursus ad eum, quem ab initio p̄ posuimus, sermonem. Sanè, quae in succingente costas membrana ac musculis illi continuis sunt inflammationes, morbum, quem lateralem uocant, efficere solent. Huius^{*} accidentia inseparabilia sunt, febris acuta, dolor perinde, ac si locus, uel intendat, uel pungatur: spiratio frequens, & exigua: pulsus parvus, arteriam & duram, & quodammodo tensam indicans: tussis maxima est parte cum sputis coloratis, nonnullum uero sine his, has^{*} incoctas pleuritides nominant, quē uel celeriter hominem rapiunt, uel longo temporis spatio finiuntur. Ac dolor plerunq; ad iugulum, uel ad p̄cordia peruenire uidetur. Sunt præterea alij laterum cum febre dolorer, per quos spirationem frequentem, & exiguum reddi necesse est, sed nullum redditur sputum: ut in ea re nihil a pleuritide sine sputo constante, differre uideatur. Verum hi facile ab illis discerni possunt: in his enim nulla omnino tussis est: illi uero, qui sine sputo pleuritide laborant, sicca molestantur, deinde q̄ neq; tensionem, neq; duritiē ullā refert pulsus: postremo, q̄ non æquè acuta febris laborant, neq; adeo difficulter spirant. Sunt etiam^{*} nonnulli qui presso a nobis extrinsecus inflammati loco dolere se fatentur: atq; hi per sputum non purgantur, quia ab initio nihil eius succi, qui inflammationem excitauit ad thoracis spatium peruenire soler: at concocta inflammatione, nisi pus prius discutiatur, ad cutem usque attollitur, atque inciditur.

A. I. 3. f. 10
t. 4. c. 2. f.
268. c

A. ibi. c. 3. h

* Ex antiquis cod græcis & ambob. inter præribus anti quis legendū est ætrivores i sputo carentes. ut patet ēt ex sequenti bus.

DE LOCIS AFFECTIS

De Septi transuersi affectibus: ac quo pacto deliria, quæ ex ipso fiunt, a delirij phrenitiorum distinguantur.

E

C A P . 4.

TErminum, quo thoracis pars inferior finitur, antiqui phrenas. i. mētem appellauerunt: siue simpliciter de ipsis in animum venerit, siue (vt aliqui putant) quia eo inflammatione affecto, mēs lēdatur. A Platone aut̄ diaphragma vocari incepit, qui sane, & ipse alijs veteribus similiiter, phrenas appellauit: putauit autem hunc in animalibus usum habere diaphragma, vt irascibilē aīæ uim in corde contentam ab appetitoria, quæ in iecore sedem hēt, septo distinguat. Postea medici, neglecto prisco nomine, diaphragma ipsū appellare cōsueuerūt, id, q̄ in dorsali quo que medulla eos fecisse constat: quippe huic quoq; propriæ substantiæ nomen, medulla est, quē admodum instrumentum, cuius nunc mentionē fecimus, phrenes nūcupatur. Verum, quo clarior esset dignotio, illi dorsalis, quemadmodum & ceruicalis, & spinalis, atq; lumbalis, cognomenta addiderunt: postea ferè oēs simpliciter dorsalē appellare consueuerunt. Sic in presenti quoque proposito, phrenum nomine rejecto, diaphragma. i. septū trāsuersum, nominare magis placuit. Aristoteles aut̄ hāc animalis particulam *τράσημα*. i. succincturā appellat, nescius ipsam magnæ, ac per quām necessariæ actioni in animalibus esse deputatam, quippe quæ spirationis sit instrumentum: Igitur non immerito, cum afficitur, spirationem lēdit: vt supra, cum de spirandi difficultate ageremus, diximus: ubi proprios eos affectus una cum ijs, qui per consensum cum spinali medulla, & neruis ab ea exortis, in ipso fiunt, tradidimus. At uero nunc eos affectus, qui superno consentiente principio, ei adueniunt, perstringamus. Igitur antea, quā aliquis deliret, frequētem ac exiguum, infestante uero iam delirio, multa uarietate inæqualē spiritū reddit: ut in libris De spirandi difficultate iam dictum est. Atq; delirare etiam solēt nō nulli ob uitium, quod in ore uen triculi consistit, & febribus ardētibus, & pleuritide, & peripneumonia: sed quæ ob septi transuersi affectum accidunt deliria, nō multum distant à phrenitide. Quippe per cæterarum partium affectus, atque p̄ febres ardentes, delirium mitigari solet, quoties morbus declinare uīt: at phrenitis propria, præcipuaq; nota est, ne in declinatione qđē febriū delirium quiescere: neq; .n. per cō sensum sub huiusmodi morbo cerebrū afficitur, sed pro pria primariaq; affectione laborat: ac pro inde paulatim constituitur hæc passio, nec subito delirāt, uel affatim, ut ex alijs partibus, quarum nuper mentionē fecimus; ac eius constitutionem p̄cedunt accidentia non pauca, eq; oīa phrenatica indicia uocantur: quæ ab ijs, quoque omnibus, q̄ me præcesserint, conscripta sunt. Nam interdum uigilias p̄cedere: siue etiam somnum manifestis imaginibus turbatū, ut & clamēt non nulli, & exiliant, uidere est: interdum uero irrationalis accedit obliuio, ut laborātes aliqui, quum matellam petiūscent, meierēt, neglexerint: aut, quum lotium emitterent, matellam ipsam prodere haud quaquam meminerint: interdū maiori cum tumultu, aut temeritate respondent, præfertim, ubi aliquis antea fuerit mansuetus. Atq; hi oēs exiguo utuntur potu: spiratio ipsis rara est & magna: pulsus minores, magisq; neruosos habent: non nuaquam occiput dolor infestat. Quū iam proxime ad phrenitidem accedunt, oculi eis vehementer euadunt squalidi, aut ex altero ipsorū acris lachryma effundit, ac deinde lippitudo innatat, & venæ ipsorū sanguine plenæ vidētur, & sanguis stillat à naribus: quo tempore nihil, quod exacte ad prudentiam pertineat, respondent: & floccos auellūt, & festucas carpūt; atq; ardiore febri, cui non ita magnē in alterutrā partem mutationes accedit, torquētur: quemadmodum in alijs quibusdam febribus videre est, quæ per vigorem quidē grauissime infestant, inclinationes vero habent mitiores. Ad hæc lingua quo que salebrosa est: nōnulli interdum audiendo falli videntur, ac interdum mæsti iacent, vix quicq; respōdētes: atq; dispositione dolorifica affecti, vel acris premente aliquo, eam haudquaquā sentiunt. Ergo hoc' mō p̄ cerebri affectū paulatim phrenitis eueniēre solet. Ab aliarū vero partiū nulla perpetuum delirium procedit, dempto solo septo transuerso: cuius vitio excitatum deliriū, parū a continuo distat, adeo, vt ueteres putauerint, hac parte {inflammatione} affecta, homines phreniticos euadere: atque ob eandem suspicionem, phrenas. i. mentem eam appellauerūt, tanquam *φρενίτις*. i. sapienti parti conferat quipiam. Verum deliriū, quod h̄mōi vitio accidit, a phrenitide distinguitur, & oculorū accidentibus, & sanguinis a naribus stillis, atq; spirationis specie; quippe phreniticorū spiratio magna est, & ex longis semper interuallis; contra, vbi a septo deliriū oritur in equalis, vt modo exigua sit, atq; frequens, modo magna, & angustiosa: nā incipiente septi trāsuersi inflammatione, prius, quā delirent laborantes, exigū ac frequentem reddunt spiritū: contra ijs, qui ob affectum cerebrum delirant, magna pdit, raraq; spiratio. Atq; ut summatim dicam veluti eorum accidentium, quæ phrenitidem antecedere diximus, aut nullum appareat, aut, si apparuerit aliquod, id per exiguum est in ijs, quibus septum transuersum inflammatione laborare incipit, ita rursus riuelli hypochondrion, septi transuersi ilico ab initio affecti proprium indicium est: id, qđ affecto cerebro posterius accidit, non incipiente uidelicet affectu, sed quum factus iam fuerit: atq; calor quoque circa caput, & faciem vehementior est ijs, qui ob cerebri uitium delirant. Reliqui septi transuersi affectus, siue primarij sint, siue per cōsensum illi eueniant, partim quidem ab hoc nostro proposito sunt alieni (nempe qui manifeste apparent, vt sunt tum

alii

A.1.3. f. 10.
4. c. 2. f. 286
b

A.1.3. f. 1. 1.
3. c. 2. f. 297
b

A. ibidem,

A alia accidentia, tum abscessus in ipso exorti, partim uero iam antea dicti sunt.

De Gule affectibus dignoscendis.

A.1.3. f.13. t.
1.c.2.3.4.5.
f.285.b.c

A.1.3. f.13.
t.1.c.1. fol.
284.b

A.ibid. c.2
fo.285.b
A.ibidem.b

CAP. 5.

E Am' partem quæ inter fauces, & os ventriculi media est, quam ueteres œsophagom nomina-
bant, qui post Aristotelis seculum scripserunt, stomachon, nos gulā dicimus, appellare con-
tineuerunt: quamuis Aristotelis prisco temper uocabulo hāc animalis particulam nominauerit, te particula
Eius duplex est usus, unus, q[uod] ueluti uia est eorum, quæ deuorantur: alter, + q[uod] circa utranq[ue] uiam
actionem quandam efficere uidetur, tum eorum, quæ ab ore ad uentriculum deferuntur, tum eo in Greco codi-
rū, quæ ab hoc ad os eleuātur. Cū enim geminæ sint ei partes (quas dissectores tunicas appellant) ce, alioq[ue] nos
altera ad cibi, potusq[ue] deglutitionē uititur: altera ad ēā, quæ vomendo fit, expulsionem. Proinde fallit Galenus
rōni consentaneū est, duo esse affectuum ipsius generā, vnum ut viæ eorum, quæ ingeruntur: alte les rarius vo-
rum, ut instrumenti eoru[m], tū quæ euomuntur, tū quæ deuorantur. Constat vero duorū iā memo-
ratorū vsuum alterum quidem semper esse necessarium, alterū vero p[ro]p[ter]o occasione quasdam. Ig[ue] quo, quam no-
corum accidentiū, quæ ipsum, tanquam uiam ciborū, infestant, genus vnum est, quū ob tumorē niatur.
aliquem præter naturā angustior fit ipsius meatus: alterū, quū proprias actiones perficere neqt[ur].
Porrò iā anteā, ubi de angina, quæ ad uertebrarū in ceruice luxationem sequitur, sermo habeba-
tur, diximus, quod acquisitia ei angustia accedit, vbi a uertebris ipsius cōprimitur: cuius rei nunc
quoq[ue] admonitū te esse uelim. Nec obliuioni tradas tumores eorum musculorū, qui gulam ipsā
inuoluunt, quocunq[ue] fiāt: nam de oībus in libro De tumoribus præter naturam dictū iam est: cæ-
terum in his oībus commune est, q[uod] tanta s[er]epenumero inter deuorandum infestat angustia, ut po-
tus ad nares renuitatur. Quum uero iuflammatione affecta gula, familiari, propriaq[ue] angustia, nō
a uicinis partibus acquisita torqueat, tum grauissimus inter deglutiendum dolor infestat, acceden-
te quoq[ue] perquād difficiili transitu: p[ro]pter si supinus, qui laborat, iaceens transglutire quippiam
conetur. Quocirca sic affecti habitū transformare, atq[ue] erigere sese student, ex accidente ipso edo-
cti faciliorē ita fieri deglutitionem, adeo, ut haud parum habitus hic ad ciborū in declives partes
delationem conferre uideatur, ut pote quæ possit s[er]epenumero uel sola fieri, si prius ex ore usq[ue] ad
gulæ initium facta fuerit expressio: aut supino decubitu nullū speratur auxiliū, quo facilius ad in-
ternas partes ferātur alimenta, quippe q[uod] tum a sola gulæ actionē deuorandi munus p[ro]ficitur. Ne-
que vero latet uos, q[uod] partium iuflammatione affectarum nulla nō dolet, quum suo munere fun-
gitur: contra, ubi querit, dolor mitigari solet. Ergo, quū gula sentiendi facultate sit p[ro]dita, eo
ipso quoq[ue] vti licebit quasi auctario partis, unde passiones eius dignoscantur; id, quod a laboran-
C te inter respondēdum deprehendere licet, nisi adeo fuerit saxeus, ut, quid ipsum laedat, narrare nō
possit: p[ro]si ciuinodi est, qui possit animi sensa interpretari, gulæ sensus maximum p[ro]stabilit corol-
lariū ad affectuum ipsius dignotionem. Etenim imbecillitatem nonnunquam percipere se dicūt
laborantes, ut longo uix tēporis spatio per gulam transeantea, quæ ingesta sunt: quæ aliquando
ad primum impetum facile descendunt, deinde rursus arcentur, ut uideantur impacta: demum p[ro]
residuum spacium immoleste, ac facillime labuntur. Horum primum actionis infirmitatem, alte-
rum particulæ cuiuspiam angustiam indicat: uerum utriusq[ue] differentias ex reliquis accidentibus
intelligere licet. Nam in imbecillitate, quæ a sola intemperie citra tumorē præter naturam fit, in-
gestorum in transitu tarditas, inæqualis est, & sine dolore, & in supino decubitu augetur: erecta
vero ceruice, mitigatur, neq[ue] ullus accedit angustiæ sensus. Vbi vero cum tumore est imbecilitas,
vnam quampiam particulam angustiōē ceteris efficit, atq[ue] per eam tardior erit transitus. Quod,
si tumor inflamat:onis fuerit particeps, aut erysipelatis, accedit ei pariter, & dolor, & sitis, &
multi caloris sensus, & febris non admodum ardēs, quæ ēt siti proportione haudquam respō-
det. Si uero tumor aliquis ex non ita calidis fuerit, tum citra febrim, & calorem, & sitim, deglu-
tionis inæqualitas euenerit, retentis in parte quapiam alimentis, p[ro]sertim si mainculum, at-
D que solidum fuerit id, quod deuoratur: acceditq[ue] dolor aliquis, sed exiguus. Ergo, quum aliquā-
do huiuscemodi accidentia longo temporis tractu nobis appariissent, accedente nonnunquam
ephemera febre, nonnunquam ēt horrore: & coniecturam fecissemus abscessum concoctū diffi-
cilem esse in gula: accedit, procedente tempore, ut laborans ruptionis sensum p[ro]ciperet, ac subin-
de p[ro]pus euomeret, idq[ue] nō solū eodē, sed p[ro]stero quoq[ue] die, atq[ue] itidē tertio: deinde succedebant
ei deinceps oīa ulceratae gulæ indicia. Quippe, siue acria, siue acida, siue falsa, siue acerba deuora-
raret, aut uellungem, aut adstrictionē sentiebat: dolebatq[ue] hac in parte uel nihil deglutiendo,
sed moderatius: uehementiorem uero dolorem excitabat ea, quibus mordendi aut adstringen-
di uis erat. Hic ergo longo temporis spatio uix seruatus est. s. etatis beneficio: etenim natu ma-
iores ferē oīs perierunt. Sanè, quotquot dolorificum quempia in gula hāt affectum, oīs ex dorsi
quoq[ue] dolore ipsum significanter declarant: cuius rei cā haud obscura est ijs, qui gulam spinē in-
cubentem uiderunt. Consentaneum autem est, q[uod] ex gulæ uasis modis eisdem, quibus ex reliquis
oībus, sanguis euomatur. At si id ob ruptum uas acciderit, dolor ibi percipitur, ac locum, ubi ali-
quid ruptum est, iudicat: Haud secus, ubi uena fuerit erosa, siue diabrosin, siue anabrosin, siue ali-
ter quomodolibet nominare uolueris: aperto autem uasis alicuius ore, nullus omnino dolor
sentitur:

DE LOCIS AFFECTIS

sentitur: atq; hac re a reliquis distinguitur; ac præterea, q; neq; ictus, neq; casus hæc profusionē p. E cesserit: id q; rupto uase videre est, q; ob solā sanguinis plenitudinē, nulla adueniēte extrinsecus, causa, uasa interdū diripi possumt. At uenæ erosionē ulcus pcedere solet. Fit at vlcus, vel rupto uase, vel malignorū humorum influentia, id quod in cute quoq; s̄pē numero accidere uidemus.

De affectibus, qui ore ventriculi paciente oriuntur.

C A P. 6.

Veteres os ventriculi cor nominabant, ab accidentibus, quæ inducere vī, hanc(ut aiunt) de ducentes appellationem: neq; enim" solum, ut cardiacis syncopis, ita & stomachicis non f Non est in nulli corripiuntur, sed etiam conuulsionibus, sopore, morbo comitali, & melancholia, nec non contextu gra- accidētib. qualia per suffusiones infestant, ut iam antea, quum de oculis loqueremur, dictum est. eo.

f *Ex gracie* Atq; omnes hi affectus, consentientibus ei ceteris partibus in ipso} fieri dicuntur: nam ad pro ita uerēdūm priam eius rationem pertinet, & appetentiam prohibere, & natantes cibos cotruimpere: f quē ad quandoquidē modum, ubi cibi in uentriculi fundo firmantur, præcipue si suapte natura non ita facile corrumpantur, nihil horum patitur. Igitur exācte animum aduertere oportet, ut discernantur affectus, qui in fundo ventriculifua pte natura fir maris solent, p uit os ventriculi affectum (quod ut ueteres oēs cor appellabant, ita nostra tempestate stomachus cipueq; si non vocatur) primario accidere censemunt. Sed hæc inter se discernere facile poterit is, qui assidua exer F facile corrumpatur, nihil ho prietas quedam ineffabiles, sed quæ accidentibus, quæ narrari pāt, succedunt, quibus certiores, & ita ueteres stabilioresq; etiadūt affectarum partium notæ: sed has quidem unusquisq; per se inuenire poterit: quæ uero tanquam fundamenta uniuersæ dignotionis existunt, atq; ex quibus studiosissimi quiq; ineffabiles accidentium proprietates ediscunt, deinceps explicare aggrediar. Igitur, Grammaticus quidam iuuenis, quoties nimis vehementer doceret, aut cogitaret, aut inediā sustineret, aut irasceretur, comitali morbo corripiebatur. Perpendi quidem in hoc os ventriculi (utpote quod facile sentiret) affectum esse, ac deinde per consensum, & totum cerebrum, & corpus uniuersum, conuulsione concuti. Iussi igitur ei probam concoctionem accurate procurare, ac ter tia, vel quarta hora panem optimè præparatum exhibere, atq; hunc quidē solum, si non sitiret: si uero siti cruciaretur, ex uino diluto, & quidem albo, atq; modice adlītingente: nam hmōi uini ut ventriculum robustum efficit, ita hauquaquam tentat caput, id, quod facere solent ea, quæ vehementes uires obtinent. Quum igitur hac uictus ratione utens, non, ut ante, afficeretur, exatam iam notitiam me habere arbitratus sum eorum, quæ prius sola coniectura consequebar. Itaq; quolibet anno bis, aut ēt ter medicamentum amarum ex aloē ei exhibui: totum enim uen trem a superfluitatibus purgat, & ad proprias actiones roboret. Atq; ita uir ille plusquam uiginti annis, quibus postea superstes permansit, integra, inculpataq; ualetudine uitam exegit: q; si aliqui ob ingruentia negotia diutius a cibo abstinere cogeretur, breuissima quadam conuulsione uexabatur. Iam alios quoq; uidimus conuulsione comitali, ob oris stomachi uitium, correptos, quā aut non probe concoxisse, aut uini, & quidem meritoris plurimum potassent, aut ubi ueneri immidice operam dedissent. Quinetiam per febres quosdam conspeximus drepente conuulsione prehendi, nullo, quod eām præ sagiret, precedente indicio: qui bilioso superueniente uomitu, protinus ab omni noxa liberati fuerunt. Atq; hoc modo affector um nonnulli res quasdam uscas uomendo reiecerunt, alij humorem porri succo similem: quidam etiam vitiosorum eduliorum copia grauati, soporosi permanerūt, donec ea, quæ os uentriculi opprimebant, omnia euomuissent. Atqui horū accidentiū vix vllū crederes a uentriculi ore procedere, quemadmodum nē syncopas quoque, nisi tam crebro ita etiēre viderentur: quanquam n. non pauci ad ipsum ex cē rebro nerui perueniunt, non tamē tot esse vñr, vt per eos tantus sit principij cum ore uentriculi consensus, vt inde cōuulsio inferri possit; tantum abest, vt quis credat cor ipsum tam vehementer ori ventriculi consentire, vt acuta protinus sequatur syncopa. Porro m̄ltos non solam infom- H nia, & omni tumultuosi molestant, sed amētia quoque, propter vitiosum humorē in ore uentriculi aceruatū. De flatuoso vero vocato, & hypochondriaco morbo nemo non dixit, q; tri stitiam, desperationem, mœstitiam inducat, atq; vt summatū dicā, ad melancholię accidētia nihil reliqui faciat. Quippe laborantes hmōi morbo post cruditates dīctis accidētibus multo uehemētius infestantur: ac plures ex ipsis splenici quoq; sunt: quocirca" coniunctiū est ex hoc ēt visceris vitiosam saniē in uentriculū irruere. Ergo ea accidētia, quæ uel cerebrum, uel oculos afficiunt vitiosorum humorū vaporationē sequuntur. At" syncopa, quæ stomachi uitio solet eueniēre, ob dolorum ipsius proprietatē evolutionē inducit eius quoq; intēperie ad cor fortasse pueniente, quare, cum id quoq; uehemētem intemperiem suscipiat, uires agminatim cadere necesse sit. At que constat ēt, q; n̄ traxi. i. picē vocatē, mulieribus accidēt, vbi hēc particula affecta est: quæ enim, aut canum more, aut nihil omnino, aut malos cibos capiunt, ijs appetentię instrumentum lēsum esse certum est: id vero os uentriculi esse demonstratum iam est. Sic ēt nausea, cordis dolores, singultus" inter huiuscē partis affectus numerari dīt. Verum omnium harum affectōnum causas in libro de accidētiū causis iam diximus, vt nihil nunc opus sit in earum explicatione temporis iā turam

A.1.3. f. 13.
t.1.c.16. fo.
286.h

A.1.3. f. 13.
t.1.c.33. fo.
290.g

A.1.3. f. 13.
t.1.c.11. fo.
212.a

A.1.3. f. 13.
t.1.c.15. h
A.1.3. f. 13. t
t. c. 8. f. 1.
303.c

A.1.3. f. 13.
t.1.c.33. fo.
291.a

A.1.3. f. 13.
t.1.c.16. fo.
286.e
A. ibidē. b

A.1.3. f. 13.
t.1.c.17. h
287.e
Ett. t. c. 8. fo.
19. f. 206. b

Acturam facere. Etenim, quæ p̄ intemperantiam ei ueluti similari corpori morborum differētiae adueniunt, iā ibi enarrate sunt: instrumentales uero morbi, q̄ ei accidere solēt, adeo manifestas hāt notas, ut latere possint neminem, q̄ cōes significationes, quæ & in his antea commētarijs, & in alijs quibusdam prescriptæ sunt, memoria tenuerit. Neq; n. abscessus, neq; inflammatio, neq; erysipelas, neq; ulcera huius loci, in obscuro sunt utpote quorū cōes sunt notæ cū ijs, q̄ supra de gula affectionib. dictæ sunt: atq; illis eo manifestiores, quo facilior huic parti sensus est, ac clarā quo que promptamq; notionem hēt. Similiter, ubi ex hac parte sanguis reijcitur, indiciorum proprietas cōis est cum illis, q̄ de gula iam diximus, verum dignotio longe manifestior eaudit. Atq; par esse v̄r, totum "ventriculi spatiū simili dispositione affici, quales sunt illæ, quas in ipsius ore fieri diximus, atq; similia quoq; ei aduenire accidētia. Qd̄ uero longe maiorē inferūt uiolētiam ea, q̄ in ipsius ore cōtingunt, idcirco medici ea, q̄ in parte uetriculi inferiore eueniunt perinde, ac si oīno non fierēt, & despiceret, & contemnere solēt. At, quia coctionis opus in partibus ab ore inferioribus fieri nemo negat, necesse est hanc ipsam partem quum male disposita fuerit cruditatum esse causam: quum uidelicet uel ob inordinatam alimētorum ingestionē, aut multitudinem, aut qualitatem, homo concoquere nequit. Morbi uero cæteris partib. oīb. cōes, siue instrumentales sint,

B siue p̄ solam intemperiē infestat, quorum sedes affectæ manifestæ sunt, ad hanc præsentem comētationem propriæ non pertinent: quippe eas dūntaxat pârtes, quæ sensus iudicium effugient, considerare propositum est. Sed de "sanguine, q̄ ex ipso uomēdo reijcitur, non conuenit intermedicos: et enim sunt q̄ putēt nequaquam fieri posse, ut sanguis vel ab hepate, vel à liene effluēs, p̄ "ipsum euacuetur: similiter de pure quoq; ab ipsis erumpēte existimant. Verum enim uero p̄ artis exercitationem utraq; opinionem examinanti mihi, uisa est per ipsum fieri euacuatio ex diētis uisceribus. Ceterum differre uoluimus huius rei doctrinam in eum locum, ubi de ipsis sermone faciemus: quippe deinceps, & iocinoris, & lienis affectus percurrere propositum est.

De iocinoris affectibus, præsertim de aquæ intercutem, & regj morbi dignotione. CAP. 7.

Hic etiam parti quemadmodum & cæteris omnibus, duplex morborum genus accedit, vñū a sola "intemperie, citra tumorem præter naturam, alterum, vbi una cum intemperie tumor quoq; infestat, ut inflammatio, erysipelas, scirrus, idest tumor durus, spirituosa" seu flatulentæ distensiones, obstruktiones a crassis, & viscosis humoribus, idq; in extremis uasorum partib. q̄ ex venæ ipsis portis exoriūtur. Has quidē obstruktiones sequit grauitatis sensus, quæ dextro hypochondrio incubat: quādo uero *halitus quoq; spiritus, cui non pateat exitus, ibi concluditur, non solum grauitas, sed tensionis etiam sensus sequetur. Inflammationes uero, quæ in hoc uisce re citra ipsis imbecillitatē nascuntur, siquidem in gibba parte consistant, præcipue si grandes fuerint, perfacile uel solo tactu dignosci possunt: at simarum partium inflammationes, per alia potius accidentia, quām per tactum, inuestigare oportet. Incipiam igitur ab ijs, quæ in parte gibba oriuntur, si prius uos admonhero eorum, quos in corporum dissectione conspexistis, musculorum, qui sub eute tenduntur. Sunt uero octo numero, quatuor contenti coniugationibus, quarum prima ex musculis constat rectis per totum carneis, à locis, quæ circa sternon sunt, ad pubis ossa (ita enim uocant dissecatores) descendantibus: at reliquarum trium coniugationum musculi vsq; ad rectorum contactum, carnea quidē parte constant: ubi uero primum illos attingunt, in deneruationes membranosas degenerare uidentur: horum quidē musculorum una coniugatio, quæ quidem reliquis omnibus exterior est, à thorace obliqua deducitur, in anteriores partes & deorsum descendens: altera huic contraria ab infernis exorta partibus, obliqua ad anteriores & superiores ascendit: huic tertia muscularum coniugatio subiectur, qui transuersum habent positum, atq; peritonæo (id est membranæ, quæ intestina continet) innituntur. Rectorum ergo muscularum tumores præter naturam, oblongi, atq; per medium totius uentris extensi uidentur,

Dumbilicum, veluti ipsi quoq; musculi, cōprehendentes: quapropter haud obscura est corū dignatio, utpote quos & positus, & figura declarat: accedente ad hæc, q̄ ipsi à nullo exteriore musculo conteguntur. Hæc autem obliquis quoq; musculis, qui à thorace descendunt, sunt communia: at multo difficilior est notitia muscularum, qui his subiecti sunt, difficillima vero trāuersorum: Cōstat autem iecur intra hos sub peritonæo esse positum: quod quum tribus contegatur muscularis, fieri non potest, ut tactus aliquam ipsius notitiā præstet, nisi vel magna in ipso oriatur inflammatio, vel incumbētes ei musculi extenuati fuerint. Sed iecur "affici declarant in dextro hypochondrio grauitas; dolor totum hypochondrium retrahens, atq; ipsius doloris vsq; ad iugulū extensio nā & hoc nonnunquā eueniire solet: exigua tussis: linguæ color in primis quidē magis ruber, deinde vero niger euadens: ingens cibi fastidium: sitis inexhausta: uomitus tum synceræ bilis, tum eius quæ ouorū uitellis similatur, quæ postea eruginis aliquā colorem referre conspicitur: aliuis quoq; adstringitur, nisi unā cū uisceris huius imbecillitate inflammationem excitari contingat. Erysipelatis autē accidentia his ferè similia sunt: & insu p̄ "febris quoq; cum uehemētissima siti laborates cruciat: eas n. febres, quas οὐέντες. i. ardētes antiqui uocabāt, magna ex parte aduenire uidemus iecoris, aut uetriculi flāmeis dispōnibus: atq; in pulmonis inflammatione erysipelatis participe (Græci

A.I. 3. f. 13.
t. 3. c. 1. fo.
297.c

A. ibid. c. 7.
fol. 299.c

A.I. 3. f. 13.
t. 1. c. 16. fo.
286.c

A.I. 3. f. 14.
t. 2. c. 5. fol.
313.c

A.I. 3. f. 14.
t. 3. c. 3. fo.
314.h
A. ibid. c. 2.
fol. 314.f

A. ibid. c. 4.
fol. 315.a

DE LOCIS AFFECTIS

E

Addendum φλεγμὸν ἐγκατιλεπτὸν appellant) ardētes febres excitantur: quē admodum ubi in uniuerso quoque corpore biliosi humores ad immoderatum seruorē perueniunt. Verum haec aut iecoris, aut vētriculi occasione eueniunt, omnium sunt vehemētissimē: quibus particulis ita laborantibus febres magna ex parte in marcōre transmutantur. Sed de marcōre alibi seorsum scriptum est. Quae in simis iocinoris partibus eueniunt inflammationes, ut magis quam illę, quę in eius gibbo sunt, in appetētiā, nauſeā, nomitum biliosum, sitim ingētem inducūt; sic è cōtrario hę maiori, quam illa, inter spirandum dolore (ut dictum est) laborantem afficiunt, magisq; tuſſim excitant, atq; dolorem usq; ad dextrę partis iugulum, adeo ut detrahi uideatur, extēdunt. Porrò utriusque parti, quum dolor adest, nothæ costę nonnunquam consentiunt: atq; hoc eis commune iure accidit, non omnibus, propterea, quod iecur per membranas non omnibus ad costas coniungit: id quod non solum in simis, sed in alijs quoq; animalibus uidere est, etenim alijs quidem coniungit, alijs minime. Igitur quemadmodum interdum in gibbis duntaxat, ita & in simis huius uisceris partibus, inflammatione oritur: quamvis in neutra partium exquīte distīcta possit consistere, nā oīum eius partium carnes inter se continuantur. Ceterum, quibus natura abdōmen gracile est, qn̄ morbo gracilius efficitur, in ijs facile est uidere ingētem iocinoris inflammationem: quae propriam hāc à mūsculis incūbētib⁹ sortitur differētiā, q̄ moles sub manib⁹ ad coaceruātā F circumscriptionem defīnit: mūsculus. n. quilibet, quum totus sibi continuus sit, inflammationis ipsius molem, quę sensim diminuatur, hēt: quippe soli iocinori p̄priū est, ut tumoris cumulum cōprehēsim habeat circumscrip̄tū. Vnde manifestum est, quod durus in ipso tumor { Græci scirrhon uocant } multo cūdētius dignosci potest, eō, q̄ durior sit scirrhi ipsius, quam inflammationis, moles; quodq; in huiusmodi dispositione extēnuentur corpora, quae ei incumbunt. At uero tractu temporis, quamvis magis increascat scirrhi tumor, non tamen æque facile fuerit per tactū ipsum cognoscere, intercipiēt. si iudicium aqua inter cutem, quae illico scirrhum sequi consuevit: quippe, nīl hepār afficiatur, haudquaquam fieri potest huiusmodi affectus. Non tamē semper ob primariā eius affectionē excitatur, quamvis præcipue admodum ob hoc fiat: etenim, quia⁹ ipsūm eius facultatis, quae sanguinem gignit, instrumētū est, consequēs est, ut uitiato hoc uiscere, aetio quoq; eius vitetur. Accidit autem (ut dixi) quum alijs aliam partem frigida admodum intemperies afficit, ut hepār quoq; refrigeretur. Igitur, si uel lienis causa, vel uenticuli, vel intestinorum uiuersorum, maxime ieiuni, mesentericæ uenæ omnes habituali intemperie afficiantur, facile ēt una refrigerare possunt omnes simarum iecoris partium uenas, quo fit, ut ad hepatis quoque corpus uiuersum intemperies ipsa perueniat. Si uero uel pulmonis, vel septi transuersi, vel G renuin occasione id accidat, in primis uenæ, quae in uisceris huius partibus gibbis consistunt, per consensum afficiuntur: deinde tractu temporis totum hepār quoq; eadem dispositione infestatur. Ergo, quę hucusq; diximus, sic se habere nemo inficiabitur, nīl forte quis, aut suapte natura contentiosus, aut oīno fuerit indoctus. De obstructionibus uero non æque certe habētur conjecturę. Etenim, quod simarū partium uenæ ab ea, q̄ in porta exoritur, in tenuissimās extēmitates finiantur, haud obscure apparet: atq; q̄ ad eundē locum alię quoq; uenarū extēmitates, a caua uena in gibbas uisceris partes distributarum perueniant, similiter cōstat: licet, q̄uo p̄ sua ora ipsæ inter se coniungantur, uidere nequaquam possimus. Neq; n. dubitat aliquis, sed oīs ferē medici ex uno ore enunciant, q̄ cibus, qui uiuerso corpori distribuitur, ex oīb, simarum partium uenis exiens, ad gibbas partes p̄ dictas extēmitates transsumit. Quod si fateamur & hoc, sanguinis transsumpta in uenam concavam vsq; quaq; per corpus dispersatur, consequi vī ad ea, quę iam in confessio esse diximus: quemadmodum & crassiore sanguinem in uisceris uenis p̄ angustia earum retētum ad intestinum ieiunum, & tenuē, & colon, & cæcum, atq; rectum deferri, & (ut quispiam dixerit) in uentrem fortasse: nemo tamē id accidisse uidit, neq; in hepatis præter naturam tumorib. neq; ēt obstructionibus. Verum in omnibus corporis partibus, tum supernis, tum inferiorib. p̄tuitosus sanguis contineri conspicitur in ijs morbis, quos Græci, & analarcas, & leucoplegmatis, & hyderos noīate consueverunt: p̄ aluū aut nihil crūētum, neq; in ijs, neq; in ascite, neq; in tympania excernitur: sed spatium, quod inter peritonēum, & partes ei subiacētes est, aquoso humore impletur. Proinde rōni magis consentaneum est, ut ob uisceris refrigerationē cib. q̄ reliquis partibus distribuitur, in sanguinē nō trāsmutetur: quinetiam refrigerentur cum ipso uiuersi corporis uenæ, idq; maxime, vbi nullo plerunq; tumore in iocinore apparēt, laborans aqua inter cūtē molestari uī, uitio existēt uel in liene, uel in ieiuno aut tenui intestino, aut mesenterio, uel pulmo ne vel renibus, aut ēt ubi plurimus per hæmorrhoidas sanguis excernitur, aut ob muliebre profluuium

A. l. 3. f. 14. t.
3. c. 2. fol.
314. f.

A. l. 3. f. 14. t.
3. c. 1. fol.
307. c.

A. ibi. 3. 13.
fol. 309. a

A. ibi. Et t.
2. c. 1. f. 312.

A. 1. 3. f. 14.
314. c. 4. fol.
319. g.

A. ibi. f. 320
a
A. ibi. f. 319.
b

A flumine, aut quum retinentur mestrina, aut ob aliam ingentem vteri dispositionem. Nam per omnes huiuscmodi affectus aqua inter cutem hominem vexari contingit, vel nullo existere in hepate praeter naturam tumore. Id vero præcipue intelligitur ab ijs, q. didicunt, quomodo ex intempesta aquæ frigidæ potatione iecur affatim refrigeratur, statim aquam inter cutem inducat ante, q. scilicet in durum tumorem attollatur. Verum sic affecti vehementi ciborum desiderio tenentur: nec mirum, quippe ob refrigeratum os ventriculi, hmoi cupiditates accidere iam ante didicimus. Sed de aqua inter cutem, id est de hyderis, vel hydroperibus, quomodo unq; quispiam appellare velit, quantum ad præsens attinet propositum, haec dixisse satis est. Porro utrum semper in morbo regio locus affectus sit hepatis, an alia præterea dispositio huc affectum efficere possit, deinceps percurrēdo scrutemur. Siquidem videmus non huncquam iecinore nequaquam affecto, per morbi iudicationem effundi ad cutem bilē pallidam, quo modo humorū in aliquam partem decubitus quoq; aliqui interdum euenire consueuerunt. Videmus etiā aliquā citra morbi iudicationem sanguinem ab extranea quadam corruptione in bilem verti: qualis ēferarum mortuī fieri solet. Etenim Imperialium seruorum quidam, qui viperarum venationi deputatus erat, quum à viperā mortuus esset, aliquanto tempore medicamenta, quibus vti consueuerat, potabat: cumq; vniuersi corporis color mutaretur adeo, vt porri colorem referret, accedēs singula nobis enarravit: cui, epota theriaca, quā celerrime color secundum naturam restitutus est. Quia vero medici inuestigare solent, an assumpti veneni propria extent signa, eō, q. sèpenumero videat citra lethalis veneni potionem humores similiter, vt epoto veneno, corrumpi, nō mirū est, si sic aliquando mutantur humores, vt vniuersum corpus auriginosum euadat. Fieri vero ēt potest, vt iocinoris secundum naturam temperie mutata, humores huiuscmodi vitio affiantur, & quidem citra obstructionē aut inflammationem, aut scirrum. Quin etiam manifeste quādoque videmus vniuersum corpus herbis candenti pallore infectis similari: interdum plumbeū, aut ēt magis fuscum referre colorē: interdum ēt alias quādam ineffabiles colorum proprietates, q. iocinore suo munere non recte fungente, sine tumoribus præter naturam accidere solet. Sic ob splenis quoq; vicia, huiusmodi colores eueniunt, sed multo nigiores, quā ab hepate: quos vt clara interpretatione enarrare difficillimū, ita cognoscere facillimū, ijs præsertim, q. illos sèpenumero compexerint. Etenim Stesianus, quum medicorū indicū subijsset, nescio quo pacto eorum non pauci abscessum in ipsius hepate consistere crediderunt: sed postea quam longo temporis spatio nihil se in melius proficere sentiret, me quoq; uocauit. Igitur, simul atq; domū, ubi iacebat, fuisse ingressus, aspiciēs eū, hoc

B poris color mutaretur adeo, vt porri colorem referret, accedēs singula nobis enarravit: cui, epota theriaca, quā celerrime color secundum naturam restitutus est. Quia vero medici inuestigare solent, an assumpti veneni propria extent signa, eō, q. sèpenumero videat citra lethalis veneni potionem humores similiter, vt epoto veneno, corrumpi, nō mirū est, si sic aliquando mutantur humores, vt vniuersum corpus auriginosum euadat. Fieri vero ēt potest, vt iocinoris secundum naturam temperie mutata, humores huiuscmodi vitio affiantur, & quidem citra obstructionē aut inflammationem, aut scirrum. Quin etiam manifeste quādoque videmus vniuersum corpus herbis candenti pallore infectis similari: interdum plumbeū, aut ēt magis fuscum referre colorē: interdum ēt alias quādam ineffabiles colorum proprietates, q. iocinore suo munere non recte fungente, sine tumoribus præter naturam accidere solet. Sic ob splenis quoq; vicia, huiusmodi colores eueniunt, sed multo nigiores, quā ab hepate: quos vt clara interpretatione enarrare difficillimū, ita cognoscere facillimū, ijs præsertim, q. illos sèpenumero compexerint. Etenim Stesianus, quum medicorū indicū subijsset, nescio quo pacto eorum non pauci abscessum in ipsius hepate consistere crediderunt: sed postea quam longo temporis spatio nihil se in melius proficere sentiret, me quoq; uocauit. Igitur, simul atq; domū, ubi iacebat, fuisse ingressus, aspiciēs eū, hoc

C (inquam) scias uelim, nullum tibi esse in uiscere uitium: sed, quid aliud te molestet, nudatis præcor dijs declarare conabor. Inueni ergo in profundis musculis abscessum, contracto iam pure in medio spatio eorum muscularū, qui per transuersum incedunt, atq; illorum, qui oblique ab infernis sursum tendunt: qui (vt nouistis) medijs sunt inter eos, qui transuersi peritonæo incumbunt, & eos qui sub externa cute obliqui deorsum ferunt. Sic et alios complures scitis me notasse, per colorē declarando, mō iecur, modo splenē esse affectum nulla audita præteriorum accidentium narratione, neq; etiam per tactum inuestigato viscerū affectu. Proinde sèpenumero audiuitis me male imprecantē ijs, qui medicæ speculationis principes se esse iactabant, nullius uero ægri volebant aggredi curationē: de quorū numero plurimi fuerunt, tum empirici, tum methodici: quibus si quis dixerit fieri posse, vt solo perspecto colore affecta sedes interdum cognoscatur, illi aperto ore, atq; rabidi canis exēplo, exerta lingua, impudenter ei resistunt. Verū præsens sermo haudquaquā ad illos dirigitur: Itaq; ad aliud accidentium genus, quod sola iecinoris imbecillitate, quæ per se, ac sine inflamatione euenire solet, continetur, nunc transeamus: quēadmodū & de ipsius inflammatiōne, quæ citra propriæ facultatis suæ imbecillitatē accidit, seorsum iam diximus. Qm̄ igitur sanguinis generationem hepatis munus ēse intelligimus, si causa aliqua fuerit, quæ hunc generare

D possit, eam hepatis propriam facultatem esse dicemus propriam autem diximus, propter eas, quæ omnibus corporis nostri partibus communes esse dignoscuntur, quas in libro de naturalibus facultatibus iā percurrimus, attractricē dico, & retentricē, & expultricē: namq; quarta generatim quidē, alteratrix, speciatim vero sanguifica vocat. Porro omniū facultatū essentiā in peculiarib. partium tēperantijs consistere didicistis: proinde, quum iecur ad aliquam octo intēperantiānum labitur, accidet viribus ipsius noxa, quæ illi intēperantiae peculiariter debetur: sed de ijs generalē scripsimus sermonem in tertio libro de accidentium causis: proprius aut cuiusq; sed in specie partis, cōi ad portionem r̄ndet. Igitur calidæ iecoris intēperantiae, tum contentos in ipso humores, tum eos, qui per mesenterij venas deferuntur, & assant & adurunt: frigidæ autem contentos iam in ipso humores, crassos, atq; ad fluxum, & motum contumaces reddunt, id vero, quod ad ipsum fertur, & pituitosum, & crudum, & semicoctum efficiunt. Sic de reliquis quoq; duabus dicendum est: arida quidē intēperantia sicciores, crassioresque; humida vero magis tenues, aquosioresque reddit humores. Igit, quum alii sedimina, aquæ, in qua nuper macrata caro abluta est, similia esse videritis, efficacissimum hoc vobis signum sit affectionis hepaticæ: ac nominantur hepaticæ ex præcipue, quæ ob imbecillitatē ipsius fiunt: quippe ad iecoris essentiam pertinet hmoi affectus:

DE LOCIS AFFECTIS

at qui didicistis cuiusq; primorum corporum essentiam ex quatuor qualitatibus cōstare tēperamē E
to. Sic ēt, quum faci sanguinis similia per alium excrementa deiiciuntur, iecur affectum esse cōij-
ciendum est; vt. n. tenue & * saniosum excrementū infirmi iecinoris sanguinē creare non potētis:
ita id, q̄ sēci similatur, superasantis sanguinē hepatis indicium est. Neque. n. à memoria uestra de-
cidit, quum sāpe videritis quosdam in primis q̄dem sanies, & cruenta quedā, dein tractu tēporis
crassum, ac melancholicū sanguinē, postremo atrā quoq; bilē, & q̄dem synceram deijcere. Inci-
pit, n. interdum affectus ob frigidam intemperiē citra febrim, q̄n tenuis sanies sanguinis excer-
nitur: deinde tractu t̄pis, dum sanguis in uiscere corruptitur, febris superuenire solet: quæ tñ ab
imperitis vsq; adeo negligitur, vt laborantem interdum nequaq; febricitare putent, quippe hunc
affectum ob inediā accidisse existimant: siquidem, q̄ nulla sit ipsis cibi cupiditas, potius, q̄ ob
medicorū institutū, laborantes à cibo abstinere inuenierunt. Itaq;, quū interim nihil excernatur,
videaturq; laborans omnino liber à febre, balneis eū exponunt, ac debitā uictus rationē p̄scri-
bere negligūt: quocirca rursus corruptos cibos aliis deiicit, quos deinde hepaticorum excremē-
torū nō nihil sequitur. At nōnulli, q̄ ob frigidam intemperiē laborare inceperunt, nō solū nō per-
dunt cibi cupiditatē, verumetā interdum multo magis, quā antea, se esurire aiunt. Calidas vero
intēperies nunquam comitatur ciborum" appetentia, sed ingens cibi fastidium, sitis vehemens, fe-
bris insignis, uitiosorum humorū uomitus. Hēc sunt propria hepaticorū accidētia: sic. n. nomi-
nari iam dixi eos, q̄bus uisceris ipsius uires fuerint imbecilles: qua in re uulgaris medicorū errans,
hunc affectum putat esse dysenteriam: inflāmationem aut̄ alia (ut dictum est) sequunt accidentia.
Quum itaq; ambo interdū affectus cōueniant, utriusq; accidentia simul apparere solent: q̄ in prō-
ptu medicum h̄e op̄petet: sic. n. nō solum laudabunt nos, sed admirabuntur ēt ii, q̄ opera nostra
indignerint, p̄fertim si accidentia quoq; q̄ aliis morbis cōia sunt, in super p̄spexerimus, ueluti q̄
dolor ad nothas costas peruenit, q̄ iugulus detrahi v̄r, q̄ spiratio parua redditur & frequens. Eq-
dem, quū primum Romā venissem, magnifice admiratus est me Glauco philosophus ob huius-
modi quandā dignotionē. Etenim p̄ uiam mīhi occurrens, opportune (inquit) aduenisti: iungēsq;
dextram dextrā, proximi sumus (inquit) laboranti, quē nuper vidi: itaq; oro, vt vna mecum ad
ipsum venias. est autem Siculus medicus, quē nō ita pridem mecum ambulante vidisti. Ego ve-
ro, quid (inquit) molestati ipsum? Tum ille & copiose admodum, & aperte id declarare aggressus
est: neq; n. adeo erat vafer, ut aliquid me cālare posset. Qm̄ heri (inquit) & Gorgias & Apelas mi-
tur; q̄pp̄e musculi, q̄ fluores cohibere solet, tūc quiescunt ab opere, abdīnis musculis munere suo fungentibus, maxime uero medijs. Sunt nonnulli, qui quum non ita facile deieccere possunt, manibus hīmōi musculos comprimunt: neq; non, ubi urina, vel difficulter redditur, uel oīno suppressa est, idem facere consueuerunt. Quum itaq; nerui, per quos āialis facultas ad iam dictos musculos peruenit, afficiuntur, aut ubi dorſalis medulla ipsa laesa est, resoluitur muscularum actio, atq; excernitur, & urina, & stercus, uel laborante inuito. Quum uero vesicæ corpus ita fuerit affectū, vt, qđ in ea continetur, exprimere non possit, supprimitur urina: nō iaturq; hoc accidens ipsius, ischuria. Atq; accidit interdū propter obtusum ipsius sensum, ut nō reddatur urina citra expulsive facultatis laesionem, si proprij vesicæ nerui afficiantur, neruis musculi ceruicem eius stringētis, munere suo fungentibus, ipsorum. . facultate seruata: nam, si resoluantur, proprium indicium q̄ musculus hic resolutus sit, est urinæ p̄ter uoluntatē excretio. At hīmōi euéniente affectu, quū meatus ipsius fuerit obstructus, utraq; dispō cognitu difficultis erit. Proinde, ut exquisite dignoscātur, non solum hi, sed reliqui quoq; omnes vesicæ affectus, per quain necessarium est p̄scire evidentes causas extrinsecus aduenientes, quas proprie procatareticas id est initiatrices medici uocant. Sed multo etiam accuratiōi inuestigationēt eos, qui p̄cesserunt in animantis corpore affectus, inquirere oportet. Igitur cuidā, quū cecidisset, spina sinuata est: qua ppter urinam redire non potuit: nā & id aliquā fieri solet, quemadmodū ab Hippocrate dictū est: verū non illico suppressa fuit urina, sed perendie, ob afflictarum uertebrarū ad internal luxationem inflamata vesica. Itaq; dolebat in ea parte uel nemiae tangente, sed multo magis, si quis manu eū tangeret: atque hunc curauimus, inflammationi remedia adhibentes. Rūsus alter luxatis ad posteriores partes uertebris vrinā inuitus profudit, nullo infestante vesicam dolore: in quo coniecimus eius musculi nerū, qui vesicam claudit, suis affectū, p̄inde spinalē medullam curare uoluimus. Atq; in alio similiter affecto suppressa fuit urina, torpente ob affecto neruos vesicæ sensū, quum āt interdū non sentiret homo vesicam impleri, ipsa extensa nihil excernere potuit. Etenim accidit interdū, ut hoc mō urina supprimatur quēadmodū ēt sanis quibusdā, uel urgentibus negocijs uel in concionibus, vel senatu, vel foro, vel conuiuio: tum. n. retenta longo t̄pe vrina extendit- vesicā, atq; urina supprimitur, contractrice facultate laesa p̄ immoderatā tensionē. Quidā ēt, quū cecidisset, manente spina ilicela, in primis quidē magnā sanguinis copiam cū vrina emisit, postea vero oīno suppressa est vrina: cuius rei cām esse coniecimus, q̄ cōcreti sanguinis grumus intus se opposuit. Quocirca demissa per coleum fistula, pauli in vrinę reddidit: extracta dein defectula apparuit in ipsius ore grumi indicū. Prēterea, quū alios quodam diuturni dolores vrina cum abscessu notis infestassent, finitis abscessibus, tenui pus cum urina profluere nū est: deinde subfō quēs vrinę retērio coniecturę occasionem dedit, q̄ crasso pure meatus obstrueretur. Atq; in pueris etiam, quos lapis in vesica cruciabat, vidimus sēpē numero vrinam retineri. Eos itaque resupino figurato corpore, concussimus, vt ita a meatu lapis dimoueretur. Quū vero, id quod iam dicā, lepe videritis, oro, vt ipsum tenaci sem p̄ memoria seruetis: q̄ ad grumos nacatos, nō solum eos, qui in vesica, sed multo magis illos quoq; q̄ in intestinis, vētriculo, atq; thorace nonnūquā cōtinētur, animi defēctio, & pallor sequi solet: pulsus vero parvus, obscurus, frequens apparet: & laborans ipse cū anxietate resoluitur, quēadmodū in magnis muscularū vulneribus sēpē numero accidit: vt mirari aliquis possit, quēnā sit huius euentus cā, quippe, quū omniū, quē in corpore sunt, sanguis maxime nobis sit familiaris, quō ex vasis suis effusus, tanti mali authorēm se p̄stet,

^{t̄ Eas. quae praecesserunt, inquirere. oportet.}
**De causis antecedentibus hic loquitur quas ἐπον. ou-
tugias uocant, & cod. graci & tralationes
neteres ita ha-
bent.**
De Artic. cō. 3. t. 51. 7. 27. 4. c.

Atq; in pueris etiam, quos lapis in vesica cruciabat, vidimus sēpē numero vrinam retineri. Eos itaque resupino figurato corpore, concussimus, vt ita a meatu lapis dimoueretur. Quū vero, id quod iam dicā, lepe videritis, oro, vt ipsum tenaci sem p̄ memoria seruetis: q̄ ad grumos nacatos, nō solum eos, qui in vesica, sed multo magis illos quoq; q̄ in intestinis, vētriculo, atq; thorace nonnūquā cōtinētur, animi defēctio, & pallor sequi solet: pulsus vero parvus, obscurus, frequens apparet: & laborans ipse cū anxietate resoluitur, quēadmodū in magnis muscularū vulneribus sēpē numero accidit: vt mirari aliquis possit, quēnā sit huius euentus cā, quippe, quū omniū, quē in corpore sunt, sanguis maxime nobis sit familiaris, quō ex vasis suis effusus, tanti mali authorēm se p̄stet,

A. l. 1. f. 1. d.
5. sum. 2. c.
24. f. 12. b

A. l. 3. f. 19. c.
2. ca. 10. fo.
369. c

A. ibid. 4

A. l. 3. f. 19.
c. 6. fol.
367. b

A. ibidem b

A. l. 3. f. 19. c.
2. c. 6. f. 366
h

A. l. 3. f. 16. c.
1. c. 2. f. 334.
h. Et f. 19. c.
1. c. 19. Et.
t. 2. c. 7. Et.
4. f. 6. t. 2. c.
20

A. l. 3. f. 19.
cap. 5. h

A. l. 3. f. 15. c.
1. c. 19. fo.
365. g. Et. t.
2. c. 7. Et.
16. t. 1. c. 2.
3. Et. l. 4. f. 6
t. 2. ca. 20.

vt

A vt & putredo partium, & mortificatio ipsum sequi possit: etenim vidimus, ubi vesicæ meatū grumis obstruxerat, eadem sequi accidentia: grumum uero adesse coniecimus hoc argumēto, q̄ plū rimū antea cruentem laborantes cum vrina reddidissent. Itaq; "medicamentum, quod lapidem terere posset ex oxymelite, atq; ipsum quoq; oxymeli per se, in potu dedimus: at nihilominus alij quidem perierunt, uno quodā seruato solutis grumis, quos paulatim cū vrina excreuit. Quod vero non satis est ad affecta sedis inuentionē ea duntaxat accidētia, quæ in p̄senta in festant, in tueri, sed & ex ijs, quæ præcesserunt, subinde definitus, facile intelligetis, si eorū, q̄ anteā uidistis, memineritis. Igitur, quū multi crebro pus cū vrina emitterent," præteriorū accidentiū memoria, & sedem affectā nobis ostēdit, & dispositionē in ipso consistentē declarauit. Quidam n. quum prius in regione renū s̄pēnumero doleret, accedente inordinato horrore, & exiguo rigore, febre correptus est: aliis circa vesicæ positum simul cū horrore, ac febre dolores p̄sensit: nōnulli circa septū transuersum, & thoracē: atq; alij in dextra præcordiorū parte. Cōiecturā itaq; fecimus in ijs oībus, q̄ pus per renes expurgaretur, vomica s. in loco dolēta erupta. Cum indicijs autem supra p̄positis non nihil cōfert puris quantitatē, & quō totum cū vrinis misceatur, vtrū confusum, au cōtra, considerare, veluti iam antea de intestinis dictū est. Nam, ut in illis, si a superioribus

B intestinis quidpiam desertur, id ciborū excrementis perinde admixtum videtur, ac si cū ipsis subactum fuisset: si uero ab humilioribus, cū una ipsorum parte excernitur: simili modo urina, aut tota a pure cū ipsa emissō cōturbatur, aut per partes quasdā dispersum pus inæqualiter desertur. Plerunq; ēt solum pus sine vrina excernitur, idq; haud obscure in uesica suppurationē cōsistere indicat: q̄ uero exacte cōmixtum est, a supernis alicunde partibus venit: sed, q̄ medianam inter hēc conditionē seruauerit, id a renibus descendisse certum est. Similiter si erupta vomica, cū affecti loci indiciis, ulceris quoq; signum aliquod appareat: nam & hoc aliqñ quidem exacte cōmixtū v̄t, aliquādo uero mediocriter, interdum vel nullam hēt mixtionem, uel quodammodo superfertur, uel solum excernitur. Atq; uocatum "quidem ramētum, vlceris: essentiæ uero proprietas, affectæ partis proprium indicium est: quippe partes a uesica auulsa, laminis: a renibus uero, carunculis, sunt similes. Ita etiā, ubi ex sublimioribus pars aliqua affecta est, excrementa cū urinis eiecta in tueri, & eas suspectarum partium essentiæ comparare oportet. Igitur cū urina expurgātur gibbæ hepatis partes, atq; omnes, quotquot sunt his superiores: per aluum uero pars iocinoris resima, intestina, uentriculus, lien. Præter has aliae quædam fiunt purgationes, sed raro, ut cū thorax, & pulmo per aluum purgatur: quæ infra' septū transuersum positæ sunt partes, per vrinas. Quo-

C rum cām cū nonnulli ignorent, neq; id unquam in ægrōtis accidisse uiderint, quod a multis vi- sum est, negāt fieri posse, t̄ q̄ abcessu interim in "pulmone orto pus expurgari per renes possit. Nos uero pulmonis uomicā per vrinam, thoracis at per intestina, & aluum expurgari vidimus: quanq; in primis ex pulmone per renes transitus, nullā reuera dubitationē excitare dēt: etenim ut a caua uena, ita ex magna quoq; arteria, rami descendunt ad renes. Qm̄ antem Erasistratus pu-tat solum spiritum in arterijs contineri, hēc questio eius sectatores non parum urget: nobis uero nihil difficultatis affert, utpote intelligētibus, q̄ laniis arteria pulmonis, quātum puris ex crupta uomica suscipit, id in sinistrum cordis sinum deferre pōt, qđ inde in magnam ipsius arteriam incidentis, per renes transit in uesicam: hoc tñ non ita crebro eueniē uidetur, utpote pure prius in asperas arterias magna ex parte transumpto. Itaq; quam ob causam pus in pulmone genitum cum urinis (licet raro) excernatur, iam dictum est: id uero, quod per uentrē expellitur, aliam, & quidem rarā (quæ in corporū dissectione apparet) habet causam: q̄ppe caua uena, mediante uase quodā stelchiæ uocata { id est uenæ, quæ arboris caudici proportione respondet } uñ interdū adaptari. Proinde nihil mirū neq; impossibile est & ex partibus septo transuerso superioribus pus in uentrem defluere, & ex ijs, quæ eidem supponuntur, ipsum per renes in uesicam peruenire: nā

D corporum raras constitutiones, par est, ut rara etiam accidentia sequantur.

De Vteri affectibus, p̄senterim de seminis, & menstruorum retentione. C A P. 5.

A Tque ne hoc quidem loco sollicitos esse oportet, utrum uulnū, an uterū appellemus eā partem, quæ mulieribus ad pariēdū à natura data est: neq; rursus, utrum numero plurali uulnū, aut uteros, an singulari uulnū, aut uterū quis nominauerit. Etenim satius fuerit in rebus utilibus t̄ps collocare, ex quibus, uel ad notitiam, uel præfigia, uel curationem, fructum aliquem decerpere possumus. Veluti certe, & in eo affectū, quē nonnulli uteri suffocationē, alij sp̄rationis ob uterū ablationem uocant, audire est, uolentibus medicis utraq; appellatiōne unum quendam affectum explicare. Ego uero multas inī mulieres hystericas. i. uteri affectibus subiectas (nam priores seminē artē medicām professe, a quibus nomen ipsum audiri potuit, ita se ipsas nominare solebat) alias "quidem sine sensu immobiles iacētes, cumq; obscurissimo, minimoq; pulsū, uel oīno sine ullo pulsū apparentes: alias sentientes quidem, & moueri potentes, atq; integræ rōne, sed tñ aio deficiētes, & iux respirantes: alias & "crura, & brachia contrahentes. Ex quibus cōiecturā feci multas esse uteri affectū differentias, uel p̄ cāx efficiētis magnitudine, uel pro specierū quarundā uarietate inter se differētes. Igitur prima sp̄es, cuius Heracles Pōticus in suo

A. l. 3. f. 6.
t. 2. c. 20. f.
496. f.

A. l. 3. f. 19.
t. 2. c. 6. fol.
367. d.

A. l. 3. f. 19.
t. 2. c. 4. ca.
31. f. 370. b.

A. l. 3. f. 18.
cap. 12. fol.
339. c.

A. l. 3. f. 16.
t. 2. c. 20. fo.
370. g.

Et. l. 1. f. 2.
d. 3. sum. 2.
c. 6.

A. l. 3. f. 15.
t. 4. c. 1. fol.
268. a.

A. l. 3. f. 21.
t. 4. c. 16. fo.
395. b.

Hec verba non bēntur in codi. gracis antiquis nec ī tralationibus veteribus, sed glossema sunt quod ab impe rito scriptoro postea in con texuum positiū est.

DE LOCIS AFFECTIS

† Laertius in vita Empodeclis. Suidas ē dictione ē. A. ibidem.
commentario mentionem fecit, multam exhibet de ortu suo ambiguitatē. Ait enim sub hac specie E neq; pulsū, neq; spirationem mulieris deprehendi potuisse, atq; ob id duntaxat non usum esse mortuam, q̄ exiguū in medijs corporis partibus calorem habere (est ā libri titulus, † apnus. i. p. clis. Suidas ē dita spiratio, Heraclidis) ac adstantes quoq; medicos quæsiusile ait, an nondum esset mortua. Rur fus nōnulli Heraclidis posteriores, credentes seruari aliquid spirationis, quamvis ipsa non apparet, carptæ lanæ flocculos prænaribus suspendi iubent, ut exacte deprehendat, num spiritus aliquis inter spirandum, tum intro, tum foras rursum deferatur. Sunt, qui poculum aquæ plenum ori ventriculi imponere præcipiunt, quippe immotum omnino seruari humorem aiunt, si tota perierit spiratio. Itaq; si oēs ita affecte mulieres interiissent, simplex esset quæstio: quū uero non nullæ seruatæ uideantur, geminam oriri quæstionē necesse est, inuestigantibus nobis tum dispositionem, ob quam spirationis munus deperditur, tum uel magis, quomodo uiuere possint, quæ nihil omnino spirant: quippe in confessu est, & spirationem a uita, & uitam a spiratione separari nō posse, adeo, ut viuens omnino spiret, & spirans omnino viuat. Atq; hęc quæstio, quamquam superiore difficultor v̄t, non est tamen perinde difficilis: quippe latebris inclusa animalia, mortuis similia, spirationis nihil seruare uidentur. Hoc enim cognito, perspectisq; manifeste illis animalib. frigidis, atq; eo demonstrato, q̄ maximus respirationis usus est, ut intimus calor, & refrigeratione & ventilatione seruitur, haud ita difficile fuerit, perpendere, exiguum illum calorem in ipsis de relictum, arteriarum, cordisq; officio conseruari: quæ actio a quibusdam medicis transpiratio, uoluti, ea, quæ a thoracis pulmonisq; officio prodit, respiratio vocatur. Itaq; pereunte ob uteri affectum spiratione, quoniam uniuersum corpus refrigeratur (id enim manifeste videtur) fieri potest, ut nulla prodeat ab ore spiratio, quamvis ea, quæ in arteriis sit, nequaquam intercipiatur: potest etiam adeo esse exigua, ut sensum omnino effugiat. Ergo, ut nihil ad hunc affectum pertinet maneat indismissum, succedit iterū alia quæstio, quam ob causam corpus refrigeretur. Ea uero haud difficulter dissolui poterit, si causas, quæ precesserunt, diligenter inuecamur: sunt autem huiusmodi. Conuenit inter omnes medicos hunc affectum magna ex parte uiduis eueniare, ijsque maxime, quæ, cum antea probe purgarentur, ac parerent, atque virorum concubitu gauderent, omnibus his fuerint priuate. Quid igitur ex hisce probabilitis quis concludere possit, q̄ q̄ ob retēta mēstrua, vel semen cohibitum, huiusmodi vterinis vocatis dispositionibus mulieres crucientur? siue eę apnē. i. non spirationes, siue suffocationes, siue etiam contractiones quedam fuerint? & fortasse magis ob seminis retentionem, utpote quod magnam uim obtineat, & in mulieribus humidius ac frigidius sit, & excretionem requirat in ijs, quæ multo semine exuberant, sicuti ēt in ipsis G tris; quippe non parua est horum quoq; differentia: sunt in. nonnulli: quos protinus a iuuētute cōcubitus imbecilliores efficit: alij, nisi assidue coeant, capitis grauitate molestantur, cibos fastidiūt, ac febrib. obnoxij fiunt, atq; ut deterior est ipsis appetentia, ita, & concoctio minor: hos Plato arboribus immodice fructiferis comparat. Equidem noui quosdam, quibus h̄mōi erat natura, qui p̄ pudore, a libidinis usū abstinentes, torpidi, pigriq; facti sunt: nonnulli ēt, melancholicū exemplū, p̄t̄ modum mœsti ac timidi, cibi ēt tum cupiditate tum concoctione uitiata. Quidā vxoris mortem lugens, & a concubitu, quo antea creberime fuerat visus, abstiens, cibi cupiditatem amisit, atq; ne exiguum quidem cibum concoquere potuit: ubi uero seipsum cogēdo plus cibi ingerebat, protinus ad uomitum excitabatur: mæstus ēt apparebat, nō solum has ob causas, sed ēt ut melancholici solent, citra manifestam occasionem: uerum hic quam celerime liberatus est, ad pristinam consuetudinem reuersus. Hęc ergo consideranti mihi apud me, uisa est longe maior ex retento semine quam mēstruis, corporis noxa eueniare posse, p̄fertim in ijs, in quibus ipsum siapte natura prauioris succi est, ac copiosius, & qui in ocio sunt educati, quiq; cum antea nihil ad libidinem reliqui fecissent, affatim continere c̄perunt. Perpendi aut̄ in his quoq; naturalem excernendi ipsum cupiditatē huius rei causam esse: quum .n. & tale, & tantum fuerit, neminem non ad sui excretionem uiuadā stimulat. Ita Diogenem Cynicum narrant, uirum alioqui omnium mortalium, quod ad continentiam pertinet, constantissimum, libidini tamē indulisse, non a copulata illi dum effunditur uoluptate, ueluti bono aliquo, illeētum, sed ut noxā quæ a retento semine prouenire solet, euitaret. Eum meretrix adire pollicita quum diutius cessaret, ipse manu pudendis admota, semen proiecit, ac venientem deinde mulierculam remisit, inquiens, manus hymenæum celebrando te p̄uenit. Atque plane constat modestos viros non ob voluptatem, sed ut ab impedimento p̄fuerint, libidini indulgere, perinde, ac si nulla esset ei uoluptas coniugata. Sic ēt reliqua animalia ad coitum excitari arbitror, nō quod existimēt uoluptatem boni cuiuspiam speciem p̄ se ferre, sed ut semē, quod ob retentionē ipsa molestat, ex cernant, haud secus, q̄ deiiciēdi stercoris, excernēdæq; urinæ desiderio siapte natura moueri cōsuerunt. Cogitanti itaq; mihi aliquando super hac re tale quoddam accidens apparuit in muliere ex longo iam t̄pe uidua, quæ p̄t̄ cetera mala nervorum quoq; distensione uexabatur: Ac deinceps obstetricie uterum esse retractum, remedij ad huiusmodi affectus consuetis uti decreuit: q̄bus adhibitis, partim ob ipsorum calorem, partim ēt, quod in ter curandum manibus tractaren tur

* Gra. vī. a. 6.
uirtus, quod
verus inter-
pres trans-
lit. sobrietate.

A. l. 3. f. 21.
t. 4. cap. 17.
f. 396. g.

A tur partes muliebres, oborta titillatione, cū labore, & voluptate (veluti per coitū vsū venire solet) excrevit crassum, plurimumq; semen: atq; ita molestia sua liberata est mulier. Proinde manifesta coniectura assēquutus sum, vitiato semini maiore, q; menstruis, esle uim ad noxam uniuerso corpori inferendam. Itaq; licet hec quidem aliquā profluant ē uiduis, suppressum nihilominus semen molestiam, noxamq; ipsis inferre pōt. Quibus uero nequaquam persuaderi pōt, exigū luccū in una parte contentum, tantorum accidentiū, quæ uniuerso corpori eueniunt, esse causam, iij oīno immemores esse uidentur eorum, quæ quotidie contingunt. Etenim a phalangij ictu totum corpus affici vī, exiguo ueneno per minimum foramen injecto. Sed lōge maiori admiratione dignus est scorpionis ictus, qui breui admodum tpe grauissima insert accidentia: & id, quod injicitur dū ipse pungit, aut perq; exiguum est, aut nihil omnino, nullo apparente foramine in ipsius aculeo. Atqui necessarium est, non simpliciter, quia quis perinde, quasi acu, punctus est, ut in vniuersum statim corpus ueluti grandine pcuti videatur, animi simul defectione accedente: sed rationi magis consentaneum est, ut vel a spiritu quodam, uel tenui humiditate iniecta, hæc eueniunt accidentia. Sunt, qui putat res quasdā solo tactu per qualitatis vim, ea, quæ eis uicina sunt, alterare posse: idq; planè uideri in marina torpedine, utpote cui tam uehemens sit potentia, ut per pescatoris tri-

B dentē transmissa ad manū alteratione, derepente totā reddat torpidam. His coniecturis facile deprehenditur patuē molis res quasdam solo tactu maximas inducere alterationes: id, quod in "heracio quoq; lapide, quem magnetē nominant, uidere est: ferrū. n. quod tetigerit, ei adhæret, uel nullo adhibito uinculo: deinde, si aliud id, qđ primo tactum fuerit, tetigerit, similiter, ut primum, illi inhæredit: postea tertium secundo: ita, ut plane constet, rebus quibusdam uehementissimas esse vires. Reliquum est, ut inuestigemus, an in animantibus, corruptio aliqua nasci possit adeo uehemens, ut ueneni tum qualitatem, tum uires æquet: an id iam medicis enodatum, discussumque esse uideatur, qui hanc solent proponere quæstionem, utrum propriae sint notæ ueneni, necne. Nam, qui maxime uidentur super hac ambiguitate disputatione, iij eosdē fieri affectus concedunt, & a lethali ueneni potione, & a corruptione, quæ a corpore ortū hēt: uerū facile discerni posse eos, qui uenētū sumpserūt, ab ijs, qui aliūde affecti sunt. Quū enim homo suapte natura probis humoribus abundans, ac sanorū more educatus, derepēte moritur, ut lethali afflūmpto veneno fieri solet: deinde corpus, aut liuens, aut nigricans, aut uariū est, aut disfluens, aut putredinē molestā olet, hunc uenenum sumpsisse aiunt. Igitur, si eiusmodi affectibus nos infestari fateamur, qui ex nobis met ipsiis accepto suæ originis impetu, similes sint ijs, qui pernicioſo epoto ueneno eueniunt, ni-

C hil mirū, si uitiatum semen, aut menstruū hmōi, quum retinentur, aut putrescent, corporibus ut affectiantur idoneis, grauiā inferant accidentia. Quippe facile intelligitur a canibus, quātam habeat vim afficiendæ rei aptitudo: quū enim reliquorum animalium nullū rabie capiatur, solus canis eo affectu corripitur: atq; tanta fit in ipso humorum corruptio, ut solum eius sputum, si humanum corpus contigerit, rabiem excitare possit. Ut igitur ab exiguo initio, sputi uidelicet qualitate, aucta quædam in corpore dispositio, quando ad magnitudinem notati dignam peruerterit, discerni potest, idq; post sex menses, quum nonnunquam ante id tempus nulla nota deprehendatur: sic eodē modo uitioso humore in animalis corpore genito, paulatim tractu temporis principalium partium aliqua cōsentit, a qua deinde uniuersum corpus celeriter alteratur. Quōd at a prīcis iam inde seculis optimo iure creditum fuerit, hysterica dicta accidentia ad vterum, tanquam ad radicē, pertinere, vel maximo argumento esse potest, quōd & solis uiduis, & ijs, quibus menstrua supprimunt, huiusmodi affectus eueneūt consueuerunt. Quōd uero ad eos excitandos retentum semen maiorem, menstruum uero minorem vim obtineat, facile intelligitur ab ijs mulieribus, quibus, cum non sint uiduæ, purgationes supprimuntur: quamvis enim quibusdam alijs infestentur accidentibus, quæ posthac dicentur, spiratione tamen non priuantur, neq; animi defectione ue-

D hementi, neq; alijs quoq; accidentibus, quæ paulo antea dicta sunt, laborare uidentur: præterea ex eo, q; sunt uiduæ quædam, quæ, licet eq; vt antea, aut paulo minus purgentur, nihilominus similis corripiuntur accidentibus. Consentient at hisce ea quoq; signa, quæ circa uterum sentiunt medicæ diligenter tangentes: nam ceruix eius inclinata videtur, interdum quidem ueluti sursum retractus sit totus uterus, interdum vero veluti sit tractus ad latus. Proinde quidam, uterum ueluti animal esse statuentes, quod creandæ prolis gratia mouetur: si priuetur his, quæ concupiscit, vniuerso corpori nocere dicunt. Qua de re Platone ita scripsisse cōperimus: Ea pars, quæ in mulieribus, & uterus, & vulva nominatur, quum sit animal, prolem generare cupiens, si intempestive, diuq; infructuosum fuerit, succēsens egrē fert: erransq; per totum corpus, & spiritus meatum obstruēs, respirareq; non sinens, in extremam anxietatem deicxit, atq; omnifarios alias morbos excitat. Hēc dicente Platone, quidam addiderunt, q; postea quam ita per corpus uterus errauerit ad septū transuersum perueniens, respirationem impedire solet. Alij errare ipsum, ueluti animal, negantes, ubi suppressa sunt menstrua, exiccati aiunt: deinde humectari cupientem, ad uiscera usq; ascendere: quum uero ascendendo nonnunquam septū transuersum contingat, idcirco animal spiratione priuari. Etenim, qui ignorant ea, quæ in dissectionibus apparent, qui que neque naturales

A. 1. 4. f. 6. r.
t. 1. c. 1. f.
308. bA. 1. 3. f. 14.
t. 1. c. 1. f.
308. b

A. ib. c. 16. a

DE LOCIS AFFECTIS

naturales, neq; à voluntate p̄dentes actiones vñquā considerauerunt, quiamuis ea, quē iam dixi-
A
mus, nulla audiant demonstratione roborari, fieri tñ posse arbitrantur, vt aliquid ex ipsis a veri-
tate nequaquam abhorreat: at vero, qui in vtrisq; fuerint exercitati, hanc rationem vtpote in-
firmam, vel me tacente despiciunt. Nam, si aliquid vteri ascendere videatur, id per exiguum est,
neq; sufficit ad hoc, vt totū ipsius spaciū ne ad ventriculum quidem ascendisse ostendat: tantum
abest, vt hunc prætereundo, ad septum transuersum pertingere possit. Quòd si detur ēt vt attin-
gat, quid momenti habebitid, vt spirationē attollere, aut animi defectionē, aut membrorū con-
tractionem, aut integrū soporem, inducere possit? Etenim, cum aliquis se impleuerit, uentricu-
lus intumesces, planè uī septum transuersum comprimere, atq; hanc ob rē spiratio redditur cre-
brior: sed nullo insuper alio incidente animal infestatur. Atq; prægnātibus quoq; uterus adeo in-
tendit, ut crebrior fiat spiratio, sed ne has quidem aliunde laidi uidemus. Id autem, quod dicunt,
exiccatus uteris humoris desiderio ad uiscera ascendere, nemini nō absurdum uideri potest; si.n.
simpliciter aliquā uterus requirat humorē, uescicam, atq; crassi intestini partem inferiorē totam
sibi proximam hēt: si uero non simpliciter humorē, sed sanguineum humorē desiderat, ad he-
par potius, quā ad septum transuersum, ipsum moueri opertebat. At uero qd opus est, ut alijs ex-
trinsecus irruat partibus, quum a spissa mēbrana ipsum ambiēte contineat? nam oīa, quæ ad se-B
se ab alijs humiditatem trahunt, per ora q plurima id efficere solent: atqui ad uterum multa ad-
modum uenarū ora perueniunt, per quas ex caua uena, utpote cui ex hepate sanguis influit, san-
guinē attrahere pōt: quam uero aliam fistulam hac insigniorem quis inuenierit, qua ex hepate
in uterū sanguis deferatur, aut per quam aliam oīno uterus ex iocinore quippiam attrahere pos-
sit? Quòd si hic cauæ uenæ riuius non est maximus, saltem certe nō est alijs: quippe sola hæc ue-
na partibus sub transuerso septo constitutis, ex hepate desert languinem. Absurda igitur oīno est
illorum ratio, cum hoc, q uterum esse aīal, hac ratione astruere uīt. Sed, si hoc ipsis concedatur,
ergo ægre feret uterus priuari se eo, quod concupiscit, ac fortasse a cibo quoque abstinebit,

*τηλθάτερέντοις
φασίν τους επένδυ-
τας ψωμίνας
ταχεῖς ι. quē septi transuersi temperies: atqui uterus iuxta illorum placita, qui ipsum exiccari dicunt, humidā
admodūamā rum partium communicatione indiget. Sed interrogaueris fortasse, quam ob causam modo sur-
tes palmas af- sum, modo in latus, retrahi uterus uideatur, id enim obstetrices aiunt: aut cur ipso in sua sede sæ-
fici nonnulli perhibet. Phi- penumero manente, nihilominus mulieres quædā ab hysterics accidentibus corripiantur. Equi
lostratus in dem huius rei causam explicare tentabo, ea, quæ ab Hippocrate dicta sunt, imitando. Iḡ utcri C
leonisbus, au- tensions in causa esse dixerim, cur tangentibus obstetricibus, ceruix modo sursum, modo in la-
ctor. est pal- tus retrahi uideatur: nam simul cum utero ceruicem quoq; ipsius retrahi necesse est. Superest er-
mam feminā atq; marem go, vt declaremus, quam ob causam vterus, vel sursum, vel ad latus retrahatur: hoc enim huic de-
ita se amare, erat. Ea esse censetur, vasorum ad ipsum peruenientium plenitudo vna cum eorum vinculis: ete-
ut nisi prope nem ostendimus in enarratione eius aphorismi, quo inquit "cōuulsionē, & a plenitudine fieri, &
serantur, at que se contin euacuatione, q plenitudo corpora repletorum, & in latum, & profundum extēdit, sed longitudi-
gant emaciē- tur, exsiccen- nēm abbreviat, ergo, quo efficiuntur breviora, eo magis ad originem retrahuntur: nam Erasistrā
tur, exque Idem tūs musculos quoque, si spiritu impleantur, in latitudine augeri, in lōgitudine vero minui, atque
Theophra- ob id etiam retrahi dicit. Vnde ergo oritur plenitudo tum venarum, tum vincolorum? nempe ex
stus; de cāis menstruorum retētione. Nam peruenit quidem ad uterum sanguis, sed ad interna ipsius ingredi-
plan c. 20. Pli non potest, aut quia crassior est, quæ ut per ora vasorū possit penetrare, aut quia clausa sunt ora:
nius lib. 1. 3. c. itaq; multiplicatus in uenis eas extendit, atq; vicina ipsis vincula madefacit: ad horum autem ex-
& Basilius tensionem cōtinuo vterum retrahi necesse est. Igitur, si æqualiter vndiq; trahatur vterus, recta e-
homilia s. in rit, & sine inclinatione ipsius transmutatio: si vero inæqualiter, ad partē vehementius trahentem
Hexameron. 6. Aph. 39. Ex. intendetur. Non ergo, veluti animal errabundum, alijs ad alium locum discurrit in mulierib. vte-
rus, sed ab extēsione retrahitur. Quòd, si dixerit quispiam vteri corpus tum nō esse affectum, sed
de Arti. cō. 3. t. 99. 7. 279. h. peruersione laborare, quum alijs aliorum trahitur, hic haud absurdum dicere videbit: nā circa reli-
quas quoq; corporis partes accidit, vt hīmōi appareat affect: & vt sæpenumero decipiātur medi-
ci, q peruersam partē, quia vel incuruari, vel extendi nō possit, arbitran̄t esse affectā. Atq; hoc do-
cuit Hippocrates in eo libro, quē de articulis scripsit, vbi ēt de vteri vocato errore mentionē fecit
ita scribens: "Si in posteriorē partē caput femoris exciderit, quanq; hoc raro fit, extendi non pōt
crus, neque secundum luxatū articulum, neque adeo secundum poplitē quoque, ijq; minime, qui
de Art. cō. 3. t. 99. 7. 280. t. bus ex uctusto idē contigit, & inguinis, & poplitis articulum extēdere possunt. Hoc sermone q-
uīs poplitis articulus haudquaq; affiliatur, quia tñ cum inguine cōmunicat, ipsum extendi nō pos-
se ait. Atq; deinceps subiūgēs, inquit: "Sanē animaduertere hoc oportet: vt. n. vtile est, ita magna
est ipsius habenda ratio: quamuis nō paucos lateat, q ne sani quidem extendere possunt poplitis
articulū non extenso inguinis articulo, nisi sursum admodū leuato pede, ita. n. possunt: neq; ēt si-
militer, sed longe maiori cum difficultate, flectere possunt poplitis articulū, nisi simul flectat arti-
culū inguinis. His dictis, deinceps ait: "Multā alia quoq; his haud dissimilia in corpore inueniunt,*

A.1.3. f.10.e
1.c.31. f.260
g. Et c.38.f.
26.b

8

A & secundum neruorum distensiones, & musculorum figuræ: quinetiam plurima notatu fortasse
 digniora, quam quis putauerit, contingere solent, & secundum intestinorum naturam, & vniuer-
 sum ventriculum, atq; uteri, tum errores, tum extensiones. His uerbis Hippocrates de poplitis ar-
 ticulo dicere proposuerat, non potente secundum naturam moueri: idq; non ob proprium ipsius
 affectum, sed quia coxae consentit: quinetiam "extensionem, quæ utero accident, mentione fecit,
 quum uidelicet ipse non per se transmutatur, sed a quibusdam alijs trahitur. Igitur uteri peruer-
 siones, eo, quem diximus, modo, ad suppressa sequuntur mœstrua; ipsæ tñ accidentium, quæ in anima-
 lis corpore apparent, causæ non sunt, quippe quæ communem habent causam, plenitudinem, à
 suppressa menstruorum purgatione eueniētem: quæ vero citra peruerſionem, aut menstruorum
 retentionem viduas molestant noxæ, hæ ob retentum semen eueniunt. Cæterum pro multitudi-
 nis qualitatise rōne, tum menstruorum, tum seminis, alias aliæ accidentium species oriri solent.
 Etenim noxia causa vniuersum corpus refrigerare potente, adeo vehementer infrigidatur corp'
 vt & spirō, & arteriarum pulsus sensu deprehendi nequeant: quæ si vel crassa fuerit, vel acris, con-
 uulsiones: si uero atræ bilis naturam habuerit, mœstitudinem inducit: quæ ad inodum animi quoq; de-
 fessiones, & ad fortes extensiones, & refrigerones, & stomachi uitia sequi consueuerunt. Constat

B autem, q; in hmōi sermonibus os ventriculi stomachum solemus appellare: quippe oīum medico-
 rum mos est in syncopa, quæ ab oris uentriculi uitio dependet, hmōi uti appellatione: Porro acci-
 dentia, quæ ob adstricta menstrua infestare solent (nam de his quoq; non nihil medicorum polli-
 citus sum) nunc enarrare aggredior, sumpto initio ab ijs, quæ ab Hippocrate in aphorismis scri-
 pta sunt, præcipue uero, quum dicit: "Si mulier neq; pregnans, neq; puerpera lac habet, menstrua
 eius defecerunt. At nullo in mammis apparente lacte, menstrua suppressa, hisce notis deprehen-
 dūtur: grauitas totum corpus molestat: item "fastidium quoq; & nulla cibi cupiditas: inæqualitas
 horrida: q; si citra horrorem inæqualitas aliqua fuerit, atq; fastidium, cupiatq; mulier quædā alie-
 na, iube, vt obſtetrici vteri ceruicem tangat: nam, si citra duritiem claua inueniatur, eam pregnā
 tem esse conijicies: ex ijs ēt nonnullę cibum euomunt: ac terram, aut extintos carbones, aut alia
 quedam hmōi edunt. Si uero clausum fuerit os ceruicis uteri, ac duritiē quoque habeat, affectum
 aliquem in utero esse significat: oportetq; obſtetricem speculari, ad quam partē uel declinet, uel
 retrahatur, nam in ea parte affectum uteri sedem esse conijciendum est: atq; in quibusdam foemi-
 nis, eius partis dolor cum grauitate, non nihil significare potest: quin etiam in coxam dolor tran-
 sit, ac crus ipsum, quod e regione est, p incessum claudicat. Quòd si longiorit p suppressātūr mē-
 strua, nullamq; medicus mulieri vacuationem offerat, tumor aliquis præter naturam in ilibus in-

C terdum exoritur, ostendens nimirum ex internis partibus quampliam esse inflamatam. nonnul-
 lis panus in extrema ilium parte excitatur, veluti uiris quoq; eodem in loco nonnunquam oriri
 solet, qui, vbi suppuratus aliqui fuerit, secari debet. Videmus itaq; ipsum, & in hac parte, & in co-
 lo suppuratum, dissectumq; interdum ignorantibus medicis inexpertis, qd inciderent, interdum
 uero intelligētibus quoq;. Atque ab huiusmodi tumore suppurato in colo, nemo non facile san-
 euasit: vteri vero sectiones maiori cum difficultate conglutinātur. Huiusmodi ergo accidentia se
 qui suppressa menstrua consueuerunt: ac præterea lumborum, & collis, & sincipitis dolor: qui ēt
 oculorum fundamenta infestat: item febres ardētes: & vrinæ "nigricantes cum rubra quadam sa-
 nie, perinde, ac si aque, ex qua nuper maestatæ carnes ablutæ fuerunt, fuliginē, quis miscuisset: qui
 busdam vrina, aut difficulter redditur, aut omnino suppressit. Qum ergo horum aliquod ī mu-
 liere conspexeris, vterum veluti radicē ipsorum conijcere oportet. Quòd, si per alium quēpiam
 corporis locum sanguis effluxerit, aut inflammatio, aut erysipelas excitatur, au menstrua purgē-
 tur interrogare debes: siquidem nihil horum accidere solet integrē purgatis. Igitur, quibus mē-
 struorum cohibetur purgatio, ijs huiusmodi plerunq; eueniūt accidētia. Qum "vero immodi-
 ce vacuantur, sequitur color foedus, pedes molli tumore attollūtūr, & totum corpus subtumidū

D fit, vitiatur ciborum, cum concoctio, tum cupiditas: atq; in totum omnia, quotquot immodera-
 tam sanguinis vacuationem, siue ex hemorroide, siue alio quopiam sanguinis fluore eueniētem
 sequi consueuerunt accidentia, huiusmodi foeminas infestant. Sed accidit interdum foeminas
 muliebre vocatum profluuium, vel vtero haudquam affecto, quum videlicet vniuersum cor-
 pus per ipsum expurgatur, euacuatūr q; quēadmodum interdum per renes quoq; euacuatūr: id
 vero potissimum fit, si mulieres laxis sint carnibus, & pituitosæ: quas etiam, intacto vtero, sed vni-
 uero corpori exhibitis remedijs, sanauimus: atq; id quod excernitūt, nonnunquam rubra saniæ
 est, interdum aquosa, aut subpallida. Quòd, si purus fuerit sanguis, qualis ex dissecta vena profluit,
 diligenter animaduertere oportet, num erosio sit in utero: ea uero magna ex parte in ceruice po-
 tius, quam alibi contingere solet: discernitūr q; per excretam saniæ, si fuerit profunda: si uero cir-
 ca os ceruicis constiterit, non solum per hanc, sed per tactum quoque cognosci potest. Atque
 prægnantes quoque, quum ora uenarum in ceruice aperiuntur, sanguinem excernunt. Si uero
 mulieri utero graui, mammae subito extenuātur, abortus expectandus est. Atq; geminos ferens
 si altera mamma extenuetur, alterum amittit, & fere, si dextra mamma extenuata est, marem. si

A.1.3. f. 2.r.
 t.3.c.26.fo.
 393.c
 A.1.3. f. 21.
 t.4.c.16.fo.
 396.2

A. ibi. t.3.c.
 26.f. 393.e

A.1.3. f. 16.
 t.1.c.2. fol.
 333.f
 Et.1.1 f. 2.
 d.3.c.11.

A.1.3. f. 21.
 t.4.c. 17.fo.
 396.d

A.1.3. f. 21.
 t.3.c.3. fol.
 392.c

s. Aph. 39.
 Ex. ord. 41.b

s. Aph. 37. Ex.
 ord. 40. h

s. Aph. 38.E.
 ord. 41.a

DE LOCIS AFFECTIS.

A. I. 3. f. 21.
t. 2. c. 8. fol.
386.c

sinistra, sc̄eminam amittit: quippe foetus, qui mares sunt, parte uteri dextra ut plurimum continētur: qui sc̄emina, magis sinistra: atq; raro aliter euenire compertū est, adeo, vt in animalib. quoq; quae suapte natura geminos ferre solent, itidem accidere uideamus, vt in capris, ouibus, atq; alijs quadrupedibus non paucis videre est. "Si mulier prompte quidem conceperit, deinde secūdo aut tertio aut quarto imprægnationis mense foetum eiecerit, circa vteri acetabula humorem pituito sum abundare, atq; idcirco venarum, arteriarumq; in chorio tunica existētium, ad ora uasorum in vterum descendantium, nexus, debiliorem reddi conijciendum est, vt foetus ob grauitatem serre nequeat, sed facile abrumpatur.

De gonorrhœa, priapismo, & reliquis colis affectibus.

C A P. 6.

Quemadmodum pauca ex ijs, quæ per anum excernuntur, vicinorum ipsi locorum affecto rum signa sunt: plurima vero ex ijs, & intestinorum, & ventriculi, & splenis, & iecinoris, atque non raro humorum in uniuerso corpore exuperantium, notæ sunt: eodem modo pauca eorum, quæ per colem excernuntur, proprium ipsius affectum ostendunt: sed complura, vesicæ, renum, hepatis, splenis, pulmonis, thoracis, atq; humorum in vniuerso corpore, dispositiones significant. Verum h̄mōi signa per alia, quæ vnicuiq; parti affectus affidere diximus, indicia distinguuntur. Igitur affecti colis hæc erunt indicia. Vlcus quidem ipsius manifeste deprehenditur a dolore ipsum infestante: atq; si aliquid ex ijs per urinas excernatur, quæ vlcera comitari solent. Id vero ab eo, quod ex uesica secernitur, ita discerni potest: nam ipsum in primo protinus exitu apparet vrinam preuenire consuevit, quod uero a vesica egreditur, vrine admixtum videtur: quinetiā assidue inter meiendum mordicus dolent pudendorum vlcera, præcipue, quum vel crustula, vel soribus solutis pura fuerint. Sed longe euidentius ipsius inflammationes, ac reliquæ h̄mōi dispositiones, vel sine indicijs, dignoscuntur. Verum de gonorrhœa & priapismo diffuse aliquid percurere satius fuerit. Ergo gonorrhœa, est seminis excretio inuita, quam in uoluntariam quoq; nomi nare licet, sed significantius dixeris, seminis affidiam excretionem, cole haudquaq; extenso. Priapismus uero est, quum colis & in longitudine, & circulo totus augetur, nullo stimulante ad libidinem, aut desiderio, aut acquisito calore, ut quibusdam accidere consuevit, qui supini decumbunt sic enim quidam ipsum descriperunt: at breuiori quoq; compendio dicere potes, permanente in colis aut auctionem, aut tumorem. Deducta uero denominatio est, à Priapo s. nam illum, ut cui suapte natura h̄mōi colis esset, ita finxerunt, atq; pictura descripserunt homines. Gonorrhœæ àt nomen planè compositum est ex γόνος quod semē genitale, & ἡρός, quod fluere significat: etenim semen modo γόνα, modo γόνος, nominari solet. Porro, quēadmodū alia oīa" nostro è corpore duo G bus modis vacuantur, interdum n. à continentibus ipsa corporibus excernuntur, interdum sponde profluūt eo, q; ob imbecillitatem ab ipsis corporibus contineri non possunt, ita de semine quo que dicendum est: nam in omnibus h̄mōi, ut excernere tempestive, ita continere, naturæ officiū est. Verum excretio quidem fit aperto fluxionis meatu, ac reliquo conceptaculi spatio & contracto, & ad apertum iam meatu, quicquid in continente spatio continentur, impellente: retentio vero sit quum clausus permanet meatus, & contentum à continente haudquaquam impelli tur, sed contra per contractionem comprehenditur & retinetur. Hoc modo contenti in cauis instrumentis humores, in ijs, qui integra ualitudine degunt, naturaliter, & excernuntur, & retinētur: in illis autem, qui præter naturam se habent, retentio quidem ob excretiæ virtutis imbecillitatem: excretio uero retentricis facultatis infirmitatem euenit, vel ob dispositionem aliquam, quæ haud secus, q; naturalis ipsa excretoria uis, partes mouere possit: id, quod in seminarijs uasis videre licet, vbi aliquis vel comitali morbo, vel alia conuulsione violenter irruente, fuerit corruptus. Cæterum uidemus, alias quoq; partes, vt manus, aut pedes, aut digitos, conuelli modo simul cum uniuersi corporis conuulsione, modo ipsis solis affectis: proinde haudquaquam absurdum fuerit in seminarijs uasis, & quidem solis aliquando, huiusmodi dispositionem excitari, quemadmodum & gonorrhœam (quæ urinæ, quam quis inuitus emitit, proportione respondet) quum concentricem videlicet facultatem resolui contigerit. Iḡ tur gonorrhœa instrumentorum seminis affectio est, non pudendorum, quæ seminis genitalis uia sunt, qua excernatur: priapismus uero planè colis est accidentis, at fieri potest, ut ēt nullo præcipuo, proprioq; ipsum affectu infestate, ad arterias solas referatur, vt pote quæ solæ interdum h̄mōi habeant præter naturā dispositionē, quæ li videlicet affici confuerunt, quum naturaliter totus colis intenditur. Atqui a spiritu in tumorem ipsum attolli, manifeste patet ijs, qui celeritatem eius, & quum intumescit, & quum iterum reūdet, perpendunt: quippe nullus humor tam subitam in alterutram partem mutationem efficere posset. His sic se habentibus, quum in corporum dissectione magnæ uideantur arteriæ in pudendum (exiguam scilicet particulam) irruere, sitq; colis essentia talis, qualem in nulla alia parte videre est, vt pote cuius corpus neruolum est, atq; vnde unq; fistulosum, excepta ea parte, quæ glandem uocant, quid aliud excogitauerit quis, quam q; uaporoso spiritu arterijs afluente, per extensiones in tumorem attollatur, ideoq; glandem æqualem semper habere magnitudinem, quod fistulosus in ipsam neruus non ingreditur? Ergo quæ causa est, quum libidinis impetu quis

A. I. 3. f. 13.
t. 1. c. 17. fol.
287.b

A. I. 1. f. 12.
6. c. 7. f. 12.
b

A. I. 3. f. 20.
t. 1. c. 1. fol.
371.g

A.13 f. 10. A quis stimulatur, aut ubi ob supinum "decubitum calsa&ti sunt lumbi, vt colis extendatur? nempe
t.1.c.25.f.10.
376.a
hac inuenta facile priapismi quoq; dispositionem inuenire nos posse speramus. Quod utero prin-
ceps causa sit plenitudo vel arteriarum, uel nerui fistulosi, aut et utriusq; quum ex priore cōditio-
ne mutantur, palam cōstat: at vero, utrius eorum magis, aut nū ēt amborum, deinceps consider-
mus, hinc sermonis nostri sumpto exordio. Natura, corporis partes fingens, perficiēs q; ut ipse ei
tra doctrinam proprias actiones aggrederētur, effecit: cuius rei exactissimum aliquā fecimus peri-
culum, hōdum alendo, sed ita alēdo, vt matrem, quā ipsum in utero gestauerat, nunquam vidis-
set. Quum n. capras dissecarem, dissectorum quæstionib. quib. foetus in utero formationem spe-
culantur, promotus, inueni eleganter quandam hēdum, quem à matre absolutum, ita pro meo
more abstuli, ut ipsam hauquaquam videret: atq; in domum quandam, ubi multe pelues erant,
depositi, quarum aliæ vini, aliæ olei, aliæ mellis, aliæ lactis, aut alterius cuiuspiā humoris erant ple-
nae: aderantq; fructus non pauci tum cereales, tum ab arboribus decerpti. Hunc itaq; hēdum cō-
spexit, in primis quidem, pedibus incidentem perinde, ac si audiuisset sibi incessus gratia cru-
ra fuisse concessa: deinde excusit, quam à matre contraxerat humiditatem: postea pede latus scal-
pere, ac deinde singula uasa olfacere vidimus: percepto itaq; singulorum odore, lac tandem ab-

B torbuit: quibus visis oēs exclamauimus, Hippocratem uere dixisse "animalium naturas esse a ne-
mīne doctas. Sic ergo hēdum hunc educando, non solum lac, sed multa insuper alia, quā forte
offerebantur, comeſe uidimus. At, quia non longe aberat uernale æquinoctium, quum eripere-
tur hēdus a matre, exactis duob. deinde mēſib. tenelloſ, ei tum fruticum, tum aliarum plantarū
ramulos obtuli, quorum oīum quum experiretur odorem, alios quidem contempſit, alios uero
gustauit, atq; ſic ad adultarum caprarum cibos conuersus eſt. Sed hoc fortasse non adeo magnū
vī, at longe maiori admiratione dignum eſt, q; postea quam & folia, & teneros ramusculos deuo-
rauerat, paulo post ruminare cepit: quod rufus omnes, quotquot aderant, videntes exclamaue-
runt cum magna facultatum admiratione, quę animalib. natura insunt. Quamuis enim magnū
videbat, q; impellente fame, per os atq; dentes cibū affumeret, multo tamen vehementius admi-
rati ſumus, q; cibum in ventriculo iam contentū, in primis quidem ad os subleuando reduceret,
deinde multo tempore mandendo tereret, postremo rursus ipsum deuoraret, idq; non in eūdem
ſed in aliū ventriculum. Vulgares aut huiusmodi naturae munera despiciūt, nihil, niſi peregrina
spectacula, admirantes. Nam quis non miretur, q; medici in ſecandis corporibus peritissimi que
re ſoleant, à qua cauſa articulus hic extēdatur (ſubiſciamus vero exempli gratia coxæ articulum)

C aut à qua cauſa incuruetur, aut quid ſit, qđ ipsum in uterū partem transuersum abducit, aut qđ
ipsum vitroq; circumuolet, quum interim hēdus ſingulos articulos, ad quamcūq; motionem li-
bitum fuerit, poſſit excitare, quemadmodum homines ipſi, quāmuis, a quo muſculo motus effi-
ciatur, non intelligent? Porro de linguae motione (nam hanc pro exemplo inducimus) quiſ non
mirabitur, ſi diſectores inter ſe non ſolum de muſculorum numero, ſed de iſorum et actione,
pugnantes viderit, ac uiderit quoq; à natura infantes edocetos, quo pacto vocem, aut aliud hmoi
muſus imitentur: quo pacto etiam lingua moueant, aut quiſ muſculis uocem eandem effi-
cient? Similiter et de omni reliquorum animalium tum uoce, tum respiratione. Atq; (ut ſumma
tim dicamus) miraberis fortasse, quō nullo docente, omnibus, quā à confilio & voluntate pen-
denti, actionib. inſtructa fuerint instrumenta; de quib. quidem actionib. licet acris inter diſectores
ſit pugna, quō fiant, & quib. instrumentis, nihilominus omnia animalia, ſimul atq; genita ſunt, &
ſpirant, & uocem reddunt. Igitur non mirum eſſe debet genitales partes, eas actiones, quarū gra-
tia à natura inſtituēt ſunt, protinus ab initio cognoscere. Etenim quamobrem uterus, quum ſe
men genitale conceperit, donec perfectus fuerit ſetus, exacte clauſus permanet: perfecto vero ſe-
tu, plurimum aperitur, ac deinde ſic apertus ſetus excludit? Populares autem haec propter cre-

D brum euentum, & contemnunt, & despiciunt, utpote qui nihil, quod re vera ſit admirabile, ſed ea
duntaxat, quā raro uident, admirari confuerunt. Quid aut in rerū natura potest eſſe admirabi-
lius, quam q; nouem perpetuis mensibus clauditur os uteri adeo exacte, vt ne ſpecilli quidem acu-
men admittat: perfecto autem ſetu, uſq; adeo diſtenditur, vt totum animal per ipsum egredi poſ-
ſit? Ne igitur dubites pudendorum facultatem per ſe doctam eſſe ita, ut diſtulosum illud, neruo-
sumq; corpus, ubi ad coitum uifit animal, protinus diſtendatur, naturali, quā ipum dilatet, p-
ditum facultate: cuius rei ſimile & in corde, & arteria plane videre eſt, niſi qđ horum motus per-
petuus eſt eò, q; neceſſaria ſit nobis eorū actio, diſtulosus vero neruus non ſemper mouet ſed quū
uifit requirit. Quū ergo ſic fuerit diſtēlus, ſequit ex arterijs ſpūs, quemadmodum ſequitur pulmo
thoracē ob e. m, quam hēt ad motum iſpius ſequelam. Verum poſſes fortasse repletis diſtulosū
neruum ſpūs vim, quum ad coitū irrumpit animal, ad arterias quoq; referre: at multo ſatiuſ eſt,
vt hmoi actionem ad neruum, non ad arterias, referamus, ſiquidem actiones ex propria partium
eſſentia, non ex earum poſitu, prouenire rationi conſonum eſt: nam cor ſi in alia quapiam parte
poneretur, nihilominus actionem ſuam obtineret: nec aliter de iecinore quoq; liene, ac reliquis
omnibus ſentiendum eſt. Vniuersi igitur corporis arterias eandem habere actionē probabile eſt,

DE LOCIS AFFECTIS LIB. VI.

ueluti & eodem quidem tempore omnes totius animalis arterię inter se se similiter dilatatur. Ita que haudquaq; par esse uidetur, ut arteria pudendis innatę aliam aliquā habeant facultatem, prę ter cā, quam antea in toto corpore hab. bant: sed rationabile est, vt latiora, quam reliquę arterię ora habeant, ut que ad celeritatem sequelę ad id, quod euacuatur, sint præparata (semper. n. natura uidetur unicuiq; actioni id, quod utile est, undequaq; expleuisse) ceterum nullam aliam in super præcipuam habent actionis facultatem, quū ad pudēdum peruerent. Licet calfactis' lumbis par sit, ut & arteria calidiores reddantur, & magis ēt pateant ipsarum ora: quamobrem non exiguum, tñne spiritus essentiam in fistulosum neruum effundant, qui paulatim impletus colem intendit, quasi tota ipsius essentia in fistuloso neruo cōsistat. His itaque cognitis, ad priapisni dispositionem ueniamus: quippe ex iis, quę supra proposita sunt, constat uel ob arteriarum ora immōdice patentia, uel uaporosum spiritum in fistuloso neruo ortum, hunc fieri affectum. Sed, utrum potius pro causa sit habendum, inquirere oportet: nanq; ab utrisq; ipse fieri posse mihi uidetur: crebrius tamen arteriarum ora patentia sequi: quippe facilius est hæc dilatari, quam flatuolum spiritum in uero fistuloso generari. Ac memini me huiusmodi quidem nerui dispositionem semel uidisse: arteriarum uero sēpē numero: cuius rei coniecturam feci, tum ex iis, quę præcesserunt, accidētibus, tum ex modo curationis. In illo enim, cui assidue colis palpitatio præcesserat, causa erat spiritus flatuolus, ad quem quum omnem curationem conuertissem, hominem sanauit: quibus uero supra modum arteriarum ora patebant, in iis nullum huiusmodi accidens præcedere solebat; acciderat autem "cuidam, ut longo tempore præter consuetudinem à concubitu abstineret: alteri uero, ut mali succi alimentis, acribusque uteretur, alii etiam, ut duobus mensibus præcinctus peregre proficiseretur, cum antea nunquam cingi consueuisset. Coniecius itaque arteriarum ora nimis patefacta, illis quidem ob humorum uitia, & acrimoniam, his uero ob flatuolum spiritum, & sine ordine, & uiolenter commotum. Etenim medicamenta excitandæ tentiginis q̄im obtinentia, tum epota, tum etiam perinceo id est femini, limbisque adhibita, calida otanino atque flatuosa sunt, quemadmodum contraria omnia uentositatē nō excitant, & infrigidant potius, quam calfactant. Sed aduerte, ne obiter hunc sermonem prætercurras: quippe de medicamentis, non de cibis loquitus sum, quoniam sunt quædam alimenta, quę ob id, quod plurimum seminis pariunt, impetum ad libidinem excitare possunt. Hęc ergo sermonem illum, quem nuper dicebamus, probabiliorē reddere possunt, quod a concubitu abstinentes, interdum priapismo uexari solent: siquidem accidit ijs, qui plurimo semine abundant, & præter consuetudinem a coitu abstinent. præsertim quum non student ut multa exercitatio-
ne* sanguinis abundantia dissipetur: + maxime vero ijs, qui à libidinis cogitatione nondum libe-

* Al. seminis. & ita uetus in- terpres uide legiffe. + Ita uert en- dum. atque ex ijs præcipue, quicunque ali- bidinis quidē declarare cogeretur. Miror inquit, q̄ huic (athletam indicans) ob continentiam rugosus, collapsus cogitatione li- que penis euaserit: mihi uero, ex quo continentiam seruare studui, euenerit contrarium. Tum e- beri non euase runt (quemad modum liberi- sunt, qui & suapte natura casti sunt, & longo iam tem- pore ineiusmo prima iuuētute immodecā libidini se se admittentes huiusmodi vel cogitationem, vel imaginationem, ijs pudenda, & exilia, & rugosa, veluti senibus, fieri consueuerunt. Nam præter ea, quae accidere solent ijs, qui protinus à pore cōtinentia plius patentia, maiorem ad se languinis copiam allificant: & coeundi cupiditas magis increseat, ea se se exercue- videlicet ratione, quam in cæteris quoque facultatibus uidere est, & quae a Platone etiam notata runt) ad libi- dinis aut ima- ginem perue- ri eualerunt; velut sunt quidam sua te natura casti, qui, cum longo iam tempore huiusmodi con- tinentia se se exercuerunt, libidinis imagines concipiunt, tum ob spectacula, quę illas mouere pos- sunt, tum ob illarum remembrancem. Nam longe diuersa est huiusmodi hominum dispositio, quæ in pudendis generatur, ab eorum dispositione, qui nullo pacto libidinis cogitationi sunt ob- noxijs. Atque fuit mihi amicus quidam, cui præter eam, quam antea habuerat cōsuetudinem, omni à concubitu abstinenti, adeo rigidus, tumidusque factus est penis, vt mihi accidens ipsum declarare cogeretur. Miror inquit, q̄ huic (athletam indicans) ob continentiam rugosus, collapsus cogitatione li- que penis euaserit: mihi uero, ex quo continentiam seruare studui, euenerit contrarium. Tum e- beri non euase runt (quemad modum liberi- sunt, qui & suapte natura casti sunt, & longo iam tem- pore ineiusmo prima iuuētute immodecā libidini se se admittentes huiusmodi vel cogitationem, vel imaginationem, ijs pudenda, & exilia, & rugosa, veluti senibus, fieri consueuerunt. Nam præter ea, quae accidere solent ijs, qui protinus à pore cōtinentia plius patentia, maiorem ad se languinis copiam allificant: & coeundi cupiditas magis increseat, ea se se exercue- videlicet ratione, quam in cæteris quoque facultatibus uidere est, & quae a Platone etiam notata runt) ad libi- dinis aut ima- ginem perue- ri partu infantibus uastissimæ redduntur, atque ita magnæ permanent, lac emittentes, spectacula, que il- donec puer fuerit ablactatus: tunc enim haud ita multo post à lactis generatione quiescunt. Igli- los mouere pos- sunt, tum ob il- lorum reme- morationem. Atqui non est nunc tempus ea tractare. Quare adepto huius operis fine orationi quoque nostrę hic finem imponemus.

A. I. 3. f. 10.
t. 1. c. 2. fol.
377. h

A. I. 3. f. 10.
t. 1. c. 37. fo.
377. c

A. I. 3. f. 20.
t. 2. c. 39. f.
377. c

A



GALENI DE PVLSIBVS LIBELLVS AD TYRONES

B

Hermanno Crusero Campensi interprete

Hic Liber unacum alijs, qui de Pulsibus tractant, pluribus locis ab Augustino Gadaldino nunc denuo est castigatus, exhibitis etiam emendatisimis codicibus græcis manuscriptis.

ARGUMENTVM LIBRI

Differentias & causas pulsuum absoluit, quæ Tyroni introducendo sufficient.

Quibus in locis arteriarum motus apertior, ac de præstantia arteriarum carpi in dignoscendo pulsu.

CAP. 1.



Væ interest tyronum, charissime Teuthra, de pulsibus nosse, hic exponā; eorum aut̄ alibi habes totam artem traditam. Igitur oēs inter se arterie, & cor hñt eandem pulsandi rationem: quamobrem ex earum vna, colligere de oībus possis. Verum, motum nō perinde oīum sentias, sed in paribus nulla rectis carne, clarius; in carnosis, obscurius. Quæ opertæ crassa carne sunt, aut sub ossibus latent, aut quib. corpora sunt alia obiecta, harum, dum valet animal, motū non percipias. Quòd, si vehementer emaruerit, arteria, quæ sita est secundum deorsum, tangentib. abdomē, motum s̄pē numero repræsentat. Et quidam sensu perceperunt, eas, quæ in truribus, & coxis, & tibijs, & brachijs, & cubitis, cum prius non apparerent. At semper arteriæ temporum, ac pedum secundum plantas, manuum" in corporum, seu brachialium parte interna, illustrem motum habent. His minus, non illæ tamē obscure, pulsant arteriæ capitis post aures, & quæ tenent brachij interiorem regionem, & uero ēt nonnullæ aliæ, quæ non abstruse sunt sub ita multa carne: Verum enim uero nullam, neq; promptius neq; honestius, nec uero commodius si corporum præter eas, tāgas: hæ nanq; & uacet locus carne, apertissimæ sunt: nec, quod propter alias multas est necessarium, detegere harum gratia ullam corporis partē necesse habeas: ad hęc in rectum ductæ sunt, id quod non parum ad exactam notitiam refert.

De quantitate distensionis.

CAP. 2.

Dicitur istendi" arteria tangentι uidebitur tibi in omnem dimensionem. Sunt aut̄ cuiuslibet corporis tres dimensiones, in longitudinem, profunditatem, & latitudinem. Sed. n. dum naturalem statum animal retineat, inuenies arteriam distendi, sanè quām moderate: sin at̄ perdiderit eum, nunc deficit, nunc excellit, in quacunq; dimensione. Hic tibi retinendum est, qui pulsus naturalis esset. Atq; si quidem eum reperieras, qui præter naturam est, latitudine esse maiorem, appellabis latum: si longitudine, longum, si profunditate, altū: & contrarios his, qui naturali minores sunt, simili modo vocabis angustum, breuem, humilem. At de his, qui ad statum præter naturam tribus ex quo dimensionibus deflectunt, qui vndequaq; est imminutus; parvus: qui auctus in omnem partem, magnus, nominatur. Hæ quantitatis distensionis in pulsu differentiae sunt.

De qualitate motus.

CAP. 3.

Proprie ad" motū pertinent, celeritas, & tarditas: quarū hæc motus est exolutus, illa incitatus. De his faciundum iudiciū, ex comparatione naturalis pulsus est. In qualitate occursus, uerementia consistit & remissio: uerementia quidem, cū violēter tractus impellitur: cū debilitate, remissio. Mollitudo aut̄, & durities sunt tunicae arteriæ qualitates; mollitudo, cū arteria quasi carnosior in occursu appetit: durities, ubi veluti siccior, rigidiorq; in modum corij. Atq; hæc quidē ēt dīa

Quarta Classis.

ffff 3 pulsuū

A. ibidem, e

A.1.3. f. 20.
t.1.c.7. fol.
352.c

^{† Græ. ēt τοῖς κάθοις.}

DE P V L S I B V S

pulsuum una statim cū arteriæ motu p̄cipitur: non tamē eius est, vt tres antedictæ, propria. Illarū. n. E dñia celeritatis & tarditatis posita in qualitate erat motus: vehemētia & remissionis, in ictus qualitate: magnitudinis paruitatisq; in quantitate distētionis. Atq; nō caret motu distentio: molle ve-ro corpus, atq; durū, ut si tale, non req̄rit motū. Quatuor ergo has pulsū dñias inuenieris in ictu.

C A P. 4.

Q Viatum^m aliam in ictuum interuallo: nā ita medici solent interpositū tēpus inter duos ictus, quo distendit contrahiturq; arteria, appellare. Ego uero congruū esse duxi Tyronibus, ut sc̄opum, quasi insensibilis contractio sit, exerceant. Vocabo alterum, ictum: alterum, interuallum. ictum, arteriæ motum tactui occurrētem: interuallum, quietem inter duos ictus, quæ crebrū complectitur, rarumq; atq; medium vtriusq; in quo quidem naturales pulsus continentur. Quos ēt temporis quantitate cognosces: nam creber est, cum quietis sit breue tempus: rarus, cum longum. Quietem dicas, an ictum interuallum, aut contractionem, nihil intererit.

A. ibidem.d

De Tempore quietis.

A Equalitas^m & inæqualitas oībus his dñis accidunt. Nam continuata harum paritas, est equa-litas: vt, cum insequētum par magnitudo sit, pulsus magnitudine æqualis dicetur: cum ce-leritas, & qualis celeritate. Ad eundē modum, si vehemētia, remissio, crebritas. Inæqualitas, parita-tis corruptela est, in quamcunq; cadat dñiam pulsuum. Erit. n. quidam magnitudine inæqualis, a-lius celeritate, non nullus vehementia, & remissione, & crebritate: atque in reliquis similiter.

A. ibidem.d

C A P. 5.

N Onnunquam^m ēt ordine quodā, certō ictuum numero, pulsib. parib. vnu intercurrit impar: quod multis modis fit. Etenim trib. parib. quartus impar consequitur, idq; continue: aut quatuor quintus. Ad eūdem modū, quois in alio numero: si quidem comitā sepe quinq; pares, impar sextus: & ēt sex pares, septimus impar. Itaq; perdunt hi æqualitatem, quamobrē pulsus inæ qualis fit, tamen ordo retinetur quidam. ideoq; ordinatus est. Cum. n. pari semper numero, parti-bus pulsib. intercurrit unus impar, æqualitatem corrumpit, sed proportio circuituum quendam ordinem conseruat: nam, si circuitus protus seruetur nullus, inordinatus hic uocatur.

A. ibidem.e

De ordine, & eius perturbatione.

C A P. 6.

A T incidit & in vnum pulsū inæqualitas, tū pro mutua dissensione arteriæ partium in situ & motu; tum p̄ vniuerscūsq; pulsū peculiari motu. In situ partium cōsistit inæqualitas, ex eo q; iursum, deorsum, prorsum, retrorsum, dextrorsum, sinistrorsum, traducta arteria videat. In motu, cū celerius tardius, maturius serius, vehemētius lāguidius, aut lōgiore t̄ pe, aut breuiore, aut ppetuo, aut nihil prorsus, mouet. In singulis partib. cum interpellatus manifeste est motus, in q; bus caprizans est: itē cū reciprocatur, de quib. est dic ot us. In motus imp̄ari celeritate, cum initio celerior, in exitu tardior sit: & ēt contrario, cū tardior initio, ad postremū celerior. In uehemētia, remissione, paruitate, magnitudine, ad eūdem modū: neq; in duo t̄m t̄ pa motus, sed & in plura, quo ad assēqui sensus possit, distribuitur. Atq; hæ qđem simplices sunt, & vnius pulsū inæqualitates.

C A P. 7.

De pulsuū compoſita inæqualitate.

C A P. 8.

C Ompositū fūt, quaten^m altera p̄t cū altera, & una cū vna & cū plurib. vna, deniq; vna cū mul-tis multæ cōmiseri. Quarū nōnullæ^m, p̄priū nomē sūt sortitæ, vt vermiculās, formicās, & he-tic^m. Vermiculās, cū sp̄s exhibet quasi preptātis arteriā vermis, vndarū in modū iſurgētis, & nō vno t̄ pe arteriæ distēte. Si igit cū distētionis paruitate hoc fiat, vocat Vermiculās: sūa at cū magni-tudine, vndofus^m simpliciter. Est vero vermiculās, ēt a pte languidus, & creber. At, q; ad extremā deuenit remissionē, crebritatē, & paruitatē, vocat Formicans: q; ī sp̄m qđē celer est, nec est celer tñ. Porrò hecticus pulsus ita, ut febris, vocat, q; nō magnopere ullo mō variat, cāterū manet ī per-petuū similiſ, cohēretq; nec soluit vñq; q; torus habitus morbū induit in eiusmodi ferib. & pul-sib. Hæc Tyronib. existimo de pulsū dñis sufficere: p̄ si cognoscere hēc exactius aueas, librū hēs H a nobis solidū cōscriptū De dñis pulsū. Nec vero ēt cā est, cur de pleno hic, & uacuo pulsu dicā, vel de calido & frigido, vel de rhythmis; illic. n. accurate de his differui: ēt is sermo Tyronib. ē ob-scūrior. Quare, si, q; cōmemorauimus, sūmatim retractauerim^m, reliqua p̄sequemur. Magnus pul-suū est, q; fit, vbi in lōgū arteria, & latū, p̄fundūq; distēditur multū: lōgus, cū in lōgū dūtaxat: lat^m, cū in latū: altus, cū in altū. Vehemēs ē pulsus, q; valēter ferit tactū: mollis, cū tunica tenera est ar-teriæ: celer fit, cū pauco t̄ pe arteriæ distēdit: creber, cū paruo interposito spatio: æqualis q; ppetuo sibi cōstat: ordinatus, q; p̄ circuitū par est: q; in vno est īctū impar, inæqualis nominat in vno ictu. Iā ēt horū cōtrarij sunt aperti, parius, breuis, angustus, humili, lāguidus, dur^m, tardus, rarus, inæqua-lis, inordinatus. Nec uero hoc obscūrū est, singulorū aliorū cōtrarium mediū esse: æqualis & inæ qualis mediū esse nullū, nec ordinati, & inordinati: Praeterea aliorū oīum, naturē cōueniētes me-dios esse: at in his æqualis, naturē solus conuenit: alij nō conueniunt, inæqualis & inordinatus.

A. lib. f. 5.
5. a. 1. fol.
47.c
Et c. 3. f. 48.
b

A. ibi. ca. 3.
fol. 48 b
A. ibidem.

De tripli pulsū mutatione, ac primū de naturali.

C A P. 9.

Q Vando multis modis pulsus variare possunt (neque enim causam prope ullam reperias, quin hos immutet) uisum est mihi trifariam mutationis summam differentiam distri-buere,

† Alii addē-
dum censem
& ordinatus

Abuere, deinde separatim de singulis uerba facere. Prima igitur mutatio horum naturalis est: altera non illa quidem naturalis, nec tamē iam præter naturam: tercia est præter naturam. Comitantur hæ omnes naturales differentias: alij. n. aliter arteria natura mouetur: quas quidem tenere ante omnes debet, q̄ cognoscere cupit, qua de causa, ac quatenus mutari pulsus contingit: at proprium cuiusq; ad unguem experiendo assequaris. Sanè frequenter tangēda arteria est, præfertim integra sa nitate prædicti, atq; vacui omnis vehemētis motus necnon ceteris in statibus. Verum quia oēs ex periētia assequi non est/ etenim multi iam medicos s̄epe defiderauerunt, cum quibus fani nullum habuerunt vsum) optimum hercle est ēt hic imperito præstare artificem. Præstiterit autem, si sciētiam comparauerit eorum, quę in multis ex æquo insunt. Est aut quædam, vt summatim dicam, cōs virorum natura alia mulierum: Etiam, qui calidiore sunt temperamento, quiq; frigidore, habent hi suam utriq; communem naturam. Ad hæc omnium communis natura est graciliū, cor pulentorum item communis est. Ac rarum in singulis est, quas memoraui, cōmunitatibus, quod non assimile multis sit. Proinde etiam, qui probe commune tenet, raro à uero aberret.

A.1.1.f.2.d. **Viri** mulieribus pulsus fere habent longe tum maiorem, tum uehementiorem, paulo tardiorē, satisq; tariorem.

A.1.1.c.8.e B **C**alidi natura, multo habēt maiore, celeriore, & crebriore: uehementiore non item mylto. **G**raciliores maiores, rarioresq; multo: uehementiorem paulo. Atq; natura sic differunt.

Porro pro ætatibus hoc pacto immutatur. Infantis pulsus creberimus est, rarissimus senis: omnes, qui inter hos intercedunt, proportionem seruat, prout uel ad puerum, uel ad senem proprius accedunt. Celerrimus item pueri f̄ iuuensisq; pulsus, leuis tardissimus: reliquarum ètatum pulsus inter hos ambigunt. At senex à puero longe magis raritate, quam celeritate, distat. In uehementiā & magnitudinis differentia, maximus est, vt in ætatibus, pulsus iuuenum, minimus senum, medium, & paulo maior pulsus puerorum. Iam uehementissimus iuuenum, languidissimus senum medium est inter hos puerorum pulsus. Atque pulsus in ætatibus sic habent.

A. ibi.c.9.e **P**ro anni temporibus: medio uere pulsus maximi sunt, & uehementissimi, †vt in temporibus: celeritate & crebritate moderati. Pari modo medio autumno. Progrediens autem ver non nihil de magnitudine & uehementia detrahit, sed auget celeritatem atq; crebratem: tandemq; ineunte iā æstate languidi, parui, celeres, crebriq; sunt. Autumni progressus cuncta imminuit, magnitudinē, uehementiam, celeritatem, crebratatem. Ita ineunte hyeme in paruitatem conuertuntur; & remissionem, & tarditatem, & raritatem. Rñdet autem initium veris fini autumni: illius finis initio

Chuius. Aestatis item principiū suo, & principium hyemis suo fini. Proinde, quæ pari spatio à media æstate & media hyeme in utrinq; partē deflexerunt, similiter uariant. Porro media estas partim conuenit cū media hyeme, partim dissidet. Nā parui utrobiq; & lāguidi sunt, sed celeres atq; crebri æstate, tardi rarioesq; hyeme: nō perinde tñ parui æstate, vt hyeme, sed æstate minus: nec ita hyeme languidi, vt æstate, ceterū minus hyeme. Ad hunc modum pro temporibus pulsus uariat.

A. ibidem. f **P**ro regionibus perinde, vt pro temporibus. In uehementer calidis, sicut media æstate. In magnopere frigidis, vt media hyeme. In temperatis, ita, ut medio vere: ad horum proportionem in ijs, quę medium locum sunt sortitę. Porro aeris nos circundantis alij status, qui calidi sunt, calidis temporibus: frigidis, medijs medio ueri respondent.

Prægnantium maiores, crebriores, celiores pulsus sunt: præterea nihil mutantur.

A.1.1.f.2.d. **I**ā somni ēt sint, si qd aliud, naturales, q̄ & ipsi uariat pulsus. Initio minores, languidores, tardiores, rarioresq; reddūt. Postea tarditatē pedetentim augēt & raritatē, p̄fertim à cibo: at maiores sunt & uehemētiōres. Tandē ad remissionē & paruitatē redeunt, tarditatē & raritatē retinēt.

Qui expurgiscuntur, euēstigio pulsus magnos, uehementes, celeres, crebros, & cum quadā uibratione habent, qui mox medio critatē assequuntur.

DAd scititiae habitudines corporis perinde, ut naturales, immutant, Nam gracilis natura, si quadratus euaserit, huic qui talis natura est, assimilem pulsus habet. Sin autē quadratus, factus gracilis sit, assimilem gracilibus natura. Constat uero gracilitatis, & quadrati corporis, citra facultatis immutationem, æstimandam differentiam esse: itemq; in omnibus alijs: vt vnum id tantum ubiq; de quo in præsenti disputemus, mutetur. Quæ diximus de quadratis, eadem etiam de corpulentis dicta fuisse est putandum; nisi q̄ magis sunt intensa.

Iam ēt tēperamēta corporis ad scititiae pulsus ea p̄portione mutat, quæ naturalia tēperamēta.

A. ibi.13.f. **D**e pulsus mutatione, ex causa, quæ dicitur non naturalis.

C A P. 10.

Nunc alias mutationes, q̄ causas habent nō naturales recēseamus. Exercitationes primo, q̄ moderatae sunt, uehemētes, magnos, celeres, crebros pulsus efficiūt. Si multe sint, & uires excedat laboratīs, paruos, lāguidos, celeres, & crebros in sūmo. Nimiū immodicæ, adeo ut ægre iā se possit mouere, & multis interpositis q̄ etib. aut nihil pulsus possit, sed exolutæ uires impēle sint, pulsus mire paruos, & lāguidos, tardosq; & raros. Quod si ad uiriū dissolutionē pueniant, pulsus creant illis p̄prios. Quales autem excitet pulsus facultas, quæ dissoluitur, dicemus paulo inferius.

A.1.4.f.1.c. **B**alneæ calidæ, dum sint moderatae, pulsus creant magnos, celeres, crebros, *uehementes. **A.1.4.f.1.c.** *Al. paulo uehemētiōres.

DE P V L S I B V S

^{† Gra. legitur negatiue eis} Immodicæ paruos, & languidos, tamen adhuc celeres ac crebros. ^{¶ Quod si hic relinquuntur, par-} E
^{erit uero usq; tamen non se rem consideres male.} uos, languidos, tardos, atque raros.
^{in hoc non se} Balneæ frigidæ ilico paruos, ac languidores, & tardos, rarosq; pulsus efficiunt: postea, prout id sit, quod induxerunt, omnino uel torporem inducent uel robur. Quæ torporem intulerunt & refrigerarunt, paruos, & languidores, & tardos, rarosq; efficiunt, Quæ excalferunt, & robur con ciliarunt, magnos, vehementes, celeritate & crebritate moderatos.

Cibus largus, ut et grauet facultatem, pulsus inæquales, atq; inordinatos concitat. Archigenes vult celeriores magis, quā crebriores. Modicus, magnos, vehementes, celeres, crebros. Parcior, quam qui satis nutriat, non eque, ac moderatus, cæterum minus mutat, neq; id diu.

Vinum pulsus cætera, vt cibus, variat: hoc uero interest, q; illico immutet, & citius mutatio à vi no profecta recedat, quam illa, que à cibo: q; item celeritatem amplius & magnitudinem, quā ve hemetiam & crebrutem augeat. Quanto enim vehementius moderatus cib. constantiusq; robur conciliat, tantum fere vinum extollit magnitudinem.

Aqua minimæ oīum ciborū, & potuū mutationē inducit quamq; pinde, ut cibi, & hæc mutet.

Reliqua omnia, quatenus nutrire valēt, vel calfacere, uel refrigerare, haec tenus arteriarum motum variant. Ad hunc modum pulsus ex causis, quæ non naturales appellantur, mutantur.

De mutatione pulsuū ex causis præter naturam.

C A P . II .

Nunc mutationes ex causis præter naturam exponamus, illaq; commemoremus prius, que iam de causis præter naturam communitate orationis conscripsimus. Ac aeris status: ciborum copia, vt facultatē grauet: ad hæc exectiones, & balneæ somniq; immodici, præter naturam sunt. Excessus. n. in quantitate naturalium caufarum, & non naturalium, desciscunt ad statū p̄ter naturam. At caufarū, q; non quantitate modo, sed & genere sunt præter naturā, immēsus est numerus: itaq; nec pōt comprehēdi. Ars uero in his quoq; cōstat generib. & specieb. quoad eius fieri potest, certis, infinitum complectēs. Etenim quamlibet caufam præter naturam non ab re dixeris, uel dissoluere uitalem facultatē, & dissipare, uel quasi deprimere grauareq;. Dissoluit fa cultas, alimēti inopia, & morborum malignitate, animiq; affectuum ui, atq; vehementia dolorum vel diuturnitate, deniq; immodicis uacuationib. egrauatur à materiae copia, & ab instrumentorum affectib. vt inflammationib. scirrhis, tumorib. abicessib. varijsq; corporib. Itaq; faticēs fa cultas pulsum paruum, languidum, & crebrum admodum efficit. Depressa, & quasi degrauata uertit in inæqualitatem pulsuū, & in ordine perturbatum cum oīm aliū, tum uero vehementiae, & magnitudinis. Hæ siquidē in primis inæqualitates propriæ sunt facultatis pressæ: ac grauatæ insigniter, in plurib. differentijs: parū, in paucis. Etiam pulsus plures paruis magni sunt, x languidis ue hemetis, cum pufilla sit offensia: contra, si magna. Iam nonnulli pereunt et integrī motus in eiur scemodi affectib. intercurruntq; verum minorem intercurrentes noxam, deperditi grauiorē signifi cant. Habes cuiusq; dissolutionis, & depressionis cōes mutationes; Peculiares accipit queq; ex causa efficiēte. Ergo, cum dissoluta a penuria facultas sit, fiunt pulsuū primo languidi, parui, cel eres, atq; crebri, in medio languidi, parui, tardi, rariq; tandem extreme parui, languidi, & crebri, p̄bentq; celeritatis falsam speciem. Hic ille est: q; uocatur formicans. Vermiculans at fit ille quidem et fatigēte iam facultate, sed non nihil tamē renitēte adhuc: dissidetq; hac re a formicante. q; noita in extremam contractus est remissionem & paruitatem, & quod aperte in uno iectu inæqualis est, paribus vel citius, vel tardius incipientibus moueri: quam obrem minus tardus, q; paruuus est, nonunq; nequaquam tardus: quo circa minime †paruuus est. Proinde, quas exitiales febres, & acutæ concitant syncopas, hæ pulsum vermiculantem prorsus non habent. Reliquas facultatis dissolu tiones fere comitantur vermiculantes, has potissimum, quæ febris non sunt coniunctæ, aut q; minutis. Quare cardiacas syncopas, formicantes: choleras, & ualidos ventris fluxus, sanguinis pro fluvia, profluvium muliebre, oīs deniq; vehementer vacantes affectus plurimum comitatur uermiculantes: extremos, formicantes. Et si his absint febres, tum uero multo magis uermiculantem pulsum inuenies cum clarum, tum admodum diuturnum. Hæ caufarum præter naturam commissimæ mutationes sunt. Nunc speciatim eas explicabimus.

^{+ Praenus, ex Grac. codice & ex antiqua translatione.} Iræ altus est pulsus magnus, uehemens, celer, & creber.
 Latitiæ magnus, rarus, & tardus est pulsus, at uehementia nihil differt.
 Tristitiæ paruuus, languidus, & tardus, & rarus est.
 Timoris recentis, & uehementis celer, & uibratus, & inordinatus est, inæqualisque. Intuera tus iam similem habet tristitiæ. Hæc oīa, si ualde diuturna sint multumque uehementia, pulsus, vt dissoluta facultate, consequuntur. Etenim dissoluunt etiam facultatem hæc omnia, statim, si valida sint: diuturnitate, si non sint ualida.

Dolor, qui quidem variat pulsus variat aut ingens, aut qui principes partes tenet, vt et inflam matio dum paruuus est, atque initio, pulsus edit maiore, uehementiorem, celeriorem, crebriorem: Auctus vero iam & admodum validus, vt etiam vitalem contentionem offendat, minorem, lan guidiorem, celeri, crebrum. Ac, quo diuturnior sit, vel uehementior efficiatur, hoc illorum quodq;

A. ibidem.e

A. l. 1. f. 2. d
3. su. 2. c. 11.
fol. 49. f

A. ibidem.g

A. ibi. c. 12.
fo. 50. a

3. su. 1. a

3. su. 1. a

A. ibidem.

A. ibidem.

A. ibidem.

A. l. 1. f. 2. d
3. su. 2. c. 16.
f

AD TYRONES LIBELLVS.

45

A quodque increscit magis. Qui uero facultatem iam dissoluit, in remissionem, & paruitatem, & fam celeritatis speciem, ingentemq; crebritatem commutat.

A. ib. c. 17. g

Inflammatio "habet omnis cōēm pulsū ueluti ferrantem, ut alia pars fattolli arteriæ, alia non uideatur, cum illa. s. uideatur durior. Habet ēt uibrationis aliiquid hic pulsus: ac celer quidē, & creber est, non perpetuo magnus tamen. At uero cuiq; est proprius, nascenti quidē maior iusto, & uehemētior, & celerior, & crebrior. Augescēti adhuc, cū illa omnia increscūt, tū clare iam durior, & magis uibratus est. Vigescēti autē manifesto est, duriorq; atq; uibratus magis, sed minor est, qdū dudum, non tñ languidior, nisi facultatem excedat affectus: sed & creberrimus fit, & celer. Quē si diuturnior sit, atq; in scirrum iam indurescat, accedit illis gracilis pulsus, & durities. Hēc inflammatio hēt, quē pulsū per totum corpus immutat, uel quia magna est, uel quia principem partē insidet. Si uero uniuersum corpus non afficiat, pulsus in parte inflammata talis erit, qualem diximus. Crescunt autē, quæ commemorauimus singula, diminuūturq; aut pro inflammationis quātitate, aut pro ipfius instrumēti natura inflammati. Siquidē partes neruosiōres duriores edunt pulsus, magisq; serrates, & minores. Venosiōres uero, & arteriosiōres contra: ac in re eos maior est in arteriosiōrib. atq; inēqualis facile fit, inordinatusq;. Ex his liquet, qui pulsus sit illorū, quib. inflamatum iecur est, uel lien, renes, uesica, colon, uentriculus: Præterea pleuriticorum, & peri-pneumonicorum, & breuiter oīum, in quibus partis inflammationem comitatur febris: nisi quib. in locis ob symptomatū naturam, quē tum necessario illos consequuntur, tū casu adiuncta sunt, prout quodq; possit mutare, ita pulsus contingat uariari, ut mixta ibi mutatio fiat, & quæ inflammationi congrua est, & quam loci natura, uel præsentis inducit symptomatis. Quibus n. inflamatū est septum transuersum, hi conuulsionibus sunt opportuni: quibus pulmo, suffocationibus quibus ventriculi os, syncopis: quibus iecur, atrophicē, quibus uentriculis, cruditi quibus renes urinæ suppressioni. Ad hēc partes insigniore præditæ sensu, etiam dolorum nomine pulsus mutant: quæ minus sentiunt, pro affectu tantum. Igitur in inflammationibus varie pulsus ex his omnibus mutantur. Quæ quemadmodum discernenda sint, cum alio loco exacte tractauimus, tum uero in præsentia, quantum interest tyronibus, persequemur.

A. l. 3. f. 10.
t. 4. e. 2. fol.
168. f. g. h.

Pleuriticorū "celer pulsus est, & creber, nec admodum magnus. Videatur ēt uehemēs esse. Est ille uero non languidus quidē, sed tñ nō vehemens statim, qd ad affectū refert. Siqdē ubiq; hoc memoria seruandū est, in quaq; re mutationē esse, p illa re æstimandā, distinguēdumq; qd alia de re, nō de illa acciderit. Pulsus itaq; pleuriticorū, q a neruosiōrem quodammodo duriorēq; efficit arteriā, quasi conuerteret in uehemētiam imperitis imponit, quos, quid intersit inter durū iectum, & uehementem, latet. Ita quoq; vulgus medicorum, q alias etiam differētias pulsuum discernere nesciat, has fortassis institutiones accusabit, atq; ex sua ignorantia damnabit reūta præcepta. Verum non faciam, vt hic longior sim, cum separatim de pulsibus dignoscēdis scripserim. Quare, vt rōnem exerceatis simul, & tactū admoneo, vt in experiēdo pulsus ualeat tactus cognoscere, nō discernere solū rōne. Principiū vero est experiētia, sermone expressa doctrina. Quippe nequeas, vel crebritatis qtitatē verbis explicare, tametsi multū in terfit, excedat iustū pleuritidis modū, an nō assequat. Siquidē excessius, vbi in peripneumoniā migret, aut denūtiet syncopā, necesse est fieri. Defectus in sopore, vel neruorū desinere laesionem. Simili modo illa inēqualitatis species, quæ ferrantis imaginē p̄bet, in primis pleuritidis propriū est signum: si remissa est, mollis, & non minime maturādē: si uero magna, difficultis, & admodum crudē pleuritidis. Tales cum imbecilla quidē facultate coniuncte, periculum præsens hāt: si cum firma, aut tarde concoquentur, aut ad suppurationem deflectent, aut tibidus eas excipiet marcor. Atq; eius, quē concoquitur, pulsus pedetentim omnem deponit illam præter naturam mutationem. Quē deflectit ad suppurationem, habet pulsus suppuratorum proprios. Ita quoq; quē tabide marceret, pulsus marcorum.

A. l. 3. f. 2. d.
3. sum. 2. c.
17. fo. 50. h

D Suppuratorū "pulsus initio statim pulsū refert vigescētis inflammationis. Hoc enim initium est suppurationum. Nonnunquam inēqualis est, & inordinatus, sed omnibus hecticus. Cum autem pus prope sit maturum, cetera similis est, nisi quod equalior sit: at cum erumpit, languidior, latior, tardior, rariorq;

A. ibidem h

Marcescentium pulsus non uno modo variat. Quare differentijs hi quam apertissimis discernendi sunt. Qui vna cum inflammatione, quē non discussa sit, commaruerint, languidos, & celestiores, mireq; crebros pulsus habent, ac decurtatos magnitudine in uno ictu. Quos Archigenes innuentes, & circumuentes appellat, ut aperte declareret distentionis breuitatem, cum utriusq; extremitatis quasi inclinatione. Neque enim vt præcisus assatim, sed ceu partibus utrinque inflexis, contrahitur decurtatus magnitudine, & in utrisq; partibus. Atque hoc quidē nō hi modo, sed marcescentes qualibet de occasione habent ferē oēs: qui ex inflammatione marcescunt, omnes: & alij item multi, nisi illi sanē, qui de occulta quapiam inflammatione marcescunt. Eritq; hic marcescentium ex inflammatione proprius, nulli conueniens, qui aliam ob causam marcerit. At hecticus omnibus marcescentibus pulsus est: qui quidem ijs est communissimus: secundum illum, inēqualitas distentionis magnitudine decurtata, quæ etiam abest plerisque, deinde crebitas. Etenim hēc

<sup>Gra. Diectrix
bat antiqua
translatio re-
miss.</sup>

DE P V L S I B V S.

hæc quoq; oībus, qui ex inflammatione marcuerint, perpetua adhæret: omnibusq; adeo, qui ob E syncopam, ex corde, uel stomacho affecto profectam in præsens periculum uenerunt, ac dejnde uini potionē declinauerunt periculum, sed t̄ p̄tamen marcuerunt, nisi sanè hos quoque dicas, ex paruis inflammationibus perire nobis incognitis. Siquidem sunt inter eos, qui innuentem ha-

<sup>† Gree. codex
¶ antiquus
interpretes ad-
dit, aut.</sup>

beant pulsuni: nisi etiam hos dicas ex inflammatione t̄ alios citra inflammationem marcerere. Verum hoc in dubio est. Pulsus igitur h̄i h̄ecū languidum, admodū crebrū, quā innueni-tem quidam appellant. Atq; alteram hanc marcescentes differentiam pulsuum sunt sortiti. Alia

<sup>† Alias inter-
cedit totum.</sup>

item tertia est eorum, qui rarum habent: uerum, & his cum antegressa febris pulsus reddidit cre-bros, tum facultatis extrema dissolutio abunde efficit crebros. Quod autem t̄ intercedit, omni-bus refrigeratis febribus, nondum tamē extictis ijs, in raritatem cōmutat. Genus hoc marcoris senibus proprium est, præsertim cum aliquid uitij pulmo, & thorax contraxit. H̄i febrilem reti-nent pulsus duritiem, etiam si rarus sit. Omnino paucis marcescentibus in aliam inæqualitatem pulsus, ac illam quam diximus, magnitudinis uertitur.

Phthisicorū, quos uocāt, pulsus paruus, & lāguidus est, mollisq; & modice celer, atq; hæcticus.

Peripneumonicorum "magnus est pulsus, & undos si quid habens, & languidus, mollisq; simi-liter, atq; lethargicorū pulsus: nisi quatenus præpollet inæqualiter, & in uno pulsu, & collectiu-a F A.1.3. f.10.
¶ Quocant. In uno ictu, cum ueluti interpellatur, & undosus est, ac dicrotus interim fit: in collectiu-a
a. 4. c. 11. f.
270.b

cum alias differentias habet, tum modo intermittit, modo intercurrit. Cum autem acute om-nes peripneumonici febricitant, tum non nihil comatis habent: utrum excellat horum, ex eius maxime ratione crebritatis quantitas inuenitur. Vbi ardenter febris adiuncta peripneumoniae sit, pulsus abunde creber est: si comatosior, minus creber.

Lethargicorū "pulsus similis peripneumonicorū est magnitudine, imbecillitate, mollitudine, sed eo est tardior, rariorque, ac minus inæqualis, intermittens potius, quām intercurrens. Est cum dicrotus fiat. At undosus semper in altis quidem soporibus est, de quibus h̄ec dicunt. Morborum enim pulsus exponimus, qui omnibus suis indicijs constent: quo, si qui aliquatenus deficiant, neq; dum sint integri, satis cognoscere magnitudinem, & qua iam sunt prædicti, & quæ accedere ijs pōt, ualeamus. Sed, qm̄ inæqualitatis læpe meminimus, raro autem perturbationis ordinis, hoc in uniuersum sciendum est, ferè inæqualitates comitari perturbationem ordinis. Ac inæqualem pulsus, qui sit ordinatus, raro inuenias. Ac nimirum minores offensæ inæquales, & ordinatos: maiores inæquales pulsus, atq; inordinatos creant.

Phreniticorum "paruus pulsus est: rarissime autem conspectus est magnus esse. Contentus est G modice. Durus, & neruosus est: ualde est celer, & creber. Habet præterea non nihil undos, "Inte-
rim subtemere tibi uidebitur: interim etiam præcisus cum conuulsione quadam. Quod. n. febres,
in celeritate proprium habent symptoma, hic obtinet clare in vtroq; termino distentionis, præci-pue extremo. Inuenias etiam inæqualitatis in positu genus insigniter aliquando in illo appa-rere: immo totam subinde arteriā, sua sede deserta, conspicias attolli, potius cum vibratione eb-
lientem, quām more pulsus distentam: pari modo delabi, detractam potius, q̄ cōtractam. At ve-ro immodica eius crebitas proximam denunciat syncopam.

Iam etiam aliis est affectus, qui siue medio loco ponendus sit inter lethargum, & phrenitum, ut qui cum neutro in totum conueniat: siue cōis esse ambobus existimandus, vt ex phrenitidis speciebus, & lethargi misfus, suo loco cōsiderabimus. Nūc de eis pulsibus agemus. Ac, ne qua-si enigma quoddā propositū sit, per signa, quæ cū eo sunt connexa, eū ob oculos ponā. Connivent fere oculis, somnolenti sunt, atq; stertunt. Rursus oculis fixis, ac inconniventibus diutissime vt catochi, intueni. Et, si quid roges, atq; ad colloquium cōellas, difficiles sunt: & tardi ad respon-dendū. Plerunq; ēt stulte loquuntur, nec recte respōdēt, ac temere nugantur. Is est affectus, quem dico: qui ex signis sibi adiunctis defectu proprij nominis cognoscitur. Pulsus " eius celeres sunt, & H crebri, perinde vt phreniticorū, minus tñ. Et roboris item minus, ac illi, obtinent. Latiat sunt & breues. Externum motum non habent subito trūcatū, sed alio modo, veluti intro se proripientes subterfugiunt, ac concitant contractionem, & quasi suffurantur distentionem: verum in ea pul-sui phreniticorum non sunt similes, quod truncatione illa careant.

Catochorū pulsus (*κατοχής*. n. & *κατεχόμενος* veteres Græci appellabāt: iuniores ipsum affe-ctum *κατοχήν*, & *κατάληψην* vocant) cætera lethargicis similes sunt magnitudine, tarditate, crebri-tate: vt nec totius huius affectus species late ab illo diffidet. Catochorum tamen non imbecillus, est pulsus, nec mollis: sed in his sane multū differt, vt ēt in hoc, q̄ laxatur lethargicis; atq; intume-scit vniuersum corpus: contra stipatur, & cogitnr catochis. Ad hæc æqualitate, & inæqualitate di-stant: æqualis. n. pulsus est catochorum, inæqualis lethargicorum. Archigenes arteriæ locum au-ctor est proprie in ijs inueniri calidiorem, sicut illis, quibus conuulsio imminet, cum sopore.

Conuillorum "ipsum corpus arteriæ uidetur contractum, ac vndeque coarctatum, non ceu compressum sit abs quopiam, vel constipatum: nec etiam ueluti rigidum, vt in febri, præ-sertim in accessionibus: nec vero, vt præduritie, ad intentionem contumax: ueluti quod sit diuturni-

A.1.3. f.1.c
3. c. 8. fol.
119.a

A.1.3. f.1.c
3. c. 2. f.197
a. ibidem.

A.1.3. f.1.c
3. c. 12. fol.
199.b

A.1.3. f.2.c
6. f.116.b

AD TYRONES LIBELLVS.

46

A diurnitate temporis, præsentim cum quid offendit, vel viscera vitiata: sed ut corpus nero-
sum, cauumq; veluti intestinum, aut simile, ex vtroq; fine intentum. Ad eundem modum inæqua-
lis motus est arteria, in modum chordæ sursum deorsumq; agitat. Neq; enim species distentio-
nis, vel contractionis representetur, verum vibrationi potius similis est, ceu exilientis sursum ite-
rumq; retractæ intro: quod ne cōstituto quidē tempore habet, sed uno sāpe tempore altera eius
pars vt ferri sursum ueluti eiacylata, altera intro ceu a quopiam attracta: atq; una moueri citate,
altera tarde. Iam uehemens quoq; & magnus conuulsorum pulsus uidetur esse. Est vero hic non
imbecillus, neq; paruu: non perinde tamen, vt videtur uehemens, uel magnus: iictus. n. imponit,
dum ob tensionem validus, ob vibrationem exilire appareat: quamobrem altior interim uidetur
ac ueluti strepitum quendam ad tactum edit asperum. Sanè neminem, qui quidem sit expertus,
fugiat hic pulsus, quippe nulli est similis, uel tensione in utranq; partem, uel conuulsione motus.
At, quando cum pullu sōitorum cōmixtus est, difficultime cōmixtio deprehēditur: solusque
qui ad amūssim utrunq; cognoscere separatim meditatus est, poterit confusos cognoscere.

Paralyticorum" paruus pulsus, & imbecillus, tardusq; est: nonnullis rarus quoque: alijs creber,
sed non nihil inordinate intermittens.

B Comitialium, & Attonitorum similes pulsus sunt: quare de comitalibus quæ exponemus, ea-
dem de attonitis, sed cumulatius, accipienda sunt. Dum modice infestatur natura, neq; dum eam,
multum supurauit morbus, nullam inuenies mutationem insignem magnitudinis, uehementiæ,
celeritatis, crebritatis, duritiei: tantum est conuulsis intenta iure utrinq; arteria. Sin autem gra-
uis sit affectus, vt oneret facultatem, inæqualitatem quandam comparat, atq; tensionem ualidā,
ac minor, languidior, trarus, tardusq; efficitur. Si comprimat magnopere, & facultatem deiiciat,
languidos, paruos, & celeresque creat. } + Al. rariortar
dior que.

Anginæ pulsus tensione quadam prædictus est, conuulsiuo p̄similis: magnus est, & vndosus ut
pulsus peripneuminicorum: ac, vtrum insigniter in eo polleat pro eo expectanda mutatio est.
Nam, si peripneumonica species superior sit, in peripneumoniam: si uero conuulsiua, in conuul-
sionem, angina desinet. Quicunq; autem ex illis uehementer suffocantur, paruum hi habent, &
ratur pulsum ubi iam animam agant, crebrum atq; inæqualem.

Orthopncea acuta inæqualem, & inordinatum pulsus habet, & non nihil deficientem: quæ
mediocriter est grauis, crebrum: quæ uiolentissima, tardum, & deficientem: quæ iam perimit ho-
minem, crebrum, & languidum.

C Vterinæ suffocationis pulsus, ut si conuelleretur, protensus est, & rarus: quod, si exitialis sit suf-
focatio, creber, inordinatus, & non nihil deficiens.

Stomachus affectus (vt sic uocemus in præsentia os ventriculi, q̄ is usus apud vulgus obtinuit)
non vno modo commutat pulsus. Nam, si inflammatus sit duntaxat, ita mutat pulsus, ut cor-
poris nero si diximus pulsus solere: si cōprimatur, uellicetur, languescat, & singultat, uomat,
nauseat, fastidiat, doleat, pro genere symptomatis. Nā uellicationes, uomitus, nauſæ, singultus,
languor, non solum paruum, & languidum efficiunt, & interim etiam modice celeriorem, uelū
ēt admodum crebrum: sola uero compressio, remotis illis omnibus, rarum, tardum, paruum, &
languidum. Ea compressio, tum a cibis oritur, grauantibus, neque ulla insigni præditis uirtute,
sed iola abundantia molestis: tum ab humoribus quibusdam, qui in eum confluant, non mordi-
cantibus: qui ab his si semel refrigeretur, tum uero uel maxime talis pulsus existet. Ac bulimum
patientium talis pulsus est. At omnes quidem affectus, qui in crebritatem mirant, si diurni sint,
vel euaserint grauiores, pulsus uermiculante creant. Qui vero in raritatem, præter quod com-
memoratas differentias adaugent, talem præterea speciem inæqualitatis in uno pulsu generant,
ut multis locis pertusum corpus arteria uideatur, neque esse continuum: ac sentit tactus in disten-
tione veluti arenæ occursum.

Aquæ inter cutem pulsus, Ascitæ, paruus, crebrior, subdurus cum quadam tensione est: tympa-
nitæ, longior, non imbecillus, celerior, creber, subdurus, cum quadam tensione: illius, quam hy-
dropem Anasarca Græci vocant, undosus, latior, mollisque.

Elephantiasis pulsus paruus, languidus, tardus, creberq; est.

Ictericorum" pulsus est, si absit febris, minor, durior, crebrior, non languidus, nec celer.

Veratrum" qui sumpserit, hi paulo ante uomitum, ubi comprimantur, pulsus habent latum,
rarem, languidorem, cardiorum. Interea, dum uomunt, & diuelluntur, inæqualem, & inordinatum.
Cum rectius habere cæperint, ordinatum quidem, sed inæqualem adhuc, minus tamen, quā
antea. Vbi vero iam ad naturalem statum propè reuertint, equalē, ac maiorem quam dudum,
uehementioremque. Qui horum syncopa corripiuntur, conuelluntur, atq; singultiunt paruum
hi, & languidum, inordinatumque, & celeriorem, atque multum crebrum habent. Qui ex his suf-
focantur, paruum, languidum, inordinatum, inæqualem: non autem crebrum, nec celerem, im-
mo potius tardum: representat etiam non nihil undosos, & lati, atque paruam quandam interdum
arteriæ tensionem.

Quidā cod.
antiqui & rā
slatio ēt vet⁹
adāut, & cre
bros: ali⁹ loco
celeres, legūt
crebros.

A.1.3. f. 2. c.
2. fol. 214. c

A.1.3. f. 9. c.
8. fol. 253. f
A. ibidē. c. 8.
fol. 254. b

A.1.3. f. 1. r.
3. c. 12. fol.
199. g

A.1.3. f. 14.
r. 4. c. 9. fol.
321. e.
A. ibi. c. 11. f
A. ibi. c. 10. c
A.1.3. f. 15. t.
1. c. 4. f. 326
h
A.1.4. f. 6. t.
1. c. 16. fol.
493. a

GALENI



GAL. DE PVLSVVM DIFFERENTIIS LIBER PRIMVS

Hermannò Cruserio Campensi interprete.

ARGUMENTVM LIBRI

Genera prima, ac singulas pulsuum differentias declarat: ac in primo libro de his pertractat ex propria opinione.

Nomina nihil ad rerum scientiam, sed ad docendum duntaxat facere.

CAP. I.



Ptarem res, & percipi, & tradi citra ipsarum nomina posse, ut ne ad artis, vel ex sua ipsius commentatione longitudinem, ueluti cumulus nobis accederet vocabuli negocium. Sed, quod nominibus necessario, quæ uolumus, interpretamur, sophistis hinc commentorum, & inutilis disputationis copiosa materia suppeditatur: cæteri uero, quicunq; rerum scientiā, nō usum uocum, moramur, inuiti qdē tamen compellimur propter sophistarum contumelias de nominibus laborare. Nam nihil sit melius, quam quavis conditio de nominibus cōuenire, & ad contemplationē properare: quod in lib.

bro illo fecimus, quē anteā tyronibus de pulsibus descripsimus. Sed, quando, qui in nominibus tā tum ualent, in operibus artis interim imperitissimi, nunquam non interpellant, neque respirare nos citra contumeliam sinunt, necesse propè iam nobis est, nominibus ut immoremur. Maiores nostros simpliciter uocabulis uideas vti: qui hoc semper vnum agunt, sensum vt aperiant: Iuniores tantum non in singulis syllabis argutantur, contendunt, neq; de nominibus desistunt digladiari: Exempli gratia (quo una ex parte huius instituti summam perspiciamus) quidam pullum ait valenter pulsantem, vehementem esse: adest alius, qui non hunc, cæterum qui magnis sit, & plenus, celerq;, illum affirmat vehementem esse: alius ualidum simul ac celerem: & qui hos mira granitate insimulans, magnum pariter, & celerem, uehementem esse ait: iam aliis hunc non serens, acerbius ēt obiurgat, vultq; plenum simul ac velocem, uehementem esse: Et hercle præter

^{† Graecē ἔτεις itaq; me-} hos sextus, magnum plenumq; esse uehementem contendit. Quod, si septimus hunc, & octauus, lius, ut anti- accedant, hic aiferens inter plenum, & hunc nihil intereste, ille eundem cum duro esse, quam cē- quis interps, confutatio, ea ses pugnam fore? anne talem, qualem frequenter in templo Pacis, & inter ipsos ægrotos conspici- tamen.

^{† Graecē οὐκονίης} nunc molestant, minus stomachum faciunt, tamētū sunt importunissimi: qui uero ad commentā- xarētū δια- dū appulerūt, qd̄ ferat? Ad manū enim est, inutilis quæstionis index: eū tamen illi non cernūt, sed διαπαι- sic omnes scribunt: Hic pulsus uehemens est, ille plenus est, is creber: cum, est, sit submouendum, antiquus iter adiungendum autē maxime si potest, appellatur, quo si deficiantur, appelletur, ac tū demū docen pres, videtur dū est, qd̄ soleatis pulsus, quem uehemētē forte vocauerunt, significare. Neq; enim, quo appella- legisse adva- mus, aut nomē propriū instituamus, artem nos de pulsibus tractamus, aut alias docere conamur ad doctrinam sed vt præsentia cognoscamus, & futura ægrotis præcognoscamus, at ex rebus hæc, non ex no- uero solū quā, minibus earum, inueniuntur. Omnino enim ad rerum cognitionē nihil nomina referunt: tantū & secundum ad docendum intersunt: t̄ quod pacto etiam potest confici. Siue enim rebus haudquam dede- consensum & fine nominib. tibus non concerteris: siue quando docere institueris, nomina quēlibet ponas, ne sic quidem eris compleri im- inferior. Eqdē, si vel Diouem, vel Theonem velis uehementem pulsum appellare: non fallaris in docendo tamen, quē illū causē generant, cuius est affectus in dicium, & quo tandem euadet: nihil te sic peccare ceniuerim. Proinde, qui ita est aliquid docturus, huic satis sit nomina instituisse; qui ad

veteres

A veteres rejicit, illorum tradet institutum: nec hic curiosus sit, proprie, an improprie appellatur: nec audeat immutare, nec incusset: quod faciunt sophistæ: superuacanea sunt enim hæc omnia, & ab nostra arte remota. Neq; sanè hæc nō minum est constituendorū scientia, sed rerum: neque hos, qui minus probum nomen dant, ad medicos homines remittunt, immo qui requirunt sanitatem. Quamobrem nihil hæc disputatio, vltra vſitata, & nobis, & alijs medicis nomina profiteatur: sed præclare etiam cum ea agetur, si hæc mediocriter assequatur.

De nomine pulsus.

CAP. 2.

OMNIUM itaq; quorū ad nos memoria puenit, primus nōmē pulsus Hippocrates literis prædedit: atq; artis, quam complectitur, non videt ignarus esse: non tamen hæc artis partē multū elaborauit: neq; cuilibet arteriarum motui hoc tribuit nominis: quem videtur imitari Erasistratus. Sed hæc illic referam, vbi de illis viris peculiariter sermonem habeo, cui potissimū nōmē hoc attribuant, ac inter se quatenus dissentiat, aut cōsentiant. Autor libri de palpitationibus, Aegimij ^{Alias maius}, siue ille ^{*Velensis} esset Aegimius, siue alius, proprie hoc nomen usurpat: atq; lō i. ^{Helius seu} Heliensis ab urbe Helide. ^{Heliensis ab urbe Helide.} BRIARUM motum sensibilem appellant. Ita etiam omnes eorum successores, tametsi definitionibus dissideant. Sed hoc alio loco ostendemus. Ergo nos quoq; vſum, qui obtinuit, sequentes, videamus iam, quot numero sint omnes pulsuum differentiæ, & quod singulis nomen. Etsi de hac ēt ipsa distinctione quidam cōtendunt, quorū alij ita volunt, vt ponatur, quot genera sunt pulsuum? Alij non genera aīt appellanda, sed species: quidam qualitates; non nulli differētias. Et, quod cuiq; vſum est, hoc in instituto nomine, diu discrepat de eo^{*} constituendo, nihilq; non mouet. Iam, sicut ^{*Grat.} [¶] de generibus, ita de speciebus, differentijs, qualitatibus, questionē inducunt non necessariam, obli eiūs reūtūti vſum talis questionis. Omnes enim id mea opinione spectauerunt, qui de pulsibus instituerūt ne, vel de eius commentari, quid denūciare possint: assequi uero cum vel sine generum, & specierum questione recto vſu. quod intenderent, possent, quiduis potius, quam hoc, agunt. Verum omissis istorū nugis, questionem in medium pro suo arbitrio proferant, nos vtilitatem sectemur. Sed hoc prædicamus etiam, qui pulsuum definitiones, & constitutionem eorū nominis discere volunt, in sequentibus hūc prium libris omnia eos tradita habere. Hic liber solum complectitur, quod conduct, nec ullam attingit sophisticam questionem. Ita, si quis semel illa velit repudiare, licet certe. Ad cæteras lucubrations de dignoscendis pulsibus, de causis, de præfigitione ex ijs, unus hic liber requiritur. Illi aduersus sophistarum importunitatem scripti sunt, & ad intelligēda aliorum scripta, vbi traditur, qua quodque nomen significatione usurpent. Itaque exponamus primum pulsuum prima genera, deinde eorum differentias, hinc auspicati.

Prima genera pulsuum.

CAP. 3.

QVANDO arteriæ corpus est cauum, longū, & teres, habetq; perpetuū geminū motū ex contrarijs constitutum partibus: aut enim in se ipsam vndiq; confidet, aut in omnem partem distendit: qui duplex motus, pulsus appellatur: in utroque ei gemina quies accidat necesse est, altera ab distentione prius, quā contrahatur: altera a contractione, antequā distendatur. Quas quidem binas quietes expertorū tactus cognoscit, nec minus demonstrat ratio. Nam prius contrariū motū arteria, q̄ priorem sedauerit, non exorditur. At qui sedare, subsistere est, & inquiete esse. Sic motibus intercedit quies. Exprimit ergo necessitas quoddā esse tempus proprium vtiusq; motus: aliquod ēt quietum: & harū itē utriusq; proprium. Iam, quia tres arteria dimensiones, ut oīa reliqua corpora, obtinet, longitudinem, latitudinem, profunditatem, non pōt in singulis dimensionibus non fieri quantitas aliqua distentionis, & contractionis. Et uero ēt contētionem quandam necessario hēt, ut aut ægre, & languide, aut prompte ualenterq; operetur. Est præterea ipsa arteriæ tunica, aut mollis, aut dura. [†] Quinetiā capedo interna aut uacua quodammodo est, aut plena. Atq; hēc oīa aliquando, æqualia, aliquando inæqualia sunt. Temporis itē distentionis aliqua pro portio est cum tēpore contractionis. Aliam in uno pulsu differentiā constituas, præter has, nullā. ^{† Addit anti quisinterpres} Siue enim motuum tempus est aestimandum, uel quietum: siue dimensionum, in quibus mouentur, quantitas; siue qualitas actionis, aut tunicæ arteriarū, aut cœtitatis: siue qui mutuo conueniunt, quæ conferri queunt, queunt autem cognata, omnia hēc sunt recensita, nec quicquam præterea in ullam partem desiderat oratio: sed sunt omnes, quæ in vnu pulsu incident, differentiæ generales, quas retulimus. Quibus duæ accedunt alię, quas collectivas appellant. Ex quibus in plurimum pulsuum mutua comparatione equalitatem, & inæqualitatem, ordinem, atq; eius perturbationē estimamus.

Differentia pulsuum a tempore motus, & quantitate distentionis sumptu.

CAP. 4.

HORUM generum differentiæ speciatim plures sunt, quas iā exponemus, a genere ipsius motus ingressi: quem aut moderatum esse, & in naturali statu oportet, aut celeriore, vel tardiore. Itaq; hoc genus efficit tres numero differentias pulsuum: celerem, qui fit, cum modo tempore mouetur arteria: tardum, cum multo: moderatum, cum mediocri. Differentiæ pulsuum

A. 1. f. 2. t.
3. c. 1. f. 472

A. ibid. d

A. ibi. c. 3. d

A. ibid. c

DE DIFFER. PVLSVVM

A. ibid. h

suum in distensionis quantitate, siquidem singulis concipientur dimensionibus, nouem numero E sunt, in unaquaq; trium dimensionum tres. In longitudine arteriae, qui moderatus in ea est, & qui hunc excellit, vel eo est inferior: uocatur qui excellit, longus; qui inferior est, breuis. In latitudine, moderatus in ea, & duo immoderati, latus, qui moderatum excedit: contrarius huic, angustus. Itidem in dimensione profunditatis arteriae, unus moderatus est, alius altus, & alius humilis. Hę pulsuum sunt in una dimensione acceptorum differentię. At differentię pulsuum in trinis simul dimensionibus sunt viij. & xx. Perspicias has manifeste in tabella. Unus enim erit longus simul, & latus, altusq; qui oībus preponatur. Alius longus, latus, & profunditate moderata, scribaturq; secundus. Alius longus, latus, humilis, qui ordine tertius sit: similiq; omnes reliqui uia, & ratione cognoſcentur: ut duæ prime dimensiones maneant immotę, trifariam ultima variet, hoc pacto. Quartus longus, moderata latitudine, & altus. Quintus longus, moderata latitudine, simulq; moderata profunditate. Sextus longus, latitudine moderata, humilis. Deinde alij tres, prima dimensione longum seruante, secunda angustum, tertia trifariam variante. In his nouem una dimensione permanet longitudinis longę, alię omnino commutantur. Mox alteri nouem, dimensione longitudinis in mediocritate conseruata, variantibus reliquis. Ad haec nouem, ubi longitudinis breuis maneat dimensio, & alię immutentur.

F

T A B E L L A

<i>Hanc tabellā nō habet anti- quarāsatio.</i>	1 Longus	Latus	Altus	Magnus
	2 Longus	Latus	Moderatus	
	3 Longus	Latus	Humilis	
	4 Longus	Moderatus	Altus	Gracilis
	5 Longus	Moderatus	Moderatus	Gracilis
	6 Longus	Moderatus	Humilis	
	7 Longus	Angustus	Altus	Gracilis
	8 Longus	Angustus	Moderatus	Gracilis
	9 Longus	Angustus	Humilis	
	10 Moderatus	Latus	Altus	Turgidus
	11 Moderatus	Latus	Moderatus	
	12 Moderatus	Latus	Humilis	
	13 Moderatus	Moderatus	Altus	
	14 Moderatus	Moderatus	Moderatus	Medius
	15 Moderatus	Moderatus	Humilis	
	16 Moderatus	Angustus	Altus	
	17 Moderatus	Angustus	Moderatus	
	18 Moderatus	Angustus	Humilis	Gracilis
	19 Breuis	Latus	Altus	Turgidus
	20 Breuis	Latus	Moderatus	Turgidus
	21 Breuis	Latus	Humilis	
	22 Breuis	Moderatus	Altus	Turgidus
	23 Breuis	Moderatus	Moderatus	Turgidus
	24 Breuis	Moderatus	Humilis	
	25 Breuis	Angustus	Altus	
	26 Breuis	Angustus	Moderatus	
	27 Breuis	Angustus	Humilis	Paruus

H

Atq; inter vigintiseptē hos pulsus, q; sunt scđm q̄titatē, q; externis dimensionib. cōstāt, duo sunt nomina fortiti ab oībus approbata, q; prim' relat' ē, & q; postrem': hic paru⁹ appellat, ille magn⁹. Reliqu' oīs numer⁹ noīb. caret. Neq;. n. pulsus, q; graciles, & turgidi vocant, certū ex tabella vñū indicat, cæterū multis simul generatim tribuunt. Nā, in qb. lōgitudinis dimēsio quodā mō duabus reliq⁹ p̄stat, oēs hos graciles vocat. In quib. duæ reliq⁹ hac, cōtra turgidos hos appellat. Proīde

LIBER PRIMVS.

48

A de quintus in tabella, & sextus, insu p oct uis, & nouis, ac octauus decimus graciles vocantur. E diuerso turgidi decimus in tabella, & vñvigesimalis, xx. ite, vigesimalis alter, & xxij. Hæc ergo sunt nomina generaliora, & pluribus cōia. Iā vocat ēt hosce pulsus aliter, tenuem, gracilem, & crassum, turgidū. Quin nec moderati quidē in tribus dimensionibus, qui vnu naturalis inter xxvij. est, peculiare nomē habemus, sed definitione hunc significamus, dicētes aut moderatū tribus dimensionibus, aut mediū magni, & parui, aut naturalē in quantitate distentionis, aut quacunq; alia rōne se monē potissimum speramus fore clarum. Quare eos mihi in mentem venit mirari, qui in nominis bustantum excellunt, &, quo nomine sit vocandus is pulsus, per totam vitam querunt, si nō vel hac de cā contentionē deponant, p̄ multos videant pulsus, qui proprium quidem requirunt nomen, nec hinc quicquam lādi tā institutionem, cum definitio quidem indicari possit. Siquidē, cum pulsum appellēt qdam breuem, angustum, humilem q; perinde faciunt, ac illi, qui dicūt animal pedestre bipes. Nā, vt hic definitio est, animal pedestre bipes: & rei nomen, cuius hæc est definitio, homo: ita in pulsibus, nomen est magnus: eius definitio, longus latus altus. Item aliis pulsus definitio, breuis latus humiliis, sed nullum habet nomen. Verum de his agemus alias.

De differentijs pulsuum sumpsis à qualitate percusionis tunice arteriae, &c.

A. ibidem.

A. ibidem.

A. ibidem.

A. ibidem.

B **I** Am nūne ad Tertium pulsuum genus, quod in contentionē cōsistit, descendamus, & huius ēt differentias exponamus. Sunt at tres, vnu validus contentionē, qui vehemens vocatur: alter imbecillus, quem languidū appellant: medio inter eos propriū non est nomen, sed hūc quoq; explicamus definitione. Quartū genus, quod in arteriæ consistit corpore, diuiditur etiam in tres difserentias, vocaturq; a medicis plerisq; maxime ab iunioribus, plenum, & vacuum, & quod inter vtrunq; mediū est, ne hic quidem sortitum est nomen. A nobis non ita, sed alter durus, alter molles appellatur: annunciatq; vterq; arteriæ statum. An vero rectius hoc si modo appellandū, an illo; qui de hoc laborat, inferius disset. Nunc quod instituimus, est absoluendū. Aliud genus erat pulsuum, arteriæ infusionē, vt aiunt, declarans: quod longum requirit mea sententia sermonem ad absolutam notitiam: at, quod ad propositum conduit, atq; sufficit tyronibus, hoc loco expōnemus. Tres & huius generis differentiæ pulsuum singuntur, quorum vnu plenus, alter vacuus appellatur: nam medius vtriusq; nomine peculiari caret. Plenus ergo pulsus est, vt definit Archigenes, qui arteriam ostendit pleniorē, & occursum humidē tumidum: vacuus, qui arteriæ elevationem facit bullosam, vt digitorum impressioni egressus per vacua occurrat. Hæc quinq; pulsuum genera in uno motu consistunt arteriæ, & singulæ eorum æqualitates, atq; inæqualitates: quarū exponemus differētias, cū de altera agemus inæqualitate, q; in pluribus pulsibus posita est,

De differentijs pulsuum, qui in tempore quietis consistunt: & de secca, quæ se solam.

distentionem, ait sentire.

C A P. 6

A Liæ differentiæ pulsuum his, qui se negant contractionē sentire, in tpe interuallorū consistūt, ita. n. tps, qd̄ inter motus sensibiles intercedit, vocant: præterea in proportionē tēporis motus, & quietis, nam ita ēt interuallū appellāt. At illis, qui se contractionē aūt sentire, & vero etiā medias quietes, quas οὐρχίας, οὐργίας, ἀναντίας q; Græce vocant, aliae prodeūt, & longe efficiūt plures. Sed faciēdū mihi est, vt de vtrisq; separatim planius agam, & primū de his, q; se solā dicūt distentionē sentire: quo in facilioribus cognitu exercitati, facilius difficiliora assequamur. Vbi tacetus ab arteria obiecta ferit, cū alia, q; ante memoriai sentimus, tū tēpus, qd̄ motu producitur. Inde, quando alter incepit motus, aliud nos tempus deprehendimus inter exitū prioris motus, atq; alterius principiū: vt duorū sit tēporū in pulsū absoluto cognitione: prioris, qd̄ motus est, quē & iectū, & distentionē appellant: sēcūdi, "quod q̄tis est, qd̄ & interuallū, contractionemq; vocant. Fiat aūt ex prioris temporis quantitate aut celer, aut tardus, aut inter eos medius pulsus: ex quan-

D titate alterius tēporis creber, aut horū medius. Vt sit celer pulsus, q; cū modico tpe arteria distractur, fit: creber, qui, quando paruo interposito interuallo: tardus, cū longo tempore arteria distendit: rarus, cum interposito longo interuallo: medius velocis, & tardi, qui, cum moderato tempore distendit arteria, fiat: medius crebri, & rari, qui fit, cum moderato interposito tempore arteria distendit. Siue distendit, siue dilatatur, siue attollitur, siue mouetur, dicamus, nihil interesse puto. Liquet igitur, qui creber sit pulsus illis, & quemadmodum a veloci distet: tum qui rarus, quaq; ratione a tardo discrepet. Comparato aūt iectus tempore cū tempore q̄tis, gignitur rhythmus, quæ proportio temporis est iectus ad tempus q̄tis. Huius etiam admonuimus, nihil apud hos differre iectum vel distentionem, vel motum dicere: nec quietem, vel interuallum, vel contractionem. Et iero etiam pro hoc, proportionem temporis distentionis ad contractionis tempus rhythmum esse, quidam, ordinem dixerunt, alij conuenientiam duorum esse temporum inter se, iectus cum interualli. Hæc sunt, quæ priores tradunt.

De altera secca, quæ contractionem se dicit sentire.

C A P. 8

T Ranscamus iam ad eos, qui contractionem sentire se dicitat, qui tarditatem quidem & celeritatem non aliter, atq; illi, in distentionis ponut tempore, & in contractionis ēt: crebritatem.

DE DIFFER. PVLSVVM

tem vero, & raritatem, rhythmumq; non ēt perinde ac illi, cæterum crebritatem atq; raritatē in vtraq; quiete: rhythmum in distentionis tpe vna cum tempore insequentis eam quietis, ad tps collato contractionis simul cum tpe excipientis eam quietis. Nonnunquam solius distentionis tempus cum solius comparantes tempore contractionis, rhythmum ita dicunt gigni. Ac de crebritate quidam ex his, vt diximus, senserunt. Aliqui non aliter, ac priores, in distentionis tempore celeritatem generari, & tarditatem confirmauerunt: in toto reliquo conflato ex binis quietibus, & contractione crebritatem, & tarditatem aiunt consistere. Sūt ēt, qui rhythmum, æque ac priores, in temporis distentionis proportione ad oē reliquum non dubitent constituere. Verum inter eos tñ non conuenit in sentiēda omni distentione uel contractione, sed quidā oēm sentiri vtranq; aiunt, alij nec primas distentiones, nec contractions extremas. Tum ēt de nominibus cōtendunt inter se. Quare, ne quam nos rē prætereamus, nec in rebus fruiolis immoremū diutius, qđ verū est, & cōducibile, exponamus. Nomina ponere his p̄termittamus, q de ijs laborat, & artis vera negligūt opera, nec distentionis primas partes, nec cōtractionis postremas sentire valentib. Quantū aut̄ vtriusq; sentiat, & quamobrem, in libris De pulsibus dignoscēdis ostēdimus. Est vero vtile medico, qđ sensu occurrit: itaq; distentionis tps, vel cōtractionis sēsibile necesse hēt cognoscere. Quo fit, vt quietē, q̄ vocant superā, q fm distentionē cōtractionē p̄cedit, quāta sit ta-
ctu queas ad vnguē asseq: inferā nō itē plane, q vtrinq; sibi asciscat partes: ad initium, cōtractionis extremitatē, ad finē, principiū distentionis. Recordari porrò horū tēporū oportet naturalem cuius que magnitudinē, & mutuam proportionē. † Præterea cognoscendi req̄rīt facultas } in morbo quātū immutentur: & qd quæq; significare mutatio soleat. † De quib. alio nos loco differuimus.

^{† Alias ex an-}
^{tiquis, ut co-}
^{gnosci possit.}

^{† Hec erat in}
^{codicib. gra-}
^{eis, qđ & ex}
^{causa inuen-}
^{tione & ex}
^{longa experiē}
^{tia sumitur.}

De differentijs quietis & rhythmi.

C A P. 9.

A. l. 1. f. 2. d.
3. c. 1. f. 47. d
A. ibidem. c

Nunc, simulatq; duorum generum, de quibus iam verba fecimus, differentias tum quietis, tum rhythmi adiecerimus, ad ea, quæ sequuntur, transibimus. In genere "quietis arteriae, tres puluum differentiæ consistunt, rarus, creber, mediūs: quorum paulo ante definitiones docuimus. At generis rhythmī, non est perinde absolute explicare, quæ sint differentiæ: cæterum "præ oībus pulsum oēm obtinere modulum quendam, quem rhythmum Craci appellant, est ostendendum ne deceptus quis pulsuum, qui ἀσθετικοὶ appellantur, nomine, adducatur, ut omni esse orbatos rhythmō eos pulsus falso existimet. Nam, vt ἀπεργία homo, atq; citharœdiis ἀρρενώς, ita ēt, ἀσθετικοὶ, pulsus vocatur: uitium enim natuī rhythmī, non absolutam abolitionem significat. Atq; contrarius est arhythmo, non enrythmus (si quidem oīs in aliquo est rhythmō pulsus) sed ille, qui enrythmus vocatur. Vtriusq; porrò horū, arhythmi, dico, & enrythmi, enrythmus pulsus com-
mune est genus. Atq; enrythmus quidem vñus, & indiuisus manet: arhythmi tres sunt oēs diffe-
rentiæ, pararhythmus, heterorhythmus, ecrythmus. Qualis uero quisq; sit, exēplo disces. Suus est cuiq; etati naturalis pulsus: qui iam de his rhythmum seruat, enrythmus vocatur: qui labefactat, arhythmus. Atq; labefactans, interim rhythmū uicinæ etatis mutuatur, qui pararhythmus: interim cuiusvis alterius, ac heterorhythmus hic appellatur, at, qui rhythmum prouersus nullius etatis retinet, hic ecrythmus. Idem de naturis, ac anni temporibus, & locis, oībusq; alijs statuendū. Suus est. n. cuiq; horum certus quidam rhythmus: qui cum corrumpitur, arhythmuū tum intel-
liges, & quas eius diximus differentias esse. Iam* vero inter oēs rhythmī hi pari proportione, illi impari constant: pari, vbi distentionis tps æquet tempus contractionis: impari, si alteruter eorum excedat. Id quod modo certis, modo in certis fit excessibus: certis bifariam, aut multiplici proportione, aut vt numeri ad numerum, qui ἐπιμορφιοὶ, quasi superpartialis, appellatur: proportio quidem multiplex est, dupla, uel tripla, vel quadrupla, vel aliqua insequentium: ut numeri ad numerum, cum, quanta sunt duo distentionis tempora, tanta sint contractionis tpa, v. vel vij. vel ix. uel xi: incertis, in uniuersum tripliciter: nam, aut distentionis est tps incertum, aut contractionis, aut vtrunq;. Sigillatim quodq; horū interdum paululum amplificata hēt incerta tempora, siue plura H sint, siue vnum primum: interdum plus: est, cum plurimum. Atqui tempus primum, planum est non natura ipsa esse, sed sensu accipiendum: sic etenim apud musicos ēt fit. Hēc quidem sufficiunt in præsentiarum de rhythmīs. Nam, ex hoc pulsuum genere quid fieri possit, & conducat, aut nō possit, & inutile sit, in libris de his dignoscendis, & in libris de præfagiendo dicemus.

De æqualitate, & inæqualitate, ordine & ordinis perturbatione.

C A P. 10.

A. ibidem. f

Porrò ad genera iam reliqua duo transeamus: alterum, in "quo æqualitatem spectamus & in æqualitatem: alterum, in quo ordinem, & ordinis perturbationē. Atq; "æqualitas, & inæqualitas tum in uno pulsū fiunt, tum in pluribus: ordo, & perturbatio ordinis in pluribus duntaxat. Sed enim, q̄ difficilis est in uno pulsū, neq; facile animaduertitur inæqualitas, primo loco de ea dicamus, quæ ex multis pulsibus constat: simulq; de ordine, & ordinis perturbatione explicemus, quando finitum est hoc genus, & affine: mox ad inæqualitatem nos in uno pulsū referamus, demusq; operam, vt omnes eius differentias recēseamus. Ergo, quæ pluribus in pulsib. æqualitas atq; inæqualitas animaduertuntur, quas collectiūas vocitāt, in comparatione omniū differētiarum æstimantur primi pulsū cum reliquorum differentijs. Nā spares si oīno maneāt, æqualis absolute

A. ibidem. d
A. ibi. c. 2. h

A. ibidem. b

LIBER PRIMVS.

46

A absolute is pulsus vocatur: si oīno impares, inæqualis absolute. Quæ si in una sint vel plurib. pares, & in una uel plurib. impares: quatenus pares sunt, hactenus pulsus æqualis appellabitur: quatenus impares, hactenus inæqualis. Nam absolute æqualem pulsum dicas & inæqualē, an aliquo in genere multum refert; q; absolute æqualis, neq; magnitudinem, neq; uelocitatem, neq; aliud hēt impar quicquam. Ille uero, q; in aliquo, cum illius vult nomine dici, magnitudine æqualis, celeritate æqualis, vehementia, & alio quoquomodo: itidem inæqualis aut magnitudine, aut velocitate, aut alio quopiam. Nonnunquam duobus horum, uel trib. vel plurib. vel oībus sāpe simul, cum absolute æquales, uel inæquales uocantur. Habis equalem & inæqualem. Ordinatus "uero & inordinatus, diuisa inæqualitate in paritatem circuitum, & in absolutam imparitatem, in utroq; membro generantur: in circuitum paritate ordinatus: in absoluta imparitate, inordinatus. Itaq; vniuersum repetemus, ut obscuri ne qd nos fugiat. Sint oēs unius pulsus dījs, insequētūm dījs oī in genere pares, absolute æqualis hic appellabitur. Contra oēs sint oīb. impares, inæqualis absolute ille. Age sint aliqua, vel aliquæ pares, & aliqua uel aliquæ impares: in aliqua pulsus, uel aliquib. æqualis erit, in aliqua uel aliquib. inæqualis. Qui" absolute est æqualis, aut una dīa pluribus ve nō recipit partitionem. Qui aīt absolute inæqualis est, hunc p unam, uel plures species diuidē

B tes, circuitum paritate, & imparitate ordinatum reperiemus, & inordinatum, uel absolute: vel plurib. in dījs, vel in una. Ac paritatem circuitum puto iam clarum esse, ab sese sequētib. distin-gui paritatibus. Ceterum, ne quid oīo desideret, addam hoc ēt, atq; exempli gratia proponam vnum pulsus in magnitudine genus. Sint primus pulsus, & secundus, & tertius magnitudine pares: contra sit in sequentib. quartus impar: eum pulsum liquet magnitudine inæqualem esse: ec-quid tñ inordinatus sit, nondum clarum est: sed alij sunt quatuor expectandi: vbi, si tres illi alteri mutuo sint inter se, & illis prioris circuitus pares, ac mox quarto quartus, ordinatus eiusmodi dī pulsus magnitudine: siquidē æque primos duos circuitus, sequentesq; retineat pares oēs. Quòd si non oēs alterius circuitus, primi circuitus pulsib. sint pares, ibi pulsus iam dī inordinatus in magnitudine. Eadem est rō in celeritate, crebritate, ceterisq; dījs. Aliqñ pulsuum duo uel tres circuitus oīno inter se sunt impares, proximi non item, eum pulsuum in confessu est non appellandū esse absolute ordinatum, non tamen inordinatum absolute: sed, ecquis ex ordinatis circulatim fit adauertendum est. Est, cū tres uel quatuor inter se circuitus sint impares, & inferiores obtineat pportione pares. Quare, si fiat, ut quartus primo, & quintus secundo, & sextus tertio, vndequaq; adæquetur, solemus hunc pulsus ordinatum per circuitus appellare, q; quidem inter eos mediū

C q; absolute ordinati uocantur, & inordinati intercedit: nam uterq; hic contrarij expers est, ordinatus perturbationis ordinis, inordinatus ordinis. At p circuitus, q; ordinatus est, alijq; ordinis partem, aliquam ēt perturbationis ordinis hēt: ordinis, quatenus in oīb. est circuitib. ordo: perturbationis ordinis, quatenus hæc in singulis illis inest. Siquidem, q; absolute est ordinatus, pares sortitus est circuitus oēs: qui circulatim ordinatus est, non oēs æquales, sed certos. E diuerso inordinatus absolute, nec hēt oēs deinceps pares circuitus. neq; certos: circulatim vero ordinatus ambo hæc non hēt, alterum hēt. Ita utriusq; mediū fit, ordinati & inordinati, atq; illud utriusq; cōe hēt hoc non hēt. Dicas ēt absolute ordinatos eiuscemodi pulsus, si singulos circuitus, q; certo sunt numero in sequentib. pares, in unum cogas vniuersos magnum circulum. Quāta uero, & qualis fiat varietas, & concurfio circuitum ex diuersis numeris constantium, facile q; s, maxime qui febrīū circuitus complicare mutuo est exercitatus, animaduertet. Quare nihil est, quòd latius ēt eorum differentias persequamur: sed ad differentias veniendum est inæqualitatis: declarandæq; primum collectiua, deinde unius pulsus, inæqualitates

De collectiua inæqualitatis differentijs: ac primo de æqualibus inæqualitatibus. CAP. II.

D **C**ollectiua" quidē inæqualitates, quæ in aceruo, uti diximus, plurium pulsuum constat, primā hēt differentiam, qua interim æqualiter, interim inæqualiter fiunt. Neq; admirationis habet quicquam, q; æqualem quandam vocamus inæqualitatem: cum id usi veniat non pulsibus modo, sed & alijs prope omnibus, quæ pristinam naturam immutantia, siue magnitudine, siue qualitate, æqualia capiunt incrementa, vel inæqualia. Nam quatenus æqualitatem commutant, vocantur inæqualia: sed, quatenus æquam semper mutationem assequuntur, æqualiter dicuntur mutationi: sed uero, q; nec pristino constant statu, nec accipiunt parem mutationem, hæc semel inæqualia vocantur. Ergo id ipsum pulsib. accidit, seu paulatim perdatur & æqualiter ipsorum æqualitas, seu affatim & aceruatim. Ac in uno id genere, exempli grā, plantum fiat: sit primo pulsū secundus paulo minor, & tertius tanto secundo, & verum etiam quartus tertio pari modo, idq; ad plures usque deinceps perueniat, hos pulsus Græci + μενούσιοντας" vocant & μενούγον, hos est mutilos & quasi decurtatos } a figuris nomen quæ in acutum terminant, mutuātes. Iam, qui ex ijs perpetuo dimi-nuuntur, nec minui desistunt, ad quietem prorsus recidunt, & deniq; motu, deficiuntur, quos uocant Deficientes decurtatos. At, qui desinunt, duplii sunt differentia: quidam, in qua primum paruitate diminui desuerunt, hanc seruant constantissime: alij de integro augentur, quos appellant recipros decurtatos. Quorum quidē ipsorum quidam ad parem pristinę reuertūt magnitudinem,

Quarta Classis.

cccc tuinem,

A. ibi.c. & f.
2. t. 2. 1. pa.
can. f. 570.
col. 2. d

A. ibidem.e

A. ibi.c. 2. h

A. l. 1. f. 2. d
3. c. 3. f. 48.

DE DIFFER. PVLSVVM

tudinem, aliqui ad minorem: ac nonnulli: quib. ante excessibus sunt imminuti, his augētur rursus: E
alij minoribus vel maiorib. accessionibus vtuntur. Tot inæqualitatum sunt equeales differentiae.
De inæqualium inæqualitatum differentijs.

CAP. 12.

A. ibi. c. 2. k

Inæqualiū inæqualitatū qdā nullā prorsus æqualitatē retinet, aliquæ retinēt ad tres vsq; uel qua tuor uel quinq; pulsus, sed postea amittunt. In quoru inest vtrisq; vel ordo, vel perturbatio ordinis: ordo, si circuit' seruet aliquos pares: perturbatio ordinis, si & hos quoq; violent. Atq; hi qdē & ipsi motib. frequenter deficiuntur, ut illi, q. æqualiter agitantur: ceterū ill'os decurtatos deficiens, appellamus, hos inæquales deficiētes: Nā i magnitudinis, & paruitatis inæqualitate admodū medicis est decurta: nomē usitatū: at in uehemētria inæqualitate & remissionis, alijsq; gñib. non ita iā celebre ē. Nihilomin' cadē rerū est i quoq; gñe cōueniētia; nā aut æqualiter æqualitatē, aut inæqualiter corrūpt. Et ceteras hñt qdē singulares easdē dñias, sed eas sine noīe plerasq; nā extra intercurrētē & intermittētē ali' nomē, ppriū hēt null'. Quoru intercurrēs ex sola inæqualitate ē crebitatis: intermittēs vero ex inæqualitate cōstat raritatis, atq; paruitatis, alio atq; alio utrobiq; mō: in raritatis inæqualitate, q. qes sit lōgissime pducta, in paruitatis, q. distētio minimū sit dilatata: uel potius ex pulsuū paruitatib. deficiētes cōstāt: intermittētes ex raritatis. Iā pulsib. ītermittētib. affines sunt, q. reciprocī deficiētes vocātur, vbi duoruū spatium, uel triū, uel plurimum ēt pulsuū F motu oīno arteria nō cieri uisa, iterū agitari incipiat. Atq; hē sūt collectiū inæqualitatis species.

De inæqualitate in uno pulsu secundum motionis genus in una parte. CAP. 13.

R Eliquiū iā est, ut de inæqualitatibus dicamus vnius pulsus dñis: estq; eadem ēt hic rō in singulis generib. & uniuersis. Hñc. n. absolute æqualē appellamus, illū absolute inæqualē, alium p quoq; genere, in quo perdi paritatē contingit. Igitur explicemus primo loco generis motus dñias nā ad hoc si exercitati simus, nullo iā negocio percipiāmus reliqua. Ac inæqualitatis motus duæ constituendæ primæ dñiae sunt: vna in una arteriæ parte gignitur, in pluribus altera. Quarum iterum pōt utraq; in plures distribui: quas sanè par sit oēs recensere: auspicabimurq; ab ea, quæ unā partem tenet, sed non eodem tpe: qui. n. vna eademq; pars uno, & eodem tpe non moueri simili ter uideatur? Ceterum temporibus distinctis motus eiusdem partis sēpenumero uī non idē: cum initio tardior, postremo celerior sit: & contra, initio celerior, tandem tardior. Quæ certe admodū frequens inæqualitas, saepq; in pulsib. inuenitur: multaque denotare consuevit, ut alio loco tradimus. Nūc iam singulas eius dñias ob oculos ponemus. Sunt autē tres primæ, modo, cum quies interpellat partis motum: modo, cum continuus ille appetat, non paris tamen uelocitatis: non nunquam, cum recurrit. At haec habent alias singulæ.

De prima differentia inæqualitatis in uno pulsu secundum motus rationem. CAP. 14.

G

DE prima ergo, quæ primo loco est commemorata, agamus: in qua fit, ut a quiete motu interpellentur. Nouem in hac dñiq; pulsuū inueniūtur, q. hoc pacto fiunt. Sit prior motus celer alter trifariam conuertatur, fiatq; vel celer, uel tardus, vel moderatus. Hic tres dñiq; pulsuū emergunt. Rursus alteræ tres, ubi prior manet tardus, & trifariam secundus uariat. Alię item tres, si permaneat moderatus primus, uarietur autem tribus secundus modis.

T A B E L L A

Motus	Quies	Motus	Motus	Quies	Motus	Motus	Quies	Motus
1 Celer		Celer	4 Tardus		Tardus	7 Moderatus		Moderatus
2 Celer		Tardus	5 Tardus		Celer	8 Moderatus		Celer
3 Celer		Moderatus	6 Tardus		Moderatus	9 Moderatus		Tardus

De secunda differentia inæqualitatis in uno pulsu secundum motum. CAP. 15. H

ATUERO inter non intermittētes distētione inæquales motu pulsus, sed perpetuā hñtes, nulla intercisam quiete, inæqualitatē, quidam uelociter motu exordiētes, tarditate finiunt: alij contra cardi sunt initio, celeres semper magis, ac magis euadunt: idq; horum vtriq; hñt, aut æquāliter, aut inæqualiter: nam superius, quēadmodum inæqualitas qdā æqualis fiat, demonstratū est. Illorū ergo, q. motu æqualiter minuūt, vel augēt, qdā ab extrema tarditate ad moderatū motu perueniūt: qdā à moderato motu ad ultimā tarditatem. Alij a prima celeritate ad tarditatē extremā deratū motū; non nulli ab hac ad summā celeritatē: Sunt pterea, q. utrinq; a moderato motu paululū deflectūt, hiq; bifariā: modo, n. celeriores, modo tardiores fiunt, vt sex sint earum cunctæ dñiae, tametsi ex cogitari plures possunt: verū nos, q. aduertuntur, referamus. Neq; n. qui ab extrema tarditate ad extremam perueniret celeritatem, q. quidē de ijs esset, qui æqualem hñt inæqualitatē, pulsum inuenimus ullū: nec itē, q. ad tardissimū motum ex uelocissimo. Verum, qui uariant inæqualiter, in ijs illud, raro tñ, accidit: non etenim quēlibet affectū tanta pōt mutatio consequi, ut tardissime initio agirata arteria, ad extremam deniq; celeritatē pueriat: aut primo cōcitata celerrime, ad sum-

+ Alter admo
deratū motū;
non nulli ab
hoc, ad sum-
mam &c.

mam

LIBER PRIMVS.

50

Anam transeat tarditatem. Quod cum sit, mutatio tum non potest non esse inæqualis; eaq; cōfertim magnis mutationib. & non pedentem sit, veluti exiliente arteria, cum ex tarditate demigrat in celeritatem. Itidem, ut si uinciat & constringatur à quopiam, comprimaturq; ubi ex celeri motu in tarditatem subito, mediocritate, q̄ intercedit, superata transit. Qui ergo affectus sint, & q̄ causæ horum, atq; quo tandem hi deueniant pulsus, illic dicemus, vbi ēt de alijs omnibus uel causas, vel quid nunciare solent, commentabimur: nunc duntaxat differentias persequemur.

Differentiæ pulsuū, una in parte inæqualiter inæqualium.

CAP. 16.

Poste aquam iam inæqualium una in parte pulsuū abunde diximus, vbi moliunt æqualem inæqualitatem, sex numero esse dīas: nec ullū nos de ijs inuenisse, nec à tardissimo motu ad velocissimum, neq; ab hoc deuenisse ad tardissimum: de illis nūc, q̄ inæquali in mutatione sunt, uerba faciamus: quorum interim duæ, tres interim dīæ motus manifeste apparēt. Nos quartam p̄terea aliquā, sed obscure animaduertimus: Possit, si quis diu uersetur in hac re, studiumq; nauet aſfiduum, & exerceat tactum, cognoscere clare uel quatuor. Sed de his nunc, quæ manifeste tū nobis, tum ijs, qui artem optime De pulsib. coluerunt, apparuerunt frequenter, sermo erit: ubi dīas motus arteriæ, duas sensibiles, vel tres efficit. Nam, duę si sint, sex erunt formæ concursuū: si tres quatuor & viginti. Quid aut, cū in utroq; disparium motuum insint tres pulsus, velox, tardus, moderatus, ex concursionibus eorum non nouem dicamus, sed sex prodire dīas: hac ratione intelliges, si noueris, qui eundem bis deinceps pulsum ponat, nulla intercedente quiete fieri, vnum eū totum æqualem pulsum effecturum. Itaq; de nouem commissuris tres detrahuntur, in quibus nō inæqualis iam pulsus, sed redditur equalis, vel celer, vel tardus, vel moderatus: id quod est ex tabella apertum. Nam secundus in ea, & quartus, & nonus sunt æquales: celer secundus, tardus quartus, nonus moderatus. Quod si qua est horum ipsorum mutua inter se diuersitas, inter celerem & celerem: inter tardum, & tardum, id in p̄ntia p̄tereat, nimirum enim maiorem obscuritatē afferret. Verum quasi ijdem sint atque inter se pares, nostra oratio hæc instituatur.

T A B E L L A

C	1 Celer		Tardus
	2 Celer		Celer
	3 Celer		Moderatus
	4 Tardus	∴	Tardus
	5 Tardus		Celer
	6 Tardus		Moderatus
	7 Moderatus	∴	Tardus
	8 Moderatus		Celer
	9 Moderatus		Moderatus

Eadem ratione, si tribus positis inter se disparibus motibus, in singulis ijs ternos pulsus commutatos committas, viginti septem numero formæ erunt: ex quibus tres necesse est, in æqualitatem recidant. Estque id etiam ipsum ex tabella planum.

T A B E L L A

D	1 Celer	Celer	Tardus
	2 Celer	Celer	Celer
	3 Celer	Celer	Moderatus
	4 Celer	Tardus	Celer
	5 Celer	Tardus	Celer
	6 Celer	Tardus	Moderatus
	7 Celer	Moderatus	Tardus
	8 Celer	Moderatus	Celer
	9 Celer	Moderatus	Moderatus
	10 Tardus	Celer	Tardus
	11 Tardus	Celer	Celer
	12 Tardus	Celer	Moderatus
	13 Tardus	Tardus	Tardus
	14 Tardus	Tardus	Celer
	15 Tardus	Tardus	Moderatus

Quarta Classis.

gggg	2	16 Tardus
------	---	-----------

DE DIFFER. PVLSVVM.

16	Tardus	Moderatus	Tardus
17	Tardus	Moderatus	Celer
18	Tardus	Moderatus	Moderatus
19	Moderatus	Celer	Tardus
20	Moderatus	Celer	Celer
21	Moderatus	Celer	Moderatus
22	Moderatus	Tardus	Tardus
23	Moderatus	Tardus	Celer
24	Moderatus	Tardus	Moderatus
25	Moderatus	Moderatus	Tardus
26	Moderatus	Moderatus	Celer
27	Moderatus	Moderatus	Moderatus

Itaq; tres in his sunt æquales, secundus in tabella, & tertius decimus, & vigesimus septimus. Celer quidem secundus est, tardus tertius decimus, medius vltimus. Et iā alij duodecim pulsus in primā tabellā transiunt. Nā primo primæ tabellæ, duo sient similes, primus ac quartus alterius tabellæ, hic tarditatis plus, ille celeritatis habens: & tertio, tertius & nonus, ille plus obtinēs celeritatis, hic mediocritatis: Quinto, vndecim' & quartus decimus, ille maiore celeritate, hic tarditate p̄ditus: Sexto, decimus quintus, atq; decimus octauus, hic plus habens mediocritatis, ille tarditatis. Septimo, vigesimus alter & vigesimus quintus, hic mediocritate, ille tarditate excellēs. Reliqui defdā tabella duo, octauo sunt primæ tabellæ similes, vigesimus & vigesimus sextus, hic mediocritate prestans, ille celeritate. Atq; controuersia hic fuerit, q; aliqui, si duo tñ diuerſi in distentione motus sint, tales in priorem tabellam pulsus oēs referant: alij magnitudinum ēt rationem ducant: itaq; illi si pares sint, tales in priore ponant, sed, si alter duplus sit, in altera. Equidem, si magnopere ducerem ad rem pertinere, hāc pugnam, darem operam, vt dirimerē, verum qñ tñ satis est de clarasse, interim alterum motum maiore spatio ferri, interim alterū, vel ēt vtrūque ex æquo: hoc qui meminerit (vt posthac, quid solet significare, quisq; addiscat) locet in vtralibet tabella prædictos pulsus licet. Nam duodecim alterius tabellæ reliquos, qui prorsus sunt inæquales, nihil cum illis prioris tabellæ cōsentire clarissimū est, in quibus ipsa est inæqualitas adscripta: nō quin alij illi duodecim, q; conueniunt cū prima tabella, inæquales sint: sunt enim: ceterum, q; in ternis hi differentijs motuum aperta inæqualitate sint prædicti, cum in binis differentijs eam habeant alij. Sunt aut, si ordine à primo numeres, quintus, sextus, septimus, octauus, decimus, duodecimus, decimus sextus, decimus septimus, decimus nonus, vigesimus primus, vigesimus tertius, vigesimus quartus.

De tertia differentia pulsuum in una parte inæqualium.

C A P. 17.

Hec ego de his esse satis puto. Siquidē ad reliquā iā & tertīā pulsū vna in parte inæqualiū dñiam redibimus, quos vt vnu Archigenes describit, vocatq; Dicrotum. Sunt vero plures. Quot aut̄ sint, & quales, paulo post explicabimus, si expenderimus prius, de illis ne sint, qui ex arteriæ vna distentione constant, an duo sint continentis impares pulsus. Sed id difficile sanè adjudicandum est, ni ad vnguē, qui pulsus hic sit, teneamus, quem Archigenes dicrotum appellavit. Nā in ijs esse, eū, qui iterū tactū feriunt, planè liquet. Atq; intermittētes in uno iētu obtinent idipsum. Et, si solū q; iētu attēdens, duos pulsus censeat esse eum, q; bis feriat, in manifesto errore est: nā q; in una distentione intermittunt, quamq; iterū feriunt, nō dixeris dnos pulsus esse: manifeste etenim in illis destitutus motus cōtinuitate, quiete interrūpitur media: Dicrotorū genus non itē: sed, simulatq; oēm distentionē efficit, se paulisper subducit, ac mox pulsat iterum: ut intermissione quies media iētus intercipiat: dicroti, cōtractio, vel cōgressus, uel redditus, vel ut libet appellare. Idcirco qdā duos pulsus esse dicrotū, nō vnum autumāt. Hoc affirmabunt illi potissimū, q; arteriæ cōtractionē nō aiaduertunt, sed ex iētu aiunt pulsū, & interuallo constare. Ide. n. ab arteriæ primo occurſu fieri breuē quietē contēdunt, sub quā alterū occurſum, atq; crebritatē dicent eū pulsū inæqualē esse. Nā, qui impar hñt, quod iētus diuidit, interuallū, hos crebritate inæquales vocant, vt dicemus paulo inferius. Quin nnnic ēt, q; distabunt, vel horum sūnā ab intermissionib; in una distentione pulsus dicroti, faciemus, vt demonstremus: &, qd̄ ponunt illi, contractionē non posse sentiri, dabimus: nā, vt hoc concedatur, quin arteria ab interuallis non videat se effere paribus, non negaueris certe. Iam in intermittētibus hoc p̄spicuū planē est: etenim inferte arteria non nunq; auspicata motū, mox, simulatq; destiterit moueri, initū iterum facit alterius motus, vbi prior desit. Dicroti vero, nō ita pulsant, sed manifeste ex altiore profunditate, & interuallo maiore motus prior vñ cieri, atq; indidem continenter alter. Hāc ergo ab istis assensionem ex pressimus, non esse perinde in una distentione pulsū intermittere, ac bis, vt dicrotus facit, ferire. At induci illi tamē inuiti, ut in uno iētu inæquales appellant dicrotos, nō possunt. Descendent enim

A. I. 1. f. 2. d.
3. c. 3. f. 48. c

LIBER PRIMVS.

51

A enim binorum i^ctuum sentiri aperte, nec magnitudinem partem, nec tempus, immo nec robur q^d dem. Et paucō t^e pe dicēt sūm excipere priorem. Atq; admittent inæqualem illi quidem esse hunc pulsū, non vno in i^ctu tamē: sed dīas huic inæqualitatis, crebritatis, & paruitatis, & contētionis accommodabunt. Qui contractionem aut̄ sentiunt, descilcere hi manifesta collectiua, quam vocant, inæqualitate dicrotum animaduertunt. Nam ista res instar hēt geminorum ad incudē mallei i^ctuum, cum ex multo interuallo prior incutitur, valideq; pulsat, secundus porrō, cum quasi resultat ab incude malleus, non ita multum, reciditq; in eam non ita, ut antea, valenter & breui in interuallo. Ex eodem "genere sunt dicroti: nam arteria in occurſu quasi repellitur, mox que redit. Quod aut̄ p̄ cæteris pulsuum dicrotorum clarissime naturam doceat, & à collectiua inæqualitate sciungat, genus est recessus. Neq; n. tum arteria contrahitur, sed, quasi concuteretur, decidit: cui delapsum a primæ distensionis termino nulla dirimit manifesta quies, ut animaduertitur in contractione: sed simulatq; attolli destitit, recedit: atq; illa paulisper uibrata, mox occurrit iterum: id quod ēt vi tractis ramis, inde dimissis, accidit: qui quidem contendunt ad pristinum locum, vbi nō statim cōsistunt tamē, sed eodem, vnde abierunt, reuertunt. Neq; uero æquum summunt, ac antea, interuallū, sed lōge minus: iterū q; ab hoc termino ad propriam sedem se conferūt: iterūq; recedit & redeūt, & tertio, & quarto, & s̄epius: dum redditū paulatim imminuēdo, ad absolutā aliquā euadant quietem. Tale ēt qd in dicrotis pulsib. motui arteriæ vsu venit. Ego itaq; non iā semel uidi reuertisse, sed iterum aliquā. Et breuiter vibrari oīno motū oportet pulsus dicroti, vt in ipso primo i^ctu ueluti euecta, atq; ex vniuerso loco arteria demigrans potius afferatur, q̄ distendatur: hu iuscemodi. n. sunt vibrati. Quod illis, vbi cū ui aliqua accidit, partes arteriæ aliter atq; aliter mouētur: vt verbi grā, prima, secūda, tertia, & frequēter quarta, & quinta eius pars attollat, & delabat. Itaq; fit aliquā, vt vno eodemq; tempore hæ partes attolli, decidere illæ, appareat. Quæ forma cū dicrotorum pulsuum sit, dīa in illis oīb. que retulimus, generib. erunt, plenitudinis, duritiae, magnitudinis, vehementie, celeritatis, & contrariorum: tam in ipso primo motu, quām in redditu à distēsū. Nam magnus potest & non magnus, & vehemens, & non uehemens, & celer, & nō celer & aliarum quarumlibet specierum altera esse, etiam vel equalis, vel inæqualis: quæ certe commūtationes multas species constituunt dicrotorum pulsuum. Hæ dicrotorum pulsuum in vna distētione sunt, inæqualitate vnam partem occupante, differentiæ.

De inæqualitate diuersarum partium in una distētione.

CAP. 18.

A. ibidem. c C *I*am ad inæqualitatem diuersarum partium transeamus, eiusq; explicemus oēs dīas, ac primas duas, iuxta quas aut continuus "est motus, aut intercisis aliqua ex parte: alias, singulare ex hārum diuisione genitas. Nā continuus, aut est æqualis, aut inæqualis. Uocuimus. n. qua rōne equa lis fiat, & inæqualis inæqualitas. Aequalis itaq; vel remittatur celeritas, uel increscat a primo modis sex, necesse est; uti paulo ante declarauimus. Inæqualis sunt plures dīa, pro pulsus magnitudine longa, vel breui, uel moderata. Nanq; duobus digitis si motus occurrat, lex differentiæ existēt; si tribus, quatuor & uiginti, si quatuor, septuaginta octo. At, quemadmodum, si occurrat duobus digitis, erunt necessario sex differētia, si tribus, uiginti quatuor, duæ illæ superius delineatæ tabellæ planum faciunt. Iam, quanam ratione, si quatuor ēt, octo, & septuaginta fient, assequeris, si pri perspexeris quatuor rerum quarumlibet, quarum ternas singulæ differentias assecutæ sint, coniugationes necesse esse, numero ut octoginta una sint. Neq; est difficile hoc inuentu, modo noris eorum, quæ tres differentias habent, coniugationes eis viginti leptem. Si iam quartum accedat, cui tres siut differentiæ, unam & octoginta numero ratio postulat esse. Quib. si tres, quæ creant equales pulsus, eripias: reliqui quidem septuaginta octo erunt. Itaq; ex ante descriptis duabus tabellis constat, horum uigintiquatuor quosdam primis sex futuros similes: atq; illorum octo & septuaginta, his uigintiquatuor. Præterea, ut in illis, & item quoque in his due erunt sectæ: ut hi conuenire existiment inter tabellas, illi fecus.

De differentijs motus interrupti.

CAP. 19.

R Estat nunc, ut differentias recenseamus motus interrupti. Erunt aut̄ primē quatuor, quarū singularū complures: atq; quatuor in hunc modum. Aut primus, & tertius digitus motū tentiunt, non secundus aut̄, & quartus: aut primus & tertius, & quartus, at non secundus: aut primus, secundus, quartus, non tertius tñ: aut primus, atq; quartus, secūdus & tertius minime. Cum primus & tertius duntaxat sentiunt, nouenæ in singulis generibus dīe fiunt pulsuum: ubi uero primus & tertius & quartus, uigenē septenæ: totidem, cum primus, secundus & quartus: cum primus, & quartus, nouenæ. At qui singularū apertus est numerus ex iiii rationibusq; ante traditis. Hæc est iam ēt inæqualitatis diuīsio, quæ diuersis in partibus fit. Commiscentur porrō uarijs modis amb̄ inter se primæ differentiæ, ut non iam diuersas tñ partes, uerum ēt singulas teneat inæqualitas: iam uero, si quis unius generis congruas differentias cum alterius confundere uoleat nec id laboris, dum omnes connexuerit, de precabitur, operam non lūserit. Et quidem, censeo, nisi haec obiter, quæ hactenus sunt tradita, percurreris, id nullo te negocio, cōsecuturum. Hac ratio ne inæqualitates motus in una distētione omnes didiceris.

Quarta Classis.

gggg 3

De

DE DIFFER. PVLSVVM

De inæqualitate quantitatis distensionis in diuersis arteriæ partibus.

CAP. 20. E

AT vero inæqualitas quantitatis distensionis, diuersas quidē arteriæ partes occupans, cū aiad-
uertitur crebro, tū p̄cipitur facillime & interrupta & cōtinua, æqualiter & inæqualiter. De
quo genere, q̄ decurtati vocātur, in una distensione sunt: & illi ēt, q̄ ab aliquib. innuētes & circun-
nuētes appellātur. In vna uero arteriæ parte, nō recipiat huius generis inæqualitatem vnu pulsus
q̄ prius, q̄ finem motus attingat, nequaquam liqueat magnitudo: ceterum, quo innotescat, hoc
vnū pulsuū genus requirit finē. Nā vehemētiā, dū mouē arteria, atq; celeritatē, & duritatē, horū-
q; contraria, & media cognoscas: magnitudinis & paruitatis dīam, nisi iam moueri arteria desti-
terit, nō possis. Nam simul, vt destirrit, q̄tus est pulsus, apertū est: antea incertū ēt erat, quousq; mo-
ueretur. Qui fieri igitur potest, ut vna efficiat pars inæqualē in hoc genere pulsū? Qui enim, quo
cognoscatur, quis sit, postulat motus exitum, hic in motu etiamnum quomodo perspiciat?

Inæqualitatis vitalis contentionis differentiæ.

CAP. 21.

INequalitas vero uitalis contentionis eandem distributionem, ac inæqualitas motus, hēt.
Nam aut eandem partem, aut distinctas tenet: eandē trib. modis, aut interrupto motu, aut
perpetuo, aut dicroto: distinctas bifariam, vel continuo motu, vel interciso. Singulorū prēterea
horum generum totidem sunt singulares differentiæ, quot motus. Quin commisceri etiam pos-
tas vna in parte inæqualitates necesse est, ut illas, quę in diuersis fiunt.

De inæqualitate corporis arteriæ.

CAP. 22.

SEd inæqualitas corporis arteriæ, ex qua pulsus, aut mollis, aut durus redditur, in vna quidē nō
spōt parte fieri: in diuersis fieri duobus modis vñ, non aliter, ac inæqualitas motus & contentio-
nis: ut aut continuus motus sit, aut intercisis: Quo fit, vt & dīa huius generis sint eadem, atque
predicē illorum. Verum arteriæ pars una non potest initio esse distensionis mollis, dura in fine:
aut contra primo dura, in exitu mollis. Quare haētenus quidem ab hoc pulsuum genere duritiae
& mollitudinis, duo genera diffident priora motus & contentionis.

De inæqualitate ab insufa materia in cavitatem arterie.

CAP. 23.

POrro pulsuum genus, q̄ efficit insufa materia in arteriæ cavitatē, in quo plenus & vacuus est,
eadem habet q̄ones, ac superius, quod quātitate cōstabat distensionis: videbitur. n. hic quoq;
obtinere diuersas partes posse in uno pullu inæqualitas, eandem non posse. Sed querit genus totū
hoc pulsuum prolixam orationem, neq; est huius loci: in commentarijs de pulsibus dignoscendis
explicabitur. Iam hoc ēt longiore tractatu opus est ad tertiam notionem plenitudinis: cuius cum
alij quidam, tum Archigenes author est. Proinde hoc quoq; in aliud tempus rejicimus. Adhuc ta G
men dictis tantum adjiciamus, inde ad reliqua proficisci amur.

De pulsu caloris qualitatem indicante.

CAP. 24.

A.I.1.f.2.d.
3.c.1.f.47-
b

QVIA euidentius in arteriæ sede febris calor qualis sit, quam si aliam tangas partem, cognosci
tur: ideo quibusdam probatur inter alia hoc ēt genus pulsuū referri, quo caloris noscimus
qualitatem: cuius quidē generis equalitas, & inæqualitas versantur in una distensione: ac inæqua-
litatis erunt differentiæ, prima, tum quæ diuersas partes, tum quæ singulas tenet. Quas iterum si
ex predictis vijs, & rationibus seces, alterè particulares plures.

De inæqualitate sede arteria.

CAP. 25.

ALiud genus est uno in pulsu inæqualitatis, nec vllum dictorum pulsuum amplectitur hoc,
qđ ab sede arteriæ proficiscitur. Siquidem est, cū pars eius dextrorsum, pars deflectatur sini-
strorsum, alia etiam pars sursum, alia deorsum: quod accidit, aut in duobus locis, aut pluribus. Est
autem hoc in speciem finitimum distensionis inæqualitati quantitatis: que, ut sunt distinguenda,
in libris De pulsibus dignoscendis explicatur.

De pulsu undoso, & uermiculante.

CAP. 26.

A.ibid.c.3.
fol.43.b

ALiud item inæqualitatis vnius pulsus genus est, quod uocat "vndosum; qđ quale sit, abūde H
declarat ipsum nomen. Nihil causē est tñ, quin quo res euadat apertior, aliquid & nos dicā-
mus. Non videtur simul arteria in ea inæqualitate distendi vniuersa, sed primo prima pars,
deinde secunda, mox tertia, ab hac quarta: neque id temere tamen, sed cum eleuatione quadam
vndosa, altera vnda semper priorem excipiente. Neq; vero ab interrupto motu, quid hoc genus
absit, vlliū est negotiū deprehendere: nam prioris partis arteriæ distensionem, secundē conse-
quitur, vt interueniat pars à motu libera nulla: verum propemodum quieti similis est vndarum
finis: at non reperias tamen vllam partem prorsus quiescere: nam, que motus connectunt in al-
to ueluti vndosos estus, non illæ quidem prorsus immotæ, sed breuem certe quedam retinent
motum. A vermiculante hic pulsus magnitudine differt. Etenim maximum vndosum si fingas p-
petuo minui, tam pusillum inuenies aliquid redditum, ut, undosus sit, an uermiculans iam,
dubites: neque enim qualitas eos, sed quantitas disiungit. Est utrique tamen quiddam commu-
ne, atq; speciebus eorum omnibus: aliquid etiam proprium utriusque. Commune, unde nomen
uterque inuenit, undoso, exurgere quasi undas in arteria alteram ab altera: uermiculanti, uermis
assimilem esse gressui, quod iplum etiam animal in modum undarum mouetur: ut Democritus
quodam

LIBER PRIMVS.

52

A quodam loco dicit, vbi de ijs verba facit, quæ in modum vndarum progrediuntur. Initium fluctuationis perspicuum est superne semper esse; & ad arteriæ fines terminari. Atq; hoc est cōe. Differētia vero eorum hoc modo speciatim sūt. Quibusdam recta fertur vnda, quibusdam in obliquum deflextit. Quidam ēt breui longitudine habēt insignem altitudinem: sunt contra, q. longiores altitudinem humilem: aliqui latam, nonnulli angustam: alij ēt pari celeritate prædicti, alij secus. Et cōtentioñis ēt hēc vnda plus, illa hēt minus. Interim simul omnium est istarum differentiarum inæqualitas. Sed n. de nulla alia commemoratarū inæqualitatū, id est nomen sortitus, & hēt utrīque hi tum vndosi, tum vermiculantes, vt tales sint ex sola distētionis inæqualitate, quantitatis, ac præterea nulla. Vna. n. hēc inæqualitas, adiūcto sibi, vt partium motus alter anteuertat, alter cunctetur, huiuscemodi pulsus gignit. Quo fit, vt hos constituant, inæquales quantitate in diuersis partibus, & illi, qui nō habent oēs simul partes motas. Attamē hēc inæqualitas, haud dum est sola in uenta, vt prior arteriæ pars præ cæteris videretur moueri: cum aut̄ incidat omnino aliarum cum illa aliqua, quas ante cōmemorauimus, complicata est. Nam, quod dicit Erasistratus, semper priorem moueri prius uideri, sensus non probat: immo uero longe aliud: ille adductus suo dogmate in re aperta mentitur. Sicut alia item multa commenta, multi qui pro placitis propugnant, pro te B statis prodiderunt, quē ne per somnium quidem visa vñquam sunt.

^{+ id sunt nomensortiti.}

De pulsu formicante.

C A P. 27.

A. ibidem.

I Am vero, ut vndoſo "pulsu" succedit vermiculans imminuto, ita formicans vermiculanti, cum motib. amissis multis in unum eumq; prorsus paruum terminet. Quocirca nec inæqualē oīno dicas: quanq; esse ex genere verisimile est inæqualium, sed inæqualitas, vt est parua, fugit. Nomē inuenit hic formicans à similitudine, q. sibi cū animante est formica, vt q. dam volunt, paruitatis: vt alij, speciei motus, vt hic sit nominatus eadē rōne, ac vermiculās & caprizans: cum illi. n. à similitudine motus, quē ipsis cum aīalib. quorum hēt cognomē intercedit, sunt nomen sortiti: tum ipse hic form. cans. Sūt, q. propter utrumq; sic aiūt appellari eum, & q. paruus est, & ob specie mot. Nos de his non contēdemus: at, formicans qualis sit, explicabimus. Est mire paruus, quo haud est minor alius, iuxtaq; languidissimus planè, ac creberimus: non tñ, ut quibusdam uisus est, celer. At in libris de dignoscendis pulsib. hoc demonstrabitur. Nunc, si reliquā partem differentiarū pulsuum in vna distētione inæqualium ad diderimus, ad alios nos conferemus.

De vibrato & conuulsiuo pulsu.

C A P. 28.

A. ibidem. d

C Vpersunt aut̄ vibrati" & conuulsiui, qui hactenus q. dem sunt inter se similes, quod unum locū arteria non tenet, sed sursum agitetur, atq; deorsum, naturali sede deserta. Distant tñ uel hoc ipso, q. non adeo is affectus in conuulsiuos cadat, in uibratos magnopere, & admodum perspicue. iam ēt quatenus ex terminis utrisq; retrahi, contēdiq; & conuelli uidentur conuulsiui, uibrati omni isto uacant. Ad hēc, magna frequenter est uibratis distētio, parua semper conuulsiuis. Et partes arteriæ quædam superiora petere, quædam demitti uno eodem q; tempore aperte in uibratis conspicūtur, conuulsiuis uero id per paucis, & obſcure accidit. Breuiter, sentias ueluti fidem quandam intensam in pulso conuulsiuo, quæ illi res cum nullo alio conuenit, in vibratis nihil tale animaduertas. Maxime. n. iaculis motum eorum, quē magna ui emissa, celeri impetu uibrant assimiles, nam ita crebram illam, & inæqualem concussionem appellant: qua quidem conuulsiui carent. Omnes aut̄ hosce pulsus, q. præter quinq; illa prima genera in una distētione inæquales sunt; duorum accessio horum constituit, quæ sunt, genus inæqualitatis in arteriæ sede, & cum maturius aut serius motum partes auspicantur. Primum quidem horum, illum, qui inæqualis est, q. sedem partium commutet, hoc ipsum solum: cæteros cum hoc, tum aliæ quædam inæqualitatum adiuncte differentiæ primorum quinq; generum. Compositæ enim tam notiones horum, quam generationes sunt, undosi, uermiculantis, uibrati, conuulsiui. Formicans autem inæqualis quidē,

D ut diximus, est: non uidetur tamen.

De pulsu caprizante.

C A P. 29.

A. ibidem. b

ET, qui pulsus caprizans" ab Herophilo est appellatus, est ille de inæqualibus in uno pulsu: cōpositus item est, utriusq; expers, quæ primis quinq; generib. adiuncta erat, inæqualitatis: uerum, ubi motum arteria interpellat quapiam in parte, tum potissime existit, non simpliciter: neq; enim uniuersum hoc genus caprizas est pulsus, ceterum ubi motus a quiete alter celerior primo & vehementior sit. Ei si quidem soli ex similitudine, quam cum animalibus hēt capris, attributū hoc nomē est: quippe quæ hoc modo uidentur salire, quasi geminum quendam motum facientes: q. ubi aliquantulum sese extulerint, & speciem desiti alicubi motus præbuerint, alterum motus nec opinatum impetum capiunt, priori longe citatiorem, ueluti in se ipsas insilentes. Hē qui dcm omnes in una distētione inæqualitates sunt.

De inæqualitate crebritatis, & raritatis, & rhythmi in diuersis pulsibus.

C A P. 30.

NVc de inæqualitate crebritatis, & raritatis, rhythmiq; agemus. Collectiua dicunt tantum esse eiusmodi inæqualitates: ita enim, quæ ex pluribus pulsibus conflatae sunt, appellant, Primum de his dicemus, quæ aceruatim fiunt; deinde ad eas descēdemus, quæ in uno pulsu. Atq;

Quarta Classi.

gggg 4 hic

DE DIFFER. PVLSVVM.

hic vnam exempli gratia sectam de his, quæ de crebitate sunt, quæ scilicet est clarissima, sumamus, quæ ex ictuū censem interuallo, hoc genus pulsuum effici. Vbi ergo omnia ordine æqua sint interualla per omnes pulsus, & qualem hunc dicitant esse: si partim maiora, partim minora, inæqualē nimis ē esse in crebitate & raritate. Rhythmum iam etiam eodem modo ex proportione temporis ictus ad interualli tempus constatē, cū deinceps maneat eadem, & qualem iam dicunt esse: qui primam proportionem si variet, esse inæqualem: quomodo, si interuallorum, quas & quietes vocant, mutentur magnitudines, inæqualitatem crebritatis raritatisq; fieri. Hæc sane recte dicūt: atque ab ista secta proficiscenti ad alias, & qualitatem perspicere licet, & inæqualitatem utriusq; generis: quæ complures, vt diximus complectitur pulsus, quam collectiuam vocitant.

De inæqualitate crebritatis, raritatis, rhythmī, in uno pulsu. CAP. 13.

INæqualitas vero illorum in uno pulsu, quam neglexerunt omnes, nō perinde iam est aperta. Sed vt, præsens lucubratio ne quid desidereret, faciam, hæc etiam, vt quoad eius fieri poterit, clare explicem, sermonis hinc inducto initio. Partes arteriæ aut oēs vna motum exordiuntur, aut pars eārum maturius, pars tardius. Si iam moueri oēs simul coeperint, mox motu minus equis tē poribus, interdū distētionē alteram simul inceperint, duorum generum in uno pulsu inæqualitas erit: quę, qđ fuerit, cognita quidem sit, ut secunda distentio coepit, non tamen in secunda continetur: sicut nec ipse rhythmus, nec genus crebritatis & raritatis: cum & hęc ipsa fiant in uno pulsu, tamen omnino desiderent, quo cognoscantur, secundum: q; quidem ante huius initium, prioris nequeat finis cognosci. Iam incognito fine, nec crebritatē valeas, vel raritatē, uel vero rhythmum assequi. Quare ad inæqualitatem constituendam, quam diximus, nil mirum est, si secundū distentionis principium expectetur. Hac tamen de causa, non est collectiuā nominanda. Scilicet prius, quā altera distentio finiatur, statim in eius principio cognoscitur, vt nec altero nobis pulsu sit, nec tertio, nec reliquis opus. Atq; sic in primo solo fit. Itaque diximus, si uniuersæ simul partes coeperint in prima & secunda distentione moueri, nec habeant par tempus motus, generari duorū generum inæqualitatem: vnam crebritatis & raritatis, imparitate interuallorum: alteram rhythmī, proportionē temporis ictus ad interualli. Tempus. n. partis, quę omnium partium prima motu deficitur, minimum erit: maximum postremē: media, proportionē, inquantum aut a prima, aut à postrema absint. Contra, ac tempora motuum, quietum tempora longiora sunt in illis, quę primē a motu desistunt: in illis, quę postrem æ, breuiora. Quare tps motus, quem habuit pars, quę motum prima desit, minimum, cum maximo tempore quietis eiusdem partis compatur: & ultime tempus, quod maximum erat omnium motus temporum, ad minimum conferatur quietis eiusdem partis. Et ita rhythmus in singulis commutatur, quatenus proportio temporis motus ad quietis tempus non eadem in omnibus manet. Quod vero, si prior distentio ex omnibus simul partibus moueri cäperit, sed non pari in omnibus tempore: deinde altera distentio motum auspicata sit, non vna omnium partium, sed prius quidē eius, quæ prior quieuerat, atque eo prius, quo prius quieuisset: secundo motum eius, quæ secunda, atq; ita deinceps: inæqualitas quidem ita rhythmī fiet, crebritatis & raritatis non item. Nam quies, cum omnibus æqua sit, differentiam in crebrite & raritate efficit nullam: non respondebit tñ motus tempus tempori quietis: si quidem motus non erat omnibus partempus, quietis erat: nec ergo idem omnibus rhythmus. Quod si, cū moueri arteriæ simul omnes partes coeperunt, non item simul omnes alteram distentionem ordiantur, neque priore in terminauerint simul, sed ne quies quidem in omnibus æqua sit, binas in eo uelasse est differentias esse. Nā crebritatis & raritatis in alterutra differentia inæqualitas fit, at non rhythmī tñ necessario: possunt enim omnium partium tempora motus, qetum temporibus respondere: et, si hoc, erit item rhythmus æqualis. Sin autem eadem in omnibus partibus proportio non constet (sanè. n. potest etiam hoc fieri) simul perdetur rhythmus. Iam vero, vbi vna omnes partes moueri coeperint, motæque équo sint tempore, si altere distentio non idem omnes initium partes ordiantur, sed quędam maturius, quędam inceperint serius, non rhythmus iam équalis erit, neq; crebritatis raritatisq; differentia: hanc enim impares quietes inæqualem efficiūt, rhythmū vero, proportionum commutatio, cū équo tempore omnes partes motæ sint, non æquo tamen quieuerint tempore. Tot sunt inæqualitatis utriusque uno in pulsu generis differentię, cum omnes vna partes arteriæ distendi inceperint. At, vbi hęc primo, illa secundo distendi coepit, si oēs simul quieuerint, ac deinde distentionem unā alteram auspicatē sint, inæqualitas in altero tantū genere, necesse est, sit, rhythmī, quando quidem équa omnibus partibus erunt interualla motuum, sic inæqualitas in hoc quidem genere nulla erit. Et, si cū tempore quietis, quod sit par in omnibus partibus, impar tempus conferatur cuiusq; partis motus, diuersis proportionibus cuiuslibet rhythmum partis cōficiet. Quod si alteram distentionem arteria iuxta orsa sit, atque priorē, ut in utraq; distentione eadem pars prior altera, pari in teruallo incipiat, idq; in omnibus partibus sit constans, ac ille una desierint priorem distentionem, non potest non esse in utroque genere inæqualitas. Nam omne tempus, quod est ex motu & interuallo conflatum, omnibus est équabile arteriæ partibus. Sed motuū proportiones, quod totum

A totum corpus in æquas partes non distribuatur, non respondent quietum proportionibus. Etenim partium, quæ moueri primæ cæperint, tempus motus excedet earum tps, quæ tardiores incepient, interualli vero minus erit: contra partes, quæ cæperint posterius, tempus habent motus minus, quietis maius. Quare simul inæqualis rhythmus necessario erit singularum partiū: & quæ tenus tempora interuallorum differunt, etiam crebritatis atq; raritatis cōiungi cū ijs inæqualitatē est necesse. Si vero altera distentio perinde, ac prior fecerat, initium motus partium sit orsa. i. si ea dem vtrobiq; pars incipiat moueri, hæc primo loco, illa posteriore: non sit autem finis prioris distinctionis in omnibus æquus, duæ erunt differentiæ: potest enim, & longe quidē quiescere prius, quæ prior est pars motum auspicata, potest etiam posterius. Nam, si tanto quieuerit prius, quāto cæpit, fiet ita æqualis in vtroque genere pulsus. Sin multo prius, atq; est auspicata, quieuerit, duo rum generū efficiet inæqualem pulsum. At, si, quæ prior cœpit, desistat posterior, duorum generū oīno inæqualitatem creabit, siue multo tardius, siue paulo quieuerit. At vero, si neq; prioris distinctionis initium ex omnibus simul partibus fiat, neq; secundæ, est cum rhythmus possit æqualis esse, & vero etiam crebritatis, & raritatis genus: & si quidem ita motuum tēpora cum quietū temporibus sint partita, vt eadem sit proportio in omnibus, fit æqualis rhythmus: si vero tempora sola paria fuerint quietum, æqualitas erit in altero genere. Sed hæc infrequentia sunt, inæqualitates vero sunt permultæ: nam oīs possunt simul partes a motu cessare, & non simul: ac, cum nō cessant simul, he prius, illæ posterius: iam etiam vel lōge prius, vel longe tardius. At, quæ & quot haç ratione differentiæ fient, ex superioribus inuenias: quo me oportet breuiorem esse. Itaque, si commonuerim, quod institutum erat, esse demonstratum, habere suas etiam vnum pulsum inæqualitates, tum in genere crebritatis, & raritatis, tum in genere rhythmii, finem hic iam primi libri faciam. Nam quæ in vna nos secta, quæ in ictum, & interuallum pulsum partitur, exempli gratia retulimus, nullo negocio ad alias traducamus: possimus enim perinde per omnes etiā illas in generibus his duobus, de quibus modo dixi, inæqualitates pulsus vnius demonstrare.

G A L E N I D E P V L S V V M D I F F E R E N T I I S L I B E R S E C U N D V S

A R G U M E N T U M L I B R I

Continet rationem propriorum, & accommodatorum nominum: ac docet, quantum aberrarit Archigenes in nominibus pulsum, generibus, ac differentijs adhibendis.

Vsus huius libri.

CAP. 1.



On eundem usum hic liber pollicetur, ac primus: sed, quam veratrum rationem habet, vel scammonea, cum pane, & carnibus, eandem, quæ nunc dicimus, cum superioribus habent. Nutrire enim mentes illa sanas, hæc refecare prauas sententias valent, ut morbos quosdam. Tamen, dum errores deguntur simul bene dictis firma fides constituitur. Quare, hanc utilitatem si propositæ disputationi addas, inuenieris compendij non nihil adiunctum.

De nominum usu.

CAP. 2.

Est autem primū mihi cum sophistis sermo de nominibus usurpandis. Græcorū nanq; nos institutum (etenim apud eos alti sumus) tenemus, elaboramusq; vt clarissimis semper nominibus sensum interpretemur. Neq; nos tamen. f. in eos querimur, qui hoc floccippendunt: immo vero, si vel singula voles verba usurpare barbare, modo ut interpretationis lucem ne offendas, nihil laboramus. Nam linguae, qua inter nos cōmētamur, hoc nomine utimur proprietate, quæ mētēm alterius assequamur: atq; ut clarissime quisq; mentem suam potest significare, ita sermone cēsemus eum uti optime. Nostrum id est institutum, modestum sane, & humanum: uerum interpellant sophistæ: qui, sicut mutuo de nominibus cōtendunt, res ipsas negligentes, & iterū nos semper agitant contumelijs, & illudunt, nisi ipsorum uocabulis utamur. Qui si uniuersi unam linguam constituāt, eamq; ut nouam monetam, rogatione ferant, conemur fortassis Græcæ linguę obliuisci, ediscere aut ab istis promulgatā. Quin, ne si barbaram quidem linguam aliquam statuerint utēdam, ut ijs morem ubiq; geram, dubitem discere. Quando uero Græcam nullam integrā linguā, nec ēt semel barbarā, sed confusam quandam ex oībus, quasi Carycam, aut si qua Caryca uaria magis, & absurdior fieri potest, cōponunt: atq; pro suo quisq; uoto partim ex Phænicia, & Syria, partim ex Aegypto & Thracia, aut aliunde contrahunt, inde Græcorum commiscent nominibus, nec ijs sane integris & legitimis, ceterum uarie corruptis: equidem quid agam me hercle nō habeo: qui neq; eas linguas possum ediscere, neq; adducere illos, ut unam addiscant linguam

Græcam:

DE DIFFER. PVLSVVM

Græcam:nec,postquam horum neutrum obtineo ab illis, tertium possum,& quod est vnum reli
quum,ut,in qua sumus lingua educati, hac vt vtamur,permittant. Atq; hoc quidem habet tan-
tum malum vñus vocum.

De Definitionum vñu aduersus Sophistas.

C A P. 3.

Alterum de definitionibus longe hoc est difficilius. Sunt enim, qui ne olus quidam citra de-
finitionem mihi videantur empturi,idq; cum nec per transennam dialecticā viderint:pro-
feruntq; vt tales solent, & in talibus enutriti, ex nominibus aliquod illis præclaris, ex media peti-
tis Syria, uel Cilicia, atq; definiri hoc imperant:id quod non audiuit fortasse quisquā homo Græ-
cus. Hoc si hic, vt peregrinum, & barbarum, ignorat, ille iam ridet, cauillatur, exagitatq; & pue-
rum & adolescentem appellat. Sæpe etiam nomen, qđ in medium adductum est, Græcum qui-
dem est, at non, vt est rei cuiquam assignatum, ita accipiunt miseri Sophistę, moxq; definitionem
poscunt. Hic si quis forte Græcus pro consuetudine Græcorum definiat, tantum abest, ut assen-
tiantur (sane enim tolerabile hoc sit) ut irrideant etiam, & illudant. At uero tertij, qui non in no-
mine iam & significatione, sed in ipsa errant re: cum dialecticæ quispiam peritus, horū definitio-
nes aggreditur aut non plenas, aut superfluas, aut distinctas, aut obscuras, aut prolixas, aut
falsas, aut omnino definitiones non esse, probare: subito tanquam insani, acerbe dialecticā accu-
fiant: ac tum frustra ijs, & cum incōmodo videtur illa in omnibus rebus, artibusq; coli. Quare fre-
quenter hercle obſupui, si, cū rogamus, ne cum definitionibus omnia conentur & docere & di-
scere, illi quidem non adducuntur: Vbi vero definitiones damus, & postea, quantū falluntur, aperi-
mus, ibi nihil conducere aiunt definitiones: neque id uno die aut altero interposito, sed in puncto
temporis (vt est in proverbio) mutata pelle, modo definitionem positi nominis querunt, modo
esse definitiones inutiles confirmant. Quartū iam istorum in hisce rebus peccatum est, quòd non
omnium nesciant esse definitiones: simulq; ut qui id ignorat, definire studeant cuncta, & inter se
altercentur; vociferenturq; ne quicquam de rebus, quæ definitionē non recipiunt. Quintus por-
rò lapsus in definitionibus, quiq; præter cæteros est singularis, ante quām homonymiam expli-
cauerint, vnam faciunt eorum, quæ uaria significant, definitionem: quasi uero non rerum sint, sed
nominum definitiones. Me certe unus aliqñ de his præclaris Sophistis, nihil factum est proprius,
quām ut enecaret. Cum enim in hunc modum posuisset, Quid est plenus pulsus? subieci uariæ si-
gnificationis nomen esse: quare nec definitionem unā habere, nisi distincta homo nymia sit. Nō
dum hæc dixeram, cum ille, nescio, inquit, quid nugeris: satis est mihi, si de te disceo, quid plenus sit
pulsus: dialecticas mihi istas nugas, quæ medicinam contaminant, mitte. At nihil me, inquam,
audiuisti unquā laborare, ut in dialectica definirem. Enim uero id ipsum, inquit, absurdissimū est,
quod neq; definire audetis, & dialecticis nobis nugis non desistitis obſtrepere: sed dic, loquere, re-
ponde, quis plenus est pulsus? Non potest fieri, inquam, prius q; homo nymiam explicauerim.
Hic ille exclamabat: rursusq; homonymiam aiebat, atque immensas nugas adese, quæ medici-
nam labefactassent, ac nos perdidissent. Immo non nos, inquam, sed uos qui definire cuncta
uultis, perdidierunt. Ecce autem, inquit, etiam conuictijs nos incessit. Non magis, inquam,
q; tu me. Ibi ille exilij manus allatus: sed hic hominem, qui aderant, represserunt. Ille, ubi super
be insultasset, discessit. Senex autem quidam de illis, qui adhuc remansissent, barba ad pectus pro-
missa, atque cætera mire tetricus (hæc n. nunc grauitas habetur) tacete, inqt, pueri: absq; tumultu
agite: finite socium nostrum aperire nobis, qđ dicat. Ego hominē intuitus, quid uero, inquam, ro-
gas? Id, inqt, ipsum de quo disputatis, de pleno pulsu. Vis igitur, inquam, non properare nimium,
ut te affequar? tardus enim natura sum, & festinantes non consequor facile. Age, inquit, nihil, p-
perauero. Ergo cōcedes, inquā, mihi, ut exēpli gratia non nihil ex omnibus uobis in cōmuni in-
terrogem? nam, qui ualet, respondeat, licebit. Permittit. Ego, ut hoc dēdīsset, quid est lingua? quæ-
rebam. Mox respondet quidam, instrumentum animalis gustui dicatum. Alter sermoni dicatum **H**
dixit. Tertius quidam, gustui & sermoni attributum. Quos ego respiciens, etiā calcei, inquā, & ti-
biæ lingua, instrumentum est animantis gustui & sermonis dicatum. Cum ad hoc obſticiuissent, &
senex ille austerus, multo redderetur austerior, iterum orabā, vt unum adhuc simile liceret que-
rere. Ille admodum quidem grauiter hoc & ægre, tulit tamen. Ego uero, ne cunctationem meā
non ferret, ueritus, festinabundus poposui, Quid est canis? Cum hic ex corona quidā respōderet,
animal quadruples latrabile. Itaq; marinus, inquam, canis animal est quadrupes latrabile: & sy-
dus item cœlestē: deniq; morbus faciei. Ad hæc senex, ut asinus, aures iā cōcutiebat. Cæteræ coro-
næ aliquid uidebamur dicere, uolebantq; omnes, ut, quo tandem hæc spectarent, quæ exquisitærā,
expedirem: quandoq; dem à primo statim quæſtionem exempli gratia ſequentium receperam in-
ſtituturum. Vbi ſilerent, & mihi aures darent, Tandem uos, inqua, animaduertere puto, accedere
ad definiendum ante, q; homonymiam distinxeris, quāta sit offensio: neq; n. nō nominum ſunt, ſed
rerum definitiones. Quando igitur ab uno nomine res indicantur multæ, neſſario erunt totidē
definitiones, quot ſunt res. Age ſane, linguae nomē est unū, at tres ſunt ſignificationes, & ſua cuiq;
eft definitio. Cōtra fit, ut duo unius rei noīna, & uero nō raro tria ſint: ut hic, enſis, gladi, mucro:
defi-

A definitio vera vna, non perinde ac nomina, tres. Semper enim numero rerum respondet definitionum numerus. Quare, vbi multis nominibus res congregatur una, caue postules multas definitiones: neq; cū vnū sit nomen, sed significationes multæ, vnā definitionē flagites: pro numero. n. rerum, definitionum semper rationē subduces. Proinde, si nomen plenū uni rei subiecta seruit, tū eius, si proponatur, potest definitio dari. Si vero Archigenes omnium sane minime, denotare nō mē, plenū, vnam rem admisit, tñ nomenq; uarie posuit, atq; multas in eo complexus est significationes, non sumus nos insimulandi, qui ab definiendo deterreamur, sed princeps. s. eius turbationis. Nam proximos medicos inuenio aliquos, ubi declarare, qui status sit arteriæ tunicae, statuerūt, no mine pleni ibi & vacui vti: alios, vbi materiā in capidine contentā, cuius hi quātitatē significari pista nomina, illi qualitatem, alij vtrunq; ducunt. Verum Archigeni hæc. s. sola non satis faciūt. adiungit. n. significationem facultatis spūs. Vnde relinquitur non vnam pleni pulsus fieri definitio posse: sed eius, qui quantitatem, uel qualitatem, uel vtranq; infusæ substantiae significat, aliæ definitiones facienda sunt aliæ eius, qui vim spūs: illius, q. qualitatē tunicae, aliæ. His ego expositis ta cui: qa, qd' institueram, consectū mihi erat. Illi cōmentationē instabant, quando semel instituerāt, vt persequeretur. Illis igitur morem gessi rogantibus. Qæ hoc loco non debeo omnia referre: q. eo

B rum maximam partem, & utilissimam sum expositurus in libris De dignoscendis pulsibus.

Aduersus Archigenem de primis pulsu generibus, quæ ipse appellat qualitates. CAP 4.

Q uod ad institutum refert, non præteribo. Nolo definiri omnia: neque cum multis protuberis significationes, facias unam definitionem: in quod Archigenes de pleno pulsu incurrit. Quare cum ipsa est eius obscura definitio, tum de corpore ne arteriæ dicat, an de substantia, quæ in eius cauitate continetur, diuinare non habeo: uidetur enim nomen definiuisse, non rem: omnino enim, si rerum duxisset rationem, plures faceret definitiones. Sed nomen illum spectare solum, vel ex illis perspicias, quæ statim initio libri De pulsibus sic dicit: Octo qualitates pulsibus comitari, magnitudinem, vehementiam, celeritatem, crebritatem, plenitudinem, ordinem, uel perturbationem ordinis, & qualitatem uel inæqualitatem, rhythmum. Nanq; plenitudinis si non nomen de compluribus rebus dicitur, miror, qui octo etiam maneant. Age enim, si septem illis alijs, qualitatem corporis arteriæ addas, & infusionis quam uocant, & etiam ipsius spiritus, ac de eem iam esse omnes qualitates pulsu dicas, quid tibi respondebimus? At hercle, si in duo membra partiens infusam substantiam, unam quantitati huius, alteram assignes qualitati qualitatem. Adeo in nominibus Archigenes, nō distinguendis significationibus, uidetur permanere. Ac par-

C est iam prouerbium proferre, plebeium illud quidem, nō a proposito tamē alienum. Cum aqua, inquiunt, suffocet, quid sorbebimus? Nam, si ita Archigenes labitur, ad quem adibimus? quis hujus nobis errata corriget? Etenim non in his tantum uidetur, sed (si id, quod est, dicendum est) in alijs offendere passim: Ut, nulla duritie & mollitudinis facta mentione inter primas octo qualitates, postea de ijs agit: primo enim loco de magnitudine, secundo de vehementia, tertio de plenitudine, quarto de duritie tractat. Quod, si compositam aliquam ex simplicibus eam faceret, defendere hominem possis, si recte initio dicas prætermissam, ubi de simplicibus duntaxant meminit, sed mox iure in compositas relatam. Nunc quarto eam loco statuit medium, quantum potest maxime, inter simplices qualitates, quam exponens, quid nam sit, occursum dicit solidæ uel dissolutæ arteriæ. Vnde certe de simplicibus illam esse vult. Hæc igitur Archigenes mox ab initio recensendis primis qualitatibus errata commisit: quas ne demonstrare quidem, cur tot sint numero, uoluit, verum ita temere sermonem effutijt. Octo dicuntur qualitates pulsibus comitari διαχρησται quidem apud καθαρούς. i. puros. Ego uero, quid sit ipsum διαχρησται, coniçere plane nequo, neq; enim nomen hoc apud quendam inueni Græcum. Quo minus, cui Archigenes rei tribuat, perspicio, idque, quod de sua ipse linga librum non conscripsit: ut fecit Chrysippus de nominibus, quæ in dialectica finxit: hac enim sola uia eum assequeremur. Tamen ex tota oratione pro eo, διαχρησται, vti eum suspiceris, quod apud omnes est peruulgatum, & creditum. Quanquam neid quidem suspicari plane potes: nam non apud omnes ait, sed puros, quos ne ipsos quidem, qui sint, scimus: et si scito. s. opus erat, ut disceptemus, an credendum ijs citra demonstrationem sit necne. Apud Aristotelem certe lémata audiui probabilia, quæ omnibus hominibus, vel plurimis, vel sapientibus probantur, hic an puri pro sapientibus accipiendi sint, me quidem præterit. Multo certe præstaret aliquā apponere, si non firmam demonstrationem, at rationem sufficientem sermoni de octo qualitatibus, ut ne quis initio statim, quasi in Moysi, & Christi scholam impingat, leges audiat nulla constitutas demonstratione, idque, ubi minime deceat. Nam, cum dicere de omnibus pulsibus (quod ex ijs, quæ ante scripsi, conicias) instituisset, quot sint, nulla nos rationali methodo voluit inducere, sed disciplinam instituit empiricam, octo apud puros dicens peruulgatas qualitates esse. Quid, si quasdam illarum negligentius puri præterierint, statim ne erunt nec ipsa quidem sua natura plures? an, quæ puris placent, hæc satis est retulisse pro veris, idque, cum incertum sit, qui nam isti sunt puri? vtrum, qui literas didicerint, vel primas disciplinas, an cordati, vel prudentes, vel sapientes? vt remittamus, quod qualitates appellauit principes &

genera-

<sup>t Gra. impres
shēnt, ταξαν.
rēs te πολυει.
δῶς τὸν τύ.
τον.
Antiqui, τα.
πάξαντες τε
πολυειδῶς τον
τυπον. i. τυπο
que narie tur
bavit.</sup>

DE DIFFER. PVLSVVM

generales pulsuum differentias. Magnitudinis quidem & paruitatis certe differentia qualitas non E est, nisi tricubitale etiam in qualitate pones; equidem quantum putarem. Sed & de magno & paruo non paruam scio disputationem extitisse, vtrū quale signent, an ad aliquid, an id quod res habet) ad aliquid in quantitatis prædicamento sit, nullo tamē pacto in qualitatibus, vti nec rhythmus, nec ordinis perturbatio & ordo, nec æqualitas & inæqualitas; quæ itē ex genere ad aliqd manifeste sunt. Nā ēt commune genus existimare magnitudinem magni & parui pulsus, vehementiam vehementis, & languidi, celeritatē celeris & tardi, & crebritatem crebri & rari, itaq; deinceps in sequentibus, plenitudinem pleni & vacui, duritiam duri & mollis, quis negabit maiorem in modū esse absurdā? Quòd si uno auet noīe totū genus cōplete, qn hoc, in ordine & perturbatione ordinis, in æqualitate & inæqualitate sustinuit? Aut, si in his commune prædicamentum non desiderauit, quæ erat necessitas, cur reqreret in alijs dījs? aut, si in alijs ausus semel est Græcorum præterire institutum, quid crebritatem de crebro dixit & raro pulsu, æqualitatem aut dicere de æquali & de inæquali non fuit ausus? Hæc ego, quemadmodum sibi constent mutuo, libenter didicerim: nā hæc, ut si suspiciat Græcorum morem, illa, ut si contemnat, & perturbet, scribit. In uno ergo primo genere, qā uiam sibi muniuit, ostendit in alijs omnibus eandem rōnem habiturum, sed in audacia non permanxit. Oportebat vero a primo aut nihil cōsuetudinem imminuere, aut perpetuo F contra consuetudinem audacem esse. Nam, qui magnitudinem pulsus generatim affirmauit dici, etenim paruum ēt habere suam magnitudinem, deinde ēt uehementiam, confirmauit generatim quodam modo non solum de uehemente, sed & de languido dici, statim in plenitudine labascit, scribens sic. Pleno pulsui & vacuo est communē quoddam genus, hoc nōnunquam plenitudo uocatur. Nam in hoc genere, nōnunquam, addidit: quod superiorib. non adiecit, quasi reprehendēs „ iam veterem dictionis usum confusum. Nam, si illi quis obijciat, qui apud Græcos est educatus, q „ bone uir in vacuo plenitudo inest? quid hæc designas in cōes Græcorum dictiones præter oīm morem? Vt hoc declinaret, addidit, nonnunquam uocatur. Enimuero nos rogabitus, quando at ubi à quibus? hoc. n. vult illud, nonnunquam. Ille uero librum producere Græcorū, ex quo vsum illum confirmet, habebit nullum: tantum fortasse homini satis erit dicere, apud nautas institores, cauponas, & balneatores: nam ad istos semper testes configiunt, ubi de nomine quæratur.

Quaratione nominibus vtendū, ac de Attica lingua dignitate.

C A P. 5.

Quæres de nobis: quid? tibi tantine Græcorum est usus, ut nemini permittas de eo ne latum quidem unguem discedere? Non equidem, dicam, me hercle & per omnes Deos: immo, si uel B. nos voles panem appellare more Phrygum, nostra nihil refert, tantum me hoc primum dō. G ce idioma linguæ tuæ, ut assequar, neq; dixeris, vocatur: omnino, n. quæram ex te, apud quos? certe quidem non apud Græcos. Sed forsitan dicunt, uocetur. At, si, cum hoc dixeris, hincere me amplius audias, capit is me damno. Nunc hic, uocatur, dicit, mendacijs usum Græcorum onerans: illic non absolute, sed addito, nonnunquam, vt in plenitudine. Nam quid tandem ait, hæc nonnunquam plenitudo uocatur? Verum de plenitudine quidem hæc, cum labaceret iam, scripsit, de durius non etiam labens. Scilicet deiecti iam, uiictiq; prorsus ista verba sunt. Est antem plenitudinis & duritiae pullus commune quoddam genus: quæ durities, si receptum sit, uocetur fortasse. Neq; hic amplius ausus est addere hoc, nonnunquam durities uocatur. Tametsi nihilo erat plenitudo duritia præstantior, ut, quod ausus illic est, hic uereretur, sed, quod dixi, paulatim labentibus similis est. Atqui maioris erat strenuitatis, puto, præcipitem ruere, non labi pedetētim: neq; n. bis, ne que sibi negotia facere. Quæ durities, inquit, si receptum sit, uocetur fortasse. A quibus fortasse, si receptum sit, à tuis fortassis hæredibus. Siquidem nos, quemadmodum monetā qualibet in vrbe tesseram esse scimus emptionis & venditionis, quam qui adulterant, in hos legislatores aīaduerunt, sic linguarum insignia multa esse scimus, quarū tueri, quā quisq; elegerit, volumus. Nos defendimus cōem linguam, quam uocant: siue una ea Atticorum est (multas. n. sumpsit Atheniē- H sium lingua mutationes) siue omnino alia quæpiam (nam alio in loco de hac re meam sūnam aperto) & hanc studemus linguā seruare, neq; in eius leges quicquā cōmittere neque monetam inducere uocis adulterinam, neq; deprauare, qua si mecum cupis colloqui, primum eam fac addiscas. Sin alia quæpiam vteris, id ipsum demonstra. Nam, si de Græcis est, sane nec illa nos fugit, siquidē & Ionum, & Aeoliorum, & Doriorum reuoluimus scripta. Sin autem nulla harum, sed est Barba ra aliqua, id ipsum dicit: tantum ago, eam vt serues integrum & puram, quæcunq; illa fit. Nec tria mihi ex Cilicia verba affer, quatuor ex Syria, ex Galatia quinque Athenis sex. Equidem tot linguas ediscere nequeo, vt hoīes intelligam adeo multarum linguarum, ἡλαττος. i. duarum linguarum peritus olim, aliquis dicebatur, quod habebatur miraculum, homo unus duas callens linguas, tu multas nos vis ediscere, cum ediscere te oporteat vnam, tam propriam, tam vero communē omnibus, tam etiam facundam, tam denique humanam. Quod si linguarum voices barbararum aduertas, perspicies plane, alias porcorum linguas, alias ranarum, uel gracculorum, vel coruorū repræsentare, turpes & inhonestas vel ipsa figura linguæ, labiorū; totiusq; adeo oris. Aut. n. ex intimis ferè fauicib. non aliter, ac q. stertunt, loquuntur, aut labia disforquēt, sibilatq; aut ubiq; uocem

A vocem intendunt, aut nusq; prorsus, aut maxime hiant, & linguam iactant, & os aperire nequaq; valent, linguāq; habent ociosam, nec facile motam, atq; quasi vinctā. Et tu iucundissimam negligis, humanissimamq; linguam, ea florentē elegātia atq; gratia: & ex multis importunis, & absurdis congeris nomina? Vnam longe erat proclivius ornatissimā addiscere, q̄ sexcētas depravatas. At non tantum ipsi repudiāt, sed & nos cogūt, in qua creuimus, & instituti lingua sumus, hac dimissa, ediscere suam. Quid tu, non vis bone vir addiscere linguam rācā? Barbare, vt velis, sonaueris. Tm, vt ego permitto pro tuo tibi arbitrio loqui; sic mihi, vt doctus sum, concede, vt dicam. Patrem habui, q̄ ad amissim teneret Græcā linguā, essetq; doctor, & paedagogus Græcus: in his altus vocabulis sum, nescio tua. Nec mercatorum mihi, aut cauponum, aut publicanorum vsum nominū adduce. Non vsus sum ista hoīum natione, à puerō in veterum versatus sum libris. Atq; hæc dico, nec vlli dixi vñquā, vel heus tu barbare sonas, vel solœcismū committis, vel parum bene, & proprie appellasti. Immo loqui, vt volunt, oībus p me quidē licet, vt etiam gubernator dicat: Adduce pes, nil labore. Phauorinus hæc, & Dion, non ego reprehēdo: rātū sermonē volo intelligere. Qui si me qā perplexū hēt, ibi necessum quærere mihi est, quid interpretari nomē velit. Si aperit senium, taceo: neq; incuso, vel exprobro, q̄ à consuetudine deliciuerit Græcorum. Vna B duntaxat sum cura, capiēdi sensum sermonis. Iſtis hoc, vt videtur, nō satis est, sed, cū nos utamur Græcorum noībus, tum nos illi primū accusant: atq; nūc dialecticos agunt, nunc physicos quosdā, alias oratores, nonnunq; grammaticos. Varijs. n. modis nos diuexant: Deinde, cum quis in lō giorem cum ijs disputationē necessario deductus, imperitiā detegat oīum, quæ, quasi nossent, iacobabat: statim sui ipſi oblii, q̄ initio esse vtilia defendebant, hæc ipſa accusant. Quis est de iſtis audacibus, q̄ nobis non insultet, qā differentias dicamus pulsuum generum tot esse: male dīas contēdens nos dixisse, & multo ēt peius generum? Nos autem, vt inanē cōtumeliam iſtorū vitemus: age qualitatēs, dicimus, eas vocaueris, aut quōcūque cordi tibi sit, neq; enim de nominib; nos, sed de rebus disputamus. Nam, quot pulsū sint prima genera, nosse refert, ne iam in prima forte diuīsione genus integrū prætereamus. Hi ne hæc quidem dicere nobis permittunt, sed statim os obtūrānt, ac rei totius confirmant, nō nominis, esse ignorationem; Inde ea nos in se cogunt dicere, q̄ diceremus inuiti. Mox conuicti, primum non de re, sed de noīe q̄ri; deinde nominib; usurpādis ipſos offendisse, nō nos; indignissime ferūt & inutile vocant, velut de somno excitati, argutam illā, & anxiā de nominib; sedulitatem: quasi uero aliud nos à primo dixerimus, aut contēderimus ac non ipſi initium introduxerint iſtarū ineptiarū. Octo dicis tu qualitates pulsuum comitari? Dabo tibi hoc, qualitatis te nomine ordine, & recte vsum: de eo verbum nō faciam. Ostēdam nō esse octo. Hæc de re quæſtio est, ad quam ego egregios hos sophistas prouoco. Iſti, quō hinc ſe expeditant, dum ego dispuo, nomē aliquod prehendunt. Cum iam in utrisq; coarguti sint, rebus ſimul, & nominib; ſtomachātur. Erat uero praua de rebus ſententia ab iſcienda, & nominū + utēdorū, quemadmodum illis per nos potestas est, & nobis item facultas ab illis danda. Sed nō permittunt. Quare & ego de uoce illorum pauca, necessitate adductus, dixi.

^{t Additum ex antiquis. que ipſi norunt.}

Quam aberrarit Archigenes in nominib; pulsuum generibus adhibendis.

ac quo pacto singula genera sint appellanda.

CAP. 6.

A Cnūc etiā orabo, ut deposita de nominib; cōtentione, concedāt nobis Græcorum iſtituto loqui: addiscatq; male octo ſe qualitates dicere. Neq; enim oīa prima genera pulsuum qualitates, ut demonstrauimus, ſunt. Quō igitur, inquiunt, dicendum eſt? Hoc non, quo diſcant, quærunt, ſed anſam ut habeant cōtrouersiæ. Tu ergo repondebis, differentias dicendum eſt pri- morū generū pulsuum: aut ſic certe differentiarum pulsuum prima genera. Illi, qualia genera, neceſſario rogarunt, & quę, & quales differentias? Tu etiam ad hoc illis reponde in hunc modum: Pri- **D** mum quęſo audi, quod generum: inde audies, quod primorum: poſteā, q̄ differentiarum. Atq; q̄ generum, hinc cognosces. Dicitur quidam magnus pulsus, & ei contrarius parvus, ac quidam in- ter vtrunque medius, moderatus in hoc genere. Et hercle eſt, qui longus uocatur, eſt qui brevis, & latus, & angustus, & altus, & humilis, & qui horum mediū ſunt moderati. Horū tibi, quos com- memorauimus, unum eſſe pulsuum genus censes qualitatem? Innuent. ſ. audace & cōfidenti uoce: tu caue, hac re commoueare: ſume recita Archigenis illis librum primum, qui capit is hunc ha- bet primum titulum. De magnitudine pulsus. Deinde initium tractatus ſic ad uerbum ſcriptum: Magnitudo pulsus generatim dicitur: obtinet enim magnitudinem, & parvus pulsus, & magnus, Tum paulum reuolutio librum, & rursus ex tractatu de uehementia hoc caput recita: Igitur ge- nus eſt uehementia: eius species, uehemens pulsus, & languidus, & medius. Iterū librum aliquan- tū reuolue, ac principium recita tractatus de plenitudine, quod eſt huiusmodi. Plenus pulsus, & uacuus cōe habent genus: hæc nonnunquam plenitudo uocatur. Ac paulisper intermitte recita- tionem libri, atq; dic iſtis nihil nouare nos, ſed ſequi Archigenē. Eſt enim omni in pulsu cōe plu- rum differentiarū genus: ut hoc loco ſunt ab Archigene tria hæc genera commemorata, magni- tudo, uehementia, plenitudo. Tum quartum dic deinceps eum ſcribere genus, duritatem. Atq; ca- put recita, quod ita habet. Mollitudinis eſt & duritiei pulsus commune genus, quę durities, ſi rece- ptum

DE DIFFER. PVLSVVM.

ptum sit, vocetur fortasse. Clarius iam ēt in tractatu de ordine, & perturbatione ordinis, æqualitate, & inæqualitate, genera dicens harum dñiarum nomen non sortita, hoc modo orditur Hero philus, q̄ generatim pulsuum protulit alias differentias hoc pacto. Magnitudo, celeritas, uehemē „
tia, rhythmus, non coniunctim, sed speciatim ordinis meinit, & perturbationis ordinis, atque „
æqualitatis, & inæqualitatis. Vnde curiosiores illū, q̄ generibus in partitione species opponat, re „
prehendunt. Hæc ad initiu tractatus. Inferius, cū nō Herophilus aut alterius cuiusdā p̄ia opinione „
exponit, ceterū tradit suā ipsius sententiam in capite de ordine & perturbatione ordinis, qđ ait, „
Citius n. affirmauerim genus esse sine noīe. Hoc aut qđ sibi vult, q̄ magnitudinis & paruitatis cō „
mune genus magnitudinē appellauit: uehementiæ & remissionis, uehementiam: plenitudinis, & „
uacuitatis, plenitudinē: duritiæ & mollitudinis, duritiam: celeritatis, & tarditatis, celeritatē, crebri „
tatis, & raritatis, crebritatē: at ordinis & perturbationis ordinis mente quidem concipit, sed no „
men non potest amborū tale exprimere, quale magnitudinis, & paruitatis, magnitudinē? Neq; „
.n. ut illic paruo pulsi magnitudinē ait suppetere, & hic dicere audet in inordinatum cadere or „
dinē: neq; vero ēt in inæqualem, æqualitatem. Quare nec genus horum cōe nominatur æquali „
tas. It aq; nomine ait uacare horū genera differentiarum. Genera ergo secundum pulsuum dif „
ferentias nō nos mō, sed Archigenes esse dicit, sed Agathinus, qui de pulsibus cōmentati sunt, F „
pene oēs. Vbi ergo ab illis dissidemus? q̄ vocabulis nos magis utimur proprijs. Nam, cum quādā „
Archigenes magnitudinis qualitatē dicat esse, alterā uehementiæ, tertiam plenitudinis, quartam „
duritie, & quasdam præterea celeritatis, atq; crebritatis, magnitudinis qualitatem nos quantita „
tem distentionis nominauimus. Neq; est enim cōe magnitudinis, & paruitatis genus magnitu „
do potius, q̄ albedinis, & nigritiæ, albedo. Sed, si harū est color genus, quodnā magni sit, & parui „
genus, quærendum est: nam aut quantitas est, aut ad aliquid, aut coniuncta cū ad aliquid quanti „
tas. Neq; enim sumus nescij multis generibus esse cōe ad aliquid: si quidem albius, & nigrius sunt „
in genere coloris, & qualitas color est: iam superius, atque inferius etiam in genere vbi: maturius „
itē, & tardius in genere qñ. Et vero ēt alijs in pluribus generalibus prædicamentis ad aliquid uer „
satur. Quid igitur admirationis habet, si & in prædicamento quantitatis locum habet? Sanè nihil „
mallem, si quidem posset, q̄ certo termino quantitatē distentionis appellare, sicut in multis peda „
le, cubitale, bicubitale, & eiuscemodi vocamus. Atq; q̄ eiuscemodi ex accidētibus nihil inueni „
mus, q̄ pxime certos accessimus. Nā, cū teneamus quidem pulsuum moderatum absolute, & mo „
deratum ad singulos nos, excedētes modum, & qui infra modum sunt, damus operā, ut clare no „
minemus: atq; sic interim dicimus: aut, si cū nemine loquamur, nobiscū certe cogitamus: Hic pul „
sus aliquando est moderato maior: alias, non paulo hic pulsus moderato maior est. Idem etiam „
sic dicimus, bene maior moderato, aut satis maior: aut etiam absolute, hic magnus est pulsus: G „
vel hoc modo, pulsus hic satis magnus est: uel hercle, admodum est magnus hic pulsus: aut, cum „
lōgius ēt intelligētiā protēdimus, maiorem in modū dicimus magnum esse, aut deniq; maximū. „
Nam oēs hæ dictiones moderato maiorem denuntiantes, maiorem excessum, & defectum ostē „
dunt. Quare optime valeas moderatū, qui requiritur, ostendere, modo moderatum cognoscas. „
In ipso enim maiores, q̄ est moderatus latis est quinq; facere, aut certe sex dñias. Eum qui exce „
dat omnes, qui nobis animaduertendus ēt est, non secus, ac moderatus, maximum vocabimus: q „
medius est inter maximum, & mediū, magnum simpliciter. Iam interponendi huic, & illi vtrinq; „
bini alteri: unus paulo maior moderato, alter qui magno paulum concedit: alius iam, qui magnū „
superet, alius, q̄ proximus sit maximo. Hæc adduxi, vt demonstrarem magnum, & paruum, vt vi „
deantur esse q̄ maxime p̄dicamenti ad aliquid, quantitatē significare. Quocirca nos, qui de luce di „
scipulorū laboramus, ex quantitate distentionis oīa diximus illa nominata esse: simulq; vsum eos „
nominū docemus, nec perturbamus, cum in paruitate dicamus magnitudinē inesse. Nam, si vel „
idiota sis, & primarum disciplinarum imperitus, quiduis potius, quam hoc concedes: quas si an „
tea attigisti, profecto millies offendisti scriptas apud Gr̄cos, magnitudinem & paruitatem, esq; „
ad cōcipiendū assuetus, magnum h̄re magnitudinem: atq; paruum paruitatem. Eqdem noui quē „
dam qui olim Archigenis mihi de pulsibus librum interpretaretur, qui paruo credebat nullā sup „
petere magnitudinem. Nam, si, inquit, cuiquam adsit paruitas, etiam eidem aderunt ambæ. Hic „
ego cum conticuisse, quantitatē, inquit, aut tale aliquid paruo cogites suppetere, magnitudi „
nem nequaquam. Hæc ego, quia vt parum recta non valeo calumniari, neq; instituēdos tyrones „
volo importune cōfundere, quādo homonymū est magnitudo, & de his, q̄ bifariā dicuntur, satius „
esse dicendum duxi, distentionis quantitatē multas differentias pulsuum complecti. Nā eum scio „
paruitatis esse apud Gr̄cos vsum, vt quoddam accidens, & inseparatum a paruis. Itaq; Plato ēt „
ideas efficiebat magnitudinis, & paruitatis: hac harum vicissitudine magnum, & paruum genera „
bat ratione. Atq; his si qui omnibus præteritis, magnitudinem paruis pulsibus aliquam de altera „
homonymorum significatione det infrequentiore: qui longis iam & breuibus, & latis, & angustis, humilibusque & altis (cum eiusdem sint generis cum magno, & paruo) suppeditare dicat „
magnitudinem? Nam longus est, qui longitudinem naturalem excedit: latus qui latitudinem: „
altus,

A altus, qui profunditate: quorū intelligitur nullus in tribus dimensionibus arteriæ, citra quas nulla constet magnitudo. Siquidē quantitas vnius dimensionis, non magnitudo, sed longitudo est, ex qua aliquos longos, & breues vocamus, non magnos vel paruos. Neq; vero ita lineam vñquā appellamus, sed aut longam, aut breuem. Verum enim uero illa demum, quæ trifariam corpora dimensiona sint, magna dicimus, & parua. Atq; adeo ipse Archigenes magnitudinem esse pulsus ait, tumorem afflagentis arteriæ. Atqui tumore linea caret, quæ solis trifariā dimēsis cōuenit. Proinde omnes clare, vel de illius sententia, à magnitudinis genere, qui ex vna dimensione nōmē sortiti pulsus sunt, rei ciuntur. Quare aut peculiare faciat ipsis genus, vt magno, & paruo magnitudinem: aut, nisi faciat, non magni tm, & parui quærat cōe genus, sed et longi, & breuis, lati, & angusti, alti, & humilis, cæterorumq; adeo in ijs moderatorum. Verum præter quantitatem, quod de omnibus dicatur in cōi, nihil habebit. Atq; ita euadet quoq; clara doctrina, & distincta. Nam quis est tam plumbus, vt non assequatur, cum dicitur, quantitas arteriarum distentionis? Vbi quā titatem vnius dimensionis demonstrare uolumus, hæc usurpamus nomina: eum qui superat naturalem longitudinē, longum: qui inferior est ea, breuem appellamus. Simili modo, qui iusta latitudine est latior, latum: qui ei contrarius est, angustū: atq; proportione horū altū, & humilem in p

B funditatis dimensione. At vero quantitatem in trinis dimensionibus ad hunc modum vocamus: maiorem in modum vndiq; ultra moderatum auctum, magnum; & omni ex parte diminutum, paruum: qui modum seruet prorsus equum, moderatū hunc appellamus: Cum vero a proportione tres illæ dimensiones discedunt, atq; aliqua, vel aliquæ illarū imminuuntur, vel exuperant, iiiij. & xx. nascuntur differentiæ pulsuū: quas nos, quo xxvij. esse obtinentiū tres dimensiones pulsuū vniuersas differentias ostenderemus, cum prædictis tribus in tabella proposuimus. Nanq; hoc vi sum mihi est horum referre, q; iā primum ad cōmentationē addiscendam de pulsibus appulerunt, omnium tenere eorū singulis in generibus numerū, id q; priores neglexerunt. Sed his sane veniam danda est: q.d.n.cū istis lucretis, qui oīno cōciderunt? Archigenē verò, qui non iure accusem? quē ad ea oportebat inuenienda, dialectica vti. ille, vbi minimè decet, illic male eā ostentat, obtundēs tm discipulos, nihil interim docens. Atq; p̄stabat parata diuidendi cōponēdiq; via, & rōne, numerū per eā omnium differentiarum pulsuū inuestigare: non tñ ostentare ijs, qui iam senes denū ad discendum sese conferunt, sed ne indicare quidem hoc ipsum tyronibus, esse rationem, & viā, qua constat tabella. Nam ijs, qui humanis studijs non sunt instituti, ne quicquam dicas: qui illis imbuti sunt, prius ex rebus ipsis, q; tu admoneas, rationem illam, & viam cognoscant. Qui ergo fa-

Cctum est, vt nemo istorum quisquam diuidendi videatur ratione v̄sus ad numerum cuiusq; generis differentiarum ineundum, neq; ad inuenienda prima, componendi? Quāquā dialecticis solis v̄tendi facultas datur harum viarū, rōnumq; interim ab in diuisi, & numero infinitis ad primum illud ascendentibus oīum genus, per eas, quē in medio sunt, genericasq; ac speciales differentias: interim vero ab illo primo genere rursus ad infinitum p̄gentibus p̄ eaſdemmet, q; in medio sunt dīas. Sed horum est ausus nullus vlla cōſtituere via, & rōne numerū, vel primorū generū, vel ab his distributis proficiscentium dīarum. Verū nos quidem hoc effecimus, & quasi via progre- diētes, xxvij. pulsuū reperimus, qui tres habēt dimensiones: & eorū nouem, qui vnam: vnum cōe genus, quantitatē distentionis arteriæ. Quod, si ēt contractionem est tactu cognoscere, & in hac quoq; erunt. s. totidem dīe. Sed de hac re in libris De dignoscendis pulsibus diſceptabimus.

Quām aberrarit Archigenes in venandis Pulsuum differentijs, cum nullum genus à reliquis separatum, sed omnia confusa, & indistincta pertractarit.

C A P. 7

At vero Archigenes/nam hunc, post Herophilum, quidem appellauerimus, primum in- + Antiqui qui clamantes Homerum.
Vnicus ille sapit, tibi mens inuoluitur vmbbris)
D non in nominibus modo videtur, sed longē ēt in rebus prius perplexus esse. Quo fit, vt passim in-
se non percipiat secum pugnare. Discas id ex his ipsis verbis: Sunt porrò alij pulsus, hiq; nec me-
dij, nec magni, nec parui, ex magnitudine censemur, vel ex magnitudinis dimensionibus. Mox
subdit. Est enim pulsus, cum longitudine arteria distreditur insigni, sed latitudine angusta, & humili-
lius est sublata: uocetur longus. Alter, cū lata quidem distentio, sed humili, & longitudine bre-
uis occurrit: appelletur latus. Tertius, ubi admodum attollitur, angusta tamen & longitudine cō-
breuis, est aut̄ hic rario: uocetur altus. Hic erat illi de ijs propositum dicere, qui unam habēt di-
mēsionē, remotis reliquis duabus; sed de instituto argumento abductus est, q; de illis etiā scribat,
qui tribus dimensionibus intelliguntur. Nam corum primum non longum modo, uerum etiam
angustum, & humili fecit, neq; id tantum conceptione, sed & uerbis. Nam quid ait? Cum lon-
gitudine arteria distreditur insigni, sed latitudine angusta, & humilius est sublata. Nam latitudi-
ne angusta, angustum pulsum significat: & humilius sublata, humili. Inde secundum, non la-
tum tantum, sed etiam humili, & breuem fecit, tam intelligentia, q; uerbis. Eodem tertium mō
non altum solum, uerum etiam angustum, & breuem, cum sint hi tres de ijs, qui trinis dimēsioni-
bus dicuntur. xxvij. quos in tabella proscripti simus. Scriptus est autem, qui hic primus relatus cōt-
in

dam cod huc
hēnt sensum.
At uero Ar-
chigenes hu-
ius .n. solius
equum est me-
minisse, post
Herophitum
in clamantis
Homerico m
illud. Vnicus
ille &c.

DE DIFFER. · PVLSVVM

in tabella nonus hoc pacto: Lōgus, angustus, humilis. Qui hīc secundus est, primus uigesimus est E
 in tabella descriptus in hūc modum: Breuis, latus, humilis. Tertius hīc in tabella est xxv. q̄ sic scri-
 ptus est: Breuis, angustus, altus. Quare aut initium de ijs sermonis immutet, ubi magnitudinem di-
 cit eorum spectari: aut magnitudinis certe dimēsiones simpliciter tradat p̄ magnitudine , aut, qn̄
 appositorum est, ex dimensionibus magnitudinis, ne in magnitudinis amplius differētijs eos nume-
 ret. Nā quid quærit, vtrum de his illos esse, quitrinis simul dimensionibus æstimantur, an de illis,
 qui tantum vna? Vtrobq; est. n. defēctus. Si eos, qui trinis estimantur dimensionibus, accipimus,
 eum omnes prætereuntur vnius dimensionis, qui nouem numero sunt: tum alij desiderātur xvij.
 qui trium simul estimantur dimensionum. Ita. n. ix. tantum videatur mentionē fecisse: trium, qui
 primi cōmemorati sunt, magni, parui, mediq; inter eos: deinde triū, quorū hīc meminit: ad hēc
 triū aliorum, qui his sunt oppositi, quos postea adducit. Ad hāc, superflue hoc orationi additū
 est, ex magnitudinis dimēsionibus: sat. n. dicere absolute erat, ex magnitudine. Contra, si de his, q̄
 vna dimensione æstimantur, scriptū ab eo accipiamus, Primū; alienum sit reliquorum binorū in
 singulis meminisse: Deinde, non iā xvij. cæterum quatuor & xx. illos ex tabella reliquerit: Tertio
 male videatur dicere ex magnitudine cēseri eos, cum non ex magnitudine sit dicendum, sed ex
 magnitudinis dimensionibus: si quidē tumor, ut ipse assēruit, est magnitudo. Quanquam non solū F
 longitudo per se, sed nec profunditas, uel latitudo est tumor, cæterum, ut ēt appellatur, dimensio.
 Neq; sanè perinde est tumor, & tumoris vna dimēsio. In vtrunq; igitur incurrit planē Archigenis
 oratio, q̄ nec distincta, nec distribute dixit, sed intelligentia ueluti ambigua . Cæterum, in quam
 ille partem potius acceperit, si diuinando oportet pronunciare, vel id audebo . Evidem voluisse
 dixerim hos describere, qui vna dimensione intelliguntur: idq; adeo ipsum initio innuisse, cum di-
 cit, Vel ex magnitudinis dimensionibus: sed in narrando offendisse, uti toto in libro , & aīo con-
 turbato fuisse, & attonito. Nam, q̄ hominem lateret esse septē, & xx. eos, qui tribus simul dimen-
 sionibus intelliguntur, maximum est argumentum, crassa ratione, minimeq; distincta de illis sta-
 tuisse. Nam eius esse hoc institutum, & ab hoc illum deflectere inuitum, ex suprapositis liquet. Nā „
 quid tādē mox subdit? Etenim, cum ēt binæ aliquæ s̄æpenumero dimensiones concurrant, ut si- „
 mul, & breuis sit, & humilis, vel breuis, & angustus: atq; in alia coniugatione, longus, & latus, vel
 longus, & altus, profecto hinc planū est eos illū, quos diximus, vna tantum dimensione accipi vel
 le. Hos siquidē binis dimēsionibus duntaxat scribit, tertię statum p̄termittit. Nā qd dicit? Etenim,
 cum etiam binæ aliquæ s̄æpenumero dimensiones concurrant, ut simul, & breuis sit, & humilis,
 Nam in hac oratione, qui breuis simpliciter sit, cognoscendum est, & qui humilis simpliciter: alio G
 qui nos fugiet breuis simul, & humilis. Quin nec longus pariter ac latus, nisi ante utrunk; separa-
 tū commētere, erit clarus. Primum. n. longus seorsum est intelligendus, deinde seorsum ipse etiā
 latus, postea illorum intelligentiē committendā vna sunt: ac tum dices deniq; longum simul, &
 latum. Quapropter fit, vt à se ipse quidem confusus manifeste diffideat. Nam longum nō satis ha-
 buit dicere, cum longitudine arteria distenditur insigni, fieri: et si hoc vnum sufficiebat: sed super-
 flue addidit, sed latitudine angusta, & humilius etiam sublata. Rursus latum parum erat dicere, cū
 lata quidem distentio: verū subiicit, sed humilius, & longitudine breuis occurrit. At, si hāc mihi sūt,
 Archigenes, notiones obseruandæ, qui longum eundem, & latum intelligam, quod subdis, fieri?
 Nam a longi notione tu ipse latitudinē disclusisti, & à lari lōgitudinem, vt sic dicam. Atqui hāc in-
 ter se pugnant plane: cū primo loco a longi notione ēbstrahat latum retineat secundo. Non
 aliter in lato, & alto, primum a reliquis duabus dimensionibus separat longitudinē, deinde seruat.
 In has ille omnes offensiones nominibus exponendis, eò, q̄ in ipsis rebus multo ante lapsus sit, in-
 cedit. In nulla enim disciplina ūfusus ratione, vel diuidendi, uel componendi. Ne dicam illi vsu ue-
 nisse, quod vulgo solet, & indoctis, ut naturæ frequēter compositionem in prima, & simplicia dis-
 soluere conetur: frequenter autem, quando nihil horum separatim, vel per se potest esse , resistat, H
 & se ad compositum recipiat: Rursus quando compositum indigestam, nec distinctam obtinet di-
 sciplinam, omninoq; plebeiam, & rudem, ni in prima dissectum sit, à diuisione nesciat manū ab-
 stinere, inde ad compositum iterum diuertat : q̄ intelligentia nequeat distinguere singula simpli-
 cia: Atq; hunc orbem repentes, & uolutatus semper inter extrema, intelligentijs ambigat, nec
 ulla ratione his se pugnantij possit explicare . Omnia, qui dialecticum se facit, hoc uolo medi-
 tatum planē esse, ut, quicquid aggrediatur, si sit compositum, redigat ad prima notione, & simpli-
 cia: non quo separatim unquam, & sola appareant(nam hoc effici non possit) sed q̄ mente sola
 concipi possint, nec cogitando hāc cum ulla coniugamus differentia, quibus sunt necessario alli-
 gata. Nam, ut simum hominem intelligimus, & aquilum: neq; magnus is sit, an parvus : albus, an
 niger: corpulentus, an gracilis sit, nosse nobis est opus: sic altum quendam intelligimus pulsum,
 non desiderantes longitudinem, uel latitudinem eius cognoscere. Quapropter, qui nullum aiunt
 longū simpliciter pullum se cōplete aīo(nam oīno oportet eum aliqua præditum esse latitudi-
 ne, & profunditate) rudes sunt primarum disciplinarū: quas didicisse eos , & in illis tritos oportet
 esse, atq; ad nos tum denique se conferre. Quia enim solus non possit longus consistere, con-
 tinuo

Atinuo nec intelligi confirmant solū posse. Quin ergo nec simum hominem cogitent separatim, nec aquilū, nisi eius norint omnia reliqua, magnus sit an parvus, corpulentus an gracilis, niger an albus, Græcus an barbarus, malus an bonus, valens an crotus, iuuenis an senex. Quid hoc autē non ne importunum est, longum se quendā & altn & latū simul fateri intelligere, ac vno nomi ne magnū appellare, longum nō posse seorsum, & solum concipere? Quasi vero nō eadē rātio sit cum toto pulsū magni, ac lōgi cū magno. Nam, vt longus separatim, solus stat nullus sine aliqua p̄funditate & latitudine, ita neq; magnus est vllus pulsus: nīl simul celer, vel tardus, vel vhemēs vel languidus sit, vel particeps aliarum sit differentiarum. Immo vero, vt cogites omnibus differētijs arteriam moueri, separatim non possit unquam moueri: quis.n.extra corpus arteriam etiam cōspexit pulsare? Omnino itaq; est in toto corpore, & neruo alicui incūbit, isq; qualitatem habet & quātitatem: subiectur porrò venæ, & hæc est qualitatis, & quantitatis particeps: circumjiciuntur iam corpora illi multa, atq; omnia hinc progressus, sine quibus confistere pulsus non ualet, recēses. Sed vir prudens, si hæc exaudiat differentē, de assistentibus aliquē rogauerit. Nū iste scilicet iudit, vel insanit, q; hæc nugetur? Quid? quæ sine alijs esse nō p̄nt, nō ne mera fatuitas est, & magna uanitas, ne cogitatione quidē repræsentari citra illa, p̄fiteri? Nā longum quidem pulsū, nisi ali-

Bqua coniuncta sit profunditas & latitudo, non esse posse, nemo causam dicit. Atqui hoc non erat propositum: sed an ne intelligi quidē possit absq; illis. Nā hoc si quis dicat, artes imprudens euerat oēs, atq; adeo omnem in vita vsum nominū. Etenim curandi artem quis vnq; vestrū pleuritici Dionis didicit? nemo vero. Omnino nō in homine pleuritico, sed in commentarye specierum, & generum artes positæ sunt: primū pro ipso affectu certis sumptis distinctionibus. Siquidem vel ad claviculam dolorem, uel ad præcordia pertinere cogitemus, neq; hic Dionem usq; uel Theonē una concipimus. deinde superiorem statum & præsentem spectamus. Abūdātia laborat pleuriticus, aut contra defectū humorū: bonos succos hēt, uel malos: atq; utrunq; s. nūc ne primū, an iā pridē. Et, si iā pridē, utrū à uictus ratione, an sua spōte: neq; hic quidē usq; Diō uel Theon. Neq; uero etiam, ubi de temperamento ægroti agimus, Dionem necesse est, uel Theonem appellare, aut animo cōcipere, aut aliquo modo desiderare. Nam ea ratione Geometriā sustollit, quid attinet referre: si quis sē nec lineam, nec superficiem dicat cōcipere, q; carere solidō corpore non possint. Quid cūctas res mundi, quæ à se diuelli mutuo nō possunt, an ne absurdum, si ne intelligi quidē se paratim admittas? Sed eam importunitatē nunquā ferret Archigenes: immo cōtra facere ille semper aduertitur, de ducentis singulis in prima & simplicia: uerum desleētit ab instituto interdū, &

Caberrat inuitus, q; parum, ut equidem censeo, sit exercitatus. Certe in re p̄posita, quod dico, perspicias non obscure. Etenim, cum ēt duæ, inquit, aliquæ s̄a penumero dimēsiones concurrat, ut si mul & breuis sit & humilis, t̄ nos separauimus hos, qui binis intelliguntur, ab illis, q; singulis dimēsionibus: tum q; hos, qui trinis dimensionibus intelliguntur, qui sunt uiginti septem, prius docere non possem, quā singulas dimensiones separatim assuefecissim, nūc augeri, nūc minui, nūc moderatas esse & in naturali statu persistere: tum q; multa nos ex una dimensione cognoscere possumus. Nam, ut certam rem demonstrare magnus pulsus folet, ita ēt altus tolus, non simul cum ipso alijs dimensionibus animo conceptis. At uero pulsus binarum dimensionū nec ad uiam & rationē quicq; faciunt eorū, qui trinis simul dimensionibus intelligunt: & à diuidendi sunt methodo abduēti: unde etiam disciplinā habent, quæ nulla arte cōstat, frustra tyronem detinentes: ut si quis ita doceat, pulsuum dicens esse aliquem magnum simul & celerem, aliū magnum, simulq; uehementem, aliū itē celere, & uehemētē: itaq; progressus, binos copulet: quod ne ipse fecit Archigenes, ut quod nullius sit artis, nulliusq; properationis & usus. Interdū enim ex omnibus differentijs tū nos uolumus constitutū intelligere, tum ars requirit, ut cognoscamus, ut proposi- tæ rei totā naturā p̄spiciamus. Interdū in simplices reducimus dīrias, q; abique eo exacte compo- situm nō intelligamus. Nam, nisi tcā rei naturam in unum complecti, atq; in una differētia, & sim- pli ualeas confistere, nulla erit ars, nulla uia, uel ratio, nulla etiam utilitas.

Qua arte Gal. pulsū differentias inuenit in quantitate distentionis arteri.e. C A P. 8.

QVamobrem nos prīnum pulsū uniuersam naturam deduximus in differentias, quæ ipsam constituunt, atq; hanc quātitatis distentionis appellauimus, illam qualitatis iectus, aliam qualitatis tunicae, aliasq; ordine commemoratas. Deinde in his ipsis rursus simplices requisivimus notiones, ut, quam habet rationem differentia qualitatis distentionis ad totam pulsū ex omnibus conflatam naturam, ita aliud reperiamus similiter habens ad hanc ipsam. Nam hoc genus ut uniuersam pulsū naturam conficit, ita idem iterum dimensionē efficit quamlibet. Sed binas cōcipere dimensiones nihil refert, nec ad totum pulsū absoluendū, nec ad unā quantitatē distentionis, unde superuacaneum de ijs sit sermonem habere, & nos dedita opera prætermisimus. Contra male Archigenes eum ueluti dilaceravit, & sex duntaxat commemoratis coniugationibus, alias uigintiunam numero præteriit. Siquidem differentiæ uniuscuiusque dimensionis sunt omnes omnibus aliarū copulandæ, ut in unaquaq; binarum dimensionum copulatione existant nouem differentiæ, omnes uigintiseptem. Adscribā unam, ex qua de reliquis etiam licebit discere.

Quarta Clas̄s.

hhh Lon-

DE DIFFERENTIA PULSVM.

T A B E L L A

1 Longus	Latus	4 Latus	Moderatus	5 Brevis	Latus
2 Longus	Moderatus	5 Moderatus	Moderatus	8 Brevis	Moderatus
3 Longus	Angustus	6 Angustus	Moderatus	9 Brevis	Angustus

In hac ergo tabella, longitudinis tres dicas complicantes cum trib. latitudinis, nouem effecim⁹ dicas. Altera erit eodem modo tabella, cum trib. longitudinis dicas coniunctas profunditatis tres habens. Tertia præterea, in qua profunditatis tribus tres copulabuntur latitudinis. Neq; est obscurum, quin singulæ tabellæ nouenas complectantur coniugationes: itaq; oēs uiginti septē sint. Iam igit̄ est apertum horum, q; bini intelliguntur, prætermisso Archigenem p multos, ut ēt alio ruin. Nos aut̄ hos omisimus ob causas, quas exposuimus: sed tradidimus eos, qui singulis dimensionib. intelliguntur, numero nouem: atq; eos, q; trinis simul, quos in tabella descripsimus, septem & uiginti. Quorum fecimus oīum cōe genus, nō magnitudinem, verum qualitatem distensionis, explicamusq; pulsuum dicas quasdam nominib. aliquas definitionib. neq; n. nomina oēs sortitae sunt: & imponere, ab re ducimus noua, quādo definitiones commonstrare nihilo sane secius ualent. Equidem non multo peius existimeam, sed multo ēt docere nominib. definitiones melius, q; vt alia omittam, plerasq; ēt dicas in alias plures, ut in magno pulsu demonstrauimus, dissindunt: quippe cuius rursus sex concipias dicas, & definitione explices, si quendam ex illis maximū & cōceperis & uocaueris eum, qui a moderato distat quamplurimum: aliquem simpliciter magnum q; inter maximum & moderatum medium locum tenet: ac inter utrumq; alias duas dicas statuas, licet, unam paulo moderato maiorem, alteram, quæ paulum infra maximum sit. Nam hiuscemo di divisionem, neminem fugit, q; operam vel studium in operibus artis posuit, magno usui esse ad præfagiendum. Etenim in calido, frigido, sicco, humido, breuiter oīb. quæ ad artem pertinent, in minima facultas diuidendi, & parvorum excessum obseruatio, uiri est cum prudentis, tum uero experti in operib. nihilq; potius ducentis, q; scopum artis in angustum q; maxime cogere. Nō tñ in principio institutionis ea est sumenda diuisio, nam discipulis ea res minus doctis non parum cōfusionis afferet. docti unum ex commemoratis intelligent. Quæ causa fuit, quam obrem nec eorum in primo commentario meminerimus: sed ne nūc quidem dixerimus, nisi oīm pulsuum, q; ex quantitate nominantur & intelliguntur, statuisse aceruum ob oculos ponere. Siquidē excessus pulsuum, qui una dimēsione intelliguntur, & defectus a principio potes diuidere, ut in magno demonstrauimus. Nam moderati soli, singulis generib. singuli sunt, & indiuisi: alijs plures divisiones recipiunt, sua quidem natura infinitas: quod n. genus maiorem, vel minorem excessum, & defectum obtinet, infinitas, necesse est, habeat dicas. At non ad sensum tñ sic hēt: sed, ut ad illos te melius uel peius exercitaueris, ita mō uel minutulas dicas percipere poteris, modo insignes tñ. Siquidē & musicus uocis excessus non ad tonum & semitonum tñ, sed & ad elemētum ipsum vñq; ad minimum sonum satis assequitur: idiota nec duorum excessum tonorum pōt exaudire. Nā nos quidem, vt nunc est, nostrum sensum exposuimus. Assequimur in moderati excessu, & defectu cuiusq; generis pulsuum sex: sed tyronib. primum unam, aut alteram, satis est de illis sentire, & discernere a moderato illas posse. Tractu certe t̄pis, si hac in re uerentur diu primum in duas partes fortasse eas partiri, deinde in tres, & quatuor poterunt. Hæc ideo oīa, ut multorū pulsuum esse declaremus unum genus, differuimus. Refert tñ ēt suo nomine ea cognoscere, nosque his, qui in disciplinis profectum iam fecerint, hæc dicimus, quibus scilicet iolis dictauimus. Ergo ēst quoddam genus pulsuum, qui in quantitate distensionis consistunt, satis ostensum est.

Ratio distinguendi prima, & communia genera pulsuum.

C A P. 9.

Iam de primis esse generibus (memini. n. hoc quoq; recepisse demonstraturum) hac potissimum ratione perspicias, si in singulis perinde alijs generibus coneris commentari, atq; nunc in hoc tecimus. Id quod in hunc modum maxime feceris, in singulis tractandis consideres, ecquod supremum genus esse possit, & huius generis, quod est, quantitatis distensionis, & eius quod cum illo proponitur. Age. n. quandoquidem celer quidam est, & tardus, & moderatus in arteriæ motu pulsus, atq; horum commune genus qualitas est motus (quod in commentarijs De dignoscendis pulsibus demonstramus) ecquod inuenire commune genus ualeamus qualitatis, & quantitatis, attendendum nobis est. Si nequeamus, in prima referemus genera, tum quantitatem distensionis, tum qualitatem motus. Sed, quando & qualitas corporis arteriæ, aliud genus sit pulsuum. s. in quo mollis sit, durus, & moderatus in statu arteriæ tunicae, videndum est rursus, quodnam horum sit commune genus: huius dico, de quo nunc egimus, & illius, qui in distensionis quantitate consistit. Si nihil reperiatur, ex primis etiam est hoc censendum. Nam, quod exercitatum requirit in prædicamentis horum commentatio, apertum puto esse: ut. cum, quæ in quæstionem uenerūt, in unum ambo prædicamentum cogantur, non commune tamen ullum genus habeant, ne cōmunitas nos prædicamenti moueat: ut plerosque, qui sero ad literas se conferunt, & inexercitatos pseudo dialecticos, vbi prædicamentum sit commune, genus ēt reperies hic commune existimare esse

A esse, ut qui distinguere homonymiam nō ualeant. Sanè sic habet in qualitate motus, & corporis arteriæ. Prædicamentum est qualitatis cœ utriq; generi: tñ genus non item ambo ullum obtinent commune. Nam p homonymiam utrumq; non synonymiam qualitas dicitur: neq; n. eadē est in ambob. qualitas, sicut in albo & nigro, atq; frigido, & calido. Cæterum motui peculiaris est qualitas, & diuersa: & corpori arteriæ peculiaris, diuersa q; f. non generis sunt eiusdem, motus, & status corporis arteriæ. Verum de his inferius fortassis amplius agetur. De pulsuum nunc genere in quantitate, qua ratione aī aduertēdum est, liquet: primorū ne generum, an secundorum sit. Nam a genere motus, corporisq; arteriæ planè distat, siquidē quantitas à qualitate dissidet: atq; idcirco ēt a genere contentionis, in quo vehementes quidam, & languidi sunt pulsus (etenim qualitate h̄ vel iūctus, vel vitalis roboris constant) & uero a rhythmo ēt, & a genere ordinis, & perturbationis ordinis æqualitatis & inæqualitatis: q̄ quidē prædicamento ad aliquid attribuūtur uniuersa. Hoc iam supereft, vt illud comparemus cum genere crebritatis, & raritatis: nam hoc constitutre quantitas v̄t p̄is quietis: Sed sub idem sic rursus prædicamētum reducētur, genus ambob. tñ non erit idem: nam genere toto quantitas dimensionis corporis a quantitate abest t̄pis. Ac nullū esse aper tum est in pulsib. genus altius quantitatis ḡne distinctionis, ut nec aliorum quoq̄ commemorato rum. At meditatum oportet prius esse, q̄ assequi hæc uolet, ad prædicamēta. Nam scitum est Ar-
cesilai dictum: Nemo uellus portat ad fullonem. Ordo est. n. ut lanificij, sic institutionis disciplina rum. Nec legere quisquam prius docetur, quam syllabas oēs didicerit: nec syllabas ipsas prius, quā vocis cuncta elemēta. Neq; ualidas luctas, ante simplices & leues: neq; has ante, quā probe sit fri-
ctus: immo ne id quidem, nisi præcesserit, more Athletarum, vñctio: sed omnium horum aliud pri-
mum est, aliud secundum, aliud tertium in oībus artibus. Sic etiam in Dialectica, ante quam quis ad prima se & ueluti elementa exercitauerit, in sequentium non ualeat assequi demōstrationem.
Sed hæc hoc loco satis de his sunt.

*Archigenem, quanqnam usus est plerunque nomine differentia, perperam tamen primas
pulsuum differentias qualitates appellasse.*

CAP. 10.

Restat, ut de nomine dīæ dicam. Primum in nomine nos nihil innouare ostēdemus: deinde,
qd apud authores significet, interpretabimur. Nam noui nos nihil designare primus est Ar-
chigenes testis, qui in hunc modum in principio scribit tractatus de ordine, & perturbatione ordi-
nis, æqualitatis & inæqualitatis: Herophilus, qui generatim pulsuum protulit alias dīas hoc pa-
Cto: Magnitudo, celeritas, vehementia, rhythmus, non cōiunctum, sed speciatim ordinis ineminit
& perturbationis ordinis, æqualitatisq; & inæqualitatis. Hoc loco aperte Archigenes non modo
dīas esse in pulsib. sed & aliquas generum esse, quasdam specierum, memorauit. Neq; initio hōc
tantum fecit, oblitus aut̄ postea est in toto sermone: millies. n. nominis meminit dīę, & generum
& specierum, rectissime sentiens, sc̄isq; dīarum quasdam genericas, quasdam esse specificas: ac
harum ēt ipsarum has magis genericas, illas specificas magis. Quare paucula, ut faciamus capita
eius, adscribamus ad confirmandum propositum: primum hoc ex eodem de ordine, & perturba-
trione ordinis tractatu: Quidam sanè æqualitatem acceperunt in certis tantum dīis: ego uero in
oībus, in quibus ordinem. Mox addit: Inæqualitas est imparitas pulsuum in aliqua succendentium
* ei dīarum: perturbatio vero ordinis, conturbatio dispositionis temporaria in aliqua pulsus dīa * Al eis. s. pul.
Bis in hoc quidem capite scripsit dīę nomen. Paulo post: Neq; aperuerunt, ne de his quidem, an
qui omni in dīa sit par, sit æqualis dicendus. Inde rursus: &, qui est absolute ordinatus, his nobis
erit par magnitudine, vehementia, celeritate, rhythmo, & si qua alia eiusmodi dīa dispositus at
tenditur in oīb. esse, sed aliqua ex parte, qui in vna horum dīa dispositus v̄r esse, uel duab. vel plu-
rib. Hoc rursus loco nomē dīæ bis appellavit: cui annectens sequentem orationem, primum sic
Ddicit. Nam illa integra, & oīum dīarum absoluta paritas. Interim sic: Et inæqualem pulsuum eum,
qui prorsus vel una differentia est impar, uocamus. Interim hunc in modum: Nonnunquam alia
pertres, ut dixi, respondent. Vehementia uero, quasi quotidiana est, cum sit æqualis, & per dein-
ceps, aut alia quæpiam reliquarum dīarum, aut alia. Huic subdens proximam orationem dicit:
Conuenientibus pulsibus, & simul oībus dīis, & una uel pluribns. Postea: interim sunt alia oīa or-
dinata, aut certe æqualia: una aut̄ aliqua dīa, ut magnitudo: vel duæ, vel plures semel inordinatæ
sunt. Post hæc in exitu tractatus: Accipienda sunt enim, inquit, quæ retuli, de celeritate & tardi-
tate, deniq; de omni pulsus alia differentia. Atq; hæc ex hoc tractatu adducta sint: quid. n. plura ci-
tes? Igregiamur iam ad aliam, vtne ex uno loco testimonia uideamur capere. Ascribamus igitur
capita ex in sequentibus, atq; etiam ex præcedentibus. Ac sequitur quidem hic titulus: quæ sit uno
in pulsu inæqualitas. Statimq; scribit ab initio tractatus in hunc modum: sunt enim plures differē-
tiæ inæqualitatis, puta in uno pulsu. Inde frequenter autem cum hisce differentijs, & cum magni-
tudinis coniunguntur inæqualitatibus. Mox: Alia porrò est differentia in magnitudine unius pul-
sus inæqualis. Hæc ex hoc tractatu proferas. Porrò adscribamus his pauca adhuc, ex ipso initio li-
bri. Vnum quidem est caput hoc, Tractatus, de pulsus uehemētia. In vehementia aut̄ eiusmodi

DE DIFFER. PVLSVVM

inuenias præterea alias differentias. Alterum iam: Hunc in pulsus languidi differentias referas. Et E
 inde aliud: Quidam non remissus quidē, sed quasi impeditus, & intro vergente præditus grauitate „
 repressus, & demersus, differentia erit yehemētiæ pulsus. Postea, vbi de plenitudine agit, interim „
 sic scribit. Numerus tot differentiarum. Interim sic: Differentia tñ ad* cōtrariū simpliciter æstime „
 tur. Rursus in tractatu de crebritate & raritate in hunc modum scribit: nonnulli videntur turbare „
 differentias. Et ad finem totius tractatus: Habes celeritatis, & tarditatis differētias. Rursus, vbi agit „
 qui sit pullus per par & non par: At, n. non est hæc peculiaris pulsus differētia, sed species eā com „
 plectitur vel rhythmī, vel ordinis. Sed satis iam de dīa, ne imprudentes forte à proposito aberre „
 mus. Nam, Archigenis si de pulsibus velis totum librum reuoluere, alterū ex eo librum conficias „
 de nomine differētiae: nam nunc quidem, ne ex quinta parte quidem hæc excerptsimus: ac multa „
 protulimus capita, non adeo, quo de nomine dīa laboraremus, sed ut significationē esse variam „
 ostenderemus. Etenim genera non raro differētias appellauit cum prima, tum secunda: & species „
 item generum: Ac, quæ neq; genera, neq; statuit species esse, quæ quidem differentiae sunt solæ, et „
 vocavit has differētias: quæ pseudodialecticis res imponit. Nam, qñ differentiae, cum apud alios „
 r̄æcos, tum apud priscos philosophos de tribus his, quæ modo memorauit, accipientur, de gene „
 ribus, & speciebus coīus: sed de illis, quæ in diuisionibus reperiuntur, q nec species sunt nec gene F
 ra, peculiaris, huius isti tñ significationis meminerunt, communi omnino neglecta. Enim uero „
 agitati nemesis suis iporum scitis non constant. Quapropter nunc nō ex alijs græcis nominum „
 signata suggero, cum tñ mihi promptissimum esset ab oībus mutuari, sed ex ijs ipsis pseudodialecticis. Nam, qui se exposituros nominū notiones recipiunt, & dialecticæ hoc cōmentationis prin „
 cipiū constituunt, cum non exponūt, sed ferunt nō aliter, ac leges, hoc noīe sum solitos istos ap „
 pellare. Nam Archigenes quidē, sat scio, omnia citius subeat, quam dīa nomen attribui specie „
 bus quoq; fateatur. Etenim, ut præteream alia, vel secta eorū, ciuitatem prius, quā placitum, ait es „
 se prodēdam. At tu, si, dum leges illi ferūt, fileas, nec resistas quicquā, inde de re quapiam facias po „
 testatem differēdi, cū suis ipsis statim decretis pugnant. Quod sane proauo huius eorum sectæ fre „
 quens est Chrysippo: nomina enim sanctius ille sciscit, q Atheniensibus de appendendis nummis „
 Solon suis tabulis: cōfundit autē ipse ea primus. Et, si qras de successoribus eius sciti, quid nō mea „
 tur sua decreta abutitur, inquiunt. At licet, cedo, abuti, nec, qui hoc admittunt, peccant: licet, in „
 quiunt: nam quid dicant aliad: vbi in puto (ut in proverbio est) sint oppressi? Qui aut alijs hoc ho „
 minibus minus permittūt? An vni Chrysippo istuc, eiusq; facere permisum est æmulis? At quam G
 quæso ob rem? q terra sit natus scilicet. Atticus de Codri familia & Erechthei? Atqui, si quidē illo
 rū sit nepos, non adulteraret quasi nummum aliquem, antiquę institutū vocis. Nunc vero (quod
 * In gracie Ci quis ferat?) neq; Athenis natus nec altus, sed ex Sicilia pridem adueniens, prius, q probe Græcā
 licia.

vōl.
 * vīrō mīns dīpō
 scīns. vētōtāne
 vol.

vōl.
 * vīrō mīns dīpō
 scīns. vētōtāne
 vol.

non gracculū dicamus, vel coruum, vel quippiam aliud, quem verius appellaueris tā audacē. Sed Chrysippi in linguam Atticam contumelias posthac fortasse detegemus. Archigenis delicta hæc
 quæ nunc in manibus habemus, mirè confitearis aperta esse: qui ueretur dicere prima genera, &
 primas differentias, genericasq; differētias, & genera differentiarū, tametsi frequentia apud Græcos hæc
 sunt nomina, ab Herophilo vero & Herophilis prope omnibus millies prolata: sed omnibus cōe nomen commentus est qualitatis. Atqui differentiae nomen potest omnibus assignari, qualitatibus, quantitatibus, relationibus, uno uerbo uniuersis: nam ab eo, quod differat alterum
 ab altero, nomen differentiae factum est, & conceptum. Differunt autem quædam statim primis
 generibus prædicamentorum, ut homo, album, bicubitale, dextrum, nam unum illorum est sub
 stantia, alterum qualitas, aliud quantitas, aliud ad aliquid: Quædam subiectis generibus sub his,
 ut album & triangulare: color. n. illius est genus, huius figura. Hæc rursus ambo prædicamento
 subiecta qualitatis sunt: itaque albo primum prædicamentum cum triangulari conuenit: est. n. H
 utrumq; qualitas: cæterum generis sunt diuersi, hoc figurarum, illud colorum. Alia iam specie dif
 ferunt, cum non differant genere, ut album & flauum: genere sunt. n. eadem, nam colores sunt:
 sed speciei habent quandam differentiam: nam species coloris, ut nigrum, rubrum, cæruleum, ita
 album, & flauum sunt. Iam alia differunt individuo, & uno numero: uerbi gratia, album, quod o
 stendi potest, ab hoc albo, quod potest, ostendi, peculiariter quadam distat differētia, sed eidem spe
 ciei tā subditum est albo: & idem eorum etiam genus color est, atq; cōe prædicamentum qua
 litas: adeo quodlibet a quo uis, alterum ab altero prorsus aliquatenus differt. Quando igitur dif
 ferentia à differendo est appellata & inuenta, differre autem, tum individua, tum species, tum
 genera inueniuntur subalterna, & semel omnia, quæ aliquo modo sunt; etiam differentia, oportet
 in omnibus sit, quæ sunt: non item qualitas. Male ergo prima genera Archigenes differen
 tiarum pulsuum uocauit qualitates: nos recte atq; ordine cum hæc, tum alia omnia, differentias,
 quare etiam uniuerso operi titulum fecimus. De pulsuum diffentientijs. Quid iam superest eorum,
 quæ distulimus? nihil, nisi ut ueterum medicorum, aliorumq; auctōrum usum nominis differen
 tiae declaremus. Nam superior quidem oratio ipsius testimonio Archigenis fidem fecit, neq; ex
 omni-

A omnibus tamen eius libris, ne ex illo quodem de pulsibus toto. quod si alia opera inspicias Archigenis, et febrium drias reperias hominem appellare, & morborum, victuumque atque uti millies in his, quas memorauimus, reb. nomine driae. Quod si aliorum medicorum usum, & oīno Græcorum adscribam, res mihi tam fore vix prolixa, ut libros confidere maximos possit. Oīum ergo primum sit, ut quisque excepatur: nam se statim authorum vocabulis assuefecerit, minusque nobis exhibuerit negotij ad insequentem disputationem. Etiam duæ cuilibet ad manum sunt lucubrations nostræ, & de Atticis nominib. & de Medicis. Potius fieri, ut de lonicis quoque conscribam aliquem: ut, quem de dictione & omnino de nominibus queruntur, discas ex illis. Nunc seriem orationis persequamur, atque hunc librum quidem hic finiamus: in sequentibus libris addamus reliqua.

GALENI DE PULSVVM DIFFERENTIIS LIBER TERTIVS

ARGVMENTVM LIBRI

B Exemplo nehementis pulsus & languidi, pleni & vacui, duri item & molli, Archigenis, & reliquorum Pneumaticorum tractatio redarguitur.

*Inutilem esse Archigenis de nominibus contentionem, ipsumque aberrasse in
vehementiae pulsuum definitione.*

CAP. I.



Ontrouersia nobis de reb. cuiquam necessaria fortasse uideatur esse, alij iusta esse, alicui etiam condonanda. Nam, ut ait Poeta Tragicus,

+ Si amor sapientiae, atque honesti singulis
Iuxta placet, nulla foret mortalibus
Contentio ambigua.

Nunc quia non vix omnibus, idem neque honestum, neque sapiens esse, neque est uerum, necessario existit. s. cōtrouersia. Ut uero philosophus dixit. Etenim, si uel maxime sint, inquit, definita, non tamen scio, sed est in oīb. opinio, ex opinione hac par est nasci cōtrouersia. Ut at sentiunt illi, que scientiam firmam esse, & congruentem ducunt, sed non facile inueniri: quod eam non assequitur, huic est habēda uenia. At de nominibus pugnare, nec ullum hic modum facere, & multum elaborare, solidosque implere libros maximos hisce præstigijs, nec necesse esse, nec par, nec uenia dignum mihi vix. Nam rerum cum sit ea obscuritas, ut, si uel in triplū hæc uita nostra prorogetur, ne tunc quidem exacte nos oīa cognoscamus, & hac adductus re dixerit Hippocrates, "Vita breuis, ars lōga, quod mō, qui in his, que ab re sunt, tempus suum ponit, importunitatis propulsabit uitium? quasi uero tam ei multum supererat pis, ut & hunc ei liceat cumulum addiscere, & necessaria per ocium indagare. Quid hoc nonne faciunt, qui eiusmodi conscribunt, ut Archigenes in libro de vehementiae pulsuum est uero prolixa eius oratio, nec conuenit omnem hic adscribere: nihilominus, qui eā requirit, ex opere de pulsibus legat. Nam quartum est à principio caput, quod orditur in hunc modū: Vehementiam pulsus non esse simplicem qualitatem confirmat. Magnus. Proinde, quasi hoc de uehementia caput legeris, que sentio, aggrediar dicere Miror enim non hoc modo, quod de nomine certat: nā hoc quidem delictum plerisque, prope non medicis tamen, sed philosophis iam solēne est, uerum quod ne id ipsum quidem percipiat, sibi de nominibus esse item. Quapropter, cum arbitretur, puto, de re disputare, extendit orationem, que præter alia absurdâ, etiam scripta obscure, librum alium querit, neque eum paruum, qui ipsam exponat: ut perpetue hæreamus, sic licet de asini umbra ambigentes, neque tantum in dialectica nobis sit profectum, ut, que de nominibus, que de ipsa sit re quaestio, perspiciamus. Siquidem, ubi pulsus aliquis sit uiolēto occurru, ut impellat tactū, & euertat, si, qua ipsum rōne dignoscas, queris, & præterea causas, a quibus proficiunt, & quid denunciari pulsus solet, de re tum commentaris: si autem, quo sit appellatus nomine, de nomine. Quod igitur intelligamus, de nominibus laborare, operam esse ludere: ipsas uero res considerare, artes augere: uocemus illum pulsum Dionem. Inde dicamus, quemadmodum exacte dignoscatur, hoc est, si comprimamus arteriam, non leuiter attingamus, deinde robore fieri uitalis facultatis, ut in commentariis docemus de causis pulsuum, postea signum in morbis salubre esse, & alia quædam, etiam, quas iudicationes solet promittere. Nam, quando in quatuor partes sit omnis distributa de pulsibus commētatio, in partem de differētiis eorum, de cognoscendis ipsis, de causis, & quartam de præfigitione per eos: ut pulsuum ualēter pulsantem, appellemus Dionem, illorum nihil labefactatur. Siquidem, quatenus ab alijs distat, perspeximus, siue Theon, siue Dion, siue quid aliud nocetur, & quomodo dignoscitur, & à qua gignitur causa, ac quid significat. Disputet iam licet de ipso in Magnum Archigenes, contaminantem, & eum fortasse confundentem Græcorum in nomine, at tantum certe intelligentem, controuersiam fere cum ueteribus

+ Verior sensus ex antiquis
Si oībus honestum id ē esset
ac sapiens simul. Non utique esse ambi-
guum hominibus cōtentio.

C tiam firmam esse, & congruentem ducunt, sed non facile inueniri: quod eam non assequitur, huic est habēda uenia. At de nominibus pugnare, nec ullum hic modum facere, & multum elaborare, solidosque implere libros maximos hisce præstigijs, nec necesse esse, nec par, nec uenia dignum mihi vix. Nam rerum cum sit ea obscuritas, ut, si uel in triplū hæc uita nostra prorogetur, ne tunc quidem exacte nos oīa cognoscamus, & hac adductus re dixerit Hippocrates, "Vita breuis, ars lōga, quod mō, qui in his, que ab re sunt, tempus suum ponit, importunitatis propulsabit uitium? quasi uero tam ei multum supererat pis, ut & hunc ei liceat cumulum addiscere, & necessaria per ocium indagare. Quid hoc nonne faciunt, qui eiusmodi conscribunt, ut Archigenes in libro de vehementiae pulsuum est uero prolixa eius oratio, nec conuenit omnem hic adscribere: nihilominus, qui eā requirit, ex opere de pulsibus legat. Nam quartum est à principio caput, quod orditur in hunc modū: Vehementiam pulsus non esse simplicem qualitatem confirmat. Magnus. Proinde, quasi hoc de uehementia caput legeris, que sentio, aggrediar dicere Miror enim non hoc modo, quod de nomine certat: nā hoc quidem delictum plerisque, prope non medicis tamen, sed philosophis iam solēne est, uerum quod ne id ipsum quidem percipiat, sibi de nominibus esse item. Quapropter, cum arbitretur, puto, de re disputare, extendit orationem, que præter alia absurdâ, etiam scripta obscure, librum alium querit, qui ipsam exponat: ut perpetue hæreamus, sic licet de asini umbra ambigentes, neque tantum in dialectica nobis sit profectum, ut, que de nominibus, que de ipsa sit re quaestio, perspiciamus. Siquidem, ubi pulsus aliquis sit uiolēto occurru, ut impellat tactū, & euertat, si, qua ipsum rōne dignoscas, queris, & præterea causas, a quibus proficiunt, & quid denunciari pulsus solet, de re tum commentaris: si autem, quo sit appellatus nomine, de nomine. Quod igitur intelligamus, de nominibus laborare, operam esse ludere: ipsas uero res considerare, artes augere: uocemus illum pulsum Dionem. Inde dicamus, quemadmodum exacte dignoscatur, hoc est, si comprimamus arteriam, non leuiter attingamus, deinde robore fieri uitalis facultatis, ut in commentariis docemus de causis pulsuum, postea signum in morbis salubre esse, & alia quædam, etiam, quas iudicationes solet promittere. Nam, quando in quatuor partes sit omnis distributa de pulsibus commētatio, in partem de differētiis eorum, de cognoscendis ipsis, de causis, & quartam de præfigitione per eos: ut pulsuum ualēter pulsantem, appellemus Dionem, illorum nihil labefactatur. Siquidem, quatenus ab alijs distat, perspeximus, siue Theon, siue Dion, siue quid aliud nocetur, & quomodo dignoscitur, & à qua gignitur causa, ac quid significat. Disputet iam licet de ipso in Magnum Archigenes, contaminantem, & eum fortasse confundentem Græcorum in nomine, at tantum certe intelligentem, controuersiam fere cum ueteribus

D hhh 3 sibi

DE DIFFER. PVLSVVM

sibi de nomine esse. Nam quae sunt Magni verba? Debent igitur magnitudinem pulsus insignem habere, & plenitudinem, velociterque digitis occurtere, si proprie uocare vehementem pulsum velis. Probe igitur hoc nouit Magnus, non sibi de re, sed de proprio vel non proprio nomine concretionem cum medicis esse. Apertius hoc est inferius declarat: nam Demetrium vult, cui libros hos de inuentis post Themisonis temporis dicauit, simul etiam hoc considerare: nempe qui, cum philosophus etiam esset, & quod proprium nomen esset, & quod secus, exactius teneret. Atque eius haec sunt verba: nihil non causae est, quin ipsa verba adscribamus Magni: Quia ratione ergo recte in simplicibus differentijs hunc statuit, tu mihi expedi: nam ad te pertinet, magis proprietatem verborum iudicare, & ex nominibus coniugere significatorum substantiam. Postea clarius est facit hisce verbis: Evidem de mea sua haec tenus non discedo. Tanti im dico vehementiae nomen significare non simplicem differetiam pulsuum, sed moderatum ex magnitudine, & celeritate, atque plenitudine. Proinde hoc est loco se disceptare fateor de hoc, quod si hoc nomen, vehementia, significet. Ac oīno, si quis totā velit disputationē colligere (scripta non est in tertio inuentorum, post Themisonis tempora, libro) ipsum sentiētem intelliget hāc esse de nomine: quoniam Fortasse ergo cuiquam veniet in me quis. Quid non tem innovationem mirari Magni. Etenim transposuisse oportebat nominum significationes, siue recte ijs, siue secus prisci medici sunt abusi. Nam meditationē indulgere, quod ad artis opera interest, non solum Magno non est vertēdū in uitium, sed nec cuiusque, qui facultatem eam habet: siue hodie sit is, siue à sexcentis annis nascetur. Verū de nobis pugnare, quibus tantarum rerum est proposita cōmētatio, alienum est. Sed, si haec mireris ac reprehendas, facis tu quidem probe, ceterum institutum te videtur istorum hominum fugere: nam omnibus, qui Pneumatici vocantur, decreta Stoicorum placet. Proinde, ut Chrysippus eos de nominibus contendere, quorum in philosophia usus est, assuefecit, nec in medicis ipsis nominibus haec dubitarent facere. Iam Zeno vero Citiensis prius est nouare sustinuit, & ppterire Græcorum usum nominum. Quare nihil habet admirationis, si eo deuenerunt contentionis de eis iuniores philosophi & medici. Sed quid habes, quod de ijs mireris, nisi quod de nobis se quidē animaduertunt digladiari? Qui nadmodum nec Archigenes, alioqui prudens, voluit (cum hoc ipsum ostendisset, in nomine vehementiae Magnum innovationem facere) tū accedere denique ad utiliora: sed sursum, atque deorsum id loci versatur, cum in alijs offendens, tum quod ipsa verba non semper Magni profert: que, cum sua sint scriptura multo apertiora, immutat. Iā vero aliud maius crimen hac de nominibus curiositatē committunt, qui post Herophilum de pulsibus scripsierunt, prope omnes. Nam, cum debuissent, ut paulo ante nos diuisimus, & ipsis item diuidentes, seorsum de pulsuum differentijs, seorsum de dignoscendis ijs, separatim est de eorum causis, separatim iam de præfigitione per eos, docere: oīa simul (mirum) confundunt atque conturbant ac partem eorum semel omiserunt, partem leuiter attigerunt: non nulla ab re, & præter modum extenderunt: alia temere coegerunt, ut si unum, sint, in unum, cum multum intersit inter illa. Atque hoc ipso in capite de vehementia Archigenes, ubi scribit, si per se aestimetur, manifeste apparere sua sponte vehementiam contentionem esse, ut dixi, arteriarum motus: cum causam explicauit vehementia, ipsam putat se aperuisse vehementiam. Nam quidem, si hoc, Archigenes, est vehementia, da mihi eius causam. At non poteris: aut eandem iterum dicere cogeris contentionem: eritque contentio tibi motus arteriarum simul, & causa vehementiae, & ipsa vehementia. Ita multo scripserunt rectius, qui antecesserunt Archigenem, de pulsibus: quorum aliqui renisum, alij violentiam, alij robur, nonnulli impulsu occursum arteriarum vocarunt vehementiam. Nec hoc quidē ipsum latet Archigenem: nam quid ait? Sunt quibus in tactus ictus uidetur posita esse: unde & ictus quidam arteriae illam appellant. Mox haud scio, quomodo putat illorum se sententiam premere, ubi sic scribit: Apparet uero per totā distentionē firmitas impetus: ex qua, si obijciamus digitos, est firmiter occurrit ictus, qui non ad finē distentionis, sed etiam ante eum fit. Hec eius sunt uerba. Iam attendendum est, nihil eum efficere contradicendo. Nam quid ad rem facit, si etiam ante finem distentionis qualitas ictus fiat manifesta, nequaquam ictus arteriae esse vehementia? Nam, hoc si illi ante Archigenem dixissent, vehementiam esse retinentem ictum, qui in fine distentionis fit, recte contradiceret, ac ipse subiiceret iam ante finem etiam apparere occursum violentiam: sed, quando quidē dixerunt absolute, renitentē ictum esse vehementiam, stultum sit iam ante etiam finem distensionis animaduerti talem, demonstrare.

Ignorasse Archigenem vehementem pulsus, ac ipsum cum propria causa confusisse. CAP. 2.

Verum demus hoc, quod contendit Archigenes, contentionem, & robur quoddam esse vehementiam, sed uim ictus non esse vehementiam: rogenus eum, quae sit causa vehementiae pulsuum: neque enim idem vehementia est, & vehementiae causa. Nam illa quidem aperta est, & omnis medicus in agro querit: & uero, quantumlibet imperitus, statim pulsus cognoscit uel vehementem, uel languidum esse, causa non perspicitur statim tamen. Unde fit, ut de ea nihil conueniat. Si quidē Herophilus uitalis facultatis robur arteriarum affirmat causam vehementis pulsus esse: Athenaeus uitalis contentionis uim. Asclepiades utrumque deridet, & contentiones & uirtutes, eaque dicit omnia esse inania nomina: at causam vehementiae ad copiam refert, & subtilitatem spiritus,

Aritus, quemadmodum ēt (ut opinor) Erasistratus. Nam nec hic quicq; tunicis ipsis arteriarum contentæ virtutis assignat: sed cum spiritum valenter cor exprimat, huius per arterias transitu renisū ait in ictu gigni. Sed quō hæc afflerimus? cum Magnus, qui se quoq; esse Pneumaticæ secte fingit aliter dicat, ac Archigenes, ictus fieri vim, uerum ea dissensio non est huius loci: Tantum referam tñ ad rem præsentē, p̄ robur ictus in tactus impulsu, repulsu, subuersioneq; positum esse, oīb. est in professo: at à qua causa fiat, controuersum est. Ridiculum uero est, vbi disceptatur, quidnam sit quispiam pulsus, non hoc docere, sed, a quo fiat, tradere: nam, quid sit, clarum oportet esse: a quo dignatur, rōne inuestigare. Planum est ergo, nec quid inter pulsum uehementem intersit, & causam, quę ipsum constituit, probe Archigenem tenere. Qua p̄ p in contentione motus arteriarū, uehementiam statuit: cum hanc causam debuisset uehementię dicere esse, & illam in ictus qualitate positam esse, ac uiolentū quandam esse & renitentem occursum. Nam, q̄ confundat res, nec quicquam distincte doceat, ex illis, quæ infert, cernas, cū pulsus instituisset definire. Nam quid ait? Vehemens ergo pulsus est, q̄ maiore contentionem habet motus, & p̄ lādūs, idest stridulus est: languidus: qui remissam habet contentionem, & iustum aorūs, i. non incitatum. Neq; n. dixit simpliciter, vehemens ergo pulsus est, qui maiorem contentionem hēt motus, sed addidit, & stridulus est: quod medius fidius non intelligo, qd significet: nam poeticum est nōmen stridor, non ciuile, neque ēt vulgare est: nec quid denotat, ostendit. Verum, grammaticis si habenda fides est enarrantibus, quod est apud poetam de Cyclope:

“ Ad montem cogit pingues stridore bidentes.

Celeritatem motus stridor significat. At nō hoc sanè Archigenes ipse uoluit, qñ in Magnū disputat: nisi oratorem agit: frequenter reprehēdit, quæ non intelligit. Sed mihi quidē nō fit verisimile. Quid tandem igitur est q̄ signare vult stridor, nisi celeritatem? num uim ictus? Atqui ita duorum rursus fecerit definitionem, causæ efficientis, & effectus: ac maior erit hæsitatio, utrumq; ne horū esse uelit uehementem pulsum, tum contentionis magnitudinē, tū uim ictus: an simul ambo. Nā, siue vtrūq; siue simul ambo, nō recte: q̄ nequeat, ut oīsum est, causa eadē esse cū suo effectu. Sed .n. qd̄ dicit maiore cōtentōm motus hēt uehemētē pulsum, obscurum est. Nā, qd̄ uel hic dicat equidem nō assequor: vtrum à maiore cōtentōne & robore uehementem pulsum fieri, an maiorem cōtentōne esse uehementem pulsum. Nā priore signatione, nō qd̄ sit uehemēs pulsus, cæterū a quo fiat, explicatū sit: altera rē obscurā, & controuersam inter sectas docet. Vehementem uero pulsum oportet, si quid aliud, esse de reb. sensibilib. Atqui contentio non est sensibilis: aut oī no apud oēs esset pro confessō: quado sunt, qui se, a nomine contentionis quid significetur, cū intelligant pulsum uehementem, sentiantq; plane affirment, non assequi: quidam se intelligentia assequi id quod dicit, fatentur, sed negant esse. Adeo non idē est, contentio motus, & uehemēs pulsus: si quidem hic sensu percipitur: illa non mō sensus latet, sed ambigua est, & prorsus obscura.

In languido pulsu Archigenem aberrare, ab reḡ grauis pulsus facisse mentionem. CAP. 3.

Quid ergo? quod de uehementi pulsu docuit, & obscurum est, & oīb. significationib. falsum de eius contrario q̄ scribit languido, apertius ne est, atq; uerius? forte. n. ex oppositione, ali quid intelligere poterimus eorum, quę in superiori oīone dixit. Cedo ergo eius uerba. Languidus est, qui remissam hēt contentionem, nec incitatum iustum. Hic manifeste quidem magnæ contentioni remissam opposuit: par erat uero non hanc, sed paruam opponere, aut male in uehemente magnam dixit: præterea stridulo, nō incitatum iustum. Iam si, quidnam non incitatum sit, caperem, fortassis stridulum intelligam: nūc stridulo hoc ipsum multo obscurius est. Itaq; neutrum interpretatur alterum: an. n. pro tardo accipiendum sit nō incitatum an pro imbecillo, an molli, an facile subuerso, an distoluto, quid conijciam, non habeo. Vnū quidem certe mihi quiddam perfectum, hoc modo arbitror, qualitatē ēt illum iustum ad notionem uehemētiae assumere: tametsi a

Dprimo cum refelleret Magnum, solam contentionem dixit arteriarum motus: hic aūt ēt non incitatum dixit iustum: atqui cum illis paulo ante pugnabat, qui in tactus plaga eum ponunt. Evidē hæc oīa attoniti esse, nihilq; certi quod diceret habentis, duco. Tu si quidem sentis aliter, at proxima, nō dubito, si non ipse fane sophista es ēt, sed medicorum operum studiosus, quin meras nugas dicas. Porrò caput hoc Archigenis huiuscemodi est. In uehementia aūt eiusmodi inuenias præ-

“ terea alias dīas. Remissus occurrit iustum, & leuis, quem obtusum pulsum nunc nō nulli vocitarūt. + Additur in

“ Alius grauis ille quidem, cæterum remissus: hunc id dīas languidi pulsu referas. Quidam non re antīquis, ēr

“ mislus quidem, sed quasi impeditus, & intro uergente præditus grauitate, repressus & demersus aīs. i. iter quas remissus, &c.

“ dīa erit uehementię pulsus. Atq; in uehementi quidam fuerit iustum cōnitens, humidius impellēs

“ tactum qui maxime à cibo recente efficitur. Alius est, qui egrius frangitur, veluti motore cubitis

“ propellēte. Et qui in affectibus quibusdam & in carnis superfluitatib. appetet. Hēc per deos utrū

“ miracula dices, an deliramenta? Vitam quidem pro artis prolixitate breuem, hic scilicet nō breuem facit, sed plane corruptit, qui tanto oneret eam aceruo false meditationis. unde nobis ergo

“ rursum hi adsunt pulsus grauis & leuis? Quin hanc initio prodidit differentiā, cum diceret octo pulsuum qualitates esse? Nam, vt magnitudinem, celeritatē, uehementiam, & reliqua, quo minus

DE DIFFER. PVLSVVM.

grauitatē quoq; adiungeret, quid causae erat? Vnde hæc denuo noua tragœdia? Grauis pulsus q; E
est? quot ponderum? ò Archigenes explica nobis: quod ni facias, noīa tm̄ scripseris, rem dixeris
nullam. Est quidam vehemens pulsus, ut illi tradiderunt, qui monstra non prodiderunt, in iectu re
nitens. Cognoscas, si premas arteriam, nō leniter palpes. Causam alius aliā facit, aliā ēt uos Pneu
matici uim contentionis. De grauitate mihi itidem expedi naturam, rationem dignoscendi, eius
causam. Nam ridiculousimus sis, cum qui vehemens pulsus sit, qui celer, qui magnus exponas, &
definias: quos ēt citra definitiones intelligamus, nisi semel simus græcæ lingue rudes: grauis uero
hic pulsus q; sit, quem nouum inducis nobis, non exponas, sed, si nomē scripseris tm̄, arbitris ali
quid cōsecutur te. Enim uero nō est hoc dicere, sed blaterare. Si igit̄ uis, ut dixit Comicus, esse,

Garrire doctus, uerum ineptus dicere,
alia erit ratio: Quòd si non garris uelis, sed dicere aliqd, ac docere, quonam sensu, quaq; rōne in
notitiam veniemus grauis huius pulsus, demonstres, fac, nobis. Evidem certe ne lapidis quidē ua
leo grauitatē, vel ligni cognoscere, nisi manib. sustollam, uel humeris imponam, vel appēdā col
lo. Num igit̄ ēt manib. nostris arteria est egroti libranda, aut attollenda, ut cognoscamus ita de
mum pulsum grauitatem? aut quid imperas Archigenes? His quidam ab illius schola senex nona
genarius, Heus tu fili, r̄ndit, remissus, & legnis, & tardus, & cunctans pulsus erit. Rursus hic requisi F
uimus: Quem tu nam remissum pater appellas? tardum ne, an rarum? nam non assequimur. Qui
postquam aliquantis per conticuisse, tardum r̄ndit. Sanè quidem de segni, inquam, te non roga
rim, quem planē ēt dices tardum esse. Immo ēt cunctans, inquit, tardus mea sūta est. Hinc senex,
cum ex oīb. his quatuor nominib. rem declarari vnam aīaduertisset, tarditatē pulsus stomachari
cœpit, rixariq;. Atq; primum, quem cunctantem appellasset pulsum, non in tarditate motus di
xit, sed in quietis longitudine, esse positum, nam cunctari esse, incipere tardare: deinde remissum
& segnem veluti imbecillum esse, nam remitti, faticere, & imbecillum esse atq; debilem, idem de
notare. Tum illi subieci: nil laboro. Etenim, si iterum ac tertio eandem rem enarrare uoles: dabi
mus tibi: ueritatem nos indagamus, non litigamus contentiose. Age cunctantem, inquam, de qe
tis longitudine accipiamus, & remissum; segnemq; de imbecillitate. Prōinde grauem pulsum me
mineris te remissum confirmasse esse & segnem, & tardum, & cunctantem. Cumq; de significa
tionib. explicatus cuperem discere, primo planē præter unum tardum nihil demonstrabat. Nūc
aut remissum, & segnem dicimus, quasi imbecillum esse: cunctantē de quietis longitudine accipi:
tardū, tardū adhuc manere. Quare hoc quoq; mihi denuo responde, an rarum esse languidum di
cas. Verum, inquit. Quid aut̄ diu quiescentem, nonne hunc ēt dices rarum? Annuit. Igitur ex con G
fessis, inquam, efficitur, grauem pulsum, languidum pulsum simul & tardum esse rarumq;. Conti
cuit ad hæc senex sanè cum magna grauitate. Verum, si hoc, inquam, sic hēt, non erit qualitas di
stincta ab ijs, quas oēs in ore hñt, ea, quæ est grauitatis, sed nomē concursui trium qualitatum at
tributum: quandoquidem simul languidum, & tardum, atq; rarum esse dicimus grauem. Quid di
cas, inquit, non intelligo, & rixas cōcitas inanes: simulq; his dictis discessit, oculisq; nos acerbis in
tuitus est, ac stomachi plenis. At paucis dieb. apud ægrotum quandam cūm hoc ipso præsentē se
ne, tum alijs multis magni noīinis medicis, cum de symptomatibus, quæ tenerent ægrotum oēs
attonti essent, ventris fluxum prædiximus. Mox illi, vnde id prædiceremus, requirebant. Quibus
respondimus: vellus ad fullonem nemo portauit, innuētes ijs multum abesse ipsos, ut hoc intelli
gerent, q; leuissima quidem scirent. Paucis post dieb. de sinistra nare præsagiuimus sanguinis pro
fluuium, deinde ēt parotidas: postea alia atq; alia, tum prædiximus, tum curauimus, quorum illi
erant imperiti. Vbi cum illi instarent, vt, ex qua re eas commentationes prænūciasssem & obissem
aperirem, perpetuo silui, nec quicquam illis responsi dedi: sed nobis ipsis dixi Comici illud.

Vt ligna tortuosa nunquam corrigas,
Virides nec arbor uetus, alio si transferas,
Produxerit stolones.

H

Potius enim alij oēs decadant de sua disciplina, q; qui sectis sunt addicti, & cōsecurati, medici & phi
losophi. Itaq; tandem ego cognoui magnas me, & importunas ineptias lucrari, de re nulla cum il
lis disputando: egoq; in eo sum, & ero: & hos libros cum certo sciām, nisi uni forte aut alteri, q; sin
gulari ingenio sit, doctrinaq; vtatur, & meditatione, & pr̄ his oīb. insania liber sit illa circa sectas
nemini propemodum fore vsui: attamen scribo, simul nec indocte ludens, & præsidio obliuiosæ
senectuti, ut dixit Plato, commentarios mihi ipse comparans: simul familiarium ēt quorundam
precibus gerens morem. At de insigni imperitia atque etiam contentione haētenus est satis.

*Gravis nomen, & pleraque, quibus Archigenes est usus ad pulsum explicandas
differentias, obscura & esse inutilia.*

CAP. 4.

IAm ad institutum redeamus, ac ostendamus illis, q; id ualent assequi, nomen tantum esse gra
uem pulsum, rē uero nullam. Nam, si, vt ex Archigenijs nostra memória sapientissimus, cum
ad

Aad eum exponendum cōpelleretur, sumebat, languidus erit, & tardus, & rarus: ac, si hunc pulsū ostendere dicant à repletione naturā onerari, atq; eo esse appellandum grauem pulsū: eadem opera non grauē modo, sed & crudum vocent, & frigidum, ut qui non secus, atq; repletionem, cruditatem humorū possit, & frigiditatem arguere. Itidem certe biliosum quoq; & pituitosum pulsū non dubitabimus appellare, si semel apud nos sit receptum causarū illos efficientium ad eos esse nomina transferenda. Quare quod semper testor, quia apud illos non distinctū est peculiariter de differentijs pulsuum opus, separatis de dignoscendis ijs, priuatim de eorum causis, priuatim etiam de præfigitione, eò in has ineptias impellūtur. Ac Archigenes quidem in primo omnium genere pulsū, quod in magnitudine consistit, de causis eos efficientibus, vel præfigitione per eos, verbum nullum fecit: sed differentias docuit huius generis pulsū, nomenq; earum cuiusq; tradidit. pauca quidem nonnullis locis de dignoscendo inferens, sed ne id quidē scies ut inferius demonstrabimus. At verò de secundo genere, quod in vehemētia cōsistit, vbi agit, tres simul tractatus confundit, non tñ de differentia, & dignoscendo, sed & de causis eorū efficientib. differens: vbi de plenitudine, confusor est etiam. Deinde qñ de rythmo tractat, pauculum aspergit dignoscendi meditationis, in prima fere perstitit. In solo uero tractatu de ordine, & perturbatione ordinis, & qualitate, & inæqualitate, primā partē de pulsibus commentationis seruare syncream potuit, nec dignoscendi rōnē hic, nec presagitionē ex ijs, immo nec causas attigit. At, quo loco de graui, & leui (vt vocat) narrat, inter alia, etiam id mirifice scripsit ad hunc modum. Quē obtusum pulsū nunc nonnulli uocitarunt. Quinam, bone vir, erat dicendum: in qua illi nam nati Scythia, vt cognoscāt nomen obtusum ultra languidū nihil significare: Græci ἀμενγὸν illud, hoc, ἀμυνὴν appellant: ambo. n. eidē rei tribūnt Græci: sed apud eos τὸ ἀμυνὴν est frequētius. Ita duobus his pulsibus graui, & leui Archigenis muneribus tñ est profectum, vt prolati temere sint: & nullum habeant, quo dignoscantur, vestigium. Qui consequuntur, longè adhuc absurdius confati sunt. Nā, quæ sit differentia pulsū, quæ grauitatem obtineat intro vergentem, me sane præterit. Quē me res de integro coegit ex illius discipulis quærere, quodnam sit ænigma. Qui cum in tricatius, & absurdius responderent ipso authore, animaduerti planè esse homines, qui, quæ non intelligunt, suspiciant: quo Archigenes cognito, mihi videtur de industria scripta sua obscurare multis locis. Evidem, quoties vergentis intro grauitatis mihi in mentem venit, non possum me a risu abstinere. Apertum est enim aliam, quæ foras vergit, grauitatem esse: atq; hæc cuti. s. hominis grauis est, altera ossibus: alioqui quomodo vna foras, altera diceretur intro uergere? Quid iam?

Cimpeditam, & repressam, & submersam appellare pulsū aliquam differentiam, nonne interp̄tes ēt desiderat? Quānam impedita est? Sane, quē tardius, ac par est, mouetur, impedita est: & quē rario iusto est, tum quæ intermittit, & q̄ deficit: Præterea omnis inæqualis, & inordinata, arhythma etiam, adhæc iusto minor, atque languidior: omnino hæc scilicet in impeditis sunt: nam impediri quidem causam potius, quam differentiam pulsū, denunciat. Repressa uero utrum ipsa quoque languida est, an parua? aut quid tandem a demersa vult differre? siquidem demersam dixeris paruam aliquam esse. At enim tardi prorsus nos fortasse sumus: Archigenes, qua est prudentia, tñ non ipse. Mercurius. Ergo eum par erat, quasi Deus sit, homines ut doceret, operam dare: non ut nomina tantum conscriberet; sed quod in clarioribus fecit, & indicia, quibus dignoscamus, adscriberet. Verum, si omnino studiisset apertis indicijs eos discernere, non tam inania uerba fudisset imprudens, quasi uero non possimus nos item alios uerbo tenus plures fingere, † & iure quidem primum subuolantem pulsū. Nam, qui illi magis dimersum licebit dicere, quam subuolantem nobis? & hercle mutantem aliū. Iam glutinosum etiam quendam, & friabilem dicam: præterea nigrum, splendidum, purum, turbidum, * difficilem, hilarem. Quinetiam βλίτυρον γουνον pulsū dixero, & σπινδαφιζόμενον si nomina tantum requirunt. Sed enim τὸ βλίτυρον

[†] Aliter in an
tiquis uai δη
λέγω i & iam
dico.

* Aliter, δει-
λόν. i. timiū.

Daiunt, & τὸ σπινδαφις planè nihil significant, Archigenis clara sunt nomina. Quid tu bone uir dedita opera nugaris? Etenim τὸ βλίτυρον pulsationem quandam significat, & τὸ σπινδαφις non tantum serui, sed etiam instrumenti cuiusdam est nomin. Sed quid(dices, ni fallor) hæc ad pulsū? Quid uero, quæ tu profers nomina, ad illos faciunt, cum illa, quæ paulo ante recensui, tum ὁ ἀποκεφανισμένος, ὁ περίχων, ὁ νύγοφανής, ὁ περάων, ὁ βιβῶν, ὁ ἐκτεθαμβων, ὁ ἀναλυθής, ὁ ἀτανής, ὁ ἀδεινής, ὁ ἀποτετηγώς, ὁ διαταφονής, ὁ δικυκλισμένος, ὁ ἐγκαλυπτόμενος, ὁ ἐξώης, ὁ εὐθράνης, ὁ εὔπονος, ὁ νότυλος, ὁ κατανενεγμένος, ὁ διανενεγμένος, ὁ λαγαρέων: ὁ ὑποπλεπτόμενος, ὁ φακάδης, ὁ στροβητός, ὁ σπινδαφις ἀποχωρῶν, ὅτε τῆς αργητης ὀλκίου προστητούσης. i. præcipitatus, stridens, humidus apparenſ, soporofus, bombans, stupefactus, resolutus, intentus, inefficax, congregatus, difflatus, cubitis propellens, occultatus, expulsor, grauis, crepens, madidus, congregatus, disaggregatus, languescens, subsfuratus, lancinosus, exagitatus, tetrica recedens, & qui est cum arteriæ tractili occurrente atque id genus nominum immensus numerus: quē separatis, & sola aliquid significant, sed cum pulsibus nihil ipsi conuenit, sicut nec quod dicitur humidus impellere quendam pulsū. Nam hoc rursus loco Archigenes à pulsū doctrina defletit, cum humiditatis meminit, rei illius quidem ad præfigendum conducentis, at non ex pulsū com-

DE DIFFER. PVLSVVM

mentatione. Miscuit ergo eam cum connitente, quem ille uocat, ictū, qui a uehemente pulsū nihil distat; ac differentiam quandam se hanc singit aliam docere, cum nō àlia sit, ceterum uehemēs pulsus cum humiditate. Deinde ignaro speculationis huius imponit, quasi mirificū quid sit, quod adscripsit, qui à cibo potissimum recente efficitur. nam connitens ictus, inquit, cum humiditate ab humidiore cibo potissimum recente fit. Hic subest aliqua, Archigenes, rō, dicisq; verum: indistincte tamen & confuse, itaq; obscure. Nam sic erat dicēdū, ex cibis recenter mactatis {vehemēs

* Dictione hec non est in an- generatur pulsus cum humiditate: atqui hunc quem alium, ac uehemētem pulsū, dicas, & aliud quiddam, quod oīno pulsus non est. Iam etiam importune hoc loco tractat de commentatione, quæ tractatui cōis est De pulsuum causis, & De pr̄asagitione per eos. Sane pr̄astabat illic retulisse, à cibo qui fiat pulsus: nosq; Archigenes dicimus, non sic, ut nunc tu, negligenter, sed adhibitis proprijs distinctionibus. Neq; n. omnino fit à cibo quidem oī vehemens cūm humiditate pul-

* Aliter, veit; sus, sed modico quantitate, & qualitate humido: nam copiosior cibus non uehementem pulsū, id est cogitas. sed inæqualē, ex languidis, & uehementibus, medijsq;: Neq; humidum efficit siccus: proinde humiditate alimenti cū humidior aliquando euaserit cutis: Neq; enim eo semper, sed inest aliqua di-

scretio. Etiam moderatum quantitate cum cibū excipiat uehementia, humiditatē temp̄stā nequaquam appellare, quæ per se quidem pulsus nunq̄ immutat: sed mentione cibi moderati facta, ve-

mentem dicere ex eo pulsū oriri. At hoc, et si uerū sit, tñ praecipiam ad commentationem per-

tinet pulsuum causarū, deinde ad pr̄asagia. Sed de his non institueras agere. Quòd si confuse da-

tur facultas simul, & intempestiū scribendi, non tantū à recente cibo scito eum pulsū, sed & à balneis interdū, & ab exercitationib. iraq; generari: est enim, cum ex his generetur: atq; quō ge-

neraf & qua rōne, si exposuissē tm̄ habeamus satis, nihil ad doēcdū nobis profetū est: si distincte ex- plicemus, recesserimus ab instituta doctrina. Quare inanēs istas nugas mittamus. At, si quā nobis

aliam potes differentiam pulsuum, ac scimus, tradere, trade: neq; tantum nomina profer, sed signifi- cationem ēt eorum: & totius modum dignoscendā rei. Cæterum rursus, vt hæc omittamus, ijs

mox adiungit τὸν διηγανούμενον pulsū, τὸν διελωνύν, id est distinctū, relinquens, & ἀποπεπληγμένον, id est applicatum, & προβεβηκότα, id est progressum, & ἀποβεβηκότα, id est regressum, & λα-

κτηκότα, id est calcitrantem, & γονατίζοντα, id est geniculantem, & γαστίζοντα, id est ventriculantē. Nam quæ est ista nominum lex, quandam uocare διηγανούμενον, & praeterire cæteros? Quin δι-

ηγανούμενον, inquit, quasi indiguantem pulsū vocamus. Iam male praeteris quasi tristantem, ira- scentem, & succensentem. Extra iocum, inquit, nam ualidum sic appellamus. Serio ago bone vir-

tu uero, cū validus dicendus sit, διηγανούμενον vis nos dicere. Nam validum si dices, qui sit hic va-

lidus, te rogem, & qua illum ratione dignoscamus: nempe uehementem quidem, vbi cum premi- mus arteriam, renititur: & contrarium illi languidum, cum obscuratur premētibus nobis, digno- scimus. Validi vero, si etiam explices rationem dignoscendi, fructum tulerit aliquem tua doctrina

si minus, etiam nomen hic modo, rem tradideris nullam. Vbi magna vi, inquit, subuertat tactum, & impellat. Atqui subuertebat, & uehemens. At minus, inquit, quām hic, uiolenter. Ergo intense uehementem appellas validum hñnc, & διηγανούμενον pulsū? Scilicet, inquit, hoc ipsum. Igitur iam etiam magnopere velocem, faciendum est nobis, vt non uelocissimum, sed aliud quid appellemus: & magnopere magnum, non maximum, sed alio nomine: itaq; reliquos. Quòd si illis hoc

satis est si uelocissimū dicant, & maximum, tardissimum, rarissimum, creberimūq; quin hic quo- que sufficiat uehementissimum dicere? Neque est ducentum, finitimatam aliquam uehementiē me- morari alias differentias: nam, quæ in vno quoque genere fiunt intensiones, non sunt extra ge- nus: neq; enim, admodum album aliud, ac album, est: neque admodum nigrum, quicquam est pre ter nigrum: itaque nec admodum uehemens, aliud est, atque uehemens. Quare sunt hæc omnia

mera deliramenta, quæ necessario consequuntur, quod isti ordine non distinguant, ac digerant, nec notionem singulorum pulsuum, nec causas, quæ eos efficiunt. Namque quod sæpē iam dixi- mus, qui ueritatem speciat, debet ab ipsis rebus ingressus, quot h̄e sint, & quæ, explicare, deinde no- mina ipsis ponere, mox de ijs dignoscendis agere, ab his de causis, postea de pr̄asagitione: id quod nos fecimus. Atque in hoc opere, pulsuum differentias persecuti omnes sumus. In opere de pulsū- bus dignoscendis, quo pacto in quaque harum applicatis digitis, exacte debeant sentiri. Inde lucu- brationem de causis compausimus. Secundum hanc de pr̄asagitione. Sed hoc loco (quandoqui- dem agimus de prima, quæ quid referat ad artem colendam, primo in libro explicauimus) sum- mam iam faciamus disputationis de uehementia.

Qui Galeno sit uehemens pulsus.

C A P . 5 .

PVlsus est quidam, qui tactum subuertit, id est ualde, & cum renisu quodam pulsat. Hunc si- uue uehementem, siue contentum, siue quicquid uisum est uocare, hoc constituto, dignosci- ficio eum, ubi plurimum digitos infigimus, non leniter palpamus. Causa eius, facultatis robur pulsus efficientis. Proinde, si de medicis uocabulis primo omnis nostra potestas sit insituendis, contentum eum pulsū, non uehementem appellemus: nunc, quia à plurimis iam pridem uehemens est uocatus, nomen nihil mutamus: tametsi uulgo non simus nescij uehementiē nomen

A nomen actioni semper tribui validuæ simul, & citatæ: si quidem luctæ vocatur vehementes. Et hæc genus leonum appellant omnes vehemens, quoniam huius quoque contentam actionem, atq; citatam conspiciunt. Quamobrem, si mihi nomen sit instituere liberum, simplicem "pulsuum qualitatem renitentiam, & euertentum tactum, vim, vel robur, vel contentionem appelle, vel quid tale aliud: quæ vero ex hac est, & celeritate conflata, vocem vehementiam. Nunc vero, quando quidem vehementia nomen maxima pars medicorum usurpauit, pro vna de primis differetij, esse illud statui non vitandum: atq; ea re pulsantem robuste pulsum, nominaui vehementem: imbecille, "lauidum. Neq; quicquam interest, robuste dicas, an valenter, an violenter, an cōtēte. Huius causam mouentis arterias robur dico facultatis esse: dignosci, si digitos alte infigas. Nam, cum ita attrahes, validus pulsus videtur validior, q acius digitis prementibus resistat; at imbecillus adeo nonnunquam concidit, & deiicitur ab illis, vt priuatum pulsu hominē dicas. Verum in sequentibus lucubrationibus, de his tractabimus. Hic mihi finis esto huius disputationis.

Aduersus Pneumaticos de pleno, & vacuo pulsu, ac de ratione nominum transferendorum. CAP. 6.

B Nam ad decantatam illam mihi certum est plenitudinem me conferre, in qua oes sudarū medici iuniores, nec minus nobis certe negotijs exhibiturā, nō in hoc quidē solum opere (nam hoc quidē feras) sed multo plus, vbi de dignoscendo differemus: cuius fatemur quidem esse euidētem notionem, sed notitiam eius repræsentari negamus sensui ullam: uerū de ea dignoscēda post hac dicemus. Ue notione nunc, quando quidē & hanc sunt, qui conturbent, uerba faciamus. Itaq; à rebus ipsis exordiamur. Aut arterię corporis erit quedam qualitas "plenitudo, aut infusæ substātiæ. A nominibus hinc maximè incipias. Plenum dici mus dolium uini esse, & plenū farinę culeū: sic etiam theatrum, sic curticulum, uel curiā esse plenā hominum dicimus: & contra, uacuā. Haud aliter uentrem, & os interdū dicimus plena esse, interdū uacua.

Os tibi sit plenum Thyrsis mi melle decorum,

Atque fauis plenum, Aegiali tibi carica pastus.

In summa quodus uas, quod quidem internam habet ullam capedinem, uel plenum, uel uacuum dicimus esse, cum eius ab alio corpore uno, uel pluribus c: pedo occupetur, plenum: uacuum, si p̄ter aerem cōtineat nihil. Ita proprie omnes mortales, & p̄cipue uocant. Hinc iam quidā, ad suas artes, qui tradiderunt, nō iā proprie utiq; neq; prima ratione, sed secunda, & tropice, hic lanam appellavit plenam, uinum ille, alias aliud, usu quisq; rem æstimans: nā illa, quæ perseverantem eum & constantem habet, hanc plenam uocant: Vt, qui uinū gustarunt, cum diutissime sentiant qualitatem perdurare: nam, si habeat extemplo, & pereat, uel qualitas, uel uis, uel utilitas, uacuum illud uocant. Et uero sic sermonem, quoq; aliquando falsum, uacuum appellavit. Non tamē, cum quēpiam mente uacuum esse dicant, metaphora iam utuntur, nec item, cū graciles homines corpus habere uacuum carne dicāt, & crassos plenum, sed intelligentiā in his uatis seruant, & contenti, in quibus (ut exposuimus) proprie, & p̄cipue plenum, & uacuum recepta sunt. Iam alia corpora

C hoc est fistulis inanibus cauernosa, dicunt, nō r̄vra. i. uacula, ut spongia & pumicem: nanq; aerē nō numerant corpus, sed regionem quandam, & locū uacuum ad excipiēda corpora appositiū. At non, qui ratione quicquam sunt de aere cōmentati medici iuxta, ac philosophi, uacuum eū prorsus esse putant, sed quidam, in quorum ēt nos sūnia sumus, unum esse corpus undique sibi continū, quod nusquam habet quicq; intextum uacui: alij multa corpora in uacuo parua, & prima committi, concurrere, & repelli, non connecti tamen, nec confundi. Sed. n. uacuum pulsum, ita nō queas appellare, ac uulgas dicit uere uacuum: quippe tale nō sit quicq; in orbe, ne p excellētiam quidem: nam, cum nullum existat omnino uacuum in mundo, qui sit per excellentia quicq; uacuum?

D Quare uacuum relinquitur, ut uocemus, quō culeum, uel utrem, uel calathū, uel saccum, uel omnino quodlibet uas. Quod si ita accipiamus, bifariā talem pulsum interpretabimur: uno modo, ut dolium, ubi aerem contineat tm: altero, ut utrē, uel culeū, uel aliud tale, cuius possunt tunicae cōsidere, quēadmodum inflatus uter uino manet perpetuo uacuus, sed aeris plenus, quē si tñ euacues ut undiq; considat plane, ibi fit uacuus. Itaq; arteria esse, aut eo modo uacuā dicemus, ut q aerem contineat, ut, q̄ q̄ sit plurimū inflata, & distenta, uacula sit tñ appellanda, aut non sic, uerum ut de utribus retulimus, qñ & aerē ijs exaurias. Prima quidē significatione uacuus pulsus erit talis, quā lē Erasistratus natura sem p̄ asserit ipsuīn, altera, nihil à paruo differet, nā tertia significationē, nec Archigenes, nec Agathinus, nec Magnus, nec Athenaeus, nec alias ex Pneumaticis medicis agnoscerullus, cum pauca, inq, corpora arteria cōtineat, regionē aut uacuā plurimam, nullam enim in mundo reperiri existimant talē, unitam uero sibi totam substantiā. Restat ergo, sicuti diximus, ut aut paruum pulsum, aut aereum uocemus uacuum, itēq; contrarios ijs, plenos, magnūm, & eum q̄ humidā speciē habet, ὑγροφανῆ Græci appellant. Sed hos s. infusæ substantiæ ratione, cuius quidē maximè ratione appelles proprie, vel plenum, uel uacuum uas, at aliter arterię corporis rōne id est, eius tunicarū, quas restius laniē duras, & molles, non plenas voces, vel uacuas, quod simila-

DE DIFFER. PVLSVVM.

re corpus (nisi per metaphoram quæ ab disciplina ablegâda est sc̄ientia) quod vācū uocetur, uel plenū, sit nullum. At, si noīa propria suppetant, his vt nos par sit: si non, definitione p̄aestet singu-
las res explicare, q̄ à metaphora nomina mutuari: siquidē docere instituas, nō obtundere. Tamē
apud eum quidem, qui iam rem didicit, quo compendiosius explices nominib. à metaphora sū-
ptis, & ab v̄su, nihil est causæ, quin rem exprimas: verum omnium doctrina prima rerum artificia
liū, qud aperta sit, & distincta, propria nomina querit. Ergo arteriæ corpus, hoc est eius tunica,
aut isto durior est, aut mollior, aut moderata certe, & in natu statu. Nec verò in hoc ipso iam,
vel aeream quādam dicemus, uel humidam contineri substantiam: vñ est enim, quod undequa
que sibi cohæret, nisi foraminibus quibusdam præditum sit ualde minutis, que tñ omnino cōple
ctantur etiam, necesse est, vel aeream substantiam, vel humidā, vel halituſam: uel confideant vñ-
dique. Verum, quæ considerunt, instar sunt nulla planè obtuentiū foramina, que humorem ve-
ro, vel vaporem, vel aetem continent, mollius reddunt corpus arteriæ. Itaque eodem reuoluimur
quod dicebamus à principio, aut durā esse arteriæ tuicam, aut mollem: nam, qui intercurrit set-
mo, nullā demonstrat tertiam naturam aliā, sed duarum commemoratum diuersas generatio-
nis causas. Sed hæc res, quam dico, nihil ad institutum pertinet. Evidem vel omnes libenter ex-
posuerim durorum, & mollium generationes, si id mihi vñ fructū posset ad præsens institutum F
ferre: idq; dabo operā, vt quantū facere possim, brevissime explicē. Quando oīa corpora ex terra,
aqua, aere, & igne cōflata sunt: in quibus exuperat, vel terrestre elementum, vel aquosum, si gelu
concreuerit, non posunt ea nō dura esse: in quibus igneum, vel aereum, vel humidum elementū
inconcretum excellat, mollia hæc omnia esse. Et item, si foraminibus sint prædita, vel meātibus: si
superior ibi sit terrestris substantia, uel aquosa concreta, facit necessario ad totius corporis duri-
tiam: si subtilis, vel humida, sed non concreta, ad mollietē. Quę cum sic habeant, iure iam de illis
quæsierimus, cui nam potissimum rei subiectę assignent nomen plenitudinis. Sanè enim, aut du-
ritiem vocant plenitudinē absolute, aut aliquam de cōmemoratis eius differentijs: dīcē erant, cū
vel siccitas excellit terrestris, vel concretio humida. Aut ergo meatus quosdā hæc res habet, aut
non habet. Similiter, vacuitatem, vtrum mollietiam vocent, an aliquā eius differentiam: cuius qui
dem erant etiam differentiæ in excellentia, aut substantię subtilis, aut aquosę inconcretę. Verum
nullam committent, vt respondeant harum, nam ita, nihil profecto esse plenitudinē aliud, ac duri-
tiam, statuerint, & vacuitatē nihil aliud, ac mollietiam. Recedū uero à ratione omnibus mo-
dis quidam impudētius, nonnulli sane verecunde: fuga honesta quidem illa ad spiritus recipit se
facultatem: nam, quemadmodum uini, aiunt, qualitas dicitur plenitudo, sic spiritus quādam est G
plenitudo. Atqui cū iam hic petimus, vini quam plenitudinem appellant, vt declarent: non pos-
se dicunt rem explicari. Quomodo igitur, cedo, audetis nominare, quod explicari non valet, aut
discere de uobis nō /peratis? Nam, si nec docere rem ualetis, nec explicare oratione, qui tandem
aliquid discamus de scriptis vestris, aut iudicemus? Enim uero, en uobis, inquit, in ægrotis ostendō
plenum pulsū. Recte igitur feceris, mihi crede, siquidem exprimi oratione nequeat, sed inō-
strari, si nihil de eo conscriperis, rem autem nudam ostenderis nobis. At, & scribis, ut si explicare
possis, & ostendere non uales: siquidem doctrina constare citra interpretationem in ostendendo
nulla potest. Adinouere igitur me digitos iubes, scilicet arteriæ, inde subiçis. En tibi plenus hic pul-
sus est, quem nunc sentis. At hoc, si simplex accidat, & una pulsibus qualitas, recte dicatur, nunc,
quando variae hæc vel vestra sententia sint, occurant vero repente omnes: absque interpretatione
non potest fieri, vt iam vñ ex illis intelligamus. Atqui iam tango, vt uis, arteriam, sed, quia, quid
tu ex accidentibus eius, voces plenitudinem, me latet, nihilo ego ex tua ostensione intelligo clā-
rius rem, ac nuper, cum ostenderes nihil. Distendatur sanè, cum admoueam pulsui digitos, pluri-
mum in longitudinē, & circulatim: si stringam etiā, & premam, violentius in tactum incurrat, vi-
deatur præterea durus & velox. Et, si violētum eius occursum putem plenitudinē appellari, quid, H
an non res ostensioni accidat absurdā? nam, quem ante didicimus vehementē pulsū vocare, hūc
iam obliuiscimur, ac discimus appellare plenum. Quare aut aliud symptoma distentionis arteriæ
adduce, cui plenitudinis me iubes vocabulum tribuere, aut, si nullum præterea sit aliud, nomē in-
uehis pulsibus, rem doces nullam. Nam, si tibi hoc satisfacit, si rem dicas nō posse explicari oratio-
ne, dabis certe mihi quoque, vt dicam alias esse præter illas, quas vos recēsūstis, qualitates pulsū
q̄ in distentione arteriæ aduertātur, numero tres, male à vobis neglectas. Si me rogetis, quasnam
has? nominibus proprijs exprimi dicam nō posse, sed metaphora, si vultis, audebo docere. Nam,
vt uocem quādam albam esse, aliquam nigrum dicimus, sic pulsū ēt quendam albū dixero esse,
quendam nigrum: atq; hanc primam statim qualitatē à vobis esse prætermissem, alteram por-
rò secundam, ex qua vel dulcedo aliqua eorum, vel amaritudo conspicitur: Esse autem per meta-
phoram accipienda etiam hæc nomina, q̄ exprimi oratione res non possit, demonstrari possit
tamen. Ecce tibi pulsū ostendo hunc amarum. Iam tertia qualitas est, non illa quidem verbis
expressa, sed quæ tamen possit monstrari. Voco eam, vt eā describam, acerbitateim: nam in gustu
ut animaduertimus acerbum succum, ita in tactu arteriæ occursum quasi acerbū. Qua si quis uia
infistat,

A insistat, vel triginta dicat, nedum tres pulsuum differentias esse p̄teritas. Et hoc mihi præter categora, fac attendas, esse humorem, qui poprie acerbus appellatur: plenū uinū proprie nullū, q̄ si sic quis appellat, metaphora vtitur, quēadmodum superius exposuimus. Sane omnibus hominibus à proprijs nominibus potestas est trāsferēdi: a translatijs autē alias ducendi metaphorās, nō itē, neq; n. hoc est permittendum, ne poetis quidem, nedū his, qui scientiam aliq; & disciplinam profitentur. Quare ab humoribus transferenti ad tactum nomē acerbū, quod ab humoribus proprie incepit, ignoscendum est. At, si à plenitudine, quæ in gustu est, ad plenitudinē velis traducere, quę percipiatur tactu, parū legitime sanè facies transitū. Quin etiā, qui dicit alteram à prima metaphora, licentiā is superat poetarū. Nam, hoc si semel concessum sit, hercule etiā tertia ab secunda audebit, & quartā a tertia, atq; quintā à quarta facere metaphorā, ut plane enecentur, quos obtundūt. Tametsi nec à proprijs licet quibuslibet nec poetis transferre, immo, si vel Pindarus sis, & Oceani folia dicas fontes, non collaudere: ac multo minus, cū, Veracem aut̄ super incudē fabricare lingua, aut aliud quid tale dicas. Sed enim nihil ita loquacitatē efficit, vt qui designat quicquam, & te merarius est in illis, quæ ignorat. Nam differentias cuiusq; rei, quot sint numero, qualesq; specie, viri est inuenire, logicā nauiter meditati, deinde nomina eis instituere, rhetoris partes, aut verius dialectici sunt. Vbi ergo homines, qui nec logicam speculationem exacte tenent, nec interpretari valent, ad res aspirare, quæ superant ipsorū facultatē, audent: cum ipsi verba funditant, tū reprehē sores impellunt, licet maxime studeant breuitati, in eandem orationis prolixitatē: id. s. quod mihi nunc vsu venit. Siquidē à mea perpetua breuitate diuellit ipsorum me numerus erratorum, tamē faciam etiam hic, vt sim, quantum possum, breuis: quod quidē affsequar, si generalia peccata, atq; cōmunia omniū reprehendā, & singulorū priuata prætermittā. Cōmunia & generalia hæc sunt: vtrū certā qualitatē arteriæ tunice denunciet plenus pulsus, an infusæ substantiæ q̄titatē, vel qualitatē, an innati spiritus (nā & hoc sunt ausi quidā dicere) aut facultatē quādam, aut qualitatē. Ipsius. n. corporis arteriæ qualitates, quod paulo ante demonstraui, neq; plenitudo uocari, neq; vacuitas, sed duritia, & mollitudo iustius debuerūt: ipsius vero infusæ quantitatē substantiæ, recte q̄d plenitudinem uoces, & vacuitatē: at inter has nihil interest, & magnitudinē paruitatēq;. Quod si nō quantitatē, sed qualitatē substatiæ cōtentæ in illis denotari à nominibus istis dixerint, haud quaquam appellauerint proprie: esse tñ confirmauerint quandam differentiam, sed eam sensui incognitam, ut in libris De dignoscendis pulsibus ostendemus. Spiritus verò plenitudo, & vacuitas sola, longè ét minus pcipi pōt. Nam, si quis, vt causam, eā in ostendendo sumat, roboris eius vehe cōmentem pulsū statuerit signum, & imbecillitatis languidum: qui autē hæc posuerit, de secta erit pneumatica. Quare uel hic, quod liquet, nec cōem notionem, nec sensus affectum ad cognitionē peruenientem proferet, sed suum placitum colet. Atqui nō est in explicanda rei notione, neq; in dignoscēda ea admittendum placitum, sunt. n. cōia omniū: sed in solis causis prædicādum, quod nos faciemus in commentarijs De causis pulsuum, in quibus, vt causas, q̄ pulsus variant, omnes referamus, placita attingere cogemur: hoc loco contra, nullum debet oratio, vel leuissime, attinere decretum. Hæc duco hic de plenitudine, & vacuitate sufficere, quarū in libris De dignoscendis pulsibus ampliorē mentionem faciemus. Et ét, quę longissimē nugatur de ijs Archigenes, in examinando eius libro De pulsibus, explicabimus. Nam ita a primo statuerā, ut quatuor his lucubrationibus essem contentus, quarum iam mentionē frequenter feci, primē huius, quam nunc in manibus habemus, alteræ de dignoscendis pulsibus, tertiae de causis, quartæ de præfigitione. Verum, quia alij me multi induxerunt & impulerunt, ut in librum Archigenis De pulsibus scriberē, t̄ atq; demonstrauerunt modo bene illum dixisse, alicubi ét offendisse: reddiderunt hanc nobis compendiosiorem narrationem. Nam hic a singulis separatim discedemus, ac ipsa generalia posthac persequemur, non perinde, ut in secundo ante hunc. Etiam hoc ipso in libro, quo loci de D uehementia dixi, ut errata declararem, ipsa verba citaui Archigenis.

*Quæ proprie sint duri, & mollis significationes, quamq; in ipsis intelligendis
Pneumatici decepti sunt.*

C A P. 7.

*Alii ex an-
tiquis grecis.
ostendens, quæ
nā recte ab ip-
so, et qua nam
nō recte dicta
sunt, reddide-
runt, &c.*

Q Vare ad disputationem iam de duritia, & mollitudine digressus, faciam, vt hic quoq; istos ostendam in nominibus esse lapsos: quam ob rem in dignoscendo etiam, præfigiendoque sunt hallucinati. Nam, cum una significatio sit propria utriusque nominis, miror è metaphoris hos metaphorās ducere. Nam quem fugit, ferrum, lapidem, lignū, dura nos corpora uocare, oleū uero, & lac, & aquam, mollia? Arbitrum, n. oēs nos homines habemus duri corporis, & mollis, tāctum. Hunc cū extrinsecus obiectis applicamus, quæ illū offendimus recipere, & quasi subeunti cedere, mollia appellamus. cōtra, quæ uim afferunt cuti nostræ, & protrudiunt, si hæc cedens urgētia intus excipiat, dura illa uocamus. Nam, omnino si cedat, & deiiciatur ab urgente, qđ concidit, imbecilliū omnes: quod deiicit, ualidius uocant: nam hoc modo ualidus uentus non nos trāns prosternere, & deturbare solet, uerum etiā arbores maximas, atq; naues. Et ét nos, ipsi, & ferrū, lapides, ligna, & si qđ his sit durius, si modica sint mole, facile diruiimus. Atq; hactenus distat a duro ualidum: hoc. n. ut modo diximus, exturbat pristina sede, & euertit, si quid attingant, dum,

DE DIFFER. PVLSVVM

rum, sed non validum, non exturbat quidē, sed subit rem molliorē, excauans, suffodiēs, cogēsq; E
 eam. Atq; hæc Plato ēt dixit dura esse, quib. cedit nostra caro: mollia, q; carni. At multo hæc Ari-
 stoteles elimiatus, qui non, q; cedit, vocat molle: sed ei addit, modo quod in se ipsum, modo, qd lo-
 co non mouetur. Siue. n. sic dicamus, Molle est, quod in se ipsum cedit: siue hoc modo, Molle est,
 qd cedit, nec de loco migrat, bene definierimus. Iam si ēt simul utrunq; addamus, ut in secundo
 libro Aristoteles De generatione, & interitu fecit, ac Molle dicamus esse, qd cedit in se ipsum, nec
 migrat: adhuc definitius apertius: q; duobus proprijs symptomatibus ob oculos ponamns mol-
 le: etenim tum in se ipsum cedit, tum loco non mouetur. Vtrunq; aut soli accidit illi: nā cedere q-
 dem cōe symptoma est mollis, & imbecilli: at in se ipsum, solius est mollis: vt non in se ipsum, imbe-
 cilli tñ. Itemq; vt in vicinum locum migratio, proprium infirmi est: ita nō demigrare, vnius mol-
 lis. Proinde, quo, cedit in se ipsum, nec migrat tñ, oēs vocant molle: & id, quod eo illud adigit, du-
 rum. Neq; sunt, vt aliorū quorundam nominum, diuersæ significationes, si propriè appelles, non
 tropice, mollis, & duri. Omnino. n. ea peritissimus omnium in distinguendis significationibus ex-
 poneret Aristoteles: quo modo inferius hoc in ipso secundo libro De generatione, & interitu dif-
 ferens, de humido, & sicco, vtrunq; docuit hoc varias significationes habere: at non durū, & mol-
 le, nec vlo in libro multis dixit attribui, neq; vero alio in vlo: nec ēt Plato. Cæterum nominis F
 unā vtriusq; ambo illi viri repererunt significationem: siquidē, pprie, ut diximus, vtaris, non tropi-
 ce. Metaphora. n. immensum significationū numerū suppeditabit, non horum tātum nominum,
 sed & significationū aliarum omnium. Adeoq; Plato ipse ait in Sophista: Duros mihi narrat, & re-
 nitentes hoīes, neutrum corpori quidem vocabulum tribuens, nec durum, nec renitens, verum
 aīo, eiusq; presertim moribus. Ad eundē modum vinum dixeris durum, per metaphoram qui-
 dem: & vocem duram, studium etiam, & vitā: præterea institutum, legem, ventum, aquam, si aut
 scuum, aut solitarium, aut morosum, aut triste, aut concoctu, aut separatu difficile, aut eiuscemo-
 di quid aliud, ex metaphora voces: At durum corpus, quod propriè & primariè appellatur, reni-
 titur, & nihil tangenti cedit. Eodem verò modo hominem durū vocant, qui est solitarius, & diffi-
 cilis, atq; vbiq; repugnat: Legem etiam duram, & iudicē, qui à venia danda sunt omnino alieni:
 At vinum durum, cum forti sit qualitate, & violenter pungat vel caput, uel sensum gustatorem: Iā
 aquā duram, quæ non facile concoquitur, tardeq; in corpus permeat, & diutissime secundum pre-
 cordia subsistit: & quicquid aliud, quod durum uocamus, non quidem proprie uel præcipue, sed
 per accidens, & à quadam traducentes similitudine, eo pacto appellamus. Quia uero multa corpo-
 ri duro accident, vñ quodq; eorū metaphoras suppeditat: nihil magis iccirco tamen prima est
 negligenda significatio & propria. Tangibile est etenim durum, ac durities qualitas tangibilis. Cū
 ad gustum iam, vel olfactum, vel visum, vel auditum deriuas in oratione nomen, ibi auditorem o-
 portet similitudinem cū proprio recordari. Etenim examen hoc est metaphorarū, recte sint, an fe-
 cus sumptæ: nam, apertam q; similitudinē, illustremq; habeant, probamus: obscuras, & tectas repu-
 diamus omnes. At neq; quicquam norunt aliud recētores medici probatæ interpretationis, quo
 illis fit, vt nihil sit obscurius: neq; q; metaphoræ, nisi in tēpore, non sunt usurpandæ. Sed. n. si ob-
 scura sint duntaxat scripta istorū, minus fortasse culpes: nunc, qñ ipsam rerū veritatem, quas ag-
 grediuntur docere, ineptis ipsis metaphoris labefactat, acerbius eos iure reprehendas. Cū verò eo
 insuper quis deueniat stuporis, vt, cū prima, & peculiariissima nomina suis assignet rebus, accipiat
 per metaphoram significationes, qui feras? Nam vocem albam ex metaphora intelliges, ceterum
 colorē album etiam æqua ex metaphora nō accipere potes: nam, hic nisi proprie albus dicatur,
 quidam aliud ex illis, quæ proprie dicuntur? Sic etiam hominem acerbū uocamus per meta-
 phorā: vinū uero acerbū non item per metaphoram, sed præcipue, & propriè. Nā, ut, si quis uinū
 therēum, acerbū vocet, mox reprehensus sit pperam cēdere, qui vinum dulce, quod prorsus ab-
 est ab omni acerbitate, sic vocet: ineptus videatur, si ea se significatione dicat vñurasse acerbū vi- H
 num, qua homines interim esse dicimus acerbos, perinde ac iniucundos: Ita, si quis tangibile ali-
 quod corpus appellauerit durum: ac eo modo vocabulum velit interptari, qñ vinum dī durū: hic
 sanè parum mihi sapere videatur. Nam, posteaquā oēs qualitates tangibles fortitæ nomina sunt,
 ex metaphora stultū est alia illis accommodare. In olfactu vero nō omniū qualitatum sunt nomi-
 na: vbi translatitijs nominibus permittas vti. In tactu omnibus sua nomina sunt: id quod quodam
 loco Aristoteles docuit, atq; noīa eorum ordine oīa exposuit: quæ ipse quoque narrabo: Calor
 frigus, siccitas, humiditas, grauitas, leuitas, durities, mollitudo, lento, friabilitas, asperitas, leuor,
 crassities, tenuitas. Itaq; exprimi tangibles omnes qualitates possunt, & corpora non secus ijs prē-
 dicta: quippe horum pariter septem sunt oppositæ cōiugationes, & nomina xiiij. Prima est oppo-
 sitio calidi, & frigidū, altera siccū, & humili, tertia grauis, & leuis, quarta duri, & mollis, quinta len-
 ti, & friabilis, sexta asperi, & leuis, septima crassi, atq; tenuis. Quare insulsi nihil, obsecro, nugeris,
 nec vocabulis latinis, & omniū cōmunitibus domo, & abs te imponas significationes, sed corpus
 arteriæ, vel durum, vel molle primo dic, & præcipue: at pulsū, eius statum denunciantem, non
 proprie nec primo, sed per accidens durum, uel mollem uoces, licet. Siue. n. ipse arteriarū motus
 pulsus

A pulsus est, non proprie dixeris, si motum appelles durū. Siue is, quē tactui nostro infligit, ictus: siue sensus ictus, nihilo magis hic proprie, & præcipue durus dicitur: sed denominatur s. duri corporis durus pulsus. illud uero solum non aliunde denominantes, neque per accidens aut per metaphoram, aut abusum, appellamus durum, cæterum proprie, & præcipue. Proinde, ubi quis pulsus durum, aut ex qualitate spiritus dicat repræsentari talem, aut ex proprietate caloris aut alia de re, quæ enunciari verbis ualeat, non doceri tamen, rejiciemus eum, qui ista nugetur, & garriat: quod etiam facit Archigenes in suo de pulsibus libro, & in secundo de signis febris.

G A L E N I D E P V L S V V M D I F F E R E N T I I S L I B E R Q V A R T V S

A R G U M E N T U M L I B R I

Refelluntur veterum definitiones, quibus sectæ vnuſquisque propriæ placitis adhærens, pulsuum se notitiam tradere opinabatur.

B

*Quid Galenum coegerit cum Pneumaticorum nugis pugnare,
ac quid proprie sit pulsus.*

C A P. 1.



Vantum ad artis opera complexus sit utilitatis primus liber, diximus initio statim secundi libri. Etenim quantus sit uniuersus numerus pulsuum, declarauimus: atq; appellations, quorum quidem appellations sunt, recensuimus: iussiq; illi, qui ad commentationis huius uoluerit communitatem aspirare, opus reuoluere de pulsibus dignoscendis, quod secundum hoc quatuor libris est explicatum: ab illo, de causis lucubrationem quatuor libris: denique ad præfigitionem ex ijs institutam pergere, quæ quatuor etiam libris continetur. Nam, quæ in hoc opere de differentijs pulsuum à primo libro disputauit, & hercle, quæ nunc institui scribere,

pter recentiorū medicorum inanem loquacitatem differui, amicorum, quibus equidem multum reluctatus sum, precibus adductus. Satius. n. statuebam esse nequaquam inania, & superuacanea attingere, nec uolétem cū nugatoribus pugnare nugis: sed. n. quidam audacia sunt intoleranda: q, nescij cum sint, quantum in definiendo insit difficultatis, temere ī h definiunt non pulsus tñ, sed alia cuncta, tametsi definitionū sit nullus vñs, ubi res ipsæ, & ante definitiones intelliguntur, ut in pulsus noīe, qđ intelligunt etiam omnes mortales, nedum medici. Nā, ubi manū, protēdētes ijs porrigit carpū, medicosq; iubent pulsū tangere, est uero tum arbitrandū pulsū eos nomen usurpare, ut si ονυδατό, dicerent, aut rē aliquam designantes, eā vocē proferrēt? Evidē rectius dixerim, rem eos certam intelligere, illiq; assignare nomen pulsus. Vtrum iam ita proferunt pulsū, ut Hippocētaurū, & Sirenas, uel Scyllam: an rei certæ, quæ extat, nomen tribuunt? Rectius est hic quoq; dicendum, si quid sentio, certæ rei, q reperiat, eos attribuere nomē pulsus, atq; hanc rē esse arteriarū motū: quas qđ moueri oībus hoībus, dum uiuunt, cōspiciunt oī in parte corporis, ubi certe insunt. Iā in partibus etiā inflāmatis pulsū quēdā se aiūt aīaduertere: adhēc t pa pul sare p febres urētes, & a potu meri largiore, pterea in q bus dā dolorib. capitū maxime à solis ardore profectis. Quæ cū sibi inuicē declarāt, nō reqūrūt multa uerba, quib. scatēt iuniorū medicorū libri cū pclaris istis cōfutationib. quas inuicē instituunt de definitione pulsus, & de singulis ei⁹ dījs, ut uehemēte, magno, pleno, equali, ordinato, & reliquis: de q.b. amplius in illis disputauit cōmenrarijs, q.b. enarro pariter, & examino Archigenis de pulsib. librum: qñ etiam cum alijs medicis iunioribus hunc ipsum τῆς φυλογίας: morb. est depastus, ut nouā in re nouā vocē usurpē. Etsi isto malo Archigenes esset indignus, in colēda arte uir nō ignauus. Sed, ut psora, & lippitudine, q propius accedunt, quidā corri, iuntur inuiti, sic ad istas definitionū nugas uir ille illectus est, tametsi ad artē colēdā præter ceteros ille cōtēderet. Quòd ergo, q maxime ignorant, hēc affectant, breui illis ostēdo, iubeoq; ut nomen quorūlibet ponāt. Deinde, ubi hēc egerit, uersiculorū ab ijs numerū req̄ro, quāto uelint interuallo pcurrere definitionē ei⁹, qua de re agit. Sane q̄ nire stu pidi, sūt pūgit hoc tñ illos specimē. Nā, hēc si de oībus perinde dicamus, singulis de nominibus, singuli libri conscribi possint: sint porrò uersiculi amplius mille. At nunc indignam rem uidear subiisse, qui inducar, quo illorum inanes nugas detegam, de pulsibus mihi aliquid proponere.

Quām variae extiterint pulsus definitiones à veteribus traditae, ac de ratione veræ definitionis inuenienda.

C A P. 2.

S It ergo hoc ipsum primum atq; clarissimum, pulsus, in quo demonstrem, in quam inciderunt loquacitatem, simul de alijs apertus erit sermo. Pulsus igitur motum definierunt arteriarū esse. In quos disputationes aliqui, primum peccatum esse in definitione contendunt, q̄ præteritum sit,

DE DIFFER. PVLSVVM.

fit, & cordis: nam in hunc modum definitum oportebat: Pulsus est arteriarum, & cordis motus. E Alij non cordis aiunt, sed arteriosæ cordis partis addendū esse, vt hæc sit definitio: Pulsus est arteriarum motus, & ventriculi in corde arteriosi. Aut hercle sic: Pulsus est arteriarum motus, & arteriosi ventriculi cordis. Quos rursus insimulant alij, qui volūt male dictū esse, pulsū esse motū absolute: esse. I. præterea arteriarum alios motus, & cordis: vt qui cōcoquit sanguinem in illis contentum, & attrahit eū, apponitq;: præterea qui excernit recremēta: quare definitioni adiiciendū suis se genus arteriarum motus: vt propria illorum, & non multorum motuum, sit cōis. Itaq; hanc definitionē instituerunt. Pulsus est arteriarum, & cordis distentio atq; cōtractio. Cuius quidem etiā definitionis tot fuerunt correctiones, quot superioris: cum ei quidā adiungeret cordis: alij nō simpliciter, cordis, sed arteriosæ partis cordis: nō nulli arteriosi ventriculi: alij sinistri ventriculi: sunt enim qui & hoc annexant, vt tot existant definitiones: Pulsus est arteriarū & cordis distentio contractioque. Pulsus est arteriarū, & cordis arteriosæ partis distentio, & cōtractio. Pulsus est arteriarū arteriosiq; ventriculi cordis distentio, & cōtractio. Pulsus est arteriarū & sinistri ventriculi cordis distentio contractioque. Iam cū omnibus his bellum est, alij virorum cateruæ, qui non tantū hæc sed & mēbranas cerebri cōfirmant pulsare: sunt, qui ēt cerebrū: alij utraque, aliqui præcipue cerebrū, membranas per accidens. Cōtra alij nec mēbranas cēsent, nec cerebrū pulsare p̄cipue, cæterum ad arterias hoc pertinere, atq; per accidēs ad illa: nam attollī illa vñā cum arterijs aiūt, quas habent frequentes. Quam ob rem, si cum illis tantū attolluntur, nullam ipsa obtainientia facultatē eius, quem cōmemorauimus, motus, nihil superiores definitiones amplius accessionis desiderant. Quod si quā, vt arteriæ, obtainēt facultatē peculiarē, cerebri & eius membranarū in definitione erit necessaria mētio, atq; tota definitio hæc erit. Pulsus est distentio, & contractio cordis, & arteriarū atque cerebri, & eius membranarū. Sin autem alterum modo illorū ea est facultate, eius faciemus vnius mentionē, atq; vel hūc in modum definiemus: Pulsus est distentio, & cōtractio cordis, & arteriarū, menyngumque, vel sic: Pulsus est distentio, & contractio cordis, arteriarū, cerebrique. Ac si milis vnoquoq; in genere cōmemoratarum definitionum accessio fiet: nam quibusdam fatis, vt dixi, fuit dixisse, Pulsus est distentio, & contractio cordis, & arteriarum: quidam non ita absolute, sed vel arteriosi cordis ventriculi, vel sinistri, vel partis arteriosæ eius adiecerunt. Iam cuiilibet harum definitionū, hi cerebrū, illi menyngas, alij vtrunq; adiungent, existetq; definitionū numerus nō paucarum. At vero de cordis ventriculis est non minorillis dīceptatio, quia aliqui dextrū non arbitratur pulsare, alij pulsare quidem, at non primo & sua sponte, sed una cū illo, qui spīritualis uocatur, moueri. Proinde, qui sinistri vetriculi cordis, aut arteriosi, aut quoquo modo alter appellat, fecerint mētionē, ab illis hi dissidebunt, qui etiā putant dextrū pulsare. Alia præterea maior dissensio medicis iam olim de arterijs fuit: nam eas quidam sua sponte dicebant pulsare, in genita p̄ditas, perinde ac cor, ea vi: de qua Praxagoras natione est. Alij pulsare quidem: nā ipsam distendi tunicā earū, contrahiq; non secus ac cor: sed facultatem nō habere, quæ hoc agūt, innatā sed cordi reserre acceptā: in qua opinione Herophilus est. Erasistratus neutrū probat: contendit n. pulsare cōtra ac cor, arterias, illud, cū distenditur, repleri eo, qđ cōsequit ad vacuatū: arterias, cū replentur, distēdi: repleri autē immisso a corde dicūt spīritu. Simul itaq; fieri vtranq; est necesse, distentionē, & repletionē earum, verum alterā antecedere alteri rōnē causā obtainentem, in corde distentionē, repletionem in arterijs, vt cernitur & in externis rebus. Folles fabrorū, quia distendūt, proinde replentur: facci, culei, v̄tes, q̄ impleantur, idcirco distēduntur. Quare definitio, quæ totā rei essentiam est ob oculos postura, nihil debet eorū, q̄ illi p̄cipua sunt, & propria maximē, omittere. Sed, q̄n quidē cōtrouersia de essentia est, necessario sua erit cuiq; se ētē definitio. Proinde est Erasistrati discipulis ita definiēdum, ut Erasistrati peculiare placitū in pulsuū essentia simul appareat: Herophili asseclis, ut peculiare Herophili: alijsq; similiter oībus definitio sigillatim efficiēda est suo placiō constans: sed hoc vero ipsum, qui sciat, est illorum prope nemo. Iam illo est operæ preciū magis, scire, definitionū esse genera duo prima: alterū, quod planē rei notionem explicat, quā, qui ponunt rei nomen, habēt: altetum, ut dictū est, qđ docet essentiam. Virtus est sua vtriq; definitioni: illi, quæ notionē explicat, vt oībus sit testata, qui eadem utuntur lingua, & ad rei essentiam ne aspiret: huic, quæ essentia docet, ut ei, quæ notionē subiicit, cōsentiat: nō sit tamē cum ea eadē. Itaq; hoc tibi primū sit indicū hominum inaniū, & vanorum, ubi eos rei propositae affere. Nā definitionē audias. Nam sunt, in quibus non iam duas, sed tres præstat, uel quatnor facere: Primā, quæ eiusdem linguæ omnibus hominibus sit confessa, quæ quidem de rei essentia nihil statuit, sed in nuda limitatur notione, alteram iam, quæ aliquantum recedat de notione, atque non nihil accedit ad essentiā: ad hæc tertiam, quæ amplius cū de notione, tū de essentia aperiat; postremo quartam, q̄ doceat totam essentiam. Atq; hac quidē ostendendum est ad tertiam referri, quam rursus ad secundam, atq; illā quoq; ad primā. Prima vero debet ex seipso habere fidēres perspicuas explicans, manifestasque. Vnde definitionem cā Aristoteles nominis appellavit: vt si definitionem diceret nomen interpretatē, alteram definitionem (quidā essentiale vocauerunt) definitionem dicit esse, q̄, quid sit, explanat: nā, quæ sit cuiusq; definiti essentia, hanc dicit do cōrē.

*Al. causā. A cere propria uero accidentia eius una complecti definitionem notionis. Putat aliam præterea esse definitionem, quæ * essentiam rei doceat. Sed qd orōne produco tantis de reb. quæ commētaria flagitauerunt duo, q̄ in Aristotelis librum scđ m conscripsi secundorum analiticorum? In ipso tibi pulsū hæc faciam, vt sigillatim, quam potero breuissime, ob oculos ponam, qui uero uersatus prius est in illis commētarijs, facilius, quæ paro dicere, assequetur. Quibusdam in partib. cutis percipimus motum quēdam, non modo si attingamus, sed interim oculis ēt. Hic in oīb. ualētib. motus multis corporis partibus cernitur, de quibus est carpus manus. Atq; palam quidē animaduertimus quiddam de profundo ascendere, & nos ferire; ab iōtu interdum aperte id recedere, inde requiescere. Interdum a primo statim species repræsentatur requiescentis, ac deinde ascendentis iterum, ferientisq; atq; mox recipiētis se rursus, atq; quiescētis: idq; iam inde a natuitate hominis ad obitum usq; facientis. Eum motum oēs homines pulsū appellant. Hunc qui breuibus poterit interpretari, optime definitionem ille notionis effecerit: modo vt prætereat nihil, nec quicquam addat superflui, ultra quæ commēraui modo. Nam, si quid ēt pulsū addiderit, si quidē additio sit inutilis, inaniter garriat: si uero sit utilis, discedat ea re ab notione ad rei essentiam: Vt si dicat, talem motum arteriarum esse pulsū. Ea. n. definitio non motum tm, sed & quo

B rum est, declarat: cum aperte sentiat quidē vulgus esse talem in corpore motum, sed non corpus ipsum cognoscat, q̄ mouetur. Quod, si q̄s non solum sic leuiter arteriæ viderit detracta cute externam figuram, sed tunicas ēt, quot sint & quales, perspexerit: hic prætergressus notionem est, & lōge uero ēt illo priore magis, q̄ foris eam tm uiderat. At uero si facultatem quoq; repere rit, qua pulsant arteriæ, atq; motus utrum principium ab se ipsæ habeat, an a corde, ac si ab hoc q̄ tādem spiritualem materiam immittēte in uasorum internam cavitatē, an facultatē quandā per tunicas illarum: ad hæc, q̄ usus demum sit earum motus: is planè tenebit s. uniuersam essentiam pulsuum generationis. Verumtamen ista q̄dem nequeas definitione vniuersa complecti: ne que. n. uolunt definitiones, quib. illæ sunt cordi, adeo esse immēfas, Vnde fit ut nulla pulsuum sit definitio propterea essentialis: aut prælonga erit. Addidi propterea. q̄, cum illorum, quæ ad essentiam pertinēt, q̄dam ex proximis medicis, alijs aliud adiecerunt, essentiale arbitrantur se definitionē pulsus explicauisse. Vbi præterea in eo maxime peccant, q̄ solam definitionem protulerunt, quā uocant, ipsi essentialē: nec ante dederunt definitionē, quę explicet notionem: q̄, vbi de his egim, arbitram nos definitionis essentialis ostēdimus. Ad huius ēt ignorationē merito pronunciant, qd stulte in mentem ipsis venit. Quare deintegro exordiamur ab notionis definitionib. quas, præter

C quod perspectum est omnibus hominibns, nihil demonstrauimus explicare. Talem aut inuenio nullam proditam, ne ab Empiricis quidē, quorum erat præter cæteros hiſce uti definitionibus: quas artifices isti * graues in appellationibus, ne quidē definitiones dignantur, sed descriptions, & illustrationes vocare: Ac si quidē decriptiones tales: Motus inuoluntarius, qui in partib. est quibusdam animalium sanguine præditorum quiete interpellatus. Quinetiam, si naturalē dixeris eum motum, vel non uoluntarium, vel citra appetitionem, nihil refert. Si item ad paruas partes cutis fieri, aut non diuturnum esse, in descriptione colligas, integrōrem notionē reddas. Iā si nondum declinaueris sophistarum calumnias, q̄, pones motus nomini, sensibilis: quanq̄ hercle stultum potius timorem istæ additiones, q̄ probatam fiduciā, arguūt. Nam motus nomē omnes homines illi solēt tribuere, quē aperte sensus aī aduertit: qñquidē illos quos rōne p̄spicimus, argm̄ est quoddā probable, q̄ sem p adesse oīb. corporibus, licet non videātur moueri, demōstrat. Iam ipsum nomen hoc, sensibile, quod denotat, rem sensui repræsentari iā nūc, quo t̄ p̄ dicatur: alteramq; ēt, quæ, licet non sentiatur in præsenti, possit tamen: quō lapidem in alto dicimus sensibilem sua sponte esse, nimirum, q̄ de natura sit sensibilium. Sensibilis ergo motus, quem quibusdā in partib. corporis per totam vitā aī aduertimus, pulsū appellatur. Hic quiete, ut diximus, interpellatur: quod cautiū quidam medici putant dici, quam distentione, & contractione constare totū motū. Et quidē nihil est apertius, q̄ motū in altū, latū & lōgū extendi in gracilib. magnisq; pulsib. Porrò alij his timidiiores, peculiares affectus sentire se tactus aiunt, pronunciare ueriti rem externā ullā esse: quō illos scepticorū & hæsitantū, qui vocantur, induxit institutio. Quare ab his discedamus: fortassis enim ne hoc, vllum se percipere motum, dicere sustinebunt, si istis hæsitationibus credunt undequaque. Sunt quidē certe nonnulli in his, qui ne suos quidē ipsorum affectus probe fatentur se agnoscere, quos vocāt iure ἐγενέτως ερειος, hoc est agrestes pyrrhonios. Ad illos uero nos conferamus, q̄ non dissimilāter motū uidere se putant cuiusdam subter cutem corporis in longū, latū, profundumq; extensi, qñ alijs sunt commodiōres: atq; admoneamus eos discissa cute, vel de industria nostra, vel casu aliquando, vt attendant, quid sit sub ea, quod moueri videtur. Sanē enim uas aperte cernent assimile uenæ, nisi quatenus duplē tunicam, & longe robustiorem habet, quam arreriam uocamus. Clare etiam quod obscurius uidebant antea, perspicient, hoc uas in omnes partes distendi. Haud aliter denudatum moueri cor conspiciet, ac cerebrum etiam: ut audeant dicere tandem, motū, quem in pulsuum generatione animaduertūt, in corporibus fieri, quæ commērauijmus: sed, primone, & per se cordis dexter uentriculus, an

* Al. Seçyp. id
est timidi.

D interpellatur: quod cautiū quidam medici putant dici, quam distentione, & contractione constare totū motū. Et quidē nihil est apertius, q̄ motū in altū, latū & lōgū extendi in gracilib. magnisq; pulsib. Porrò alij his timidiiores, peculiares affectus sentire se tactus aiunt, pronunciare ueriti rem externā ullā esse: quō illos scepticorū & hæsitantū, qui vocantur, induxit institutio. Quare ab his discedamus: fortassis enim ne hoc, vllum se percipere motum, dicere sustinebunt, si istis hæsitationibus credunt undequaque. Sunt quidē certe nonnulli in his, qui ne suos quidē ipsorum affectus probe fatentur se agnoscere, quos vocāt iure ἐγενέτως ερειος, hoc est agrestes pyrrhonios. Ad illos uero nos conferamus, q̄ non dissimilāter motū uidere se putant cuiusdam subter cutem corporis in longū, latū, profundumq; extensi, qñ alijs sunt commodiōres: atq; admoneamus eos discissa cute, vel de industria nostra, vel casu aliquando, vt attendant, quid sit sub ea, quod moueri videtur. Sanē enim uas aperte cernent assimile uenæ, nisi quatenus duplē tunicam, & longe robustiorem habet, quam arreriam uocamus. Clare etiam quod obscurius uidebant antea, perspident, hoc uas in omnes partes distendi. Haud aliter denudatum moueri cor conspiciet, ac cerebrum etiam: ut audeant dicere tandem, motū, quem in pulsuum generatione animaduertūt, in corporibus fieri, quæ commērauijmus: sed, primone, & per se cordis dexter uentriculus, an

DE DIFFER. PVLSVVM

vna cum sinistro motus, ijsdem, atq; ille, modulis pulsare videatur, nolet in q̄rere, q̄ primo tran- E
 situ ab notione vulgari p̄gressus est ad essentiam. Nec secus in pulsu, qui in cerebro animaduerti-
 tur, indagare deprecabit, vtrū primo id & p̄ se agat, an vna cum suis arterijs attollatur multis illis
 ac ingētibus. Qui autē hoc est audacior in decernēdo de pulsibus, istud addet etiam. Integrā defi-
 nitionēm pulsus facias, si superioribus coniungas vsum eorum generationis: quem in comen-
 tario nos de vſu pulsuum, innati caloris esse diximus tutelā: si quidē sciat qui eā definitionē facit,
 quo fiat pacto, vt natui caloris mediocritas seruetur: vtrum, quōd motu ventiletur: an quōd frigi-
 di aeris cogatur occurſu, vt digerat difficultius: an quōd sumosis purgetur, atque fuliginosis excre-
 mentis. Facere præterea ad animalē procreatū spiritū ostēdimus substantiam, quā spiritualē ha-
 bent arteriæ. Iam & ad essentiam pulsuum pertinet, vtrū cū arteriæ distenduntur, tum accidat in
 ipsas materias allici: an, vbi consideant. Atque de excretione alicuius ex arterijs, eadē est ratio: si-
 quidē attrahi demonstrauimus, cum distenduntur: & cum cōtrahuntur, excerni: Qui vero de secta
 sunt, quam pneumaticā vocant, in contractione putant attrahi: in distentione excerni. Alius por- F
 rō his in definiēdo pulsū causam eius efficientē addet: de qua in quæstionē uenit, vitalis ne sit, an
 animalis facultas, an omnino ne facultas quidē, vt asserit Asclepiades. Quare definitionem, quam
 vocat, essentiale, quæ est oratio essentiam rei docēs, planū est genus explicaturam esse, & diffe-
 rentias, & vsum generationis, causam item efficiētē, ad hęc materialem, aut instrumētalem, aut quo
 quo modo velis appellare; Vt genus, aut motum, aut actionem, aut passionem arteriarum. Diffe-
 rentias, quōd per distentionem, & cōtractionem, quodq; sponte. Vsum, q̄ innati caloris nomine,
 vel spiritus vitalis generādi, aut hercule etiam animalis: Causam efficientē, q̄ vis sit quædā cor di-
 stendēs & arterias, aut uitalis, aut animalis, aut vtraq; Materialem, & instrumētalem, cōformatio-
 nem arteriarum ad actionē declarandū, quā memorauī, appositam. Ita suam quæq; secta rationa-
 lis sortietur definitionē. Nāq; pulsū dicet Erasistratus motum esse arteriarum per distentionem,
 & cōtractionem, quem facultas efficit uitalis & animalis, ad implendas arterias spiritum continē-
 tes vitalem. Asclepiades, motum esse arteriū per distentionē, & contractionem, quæ spiritu im-
 plentur, cum extenuantur: cum considunt earū tunice, euacuātur: Nos vero dicemus actionē es- G
 se pulsū peculiarē, p̄cipue cordis, deinde arteriū, quæ distentione & cōtractione mouētur a fa-
 cultate uitali, quō caloris natui mediocritas retineatur, generetur autem in cerebro spiritus ani-
 malis. Atq; ad modum harū definitionū, qui de alijs sectis sunt, definiēt pulsū ubiq; pro suis quif
 que suppositionibus. Proinde, si perfecte definiāt, cōsenserint mutuo: si angustius, uel latius, uel
 aliqua ex parte minus bene, non conuenerint. Huius habes argumentum maximum. q̄ Herophili
 discipuli, q̄ quidem pulsū aggressi principes sunt definire, inter se disceptarunt: tū uero ēt, q̄ cū
 his Erasistrati discipuli digladiantes (nam floruerunt ambæ hęc scholæ ab Herophili obitu) aliam
 etiam pulsus definitionem instituunt, dissidentes & inter se mutuo, & ab discipulis Herophili. Nā
 ueteres q̄dem relictis definitionibus docebant, significationes declarantes nominū, quibus utebā-
 tur, ea interpretandi forma, qua Homeri dictiones grāmatici, aliorumq; antiquorū oīumi, expli-
 cant. Nā in hac interpretatione, quod haud dū liquet, ex altera declaratur. Vt in dictione τίονες:
 nā hoc in uersu, Πίσσους εὐραύχεις ἵππωι. nō dū, qd significet, cōstat. Sed ibi: Εὐραύχεις μέν σακῆ
 εἰ λόπτῳ, δούρατα δοκτῷ, καὶ τίονες κυνέας. explicatum est. Dum, n. essent, qui armarentur, quatuor
 tum scuta illos quatuor accepisie dicit, tum galeas ēt quatuor. Hoc modo, qn̄ legimus apud uete-
 rem aliquem medicū, * solam pulsare inflamatā partem, aut motū tm̄ in inflammatione arteriū
 appellare eos pulsū: in corpore aut̄ sano hoc uocabulo uti nunq;: non oīm motum arteriarum,
 colligimus, sed aut magnū, & uehementem, aut quē ipse pōt̄ cōfrotus animaduertere, pulsū uo- H
 cari. In hunc modum uē, & Erasistratus pulsus nomen usurpauisse. Sed, n. ubi legimus rursus Ae-
 gimij De palpitationibus librum, quē hic pulsū nos uocamus, palpitationem ab illo inuenimus
 appellari. At uero Herophilum contra, uideas statim à principio libri de pulsibus, à palpitatione
 pulsū separare: uē, n. omnem uirille motum arteriarum, quē h̄re nos à primis uitæ tēporibus ad
 mortem usq; perspicimus, pulsū appellare: ex quo præsentē statū cognoscimus, præscimusq;
 uenientem: nec pulsū, q̄ in corde est, uel in cerebro, uel in mēbranis eius, requiri mus. Sic prēci-
 pua pulsus est omnibus huius ætatis medicis notio, quā nunc explicauimus: nēpe hanc, ut modo
 dixi, desiderant: qd hanc sequitur, omne iam cauillationibus plenum est. Quo minus eiusmodi
 res definiēdæ sunt: nec se ipsum dēt quisquam coniūcere in definitiones, de quibus nec inter ipsos
 conuenit dialecticos: & quæ, ut oībus numeris absolutas, usum magnū postulant: ne dicam nihil
 opus esse ad tradēdas disciplinas definitione essentiali. Definitiones, quas uocant, notionis, his,
 qui iam rē cognoscunt, sunt superiuacaneæ; ignorantibus non necessariae, q̄ doceri certe pluribus
 uerbis p̄nt apertius. Nam, notionem q̄ rei significatę a uocabulo, angusta potest, & aperta orōne
 accurate cōplecti, doctor sit hic quidem præstantissimus, nō tñ, qui abest ab illa perfectione, ma-
 lus est, nec uero, qui minus probe interpretatur. Nam ita aperte rem ob oculos ponere, ut Lysias
 & Demosthenes oratores ficerunt, optimum sit, non contemnendi sunt tñ, qui nunc in iudicijs
 causas agunt. Equidem nihil obsisto illa facultate pr̄editis, quin clare simul & compendiose, quę
 singulis

† In aliquibus
 cod. grecis di-
 stio hac nō ha-
 betur.

A singulis nominib. denotantur, declarant ignorantib. Quippe qui hoc videor ipse agere; sed q. in a nem ibi laborem subeas, ubi oēs iam cognoscunt, quod instituis declarare. Omnino vero apud Tyrones cuiusvis disciplinæ, ne proferendæ quidem definitiones essentiales sunt: uerū, ubi ab no tione exorsis, ad essentia eos notitiam deducamus, hic iā prompte memoriae gratia rem uniuersam limitata complecti oratione fuerit commodum. Quare, quicunq; medici & philosophi, initiatis primum cuiuspiam disciplinæ initium faciūt docēdi ab essentialib. definitionib. vt eloquentissimi sint, vt clare interpretetur, obscuri euadūt tñ: q. assequi auditores, quę amplam explanationē, quo intelligantur, q̄rūt, cum restrictis hæc definitionib. referuntur, nequeant. Longa. n. oratione prius rei, qua de agitur, aperiēda essentia est: quo cognita iam & perspecta breuib. tandem uerbis accipiatur. Hæc ergo quia iure exprobro illis semper, qui definitionib. oīa docere conantur, huic exē pli gratia veni: qui re ipsa declarauit multis locis, quodcunq; quis ponat nomen, solidum librum esse faciendum, vt declaret, q̄no sit res, quę ab illo significatur, definienda. Itaq; de pulsus definitione agamus de integro, ac, qui recte definire uisi sunt eum, nos nominatim appellemus. Ergo huius curiositatis discipuli Herophili, ut dixi, principes fuerunt: quib. successerunt de Erasistrati fa milia nonnulli: seuti sunt, qui pneumatici vocantur, & ex methodicis quidam, quos oēs si appell em, duobus erit, non uno libro, opus. Quia uero certum est mihi hanc uerbosam, inanemq; di sputationem uno uolumine limitare, tot sufficiet definitiones recensuisse, unā cum earum autho ribus, quot liber sit capiundis: nam ex his iudicium etiam de alijs facias, licet.

Heraclidis Tarentini descriptio pulsus.

C A P. 3.

Nam Tarētinus quidem Heraclides, Empirico descriptionē dignā faciēs, Pulsum, inquit, mo tum arteriarū esse & cordis. Atqui nō latet nos, q. sunt in Empirica secta, nequaq; de defini tione laborare, sed declinant & desctibunt. Ita. n. definitiones illi eas appellant, q̄ breuib. notionē subiiciunt rei, cuius appellationē proferimus. Atq; hanc ille homines putat notionem de pulsus noīe habere, eosq; pretendere manum interdum, ac tangēdā præbere medico. Cum vero quem ἀσφυξίαν, hoc est priuatum pulsu, dicamus, hoc nomē designare illum arbitramur, qui ita est affe ctus, ut nullus motus sub nostrum sensum cadat in ulla corporis parte cuiuscunq; arteriæ. Si quis aliis est motus in arterijs augēdis, nutriendis, implendis, & uacuandis, hoc non laborat: q̄ fugiat id genus motuum oēs nostros sensus, qđ quidem assequimur rōne. Quo adducti stirpes oēs, qui de natura commētantur, perpetuo confirmāt moueri, atq; adeo cuncta alia uel durissimos lapi des: etenim & ab his defluit perpetuo aliquid. Quidam hēc concerni ēt ex aere autumant. Quare hunc motum non modo adhuc uiuenti, sed demortuo ēt homini, ut placet physicis, qui de horū natura tractant, oportet adesse. Itaq; non moueri arterias male dicemus de mortuis, & non pul sare in quibusdam uideri adhuc superstítib. Quòd si oēs sic loquantur: motum, constet nos eum, & appellare, & intelligere, non ratione perspectum, cæterum qui apertam notitiam præbet stat'. His adducti rationib. cum Tarentinus Heraclides, tū Empirici nonnulli alij, pulsum descripsérunt esse motum arteriarum, & cordis: qñ hoc planè uidebant non secus, ac arterias, moueri. Cū his pu gnāt quidam Dogmatici, q̄ nolunt æstimari solo sensu motum, sed interim & ratione: nam Soli, Lunæ, Stellis oībus motum ab oīb. mortalib. tribui: neq; .n. tñ spatium uideri citra motum ab oriēte ad occidentem obire: tā motus eorum non appetat. Quare, inquiunt, si nihil aliud, hoc cer te Empiricorum definitioni oportebat adiectum, motum arteriarum cordisq; sensibile esse, debe bantq; dicere, Pulsum esse motum arteriarum & cordis sensibilem. Huic definitioni quidā inter cedētes, motus sensibles in corde, & arterijs confirmāt, non tñ qui pulsant, aī aduerti, sed & q̄ pal pitēt. Itaq; comprehēdendi ēt hi erant in pulsuum descriptione, siue absolute dicant arteriarū & cordis esse pulsuum motum: siue adjiciant sensibilem. Sunt, qui conuulsiones, tremoresq; narrēt: D quippe hos quoq; interdum motus in arterijs fieri & in corde, præter naturam quidem. Quāobrē addi definitioni uolunt, naturalis, atq; totam eam efficiūt eiusmodi: Pulsus est & arteriarum & cordis motus naturalis. Ab his dissident, q̄ pro definitione Tarentini propugnant: qui in arterijs negant & corde tales vñquam motus existere, ad neruosa aūt corpora pertinere. At conuulsionē tremoremq; in solis fieri neruis equidem comprobo, palpitationem vero insidere perspicue ēt in cute cernas: clare aūt ēt in carnosis partibus, quę particulæ sunt muscularum: ēt in timore & an gore planè cor videtur palpitate. Iam contentio de affectibus is non parua Herophilo aduersus præceptorem suum extitit Praxagoram, qui in affectus arteriarum aggregauit palpitationem, & tremorem, & conuulsionē: ac nō genere confirmavit a motu earum pulsante distinre, cæterū magnitudine. Nam, cum in natura sua cōstant extra oēm casum, fieri pulsū: aucto uero præter na turā motu, primum effici cōuulsionē, deinde tremorem, mox palpitationē: magnitudine inter se omnes hos affectus distantes. Quamobrem initio statim Herophilus operis de pulsibus, magistri sui euertere sententiam molitur, verum, quod solenne Herophilo est, obscura oratione: quam ipsius discipuli mutantes, apertius scripsérunt ijs in lucubrationibns, quas de Herophili secta conscri pserunt. Quod si ref. re hic ipsa verba Herophili velim, quę in principio libri primi de pulsib. fe

DE DIFFER. PVLSVVM.

cit, aut quæ attulerunt eius discipuli, requirant integrum librum, qui hæc accurate persequatur: E cum uel nulla de his facta mentio ne integer meus liber extet, De tremore, palpitatione conuulsione, & rigore. Mihī uero hoe quoq; loco satis sit, numero definitionum explicato, quæ in p̄fenteū quæstionem conuehi possunt, illa præterire. Tantum dicam, cum ualemus, cordis & arteriarum motus, qā illa distendimur undequaque rursusq; in se confidunt, obeuntur, si aūt egrotamus, ut palpitan, ut concutim, vel conuulsius, vel tremulus motus arteriarum appareat, quid noui est, si pulsus uocemus modo conuulsiuum, modo uibratum, interdum palpitantem, interdum trepidulum? Quin immo uocare quandam solemus uibratum pulsus: qui aperte identidem conspicitur, cuius in libro primo huius operis declarauit naturam. Sic uel hac ratione apposueris parum recte definitioni pulsus, naturalis. De sensibili uero, posteaquam hoc quoq; additum non nulli volunt: quod sāpe apud Aristotelem refertur, opere pretium est meminisse. Nam rē ille uir cumulate nonnunquam persecutus, addendum ei dicit, aliud quiddam ob sophisticas cauillationes externi quod videatur semper ad definitionem facere. Atq; ob id ego ferè pulsus describo arteriarum esse & cordis sensibilem motum: maxime. q̄ a cōpūrtoz appellemus, hoc est pulsus priuatos, quibus motus non sentitur, tametsi ille sāpe seruetur, quod ad suam pertinet essentiam: neq; enim uiuerent, si omnis periret motus cordis, & arteriarum.

F

Alexandri Philalethis definitiones.

C A P. 4.

AT Herophilusth Alexander, Philalethes cognomine, quò istas calumnias declinaret, definitionem duplēcēm pulsus fecit: Alteram ex ipsius rei propria natura, quam, ut in subiectis, appellat: alteram, ut in consideratione. Ac pulsuum, ut in subiectis, esse cordis ait, & arteriarum contractionem, atq; dilatationem spontaneam, quæ animaduerti possit: pulsus uero, ut in consideratione, iētum ex arteriarum perpetuō spontaneo motu ad tactum, & interuallum, quod dictū excipit: Porro confirmat hæc rōnib. ut putat, probabilibus quinto in libro Placitorum. Quod ēt fecit Heraclides Tarentinus, ubi librum confutat Herophili De pulsibus. Multis aūt argumentis Philalethis definitionem, q̄ eius memoriam secuti sunt, oppugnauerunt, quibusdam illis mire leuib. ac planè contentiosis: aliquibus plus, & minus probabilibus: quæ quidam de illius familia confutauerunt, multaq; uerba ultro citroq; facta sunt. De his ego summātum paulo inferius fortasse pertractabo. Adscribam tamen prius definitiones Demosthenis, qui & ipse non fecit, ac eius docto, Philalethes cognominabatur.

Demosthenis Philalethis definitiones.

C A P. 5.

* *περὶ ὀφθαλμῶν, forte περὶ σφυγμῶν, i. de pulsibus, uel περὶ παλμῶν id est de palpationibus.*

Hic tres reliquit de * oculis libros apud multos commendatos. Qui quidem ēt pulsus iuxta, G vel contractionem naturalem, q̄ valeat ad aduerti: alterum uero, ex quo considerationes instituimus, cordis vel arteriarū ad tactū iētū naturalē, internallūq; qd̄ iētum excipit. Hic in definitionib. coniunctione uritur disiunctiu, uel arbitratus copulatiuā, &, quod ex ambob. constituitur, tñ definire, utrunq; vero separatim non definire. Est aūt eius sūnia, arteriarum motū p̄ se solum esse pulsus: & cordis itē p̄ se solum esse: esse ēt utrūq; simul pulsus: ita solā distētionē uocari pulsus, & cōtractionem, & vtrāq; simul. Inductus est sic pulsus appellari, q̄ ex distētione magnus uocatur & paruus vehemēsq; & languidus, celer & tardus, ex cōtractione rarus atq; creber. Proinde, ubi p̄ subiecto partes pulsus exponit, distētione & contractionē uocat: cū uero, p̄ cōsideratione, iētū & interuallū: sensu putans cōtractionē nō posse p̄cipi. At uero magna hic denuo cōtētio medicis fuit, nō iam de noī tñ, uti multæ superius: nec uero anxia & inanis, ut pleræq; illarum: uerum q̄ ad caput ipsum, & summā pertinet commentationis. Equidē, cum meo instituto expēderē, citra pronunciationē tamē, ut alia, q̄ apud medicos sunt cōtrouerfa, sic hoc quoq; p̄ multos annos hæsitatio mea non potuit explicari: tandem aliquā reperi causam eorum dissensionis: unumq; de hoc solo librum scripsi, primum De dignoscendis pulsib. vbi explicatum est q̄ contractionē pulsus H sensibilē obtineāt, & qui non. Vnde uniuersa disputatio illius libri ad eos planē dirigitur, q̄ ex iētū pulsus, & interuallo putat cōstare: nā sunt, q̄ ēt absq; distinctione definitio, p̄ subiecto, ab definitione pro considerationib. absolute dixerunt, pulsus ex iētū & interuallo conflatiū esse. Atq; vt dicatur ex distētione & cōtractione constare, q̄stio existit qdā de quietib. & q̄ a distētione ante contractionem, & quam ante distētione a contractione cor molitur, & arteriae. Quod si qn̄ ēt cordis nomē prætereamus, solas aūt commemoremus arterias, interpretandum est de illo dici eadem: quemadmodum, sive corde qd̄ referamus, omissis arterijs, accipere oportet dictū de illis idē. Eandem hēt perplexitatem in respiratione quies duplex respiratoriorum instiutorum, quie scunt. n. & thorax & pulmo id temporis, quod intercedit inter ingredium spūs & exitum: atque pro tempore quidem harum quietum raram appellant, vel crebram respirationem. Verūtamen non similiter hæ quietes dignoscuntur, atque pulsuum: perspicuæ. n. semper in respiratione sunt; at quietes in pulsibus quidam dixerunt nullo posse modo dignosci: quidam solam externam, quā quidem & nos uocamus sensibilem, at non in omnibus tamen pulsibus. Itaque vt respiratio crebra & rara in signis est magnis, ita etiam pulsus creber atq; rarus, vt disces in præfigitione ex ijs: quietes

* In aliquibus antiquis non est illa dictio.

LIBER QVARTVS.

67

A quietes autem partesne totius respirationis sint & pulsuum, in controversia est. Etenim non primo, sed per accidens, qui in ea opinione sunt, in partib. numerant harum functionum, quietes: nam in inspirationib. quidem, expirationibusq; proprie operari infra respironis: in pulsib. distento, & contracto corde: quietes autem interpellantes has actiones instar esse quietis, quae illis et in defunctis, ineat. Quemadmodum et, qui pulsuum asserunt actionem esse arteriarum & cordis, vel motum arteriarum & cordis, vel distentionem, & contractionem arteriarum, atq; cordis, omittere quietes uidebuntur, quae non paruum ad praesagiendum mometum habent. Rarus itaq; & creber pulsus cum equalitate sua & inequalitate, cum perturbatione & ordinis, & ordine, sunt huius generis, qui non paruant nunciant. Itidem intermittens pulsus, & intercurrent, ex eodem hoc genere, futurorum sunt non parua signa. Ergo si definiendo pulsui uoles rationem de quietib. inferere, partesne habed: & ille sint pulsuum, an secus: q; si partes sint, utrum primae & perse, an per accidens: multum profecto tibi in eo pones. Verum, quod in alijs fecimus, ut, cum progressi usq; ad detectam ubiq; loquacitatem essent, ad aliud transiremus, idem nunc faciemus, reuersi ad Alexandri & Demosthenis, quas De pulsibus fecerunt, definitiones. Sanè vero, si non uerbis, at si uia, cum doctore suo Demosthenes consentire. Namque functionem Alexander pulsuum spontaneam esse dixit, hic naturalem: & ille, quae possit animaduerti, hic, quae animaduerti ualeat. Nec uero aliter in definitione pulsus pro subiecto, cum magistro uideas Demosthenem sentire: eodem modo in definitione pro considerationibus. Constat n. ictum dicas an percussum, nil interesse: nec et, spontaneam dicas an naturalem. Nam eo tantum, q; coniunctionem, vel, in definitione intulit, ante diximus a praceptore eum dissidere, quaque id ratione fecit. Deincepsiam, quas attulerunt alij Herophilij, attendamus definitiones.

Bacchij definitio.

CAP. 6.

Bacchius quidem alijs in auscultationibus pulsum dicit distensionem, & contractionem esse, quae simul fiat in omnibus arterijs. In hanc definitionem disputationem cum contumelia Erasistrati, postulare ab suo errore instituentes. Si quidem illorum est opinio, cor primum per omnibus arterijs distendi, atq; contrahi, imminisco aut in arterias spū, ab illo, simul atq; impletantur, distendi. primum ipsi cordi uicinas, deinde quae has cosequuntur, mox his proximas, atq; ita continenter ad extrebas omnium arterias motum penetrare, oī ipsis arterijs facultate uacantibus, tum peculiarium a corde ipsis suppeditata, cuius se ipsae ope distendant, ut cor, contrahantq;. At Herophilo in arterias placet, quia sunt cum corde continentes, per tunicas influere ab illo uim, cuius ope perinde, atq; cor, dum distenduntur, ex omnibus partibus, unde possint, attrahunt, quod impleturum suā capardinem sit: dum contrahuntur, reddunt: itaq; eas simul uno tempore omnes uideri distendi, & contrahi: idemq; constitutum, ac cor, utriusq; motus seruare. Erasistrato autem consentaneum est, non una uideri cor, & arterias distendi, contrahiq; quod res ipsa aperte negat. Quo minus Erasistrati probe Bacchium accusarunt, id afferentem, quod res ipsa monstrat. Illi contradicerent melius, q; solorum naturalium pulsuum contendunt institutam ab eo definitionem: nam, cum agrotat animal, attendi interim non simul pulsare omnes arterias.

Aristoxeni definitio.

CAP. 7.

Quod Aristoxenus Herophilus non solum reprehendit, verum et genus pulsuum in definitione desiderari, ex eius uero divisione aliquid dictum de distensione, & contractione esse. Nam pulsuum ille dicere vult functionem arteriarum esse, s. primum hoc genus esse. Deinde, quia functiones arterijs præterea aliæ sunt (crescent. n. & nutririuntur) addit peculiarem. Ita haec est tota definitio: Pulsus est functio cordis, & arteriarum peculiaris. Sanè genus rei, quamcumq; definiamus, exprimendum in definitione esse ante alia, recte Aristoxenus dixit. At, quia quoddam eius est genus continuum, ita n. vocant, ante quod nullum aliud intercedit: quoddam autem uno uel altero intercedente, aut et omnium supremum: quodnam genus, non parum quæsum est, ceteris D in definitione sit præponendum: supremum ne genus, a quo amplius nullum est generalius, an continuum, an aliquod est, quod inter haec intercedat, ubi sit utroque manifestius. Quamobrem merito quidam contenti fuerunt continuum, & proximum genus pulsuum motum dixisse. Sed n. q; motus uarij sunt (nam latio, & alteratio, auctio, tabes, adhaec generatio interitusque videtur motus esse) quae nam velint motum esse pulsuum, par erat aperire. Dicent sanè lationem. Deinde quia multas habet latio dicas, addendum erat, quam lationem velint esse efficiētum pulsus instrumentorum. Superne aliquis a primo genere exorsus, si dialecticos sequi uoleat, definiat pulsum cordis, & arteriarum functionem esse, quae motu lationis obitur, distentis illis contractisq;. Erit fortasse, qui his quietes censebit addendas, ut certe voluerunt quidam: alij contra detrahunt, quasi q; per accidens, non primo fiant. Verum in Aristoxenum haec sufficiunt, qui cum dialectice uolunt definire, leges præteriti ipsæ dialecticas. Volunt. n. isti, qui venditant definitiones, a primo nos genere exordiri, deinde per media progredi, itaque facere definitionem. Evidem exemplum fortassis adducerem istiusmodi definitionum, nisi Platonis extarent duo libri, quos habent omnes in manibus, in quibus docet nos, atq; exercet, ut ex diuidendi via & ratione faciamus definitiones. Titulum dedit horum librorum, alteri Sophista, alteri Ciuilis.

Quarta Clasis.

iv 3

Zeno

DE DIFFERENTIA PULSUS.

Zenonis definitio.

CAP. 8. E

Sed ad Zenonis nos definitionem, uiri Herophiliorum nemini secundi, conferamus. Hic pulsus dicit esse partium arteriosarum mistam ex contractione, & dilatatione functione: ex qua eundem omnibus in partibus ordinem consonum fuit esse, siue aequalibus illa, siue inaequalibus temporibus absoluatur. Itaque functione ille dicendo mistam esse, non genus modo dixit pulsuum, sed & proximam, ut credit, etiam: ubi praterijs, quod motu functione obeat, eoque latioris: meminit autem rationis specierum vel differentiarum, distensionis & contractionis, neque non obscurum est dilatatione pro distensione eum accepisse. At non male mistum dixit esse motum, non simplicem neque vnius formae: siquidem ex contrariis partibus constat, ut motus in respiratione. Etiā illud liquet, altera parte illum nolle compositi huius motus appellare pulsus, ceterum pulsus partem. Nam, qui putant, quia magnus pulsus ex distensione denominatur, continuo distensione etiam totum appellari pulsus, hi non animaduertunt interdum ex his, quae accidunt partibus, totum inuenire cognoscere: ut hic, simus homo, aquilus, casius, *χερωτός*, id est flavidis oculis, calvus: in alijsque permultis, a partiis affectu cognomen totum mutuat. Iam, cum alij Herophilij proprie oes vel arteriarum, uel cordis, uel horum amborum distensione, & contractionem appellent pulsus, hic non cordis, & arteriarum, sed partiū dixit arteriosarum, quoniam, quam dixi superius, quae de corde est, adductus. Exortitur. n. animatis maxima arteria, ex cordis sinistro sinu. Huius sinus corpus non esse idem arteriarum corpori uel illi fatentis, qui arteriosum eum vocant. Nam, ut neruosum appellamus aliquod corpus, quod distat a neruo, sic arteriosum hunc sinu uocauerunt, substantia planè diuersa praeditum ab arteriis. Verum non obtinent ab aduersariis, ut recte uel arteriosus vocetur: quod eadem natura sit, ac dexter, quod est carneus: quo circa cor quidam in musculis posuerunt: quorum error est, alio loco deteximus. Id autem, ut dicere auderet, similitudo eos corporis substantiae induxit, quae illis est: representat. n. ita, ut maxime, corpus cordis duros musculos. Et uero est manifeste utroque sinu pulsare, & dum in corpore adhuc est, & cum exemptum est, aliquantis per. Quinetiam, quod pulsus naturaliter tamen Zeno definiuit, merito & in eo est culpatus. Nam eundem in omnibus partibus esse ordinem motus arteriarum in ualentibus quidem uerum est: in affectis, fit, cum falsum sit. Insimul at porro Aristoxenus Zenonem, ut multos alios, de additione superuacua hac, cum dicat, siue aequalibus illa, siue inaequalibus absoluat temporibus, siquidem coem notionem, & generalem pulsuum non complecti nec hoc, nec aliud proplus quicquam corrum, quod ex divisione rei, quae definienda est, proficiuntur. Nam, hominem quod animal esse dixit, inde ei addidit dicitur pedestre, postea bipes, non opus habet, est dicas ipsorum hominum ut addat: ut haec sit definitio: Homo est animal pedestre, bipes: in quo artifices, & inertes, sapientes & indocti, continentur. Solorum enim haec hominum quod sunt dices, inutiles illae tamen, quod ad propriam definitionem attinet, quod sufficiat uel animal pedestre bipes dicere, uel animal rationale mortale. Neque non quae definienda res proponitur, est, ut dixi, partienda, sed genus eius: tamen haec tenus dividendum, quod intendimus, assequamur. Cuius si exacte notio completa sit, definitio quoque abunde essetiam declarat, inutile est, quicquid deinde addatur, maxime si ex divisione eius rei adjiciatur, quod definienda est. Namque quod coem est omnibus pulsibus, id debet in definitione proferri: quae est res, per quod pulsus cōcipiuntur & dicitur: non per quam certi quidam pulsus. Nam, si quam attingat dicitur definitio subiectam propositae rei, reprehendendi cuius ansem praebet, non recte pretermittas certeras esse. Nam, sicut Zeno adiecit, siue in aequalibus, siue in inaequalibus, temporibus absoluatur, temporis pulsuum scilicet subiecti differentiam: ita alius addet magnitudinis, alius uermentiae erit, quod crebritatis, alius numeri: denique omnes dicas reliquias alius atque alius. Quamobrem illi definitionem Zenonis nimium exuberantem, & superfluam considerunt. Habuissent etiam, si libuisse, illa obiicere, quae dialectici, prodiderunt de definitione, in qua dictio abundant. Demonstrant enim uiri illis dictio accessionem, de re, quae definitur, detrahere, ut hominem si dicas esse animal pedestre bipes geometrię peritum: nam, geometrae qui non sunt, non erunt homines. Nunc quando confutationem huius definitionis, quam porro possit produci, aperiuiimus, transeamus a Zenone ad Chrysostomum, cuius haec est definitio pulsus.

Chrysostomi definitio.

CAP. 9.

Pulsus est dilatatio, & contractio arteriarum, exurgente undique tunica, & in se ipsum rursus confidente, ab animali facultate atque uitali, comitans perpetuam sanitatem, quod morbi, ad sensum tenuis. Videtur enim hic etiam uir praterijs esse cor, & tunicae arteriarum circularem eleuationem & concidentiam pulsuum appellare, quas plerique distensionem, & contractionem uocauerunt. Quod vero pretermiserunt quidam de familia Herophili, hic addidit, ab animali. n. & vitali, inquit, facultate hunc arteriarum motum proficiisci, superflue illud additum quidem, si definitio, quam uocant notionis, assignes: quod tamen non abundat his, qui definitiones essentiales postulant. Nam rerum, quae positae in generatione sunt, definitio causam complectens efficientem, optimam habetur: de quibus est pulsus, qui, ut ceteri motus, dum sit, est. At recte ne an secus, ab animali & vitali facultate effici dixerit pulsus, non paruam ea oratio questionem habet, quam quidem, qui omnia uult vbique dicere, praesenti lucubrationi infereret, et si non sit necessarium. Nam, quae rei exponunt

A ponunt essentiam definitiones, placita consequuntur definiens: quæ confutari priuatim dñt, non eorum nomine negotium definitioni facere, ut nō legitimæ factæ: at, ubi ueritas illorum agitur, illic uerbosa hēc disputatio locum hēt. Quod si quis uitio uertendum ducat, quod in unam ambas definitiones confuderit: & notionis, ut uocant, quæ posita est in communi intelligētia: & essentiale, quam uocant, quæ essentiam rei aperit: recte sanè accusabit: & uero ēt complures definitiones, quas retulimus, isti criminis ostendet affines esse. Nam oīs disciplina ab aliqua notionis definitione ducere initium debebat: ab illa vel paulatim ad essentiales progredi, aut repente ad eā quæ adamassim explicit rei propositæ essentiam. Evidē initio statim dixi huius libri, qualis esse notionis definitio debeat: quales at, quæ pedetentim ab illa recedunt: quo est hic minus nobis inhaerendum, q̄ cū hoc declaratum ante sit, tum alia ēt oīa, quæ in definitione Chrysermus posuit.

Heraclidis Erythraei definitio.

C A P. 10.

AT Erythræus Heraclides clarissimus eius discipulorum, parū vī magistri definitionem probare: distentionem. n. dixit, & contractionē arteriarum, atq; cordis pulsū esse, a uitali, & aīali facultate plurimum ualente esse. Nam, q̄ distētionem dixit pro dilatatione, uerbo tñ dissidet ab illo, non re: q̄ uero de illa detraxit, comitans perpetuo tam sanitatē, q̄ morbus, in re disfentit. Omittit hoc. n. pro superuacaneo, sicut illud, ad sensum * tenuem esse illum motum arteriarum & cordis, tametsi perpetuo in sanitate aīaduerti pulsū ad eius pertinet notionem, nec non in alijs plerisq; ægritudinib. at nō in oīb. Illud uero, ad sensum * tenuem esse motum eorum, declarauimus antea, q̄ requirat discretionem, eo loco, ubi definitiones Alexandri, & Demosthenis examinaremus. Demit prēterea, insurgente vndiq; tunica, & in seipsum rursus considente: q̄ illa s. per distentionem, & contractionem significantur. Ad illud uero, quod dixit Chrysermus, a uitali, & aīali facultate effici pulsū, adiungit Heraclides, plurimum ualente: quatenus alia ēt quædam facere ad generandum pulsū, cum ipse confirmat Herophilus, tum oēs, q̄ ab eo sunt Hero philij nominati: tametsi reprehendat Aristoxenus & hunc & Appollonium Murem, qui ēt addit plurimum ualente. Neq; n. inquit, quod erat commune cuiuslibet naturalis functionis, par erat vt proprium pulsibus attribuere. Reprehendit ēt, undiq; tunicam arteriæ circulatim dilatari, in definitione dictum esse, non modo, ut Heraclides, tanquam superuacaneum, sed q̄ ēt pulsus quidam non naturales arteriæ distentionem non æqualem moliuntur, ueluti sui partem. Sed uero calumniatur hūc planissime. Nam, si ipse in definitione Chrysermus poneret, æqualiter, iusta sit eius obiectio subiicientis prēditos pulsū motib. inæqualib. uerum, qñ simpliciter dixit, insurgente undique tunica, & in se ipsum rursus considente, nullus criminis relictus est locus. Oīno si id agebat, ut Chrysernum reprehenderet, præstiterat oīonem ad illos pulsus deflectere, in quib. ih modum fidis vī tensa arteriæ tunica: ubi fertur sursum deorsum arteria, nō distendit tñ: nam hoc dixerunt quidam ad declarandum eum pulsū, non abre illi quidem, parum tamē ad absolutam scientiā. Atqui, ut prorsus non distēdantur, nec contrahantur uiuo adhuc aīali arteriæ, planē fieri nō pōt: quo minus aut aīaduertatur hoc arterias h̄re, fieri potest de breuitate distētionis, & adiuncta ijs arterijs uibratione. Diximus itaq; tum contentarum fiduum arterias speciem h̄re, attolliq; atq; demitti, non distēdi tamē & contrahi aperte. Sic ne hac quidem rōne mendacij postulet Chrysermu de circulari distentione, & contractione arteriarum: qui non de sensibili eorum motu definitio nem, sed de essentiā substantia pulsū, fecerit. At, cui ēt hēc cordi est uel ipsi legere, quæ illi uiri scripta reliquerunt: uel in commentarios referre, Erythraei septimum librum legat de Herophili secta, Apollonij uigesimumnonum, Aristoxeni tertiumde cimum. Mihi quidem satis est, si in singulis disfensionib. capita orationum prodam, itaq; alio me conferam: sic. n. fiet tādem, ut totum librum conficiam. Sed fuerit non incongruum, si hoc apponam. Ipse Aristoxenus, qui Alexādri Philalethis fuisset discipulus, & priorum se oēs, ut putabat, definitiones coarguisset, atq; hāc confirmasset esse optimam. Pulsus est functio cordis, & arteriarum peculiaris: idem postea tamē, nihil causæ est, inquit, quin ēt talem definitionem faciamus: Pulsus est cordis, & arteriarum functio peculiaris, mista, & inuoluntaria. Hanc ēt extollit definitionem, ut priore clariorem: illi compedium tribuit, & artificium. Dicit. n. sāpe inuoluntarios motus habere tamē aliquid uoluntarij: q̄ quidem, non obscurum est, quam multis implicatum sit controversijs & quæstionib. Sed de istis cum * utrisq; sectis disceptat hic, & reliq Herophilij. Ab ipso autem Herophilo dissidere in eo uideatur, q̄ pulsū esse existimet functionem arteriarum & cordis: & partes eius statuat distentionem & contractionem, nonnunq̄ ēt quietes. Nam, si undequaq; Herophili placita tueatur, cōtra cōtio sit functio arteriarum, dilatatio in proprium statum & naturalem earum corporis redditus: nā eius hēc est sentētia, quemadmodum distēta in demortuis cernitur tunica arteriæ, & in uiuis item quantum ex se ipso est, distētam esse. In cōtraria opinione est Asclepiades. Hic uir cor, & arterias arbitratur distendi, cum spū implentur in ea influente per subtilem contextum, quo prædicta int' sunt: vbi iam in eorum os repletorum nihil influat amplius, ibi recidere tunicam in priorem suum statum illū naturalem. Atq; hēc obiter subire quæstio sophistis pōt, q̄ sermonē in immēsum uo-

DE DIFFER. PVLSVVVM

Sunt producere Et, ut verbosam materiam tibi hic paratam habes, ita, si, quae Philonides Siculus E scripta reliquit in libro de medicina decimo octavo, in manus accipias (quorum est Agathinus bre uib. meminit, ei obijciens, primum, qd male pulsum afferuit in solis arterijs fieri: deinde, qd Bacchiū parum recte secum cōiungat) magnum certe cumulum loquacitatis hac rōne addideris orationi. Primum n. epicheremata sunt commemoranda, quib. adductus arteriarum solarum Philonides pulsum arbitratur: deinde illa refellēda: tertio Bacchium demonstrabimus in hunc modum locu tum in auscultationib. Pulsus esse contractionem & distensionem sanguinum arteriarum. In compen dio uero pulsuum sic ad uerbum scribit. Pulsus, & oīs pulsus affectus, arterijs dūntaxat & cordi accidit. Rursus paulo post: Nam pulsus, qd dictum est, dilatatio est arteriæ, uel arteriosæ partis cordis. In primis hoc tibi, fac, h̄ereat, haec tenus solorum fere Herophiliorum nos commemorasse definitiones: cum est Erasistrati multas, & Asclepiadij fecerint. Etiam hercle Athenai Attalēsis asle clę, quos pneumaticos uocant, et si non ita multas definitiones, tñ non + parum multas} fecerunt. Agathinus qd em certe, de quo paulo ante feci mētionē, quanq̄ improbet istos, qui oīa definitio nib. studēt docere, ipse tñ librum primū cōscripsit de pulsib. vbi singula, quae ad pulsum pertinēt, nomina, cum proprijs definitionib. rerum interpretat. Ceterum alias quidem prætereo: nam hoc in libro solius pulsus statui definitionē memorare. Certe quidem demōstraui ego multis in locis F librum de singulis dīris pulsuum posse, nō secus ac hunc, confici, si magnum pulsum definias una cum his, quae ei ex quantitate distensionis sunt coniuncta: & paruum una cum adiunctis ex hac: atq; hoc modo omnes alios. Sed in præsenti, ut dixi, de solo pulsu statuit summatim uerba facere.

+ Al. tales.

Agathini definitiones.

CAP. II.

Hic ergo Agathinus, qui eos accusat, pulsum qui uolūt omnino definire, tñ in loquacitatem & iplē incidit in anem: atq; est liquido in eo ostendit, qd homonymum pulsum putarit esse. Alio n. loco ait: Cordis & arteriarum motum dicimus pulsum esse. Alias sensum illum; quem in inflammationib. egrotus percipit: nam & hunc ait pulsum per homonymiam uocari: quinetiam solam arteriæ distensionem nominari pulsus, qn uel magnum, vel vehemētem eum dicimus esse: qui in contractione non fiunt. Et uero est Athenēum ait cēdere contractionem quoq; pulsus appellari: quam significationem iubet Herodotum attendere: huic n. viro suum librum nuncupauit, suo quidem discipulo, apud Romanos tñ in medicina exercenda claro. Sed conflatum ex cōpluribus distensionib. appellari pulsus dicit: ad hāc non solum ex distensionib. constitutum, sed & ex contractionibus. Quid, inquit, si est, qui proprius est carpi, vocetur pulsus? Evidē existimo, G inquit, pulsus dici est euidentium arteriarum motum. Ab his oīb. palpitationis fm præcordia meminit, ecquid hanc quoq; par sit appellare pulsus: quam quidem habeant nonnulli deliri: esse at crassę dorsi arteriæ. Quem si motum, inquit, vocamus, non pulsus, verum palpitationem: erit iā quidam arteriarum motus, qui non pulsus, sed palpitatione appelletur: qua est significatione Aegimius Velensis inscripsit librum de palpitationib. in quo tractat de pulsibus. Sed hoc rursus loco obrepit aliud argumentum his, qui sermones student ducere, si disceptent, an Aegimij ille germanus liber sit: aut utrum cæterorū Aegimius scriperit de pulsib. primus, an aliis ante illum. Hoc vero oīno est fruolum: illud fortasse non inane censem, tametsi est inane, indagare, vnumne, à pulsus nomine, an multa denotentur: vñ. n. est Archigenes in eo cum præceptore ientire, multis modis putans pulsum dici. De quibus sermonibus quo aliquis cognoscat, ad genera eum in species & dīas partienda necessarium est meditatum esse: nam proprium & communium significationū nominū, hāc una est uia inueniēdi. Itaq; multis mihi locis videntur, est qui illustres in dia lectica sunt, lapsi esse, qui totidem esse generalium nominum significationes sunt arbitrati, quot in ijs singulis contineantur propriæ species. Dico autem, si quis putauerit nomen animal non rem unam significare: aliter enim dici animal immortale, aliter mortale: & rationale aliter, ex pers rationis aliter: & ferum etiam, mansuetumq; ad hāc gregale, & solitarium, & id genus reliqua. Proinde, si hanc disputationem persequare, discipulumque exercites ad multa exempla, vt statim, quod multis commune est, cernat, & quod unicuiq; proprium, non parum impendens temporis. Atqui sine tali institutione ostēdi non potest, pulsus uocabulum unam rem significare ut animalis, et si ex utriusq; divisione, quam plurime prodeant differentiæ. Itaq; hic iam perspicias est longitudinem sermonis, qui integrum item librum requiret, si exponere uelis, unde inducēti illi pulsum multis modis putant dici: & quid sit, quod ijs imposuit. De quibus ego non nihil est in primo commentario, quae in librum Archigenis de pulsibus conscripsi, numero octo, dixi: hic satis erit, sicut antea, si unam sermonis prolixitatē demonstrem: qui ei habebitur, si qd talia persequi omnia uelit. Nam uidetur Agathinus, et si incusat illos quam vehementissime, qui pulsus conantur definire, ex suis ipsius uerbis, nunc functionem arteriarum, & cordis eum putare esse, nunc motum arteriarum & cordis, nonnunquam distensionem, & contractionem arteriarum & cordis: non quod inter se hāc definitiones pugnant, sed quod una est, ut ita dicam, generalior, aliq; specialiores.

Archigenis

A

Archigenis definitio.

Etiam Archigenes, qui commenta tionem putatur de pulsibus cōfecisse, in cuiusdam initio ^{Vertendum ex graciā.} **E**prægrandis libri definitionem hanc scripsit: Pulsus est cordis, & arteriarum distentio, atq; cō iam Archigenis tractio naturalis. Addidit hanc dictionē, naturalis, ad definitionem Agathini, ob causam, quā ante explicauit. Ex distentione, atq; contractione, ut partibus, arbitrantur constare pulsum pneuma tationē de pulmici omnes actionē putantes vtrunq; motū esse: cum Herophilus, & Asclepiades haud æquè senti grandis libro re videantur. Ac Herophilus quidem de distentione, & contractione arteriarū peculiarē qōnē in-stituere vī prolixiorē: nam subinde putabis eum, & distentionē, & contractionē censere actionē es stimatur, in se: ferē tñ unā contractionem. Asclepiadiis verò, qui nullam dicit facultatem esse, abs qua cor, & arteriæ moueantur, uaria est oratio, cū in alijs functionibus naturalibus aīalibusq; omnibus, tum in hac. Dicas. n. interim statuere eas illum ne actiones quidem esse: quanquam hoc cōsequens est suppositionibus ipsius: interim uero functiones esse ponere, veluti abutentē nomine, aut consuetudini concedentē. At verò familia Athenæi, ut dixi, omnis utrunq; motū in functionibus habet, & distentionis, & contractionis. In qua ēt nos suā sumus: neq; tñ de arterijs, & corde, sed ēt de thorace: quippe quē ēt demōstrauimus agere distēdēdo se, & cōtrahēdo. Distinguo at tum in thora-

Bce, tum in arterijs lationes in medium statū ab extremis, quæ nūc citra actionem, nūc cum illa fiunt. Horum si iam demonstrationes in hunc sermonem conijcas, hac re ad longitudinem tibi multum proficiet. Ad hæc, si nominum uarietatem, qua in definiendo sunt usi, & hercle quas adduxerunt probabiles causas, recensueris: deinde quēadmodum eas quidem reprehenderunt, postea, quomodo dicta sua alij defenderunt: hinc orationi accedet friuolæ prolixitatis cumulus.

Magni definitio.

Magnus itaq; non distentionem, & contractionem, sed etiam inflationem, & confidentiam sensibilem cordis, eorumq; quæ illi afficiuntur similiter, dixit pulsum esse.

Athenæi definitio.

Atpse secta illorum princeps Athenæus, pulsum definiuit motum per distentionem naturalē, & inuoluntariam spiritus eius, qui in arterijs est, & in corde, quiq; ex se ipso, & in se ipsum mouetur, unaq; cor mouet, & arterias. Vbi non essentialē modo definitionem fecit, sed addidit, & causam: quemadmodum definiri dialectici uolunt ea, quæ dum fiunt, sunt. Et compendiosius etiam, pulsum dicit esse manifestum perspiratum, ad sensum per se quidem tenuem, cordis, & arteriarum. Iam Athenæi etiam hæc est definitio: Pulsus est distentio, & contractio cum perspiratu cordis, & arteriarum. Si cui autem cordi est, hisce definitionibus confutandis, confitmandisq; longissime orationem extendat, licet. Iam verò alij quidam de pneumatica secta definitio quis ab antecedentes pulsus fecerunt, aliquantum, ut dixi variantes: quo minus eas commemorare statui, quod dictis. perstringere quām breuissime orationem studeam.

*Asclepiadiis, eiusq; discipulorum definitiones.**CAP. 15.*

Asclepiadiis etiam discipuli fuerunt inter se discordes: quod definitionibus quidam Asclepiadiis aliquid adjicerent, alij detraherent, alij immutarēt. Nam ipse Asclepiades quidem pulsum dicit esse distentionē, & contractionem cordis, & arteriarum. Hic multi eius discipuli addunt: quæ non semel, sed identidem in una inspiratione fiat. Ut tota definitio hæc sit: Pulsus est distentio, & contractio cordis, & arteriarum, quæ nō semel, sed identidem in una inspiratione fiat. Sed decepti quidā sint ab eo, q; in libro suo de respiratione, & pulsibus scripsit. Nam demonstrare instituit, quæ simili modo fiunt in respirationibus, & pulsibus, & quæ alio diuersoq; ac, ubi diuersitatem declarat, ita cōmemorata uerba sunt scripta: quo respirationem separaret à pulsibus, quibus hoc est adscriptum: quæ non semel, sed identidem in una inspiratione fiat.

*Moschionis correctoris definitio.**CAP. 16.*

Alij porrò quædā adiecerunt præterea, de quibus Moschion est cognomine corrector: quod Asclepiadiis scripta quædam corrigeret, non ubiq; cum eo sentiens: sicut nec cum Herophilo Alexander. Ego uero simul, ut Moschionis definitionem narrauero, recedam ab schola Asclepiadiis: Pulsus est motus peculiaris cordis, arteriarum, uenarum, cerebri, ambientisq; hoc mēbrane, qui in una inspiratione non semel, sed identidem, fiat. Atqui non puto desiderare te interpretem horum, quæ definitio habet, si quid memores hactenus dictorum.

*Erasistrati discipulorum definitiones.**CAP. 17.*

Quare sit operē pretium fortasse transfire ad Erasistrati discipulos, qui inter se non minus, ac alij, discordauerunt. Siquidem hoc quidem mireris, non tantum diuersarum sectarum medicos, sed illos etiam, qui vnum uirum sectarentur, dissensisse plerosque. Quosdam etiam duas & tres definitiones conscripsisse, vt Apollonius Stratonis filius, unam hanc: Pulsus est dilatatio arteriæ, quæ completione fit spiritus à corde emissi. Alteram hanc: Pulsus est arteriæ dilatatio, & contractio, à facultate, quæ illi coniuncta est, ac proportione respondet. Ac tertiam aliam: Pulsus est dilatatio, quæ facit, ut tactum arteria feriat. Atque hanc definitionē tertiam equipolle-

DE DIFFER. PVLSVVM LIB. IIII.

re definitioni pulsus in consideratione positi, nuper ab Alexandro allatæ, nemo est, qui nesciat. E Prima autem, quam scripsit essentialis est, cōsentiens Erasistrati sententia: quandoquidē putat arterias, vt superius etiam memini, ideo distendi, q̄ compleantur spiritu à corde suppeditato. Nam completionem uolunt nos, non impletionem dicere, ne quis omnem in contractionibus existimet spiritum euacuari. Secunda definitio facultatum etiam sermonem tangit: quam alij rectius Erasistrati fecerunt, qui pulsū esse dixerunt distentionem, & contractionem arteriarum, & cordis, quam vitalis facultas, & animalis efficit. Nam ipse Erasistratus in commentarijs de febribus aperte affirmauit, etiam animalem esse in corde, ne dum uitalem facultatem. Nonnullis illorum fatis fuit dixisse, pulsū communem actionem esse cordis atq; arteriarum. Quidam anxiæ magis distentionem arteriarum, cordi contraria, esse pulsū affirmauerūt: quando attollitur cor, eodem tempore conrahi arterias existimantes: & cum illud conrahitur, tum distendi arterias. At vero Apollonij prima definitio solam declarat distentionem esse pulsū, quam dilatationem appellauit, hisce verbis: Pulsus est dilatatio arteriæ, quæ completione fit spiritus à corde emissi. Erasistratus vero videtur non naturalem arteriarum motum appellare pulsū, verum motum duntaxat in inflammatione. Id quod eius uerba arguunt in primo commentario de febribus: ubi vocat in motum arteriarum, quem naturalem nos pulsū appellamus: quem verò in inflammatione F ille immutationem dicit habere, pulsū uidetur uocare: non cēsens scilicet cuius arteriarum motui esse pulsū nomen attribuendum, sed soli ei, qui ab affectu in inflammatione à naturali statu deducitur. Cernis igitur uerborum copiam, qua abundabis, si cuncta hæc persequare: & quæ in se Erasistrati mutuo, ac quæ in alios disputationes, commemores: & quæ item illi responderūt his. Cum igitur in capitibus ego tantum recensendis librum iam torum confecerim, idq; multis etiā præteritis illorum definitionibus, quid qui exequi omnia uelit, nonne tres libros, atq; adeo quatuor habebit conficiendos? Fac vero confessos esse: & adolescentem quempiam, qui in nugatorē incurrit p̄ceptorem, qui omnia dicere uelit, nihilq; præterire eorum quicquam, quæ tradiderunt medici, longo tempore illa, & summo studio edidisse: postea congressum apud ægrotum aliquem esse cum alio adolescente, de alio magistro rationem docto cuiusq; pulsū dignoscendi, & quid denuntiare soleant: utrum dices commodi aliquid inuenturum ad præagiēdum de ægerto? aut utrum nomen assecuturum apud ægrotum, & præsentes? Nam alter adolescens, qui pulsus sit definiendus, multis uerbis agerat, morbus periculo ne uacet, an cum periculo sit: & diuturnus ne sit futurus, an breui iudicatio sit expectanda, planè nesciet. Alter adolescens exacte hæc p̄sentiet, p̄adicitq; p̄äsentibus, sed eum ratio definiendi pulsus fugiet. Hæc autem aperte declara G bit contentio, quæ ratio docendi vtilis, quæ inutilis sit. Verum, ut est in prouerbio, Dulce bellum inexperto: sicuti uidentur mihi, qui omnia volunt definire, prorsus quæstiones ignorare, quas dialectici de ratione definiendi instituerunt. Nam definitione quidem significationem explicare propositi nominis, si quidem propositam rem non omnes planè assequantur, nō dico conductis, sed necessarium est. Necessarium etiam, vbi quis uel versutia de industria, uel imprudens p̄e studiū, significationes commutet nominum, tribuens alijs rebus ea, ac omnes homines. Si absq; utroque horum sit, omnino res definitione non est aperienda, q̄ suum ipsam nomen abunde declareret: nam definire planè quidque, ad sophisticam disciplinam pertinet, veile. Mihi quidem hæc licet dicere, qui frequentissime in quæstionibus improuisis feci periculum: nam de quavis re ad definiendum prop̄posita dici demonstravi posse totum diem. Quare non, quo uerbis deficiat ad definiendum accommodatis, in abundantes queror: sed, cum probauit omnium me ad eam loquacitatem esse instructissimum, humanitatis duxi esse, si artibus insudantium haberem rationem; ueritatemq; aperirem: non quod pleriq; faciunt scoli, qui suspici, q̄ sciunt, querunt, & vero etiam ampliores se ipsi apud alios putant fore: sed, quæ cognouisse semper, distinguere vtilia ab inutilibus. Omnes enim (cum a paucis discessum est) qui artes tradunt, nugas omnia refererunt: de q. H bus hoc est, quod haec tenus tractauimus. Nam peruersit philoristæ morbus non medicos tantum, ac philosophos, sed oratores etiam, & musicos, grammaticosque. Quibus ego, si sapiant, omnibus uno de pulsibus exemplo medicinam sanè præsentem feci. Quod, si quando per ocium multum sit visum omnes persequi, & diuicare controuersias de definitionibus, ne id quidem facere dubito: siquidem inutiles quidam dictitant illas esse: alij utiles illas quidem, sed de ratione disceptant definiendi. Sed iam libros etiam de his duos conscripsi, tertium & quartum commentarium in secundum librum Aristotelis De demonstratione. Cui libro titulum multi indiderunt Analyticorum secundorum: sicut & libro De syllogismo, priorum Analyticorum.

A



70

GAL. DE DIGNOSCENDIS PVLSIBVS LIBRI QVATVOR

B

Hermanno Cruserio Campensi interprete.

ARGVMENTVM PRIMI LIBRI

Docet, quæcunque in pulsu in nostram notitiam veniant: ac in primo libro pertractat de Distentione, ac Contraccione, primis, & principibus pulsus partibus, per sensum dignoscendis.

Partitio Commentationis de pulsibus: & quibus in partibus medici, quibus philosophi, elaborarunt: postea de difficultate dignoscendorum pulsum. C A P. I.

C



E pulsibus commentationem in quatuor partes sumus partiti. Prima, spe cierum, & generum illorum differentias recenset. Altera, quæ est hæc ipsa, quam nunc in manibus habemus, agit de ijs dignoscendis. Tertia causas aperit, à quibus quisque generatur. Quarta & postrema, quid denunciare solent, medicis sanè præ cæteris honoratissima: quo fit, ut reliquias partes huius nomine tractent: & philosophis, qui scientiam naturalem inuestigarunt, non planè neglecta. Quam ob rem merito omnium prima pars, ad medicos iuxta, & ad philosophos pertinet, sed secunda, & quarta medicis est peculiarior, vt tertia philosophis. Quocirca magnopere utrius in tertia elaborarunt, quod hi honoratissimam partem esse censerent: illi proximam statuerent honoratissimæ. In quarta non perinde quidem, ac in hac, eò, quod soli de ea medici scripsierunt: plus tamen, quam in reliquis, laboratum est. At in prima sophistis plus satis: medicis, qui magis artis opera spectant, quam nugas, satis inter disputandum laboris fuit. Reliquam secundam partem, nec philosophorum (neque enim ad tertiam, sed ad quartam faciebat) nec medicorum præter Archigenem, idq; planè leuiter, attigit quisquam. Flagitat autem hæc non prolixam quidem orationem, sed tempus alijs simul omnibus longius. Nam, cum tactu nobis opus est exercitato, vt paruam etiam exacte differentiam sentiamus, tum non est in manu nostra eius exercitatio. Nam compaginum vsum, & instrumentorum, & uero dissectiones, vsumq; fasciarum, & laqueorum, præterea reliquias chirurgias medico necessarias, citra tuam operam fortasse discas: Et sanè multa ipsi hoc pacto obimus, imitamenta molientes, per quæ etsi ad summam peruenire non possumus, at plurimum tamen progredi, ac prope finem peruenire possumus: In meditando vero ad pulsus, quid inuenias, quod caprizantem vel uermiculantem, vel omnino quemquam imitetur minus frequentium, non vulgarē tamen rem indicantium? nihil hercle, nec quod accedit quidem. Sed ad naturam eorum alius alio præstat oratione declarandum: ut exerceas at re ad quempiam facilime simul, & exacte dignoscendum, nisi ipse tuam operam naues, nihil, reperias machinæ à medicis, ita commentum, ut in cæteris fecerūt operibus manu obeundis. Itaq; cum ob id, tempus requirit longū, tū ob absolutā naturæ rerū scientiam. Nam, si figuli pectoresq; visum, si capones & cocci gustū: olfactū vnguentarij, auditum musici, tametsi artis habent vbiq; promptam materiam, multos non dies dico, aut menses, sed annos, ut accurate artem calleant, meditantur, ad tactū exercendū qm. s. censem temporis medicū querere? cui plurimi uno tempore affectus arteriæ sunt attendendi, nō ut figulis sole figuræ, aut vt pictoribus colores: sed primū distensionis quantitas, deinde qualitas, & tempus motus, tum mouētis ea contentio facultatis, postea ipsius tunicae arteriæ status. Hæc simul, atq; illa attollitur, omnia sunt cognoscenda. Quinetiā caloris qualitatē, occursus arteriæ motu excitatus apertius indicat: & ēt, equaliter an inēqualiter illa

DE DIGNOSC. PVLSIBVS

illa, quæ memorauimus omnia, vna in parte & in diuersis fiant. Atq; in distentione hæc consideranda sunt. In contractione sanè similia illis: præterea tēpus inter vtranq; mediū, quo quiescit, duplex illud, vnum à distentione ante contractionē, alterum a contractione ante distentionē: & horum mutuā proportionem, tēporis motus ad tempus motus, tēporis quietis ad tēpus quietis, & vtriusq; simul ad vtrunque: quæ sunt vniuersa ante alterū arteriæ ictum cognoscēda confecto iā primo pulsū. Nam, cum iam alter inceperit, cum ipsa prima} sunt attendenda, quæ declarata iam E

^{† Al. ex ami-} primo sunt: tum vero, quo è qualitate eorum, & in æ qualitatē perspicias, oësq; differētias, quæ in quis hec ipsa. illo sunt exposita, cū ijs, quæ in hoc, cōferēda sunt. Inde tres, quatuor, quinq; atq; adeo multi dein ceps pulsū sunt videndi, vt ordo tibi, atq; cōfusio sit explorata. Quid hæc, quantæ censes esse omnia exercitationis? Evidem, vt verū dicā, ad exactissimam quidē, & absolutissimam cognitionem requiri totam humānā vitam putē: vt autē tantā assequaris, quantā nūc parauimus nobis, non sex menses tm, quibus vniuersam medicinā profitetur sapientissimi se isti methodici tradituros, sed annos permultos. Mihi quidem certè, vt primū medicis cœpi operā dare, primis adhuc ætatis tēporibus mirifica cupiditas incessit artis de pulsibus cognoscēdæ: atque inde usque in hanc diem, eam commentatus, haud dum mihi oēm artem uideor assecutus. Si quidem multos annos ēt dignosce F re ne esset tactu clare arteriæ cōtractionē, incertus erā. Quin hærebam ēt, an Archigenes, Herophilus, {an vero} Agathinus, omnisq; prope natio empiricorū vera dicerēt: tm aberat, vt planè scirem, posset ne tota sentiri, an pars aliqua, eaq; quāta. Iā in distentione de similibus perinde impli catus tenebar, cum tm hæc fundamēta sint, & veluti elemēta totius de pulsibus artis: quibus incognitis nihil esset p̄t̄rēa quicq; quod cognosci certo possit. Tantum sensu noueram dignoscere distendi arteriam, non ascendere, & descedere, quod confirmant isti, qui Empirici vocantur, probari, atque id esse verum. Neq; enim distentionem, sed ictū tm percipere tactū: ascendentis ne cuius piā, an distenti, non item animaduerti. Hoc quidē multis annis prop̄ solum assecutus sum: postea unum etiam, trehementem pulsū: alia me omnia adhuc fugiebant. Itaq; in profunda hæsitatione multos annos voluntatus, nihilo magis indagare destiti: sed, cū acrius ēt, atq; etiā in id incubui, tandem aliquando* species cōtractionis tactū aperte repräsentata est. Deinde, cum in ea meditatione diutius immoraret, nō speciē adhuc obscurā, sed clarissimam notitiā eius non concedentem distentionis notitiæ cōsecutus sum. Postea, quid cōmemorem, q; alia sim cito assecutus? Omnia enim ulro se offerebant, & planè posthac p̄spicua crāt, ut cum in summis tenebris lux subito splē dida eluxit. Quod si quis hæc accipiat, nt uera, & nō ut fabulā, magnum fructū capit, ne eū despe ratio subeat inueniendi, quæ indagat: neq; eō deterretur, q; multis etiā annis inquirendo nihil dū profecerit. Nam quidam in q̄rendo clam obducitur casus, ususq; cōparatur, qui progreditur pendentim, neq; prius, q; absolutus sit, inquā coepisse appet: Simul, atq; completus est, cumulate fert omniū exhaustorum laborum q̄ citissime fructū, adeo que, ut rudiū dicā, cum ipsa usura. Iā, cum posteris nostris non medio cre momentū accesserit promptitudo nostra, atq; industria in his rebus, qui nō dubitauerim, uel ipsos affectus tactus aperire oratione: breuiore tēpore ad artē se exerceant pulsū, & minore cum labore. Faciam enim, ut præter alia uiam arnīā, qua totū assequaris potissimum: liceat tm ab immensa diuitiarū, atq; gloriæ sti, quæ mūc dominatur, mortales abducere. Neq; sanè quoq; erit profectum halucinatione, si ueritatis studiosos desiderabit: quos scilicet hastennis desiderabit, dū uoluptas superior sit, & regnet, honestas. autē nulli curæ, nullo numero sit: neq; enim uoluptatios hæc cōmentatio, sed egregiè gnaos industriosq; querit. At talis quotuisquisq; est? Sed enim, ut dixit Heraclitus, Vnius mihi instar est mille. Profecto libentius cū uno illo egero, ac cū istis mille, qui unum, uel etiam nullum ualent: nam nō numero ueritas, sed sapientia estimatur. Ergo ad unum hunc uerba nunc facimus cupidū ueritatis, quisquis ille siue nunc sit, siue posthac existet: Primum multa ad sensum pertinentia, fieri non posse, ut uerbis non explanentur. Deinde, tametsi non possit fieri, nihil eo tamen cause esse, quam ob rem in stræte diligentia pœnitent. Nam, si minus undequaque accurate sermone ad eorum notitiā, propius tamen, quām nihil, aspiraueris. Nam quis tandem faciem cuiusque hominis depingere oratione exacte possit? haud sanè quisquam: tamen seruos fugitiuos quotidie ex notis faciei proclamat. Adeoq; fuit, cui hoc esset satis tantum exaudisse:

Crassus erat, nigris humeris, crispisq; capillis.

Atque ego, cum prius dulce Falernum, q̄ Roman profectus essem, nunquam gustasse, tamen me, cum est primum oblatum mihi, non fecellit, q̄ signis deprehenderem id, que legeram. Quidā etiam meus familiaris uinum, quod crescit in Lydia/dulee, *Sesaminum uocatur ab incolis) facile cognouit, hoc dū taxat à me admonitus, dulce uinum Creticum, & quod Scybellite appellant, colore repräsentare, & dulcedine, crassitie que: præterea mirifica quandā inuindissimamque adstringendi uim p̄t̄er illa habere. Huiuscmodi nos quoq; signa recipimus pulsuum dignoscendorum tradituros: Ad hæc, manus qua nam ratione erit cuiq; pulsui admouenda: si quidem hic firmissus infigenda est, illio lenius applicanda: ut in uehemente & languido pulsū. Nam illum, nisi premas arteriam, non dignoscas: hunc, tautum abest; ut cognoscas premendo, ut semel etiam, si ita facias,

* Carynium et in græcis.

A facias, uideatur immotus. Nec vero magnorum simul, & languidorum pulsuum, quos lethargici habent, cognoueris magnitudinem, nisi admodum attingas molliter. Quod autem à turgidis & magnis, & duris, vehementibusq; altos oratio discernere possit docere, si magnum dicā tibi hūc es se, qui increuit ex aequo in tres dimensiones, in longitudinē, latitudinē, profunditatēq; : turgidū, autē, qui in duas tantum, latitudinem, & profunditatem: altum, qui in unam tm, altam: & durum violentum iustum efficere qualitate arteriæ tunicæ: vehementē uitalis robore contentionis: haud dixeris, prudentem iurum, atq; gnauum, oīno ab his initijs ingressum, non posse dignoscendō illorū confirmatam scientiā parare, modo ad principia, & veluti elementa artis huius probe exercitatus sit. De qbus nos primo loco dicemus, deinde congruo ordine ad reliqua progrediemur.

De quatuor elementis dignoscendarum pulsuum.

CAP. 2.

SVNT HEC QUATUOR. OMNIUM PRIMUM, QUOD EMPIRICOS DIXIMUS CONTENTIOSE POTIUS, Q UERE, ASSE CERE, IUSTUM SE TANTUM SENTIRE, DISTENTIONEM AUTEM IGNORARE ARTERIÆ. QUOCIRCA PULSUM QUIDAM DE ILLIS DEFINIUNT, MEMORIAM AFFECTUŪ TACTUS EX ARTERIARUM MOTU. NAM NON EX DISTENTI ONE ARTERIÆ, SED EX MOTU, DIXERUNT NULLA DE RE ALIA, QUAM Q DISTENTIONEM SE NEGANT SENTIRE. VERUM RATIO NE, INQUIUNT, CONSTITUAS EAM, LICET, NON PERCIPIT TAMĒ EĀ TACTUS. CONTRA UERO DEBEBANT OMNINO DICERE, SI ID TANTUM AGEBANT, UT CONTENDERENT: TACTUM ARTERIÆ DISTENTIONEM SENTIRE, SED, UERE NE DISTENDATUR, HOC SE NON PLANE SCIRE: NAM CONFIRMARE NON PERCIPIT, MENTIENTIUM EST DE SENSI. ETENIM SI ISTOS ROGES, QUI STANDĒ CONVULSIUS PULSUS UIDEATUR, QUID ALIUD RESPONDEANT, AC INTENSA UTRIQUE ARTERIÆ, QUASI FIDIS, QUENDAM OCCURSUM ILLUM EFFICERE TACTUI, QUAE NE PRISTINAM QUIDEM SED PLANE RETINEAT, SED SENSIUM SURSUM DEORSUM Q; IAETETUR? IAM ETIAM, SI DE ULBRATO REQUIRAMUS, SITEBUNTUR HUNC QUOQUE, SI QUIDEM ILLIS CERTE TACTUS AFFECTUS NON EXCIDERUNT, FIERI, CUM DESERUIT ARTERIA SUAM REGIONEM. NAN; IN IJS PULSIBUS SURSUM FERRI ARTERIAM, ATQ; DEORSUM SENTIMUS PLANE. QUINIMO PULSUS INEQUALITATEM EAM, IN QUA ARTERIÆ QUÆDAM PARTES EDICTORE LOCO APPAREANT, QUÆDAM HUMILIORE, SI NESCIRE SE DICANT, EXPERIENTIÆ DEPREHENDENTUR INANES, QUAM SEMPER UENDITANT. NEQUE ENIM DE ILLIS HOC EST, QUE RATIONE OSTENDUNTUR: CETERUM TACTUS ID PERCIPIT DILUCIDE: IN CUIUS QUÆRENDA CAUSA MEDICI, QUI UOCANTUR DOGMATICI, DISSENTIUNT MUTUO, DISSENSURI ETIAM IN EO, AN PERCIPIATUR, NISI EA SIT REI EVIDENTIA. QUINETIAM EST, CUM MAGNITUDINE INEQUALIS PULSUS FIAT IN UNA DISTENTIONE, CUM EIUS PARTES QUÆDAM PLUS, QUÆDAM MINUS, DISTENDANTUR: QUI NON FIERET, NISI DISTENDI ARTERIAM RE UERA UIDEREMUS. AT INTELLIGO PRODUCERE ILLIS ME INGENIOSIUS FORRASSE SERMONEM, Q APerte AGE RE: NAM SATIS HOC SIT DIXISSE, LONGUM, UEL BREUEM, ALBUM, UEL HUMILEM, LATUM UEL ANGUSTUM, MAGNUM VEL PARVUM, CRASSUM, UEL GRACILEM, & PRÆTEREA HORUM MEDIOS FIERI NON POSSE CUM NON OI EX PARTE DISTENDI ARTERIA CONSPICIATUR, QUONIAM SOLUM MOTUM ARBITRANTUR: TĀTUM, UEL ALTUS, UEL HUMILIS FIERET, UEL EORUM INDIUS: ALIUS NULLUS. Igitur, QUALIS CONVULSIUS PULSUS EST, QUI EST INFREQUES, TALES CONTENDUNT, QUI NEGANT SENSIBILEM DISTENTIONEM ESSE, SEMPER OMNES UIDERI: RE UERA. N. IN CONVULSIUO, AUT NEQUAquam SENTITUR DISTENTIO, AUT PARUM & OBSCURE, ARTERIA IN FIDIS MODUM SURSUM DEORSUM Q; IAETATA. AT VERO, QUOD TRADIT ARCHIGENES, HOMINUM GRACILIUM IN PARTIBUS NO CARNOSIS OCULIS CERNI ARTERIAS DISTENDI, & CONTRAHI, APUD HOMINES QUIDEM UERECUNDOS RECTE DICITUR: APUD EOS UERO, QUI DE REBUS CONSPICUIS, QUANDO SIBI IPSI LIBUERIT, NON LABORANT, SECUS. ETENIM UEL CONSPICI NEGABUNT HOC, Q QUIDEM EORUNDEM SIT ILLORUM, HOC QUOQUE INFICIAS IRE: AUT, SI ETIAM ANNUANT, OCULIS UIDERI DICENT ARTERIAM DISTENDI,, TACTU NON ITEM: AT QUI DE HOC QUÆSTIONE ESSE. QUARE NON AD UISUM SERMONEM DERIUEMUS: UERUM PROPOSITIS HIS, QUÆ TACTU PERCIPIUNTUR, PLACARE HOMINES CONEMUR. ARQUE, UT UERUM DICAM, NON TĀ ISTORTUM NOMINE, Q UT UERAM TRADEREM RATIONE DIGNOSCENDI TYRONIBUS HUIUS MEDITATIONIS AFFECTUS SENSIBILES, MEMINI PULSUUM MANIFESTAM DISTENTIONEM ARTERIÆ OBTINENTIUM, & OBSCURAM, DE QIBUS CONVULSIUO SUNT: PRÆTEREA UT PULSUUM, QUI IN QUANTITATE POSITI DISTENTIONIS SUNT, NE CONFUNDANT CONSIDERATIONEM: SED SEMPER IN MEMORIA HABITIONIB. ILLI, AN IN EORUM ALIQUIBUS, UEL ALIQUA, RESPONDEAT. NAM, QUI EX DISTENTIONIS QUÄTITATE XXVII. PULSUS CONSTANT, QUOS IN TABELLA LIBRO PRIMO DE PULSUUM DIFFERENTIJS PROPOSUI, HAC MAXIME RATIO NE COGNOSCAS, SI DIMENSIONUM QUANTITATEM SINGULARUM TENEAS MEMORIA. PORRO AUTEM TUM HEC IPSA, QUE NUNC COMMEMORAUIMUS, TUM RELIQUA, QUE POSTHAC DICENDA SUNT, OIÀ PRECEDEREILLE LIBER DEBET, VT INITIO STATIM HUIUS LIBRI ADMONUIMUS. ITAQUE, PRIUS HUC QUI SE CONFERAT, QILLA ED: DICERIT, ERRAT PLANISSIME: ATQ; HOC SIT IN TOTO SERMONE CONSTITUTUM. NUNC QUOD INSTITUIMUS, EXIGAMUS: APERTÈ DISTENTIONEM ARTERIÆ TACTU, NON IUSTUM MODO (QUOD, QUI CUM OMNIBUS DISCEPTANT, AFFIRMAT EMPIRICI) ANIMADUERTI. QUARE ADDUCTI RATIONIBUS MEIS CONTRA, AC PRIUS, DICETES, FATEANTUR (NI SOPHISTE CERTE, & ARGUTI GESTIANT HABERI) ARTERIÆ AADUERTI QUIDE ABS TACTU DISTENTIONE. TH, ITA NE RE UERA HABEAT, SE HÆSITARE: FANE. N. HEC CONSENTANEA MAGIS SINT CUM EORUM SECTA. AUT QUAM OB REM CUM OIBUS ALIJS IN DISPUTATIONIBUS, QUOD CERNUNT, CONSTITUUNT, DE NATURA UERO HÆRENT: HIC NON FACIUNT IDE? ATQUI, SI HOC FACIAT, NON EST, Q DICANT, DISTREDITUR FORTASSIS ARTERIA, SED NON EST CONSPICUO. VERU È DIUERSO FORTASSIS NON DISTENDITUR ILLA, TĀ PERCIPITUR: SIC QUIDE CÖSENTIT HOC CÙ ILLIS, QUI, QUOD CERNUNT TM, & NON QD COHÆRET, CUM PLACITO SUO PONUNT. SIC QUIDEM, QUOD CONSPICIMUS, UBIQ; LOCORUM,

DE DIGNOSCENDIS PVLSIBVS.

rum, ut dixit Timon, ualeat: qui sit igitur, quo minus nunc quod cernitur, valeat? Atqui, siquidem E
 ualeat ubiq; pro cōi igitur principio aperte dilatari arteriam sumpto, eum s. non conuulsive mo-
 ueatur, inde dissentiamus fortasse inter nos: an fidem illi nos habebimus, illi non habebūt. Fortas-
 sis hic quoq; si suā illis autoritatē subiçiamus, ad concordiam in cōi ineundā authores fuerimus.
 Quid nam igitur volunt? nihil aliud, q̄ singula euidentia conspici, & scrupulum habere maximū,
 an, qualia uidetur, et sint: deinde an ulla etiam rōne sint. Sumpserint sanè, & id è nobis cōfessum,
 nihil enim illis denegatū volumus. Quin nec, ecquid omnino sit sol, luna, terra, nec an mare, neq;
 an vigilemus: sed ne an sapiamus quidem, uel viuamus: nec quicquā nobis prorsus, qua sit natura
 constare. Evidem haud sciam, hac quam desiderent maiore hæsitationē. Obtinuerunt hāc à no-
 bis libentibus, supercedeant hoc labore orationis, ut demonstrent: habeant suā naturā ignoratio-
 nem, ac abūnde fruantur, licet. Tm r. spōdeāt nobis rē nō sanè prolixam, An simul de usū nos re-
 rum ad uitam pertinentiū hæsitare uelint: neq; ubi Solē pspicue oriri cernamus, obire solita nos
 negotia, si dies sit, an in grabato conuiescere, dubitantes nox ne etiam, an dies: Nec, cū nauē cō-
 scenderimus, ac simus in alto, hoc agere: sed nihil credentes, audere in mare profilire. quasi id for-
 tassis mare, fortassis nō sit: Neq; vbi in portum ex alto inuehamur, appellaturq; nauis ad terram,
 omnesq; videamus in terram exire, fidē dare sensibus usq; ad ipsum vñum: cæterum intus nos cō- F
 tinere hæsitanentes, & dubitantes, dicentesq; Forte quidem uidetur nobis terra, non est tamen. At-
 que oīa illa ipsis illis authoribus ad experientiā usq; fidē habent: at de natura in dubitationem ad-
 ducentur. Quin hoc nos s. ipsi volumus, ut eis pro certis utamur: quod uero excedit vñum, super-
 fluum dicimus esse. Nam ob rem si, quod cupimus, nobis dant: de quo amplius dissideamus in-
 uenio nihil. Quod ad naturam p̄tinet, de eo scilicet inquiunt. Desine, quæso, nec de eo uerbū un-
 quam faciemus, si uoles. Immo uel ad fædus serendum te adhortemur: & procedant posthac, si
 vultis, non minus nobis, q̄ alij mortalibus, quā res, quā verba, qñ uos ēt iplos animaduerto elabo-
 rare, ne quid de illis, q̄ omnibus hominibus testata in vita sunt, euertatis. Proinde, sicut illi negocia
 obeunt, & itē nos obeamus: nec curiosi simus vlla in re, quæ aperte conspicitur: sed statim creda-
 mus, & assentiamur. Vt, si qs annunciet ab imbribus, qui deciderunt, fluuium auētum euertisse pō-
 tem, hic quispiam, de vobis p̄st̄o ita ueret absolute ab imbribus, qui deciderunt, dicere, sed qui
 visi sunt decidere: neq; fluuium, sed qui uidetur, & appetet, neq; auētum, uerum, qui videbatur
 auētus esse: neq; diruisse pontem, sed uideri diruisse, quis hunc sanum dicat? Quid igitur, qñ cum
 cæteris omnibus mortalibus alio modo disputetis, negocia solis nobis facestis, cum ijsdem uta-
 mur sensibus, tam in arte medica, q̄ reliqua in uita? Et utrem, uerbi gratia, & uesciam, culeū, atq; G
 fabrorū folles qd distendi dicitis, ac contrahi, uideri p̄t̄ermittitis: arteriæ uero soli innocēti estis
 molesti, atque in ea de apparentibus scrupulū injicris, quo minus absolute pronuncietis distēta
 est, & distenditur, contracta est, & contrahitur, sed uidetur distendi, uerē ne distendatur, me latet?
 Desistite p̄ deos tandem aliquando inanibis nugis artem onerare, uel sua sponte longam. Si ocia
 mini, & vitam non labefactare, sed esse usui instituistis: artemq; non interpellare, sed augere cona-
 mini: rebus hanc commodioribus cōtentioñem reseruate. Multa offenditis in medicina, quę ma-
 gnæ sint quæstionis, huc conferre uim uestrā, hic ingenium ostendite: & dubitationem de reb.
 euidentibus tandem abiçite, quando nihil ea re p̄fectus sitis facturi. Compellimini enim, ueli-
 tis nolitis, euidentia pro certis habere, aut ne hiscere quidem nobis potestas erit: nam, cum, siue q̄
 ramus, siue non quāramus, idem consequitur usus, ne quicquam inquiramus. Sunt vero permul-
 tæ aliae hominibus tum sensus, tum rationis exercitationes, hic elaborate, in his tempus ponite:
 res autem euidentes citra scrupulum pro ijs, quæ esse illæ uideantur, numerate. Facite itaque, ut
 mihi arteriam concedatis in longum, latum, & profundum distendi: postea iam dispicite, an senti-
 re contractionem, nec ne, possitis. Vos uero, ut nec hoc, nec aliud inquireretis quicquam, sint ne
 omnino res euidentes, in dubium uocastis: unde uobis suppeditat magnus quidem uerborum a- H
 cerius, non potest labefactare tamen, neq; conuellere usum euidentium. Nos igitur contra facie-
 mus, ac uos. Omnibus, quę lucide cernuntur, utemur, citra ullam hæsitantiam, & credemus talia
 esse, qualia uidetur: quę obscurius, hæc in quæstionem uocabimus atq; partim ratione, partim
 sensibus, partim etiam amborum ope aggrediemur eruere. Verum horum uiam inueniendi alio
 loco amplius tradimus: hic tantum, quod ad institutum nostrum interest, referemus.

Contractionis inuestigatio Galeni.

C A P. 3.

Nam, cum Agathinus dicit, arteriæ non posse contractionē sentiri: Herophilus autē constan-
 tissime, ut de re sensibili differat: res hercle plena erat difficultatis uni magis, q̄ alteri, accede-
 re, p̄cēt in quorum tantum uterq; studij cum ad alias partes medicinæ contulisset, tum ad artem
 de pulsibus augendam, & verō etiam rationē multis annis, sensumq; mire exercitasset. Itaq; ope-
 ræ pretium esse duxi, ut prium ad parvam } differentiam sentiendam taetum assuefacerem:
 ut, si quando nobis ipsis manifeste contratio appareret, alium ne testem desideraremus: deinde
 ut ueterum scripta renolueremus. Nam si plurimi hanc, atq; probatissimi sentiri confirmarent, si
 ne q̄ diutissime quidem commentantibus, haud dum uideretur tamen nobis sentiri, desisteremus,
 &

† παρα μηπε.

A. I. 1. f. 2. d
3. c. 1. fol.
47. a

A & deponeremus spē inueniendi. Sin autem nullus alius, ut planè pauci, ac leues hoc affererent, nobisq; in hoc incūbentibus non dignosci videretur posse: ab ijs ceteris iā tum eius spem inueniendā, atq; nō sentiri posse fateremur. Ergo, cum familiā inueniremus Herophili prope omnem sentiri affirmantem: nationē autem Erasistratorum partim annuentē, partim euntē inficias: ac ter tios illos ab Athenaeo Attalensi, de qbus Agathinus erat, inter se eodē modo dissidētes, nihil nos sanè ex ueterum scriptis quidem cōsecuti opis sumus, q; numero, & dignitate, qui affirmarēt, eos q; negarent, propemodū aequaliter. Itaq; apud me adhibitis p̄ceptoribus considerabam: qui etiā se negabant ipsos in apertam cognitionem uenisse unquam contractionis. Iam hęc etiam nō nullos ratio, ut sit, mouebat, ac ijs probabatur omnibus, ut recedentē tactus arteriam sentiat, fieri nō posse: quippe aut motum ipsum in distentione, aut coniunctum cum eo ictum, nos sentire: at qui neq; ictum iā nos, vbi recipiat se illa, contrahiturque, neq; sentire motū: scilicet ea illum, quae consuetudinē habent secum, adeuntq; ac cōtingunt, non, quae discedant, dignoscere: alioqui ad remotum aspirare notitiā posse, si hoc sit ei semel concessum, quae non tāgātur, sentire. His & talibus me verbis facile in suam sentētiā adduxerunt, vt qui testem à se vt iactabant, tactum haberent: neq; enim cōtractionem sentiebam arterię. Sic nihil factū est proprius, quām ut ab illa me removē, vt ea, quae sentiri non posset: nisi mihi tandem, ueluti ex assidua collisione, ignis incensus, & elucēs clare veritatem monstrasset: ut alios iam testes nō quererem: nec arbitros, sed mihi ipse satisfacerem. Sed rē omnē explicabo, hinc adeo exorsus, vnde me ipsum ratio duxit. Quando corpora tangentia partim leniter sese mutuo tangunt, palpantia tantū: partim vero urgent, impellunt, evanescuntque, itaq; qđ fortius est, & durius, veluti subit imbecillus & mollius, alterum autem cedit evanescuntque, ac ueluti amplectitur id, quod urget, discessus eorum mutuus nō potest eodem modo effici. Ceterum, quae in superficie tangunt, discedunt subito: at, quae cedente molliore longius progressa illud ueluti intrant, non reuertunt item subito: sed, quanto à primo occursum progressa penitus urgebant, tantum illis discedētibus sensibile superest. Tēpus namque intercedet inter prium impetum discedendi, & extremum finem, secundū quem nō discedere amplius, sed discessus se iam dicentur. Quo tēpore toto, paulatim discendentē altero, paulatim etiā alterius remissō pressu, vtriusq; sentietur motus. Iā, si hoc accedat, ut, quod ab imo mouetur, seratur sursum: &, quod tangit, superne incumbat: præter quòd pressus ei, quod inēbit, detrahetur, etiā accidet ei, ut vela si subſidat: quia, quod prius excipiebat & sursum impellebat, nunc defertur.

Declaratio contractionis per alia uasa.

C A P. 4.

Horum, si rem oratio tibi parum clare repræsentat, ut uescis, vtribus, follibus, & id genus instrumentis omnibus periculū facias, licet. Nam in omnibus inuenies, vbi languidus est tangentium concursus, ibi momento tēporis fieri discessionem, at, alterum si ualidius sit, quanto spacio impellebatur infirmius, tanto mouebitur. s. vbi se, quod urgeret, recipiat: at uero, si ex inferiore loco ēt premens ascendat, longe tunc proclivius sanè, & citius comitabitur infirmius fortius, scio ad persequendū adiuncto momento ad inferna. Poteris autē, si humida materia, uel aere utrē, uel uescam, uel simile uas impleueris, leniter attingere, auferēdis, ac rursus admouēdis digitis: deinde ēt trudere, & impellere prorsus, amouēdis hic quoq; uicissim, applicādisq; digitis. Profecto alterum discessum, cū tantum palpaueris, clarissime animaduerteris momento temporis fieri: alterum à pressu, nunquā citra aliquod spatiū. Præterea in priore nihil moueri cōspexeris, siue admoveas digitum, siue remoueas: at uero in altero moueti, nō modo si imprimas digitū, sed & si retrahas. Age iā cōpares arteriā digito, & uasi corpus, q; arteriā cōtingit, ac eo, q; arteriā cōtingit, de loco suo nihil moto, arteria inota accedat, & recedat. Ac nunc occurrat arteria corpori, quod foris eam tangit, quasi palpet contrectetque, qđ in lāguidis pulsibus usū uenit, nunc non palpet tñ, sed & in altum impellat, ut in uehementibus: Hic in priore occursum, necesse est, ubi arteria cōtrahitur, hoc possis dicere, recessisse illam ab eo, quod eā foris tangebat, hoc non possis, nunc recedere: tempus enim ea cognitione postulat: discedunt aut subito, q; leuiter sele corpora tangunt, momentoq; temporis, quod nequeas attēdere. Sed in altero arterię occursum in uehementibus pulsibus, a quo fit, ut tactus noster repellatur, prius recedere sentimus, deinde recessisse iam dignoscimus, id quod non sensus ēt animaduertit, sed mēs ibi ex eo, quod affectus abiit ipsius sensus, colligit, quod tum recederet, nunc recessisse. At leuiter attingentis animaduertere discessum non possis, recessisse etiam ibi conijicias.

Primum sentimus affectus corporis nostri, deinde illa, quae eis induxerunt.

C A P. 5.

Porrò autem non accidentis, uel recedentis, uel prementis, uel tangentis, uel repulsi primum nō sensum habere, sed affectuum corporis nostri, neminem etiam esse puto, quem fugiat. Sentimus enim ab impressione uehementium pulsuum carnē nostram una cum ambiente illam cute impelli, huic autem est adiuncta moti, & prementis cognitio. Quinetiam recedente arteria sentimus in ipso corpore nostro motum, siquidem intro compressa, siue ea cutis est, siue carnis pars, arteriam discedentem comitatur, pristinam sedem, qua delecta erat, occupans, simulque fit, ut in recessus cognitionem ueniamus. Nā sentimus primos omnium affectus corporum nostrorum,

DE DIGNOSC. PVLSIBVS

rum:deinde,quæ hos induxerunt,foris obiecta.Quare,cū recedit à premendo arteria,quia secundū partes nostras attingentes eam motam sentimus primum in uehementibus pulsibus,ea dicimus ratione contractionē ēt occurrere sensui:concessio.s.ut,quæ affectus nobis creāt,sensibilia ap-

^{† Quidā cod.}
^{antiq. habet.}
^{atq; cōpresso}
^{nis secundā ad}
^{primā uel pri}
^{ma ad eā, quae}
^{post ipsam est}
^{inequalitas,}
^{&c.}

pellemus:atq: pressus inæqualitas plementis annūciat redditū:neq; .n.vel robur, uel motū eius, q̄cquā erat,quo cognoscemus,nisi pressus inæqualis.Nā,uehemētib. pulsibus,ubi digitos injicimus, primus occurſus admodū impellit parū tactū,ab hoc ēt atq; ēt ad finem vsq, comprimit magis:unde sanè motus arguitur,& robur eius,quod repellitur.Mira.n.res est, quo nā modo lana guidi pulsus(ut si nt maximi)non paruit,si premas,uideantur,uerum etiā oīno sensum fugiant.

Quod,si quis leniter esse illos tangendos ignoret,fortasse abolitum homini pulsū dicat esse:qui quidem mētiatur inde, q̄ non rectē eos tetigerit.Contra planē uehementes,quo ipsorum deprehendatur robur,req; runt,ut q̄ tangunt,digitos valide infigant:repelli enim hoc tibi,tum magis videbuntur,quo eos urgeas magis.Vnde ēt cōtractionem omnes uehementes pulsū sensibilem habent:languidorū uero nullus:atq; inter uehementes alius alio magis prout maior,vel minor sit uehementia,aut pro magnitudine,& paruitate,aut pro duritie,& mollitie,aut pro celeritate,& tarditate.Nā,q̄ maximus simul,& uehementissimus,durusq; sit(quatenus coniungi cum magnitudine durities ualeat) atq; non uelox,hic apertissimam habet contractionem.Omnes alij,quatenus plus uel minus de illorum aliquo habeant adiunctum,haec tenus facilius percipientur,uel q̄grius.Addidimus aut̄ eō in cōmiscenda duritie,& magnitudine,quatenus ualeat,ne adducatur q̄ posse unquā fieri,ut idē simul pulsū,tum maximus,& uehementissimus,tum euadat durissimus:neq; enim coniugatur,sicut cum uehementia magnitudo,ita cum duritie.In maximos enim,& uehementissimos pulsū subinde incurras:at durissimos,eosdemq; maximos nunquam reperias,ac ne duros quidem pariter,& maximos:cæterum,qui int̄ durum,& molle mediis est pulsus,qui & moderatus est secundū naturā,cū maximo connexus frequenter inuenitur.Etiam durum simul,ac uehementē non raro eiūdē cernas:adeoq; durus,idēq; uehementissimus nonnūq; exsistit:at uehementissimū,& durissimum nunq; eundem inuenias,neq; ēt,qui maximus,& ideū uehementissimus,tardissimusq; sit;sed maximus,& uehementissimi,plurimum etiā celeres sunt:sin minus,at non tardi.Atqui,si idem posset pulsū uehementissimus fieri,& maximus,& durissimus,& tardissimus,appareret in talibus pulsibus omniū apertissima contractio.Quae quando non potest mistio fieri,uehementissimus adhuc & maximus,qui neq; mollis,neque uelox sit,clarissimā adducet contractionem.Claram etiam uehementissimus certe,& magnus,& durus;Et etiam uehementes simul,& magni,& duri,quorum minus quidem,q̄ superiorum,manifesta adhuc satis tamen contractio est:Præterea his minus,sed euident tamē contractio uehemētis,magni,& molli:Manifesta adhuc uehementis simul,& moderati magnitudine,& duritiae,sed hoc obscuriorem habet contractionem,non tamen quin possit dignosci magnus,& moderatus in reliquis quibus differentijs.Immo uero,qui tribus differentijs est moderatus,perspiciuam adhuc contractionē habet.Verū non facile uehementis,& parui contractio cognoscitur:q̄ oīno ēt durus est.Ac parui,duriq; sed cōtētione moderata,ēt est obscurior.Iā,si paruus,nec durus sit,& moderato robore,vt deprehendatur is sensum flagitat probe exercitatū:Atq; adhuc magis,q̄ paruus,& mollis,contētusq; moderate sit.At languidus pulsus,neq; cum magno coniunctus,neque cum paruo,apertā obtinet contractionē.Omnino is cum maximo nunq; cōmiseretur,nec verò cum durissimo:cum magno sit,ut commisceatur,sed prorsus eum molle oportet esse:q̄,si cum duro coniugatur,is,neceſſe est,sit minimus.Quae,qui exercitare tactū uolet ad manifeste sentiendam contractionē hoc in primis scire debet,qd̄ præteritum ab antiquis est,non cuiusvis pulsū posse contractionē sentiri:nec,quorum possit,perinde omnium esse claram.Ad hæc distinctiones,quas tradidi modo,memoria sunt tenendæ,ut ne,ubi sentiri nequeat,inuenire auens,deinde deposita spe,omnē tandem,ut non sensibilem,relinquat:neq; ubi possit sentiri,non aperte tamen,hos primo aggre diens,cum horum desperet inuentionem,tū alias eū planē pigeat inuestigare.Verū,in q̄bius aperiſſima cerni cōtractio solet,ab his initū sumat,atq; manū,ut præscriptissimus,applicet,cū memoria propositorum,q̄ tradidimus,planē uel uehementē,uel non languidum certe oportere esse,q̄ sensibilē tangentibus sit representaturus contractionem,atq; hoc habere fixum debet,& certū:ad clariorē autem notitiam,non parum magnitudinem referre,accedere item à duritie nōnul lam opem,& hercle abs tarditate etiam:Proinde nec in languido vñquam pulsū sentiri contractionē,nec in uehementi non sentiri:idq; magis,& minus clare,prout ipsa uitalis,ut uocat,contētio maior sit uel minor,& pro distentionis quantitate,ac pro qualitate arteriæ tunicæ,& motus.

Pulsus,qui apertam contractionem habent,quibus in sanis,& ægrotis insint. C A P. 6.

Quare,ut studiosi absolutam exercitandi uiam habeant,non solum generale præceptum explicauisse contenti simus, à quibus iam initium ordiendum sit tactus in contractione indaganda exercendi:sed etiam,quibus hi insint in ægrotis,& valentibus,deinceps aperiāmus.Nam,hoc si etiam didicerint,minori negocio uotum,arbitror,assequuntur.Ac de sanis quidem,qui moderato sunt habitu,& natura temperata,in vigore ætatis,maxime uero ex anni

tempo-

A temporibus, regionemq; incolūt temperatā, robustiq; sunt, & omni mōrōre, metu, saturitate, motu vacui, hi pulsū vehementem & magnum oēs habent. Qui, se moderate si exercitauerint, fotiq; sint modicis balneis, vel vini non per multum hauserint, vel irati sint, vel operam strenuam aliquā nauauerint, non magnos iam & vehementes tm, sed q; maximos, vehemētissimosq; pulsū habebunt. Itidē, si laborent syncera tertiana, vel ardēte miti & simplici, aut qua alia magnopere calida & veluti feruente febre, præterea diariarum aliqua, quæ ex bubone profiscuntur, & ex adustionibus, modicisq; lassitudinibus, maximos etiam tum & uehementissimos pulsū habebūt. Porrò, si quædam horū, quæ retuli, eos teneat, q;dam non, uehementes quidem & magnos vel tū obtinebunt, non perinde tm. Exempli gratia. Si cuius iuuenis, qui sanus sit, nō tm habitu moderato, sed vel pinguis, vel gracilis, loci incolæ frigidi pulsū tangas, uehementes eos, & magnos inuenies, at nō similes tm prioribus. Verū enim uero in ijs omnibus, in quibus pulsū adhuc manet uehemens & magnus, si, ut iussi, tangas arterias, senties cōtractionem: clarissime autē in illis, quibus maximum esse & uehementissimum diximus. Atq; si sit uehementissimus, facere maiorem eum sic in tactu impressionē, itaq; manifestorem esse eius impetum, superius explicauimus. Quin etiā si maximus sit, hac facillime uia cognoscas: si intelligas tātum in contractionibus solere arteriam B descendere, quantum in distentionibus ascenderit. Quod si est, nō potest maximis interuallis non ferri vterq; motus, sursum, dum distenditur: dū contrahitur, deorsum: ita ut ille quam longissime sursum currat, hic recedat. Diximus autē nos sentire recedere arteriam, nō recessisse. itaque, ut maximū recessus spatiū & tēpus erit, ita eius erit apertissima cognitione. Quod fuit in causa, cur dicerē esse primam tactus exercitationē, non in uehemētissimis tm, sed & in maximis simul pulsibus sub eundam, qui non perinde moueantur uelociter. Diximus etiam non nihil ad contractionem percipiendā facere duritiem: cuius tm illic causam præteriuimus, quam hoc loco, nihil'causæ est, quin adscribam: nam uim iictus magnopere refert durities quoq; arteriæ tunicae. Id etiam in rebus extra corpus positis aperte perspexeris, si equis uiribus uel lapide cuipī durissimum impegeris, uel lignum, uel aliud, quod molle sit. Sane multo citius & magis prematur, necesse est, ab lapide, & euertatur, quod impetū sustinet, quā à ligno. Iā, q; violentiæ distentionis semper r̄ideat contractio nis sensus, hoc contractiones clarius dignoscuntur, quo violentioribus succedat distentionibus. At nec facile magnus pulsus commiscetur cum duro: & affectus, in quibus congreguntur, in opere de causis puluum, & in opere de præsagitione per eos, explicabimus: hoc loco tantū satis sit tyronibus exempli gratia didicisse: Quibus ualida facultas uitalis est (quam eandem quidā medici vita C lem cōtentionem appellant) sed in uictu offendunt, & nō nullis in alijs, imprimis in uini intempestivo potu, his tales pulsū accident. Itaq; in his, ita ut in prioribus, aperta est arteriæ contractio. Iam etiam tarditatem, quantū tempus auget recessus tanto ostēsuram esse manifestorē motum ne id quidē collectu est difficile, quam ob rem & hæc usum ad cognitionē aliquē præstat. Ac, qui debeat pulsus esse, qui sensibilem contractionem est redditurus, abunde declarauimus.

Ratio applicandæ manus arteriæ in contractione.

C A P. 7.

Dinceps, quo modo sit applicanda manus, nobis inquirendum est: an perpetuo super arteriam, an subter, aliquā hoc modo, aliquā illo, & utrum comprimēdo, an palpando, an applicādo tantum, an interdum hoc modo, interdum illo, ut natura pulsū ferat, nam nec de his quicquā maiores nostri explicarunt. Nos autem, his inquirendis, quę ratione, & usu consecuti sumus, in medium proferemus. quo, si sufficere quidē uideantur, omnibus suis partibus & numeris doctrina à nobis sit absoluta: si minus, complurium quidem, & utilium inuentorum certe ope, alias atque aliis, quod reliquum est, inuenierit. Itaq; si comprimendo applicemus tactum, nulla differentia sensibilis ex manus super arteriam, uel subter applicatione inueniatur: vel, si palpando tātum, veluti suspensis digitis, ne tum quidem ullam animaduertamus differentiam. Ac tertius applicandi modus, qui mediis est inter compressionem, & palpitationem leuē, ne obiri quidem potest, si inferne tangas arteriam: si quidem liberare oportet tum manum omnibus voluntarijs motibus, & ueluti languidam admouere: quod si fecerimus, ne arteriam contrectet, à grauitate depresso delabetur. Proinde hoc modo attingendi supernetm licebit, inferne nunq; tangere. In eo autem frequenter contractio multum aperte patet, s̄æpe etiam obscura existit, non tamen quin exercitatis animaduerti possit. In uehemētibus & magnis, nec uelocibus manifesta est. In moderatis per omnia hæc dicta genera, obscura. Nam si uehemētes, & magnos, nec ueloces pulsū comprimamus, fore manifestissimam omnium contractionem nuper diximus. Quorum causas ex ijs, quæ de illis narrauimus, facile inuenies. Nam, quatenus tactum ab arteriæ distentione accidit repellit, hactenus recedente ea sensibilis contractio fiat, necesse est: qui repellit, si compresseris maiorem in modum, in pulsibus quidem commemoratis: si palpaueris tantum, perinde ac nihil: at in manus applicationibus medijs inter illas, quas fieri quasi remissa manu diximus, moderate repellit. Quo magis contractionem comprimēdo, quam tm attingēdo, senties: nec minus, si inferne tangamus, quam si superne, q; perinde utrobiq; arteriæ contractionem tactus sequatur. At n. manus, quæ tangat, non modo prompte sentiat, oportet, uerum etiam mollis sit, nam sic deum

DE DIGNOSC. PVLSIBVS.

facile consequatur, ut motus vel minimos animaduertat. Nam, hoc sane quemadmodum natura E est comparatum, ut alio aliis uideamus melius deteriusq; & audiamus, ita ēt tangere nos, equidem fugere neminem puto. Huc iam si status quidam mollis accedat carnosae digitorum naturæ promptius & magis in occursu arteriæ cuersa, interuallo maiore, dum cōtrahitur illa, fore, vt ab legetur, nec hoc puto ante dictorum memori obscurum esse. Nec vero ēt, cum per longius fertur interuallum, clarius sensuram esse contractionem, hoc fugit quēquam. Quare molliorem manū duriore si reliquorum æqua fors sit, ratio dicitat exactius contractionem sentire. Itaq; si summam orationis fecerimus, aliò transibimus. Quandoquidem inter medicos controuersia est de arteriæ contractione: quorum pars eam sentiri confirmat, pars non sentiri: ostēdimus nos neq; perpetuo sensibilem, neq; perpetuo insensibilem esse: vbi primum pulsus, in quib. sentitur, aperiūmus, dein de status, in quibus illos indagabimus, pulsus: denique, qui sentire plane contractionem cupiat, quomodo tangere ille debeat, qualemque esse manum conueniat applicandam.

Initium distentionis & finem contractionis non sentiri.

C A P. 8.

His constitutis, deinceps erit explicandum, totam ne sentiamus distentionem, atq; contractionem, an pars nos vtriusq; fugiat: & si fugiat, quæ hæc sit & quanta. Atque huius ēt instituimus oīonis initium a motu distentionis. Ac primum nobiscum repeteremus sæpen numero in multis ægrotis, quib; pulsus parui sunt languidiq; (quales hñt præ ceteris ij, qui syncopa corripiuntur, & qui de uita deceidunt, prope oēs) quosdam medicos motum aliquantisp sentire, alios haud quaquam. Secundo loco prout accurate & sedulo, vel segniter, atq; negligenter tangit, eundē medicus non pulsare, aliis pulsare etiamnum dicat: atq; idem frequenter medicus eodem tempore, pro diuersis manus applicationibus uicissim contraria dicat: partē motus fugere constat tactum. Dices, præclarissima natura præditum, & manum rectissime applicantem, experiētemq; totam sentire distentionem. At hunc quomodo inueniemus? Quis nobis humanam naturam spondebit eam integratam sensus asscutam, vt nihil illam ne subtilissimum quidem prætereat? Ego quidē certe nec exteriorum corporum horum, quæ licet præter vllum impeditum ipsa tangas, iamētem, consummatam notitiam esse, nedum corporis quod adeps, mēbranæ, cutis munit, crassior ipso subinde corpore arteriæ. Quid si quis tam sit audax & arrogās, ut dicitet in distentionibus arteriæ primum se motus cognoscere impetum, libēter de isto quæsierim, qua nam ipse hunc manus applicatione deprehēdat: vtrum leuiter palpando: an premēdo, an nulla ui admouendo? Sane, si de magnis illis sophistis forte sit, qui in arti nauanda opera hactenus versati sunt, vt oīno, an G homo febricitet, ignorēt, verborumq; ratione ipsam veritatem superēt: haud iste. f. nec an plures sint applicandæ manus rationes, nec an inter se illæ mutuo distēt, nouerit: nostraq; stomachum illi fecerint, nec vlo modo me sustinuerit audire. Verum enim uero uti alia, quæ ante tradidimus, ita hæc ueritatis studio, ēt si solus sit, dicemus. Nempe media applicatio, q; citra vllam vim fit, hactenus motum sentiet in pulsibus certe non languidis, quatenus uisus: in languidis uero sentiēdis ēt uisui concedet: Altera, cum premimus, in languidis supra primam, motum arteriæ obscurabit: in vehemētibus p ceteris percipiet: At tertia, qua veluti suspendimus manum, motum sane q; breuem sentiet. Sed hæc faciamus quoq; ut demonstrationibus confirmemus, ab rebus euidentibus ingressi. Quid uero clarius hoc sit, quā oēs arterias, nec uisu, nec tactu moueri videri, sed eas duntaxat, quas cutis contegit, neq; ea crassior: at sub carne abditas, aut sub alijs corporibus, occultum habere motum: nisi qñ magnopere intabuerint quib. sunt illæ subiectæ, corpora, itaq; sentiātur? Immo uero, quarum sentitur motus, quo sunt arteriarum nudiores partes ipsi subiectæ cuti, hoc visui clariorē motum. tactuiq; representat. At maxime qdē arteriæ, quæ fin dorsum sita est, cuius fugit pridē motus, simularq; contabuit aīal, ad abdomē motus appetit. Vnde liquet leniora corpora arterias facile, vbi distenduntur, una secum sustollere: grauiora ægrius: prægraui uero non mouere prorsus. Quod dico, multo aīaduertes manifestius, si arterijs p̄ditis illustri motu, foris corpus aliud subtile ad cutem imponas, ut solium, membranam, linteum, panniculū, aut aliud tale quid. f. una cum arteria distenta moueri cernes: Si iterum priori tantundem apponas, iā multo amborum obscurior motus erit: Si uero tertium addas, adhuc longe obscurior. Itidem, si quartum & quintum, tandem impositorum motum oīno abolitum putabis. Iam, si vehementior pulsus sit, plurium onus corporum feret: sin minus vehemēs, pauciorum: q; si nequaquam sit uehemens, fieri potest, ut nullo onerari corpore sustineat. At vero, si præterea languidum esse finxeris, non modo foris cuti corpus impositum non mouebit, sed nec ipsam interdum cutem. Id qđ sic constat habere; nam arteria, quām fuerit contentissima, tam maxime cutē conspicias moueri: contra cum exoluta multum contentio sit, plane non moueri uidebis. Cum igitur arteriæ ualidior motus ēt multorum extenorū onus corporum, nedum cutem, secum mouere valuit: lā guidior autem tantum cutem: &, qui sit multo hoc imbecillior, nec cutē quidem: quid habet admirationis, si aliis ēt hoc infirmior existat, qui neq; membranas, quæ arterias conteguunt, neque adipem subuehere possit? At quis tanget hunc motum tactus? nempe nullus. Neque uero ad hæc illud

A illud respondeant, comprimendam digitis cutem esse, quæ arteriam tegit, ut pulsus non satis ascē dēti occurramus: cum in his, quorum sentitur motus, sed languidis tamē si cutem comprimas, tē mel pulsus consistat: quid iam illa, cedo, arteria fiet, quæ ne cutem quidem potest mouere, si digitis eam insuper degraues? an non reliquam partem motus etiam amittet? Ne multis: non mihi sci re isti videntur arteriarum sedem, quæ ex dissectione perspicitur, qui primam distentionis partem sensibilem putant esse: cum cutem nulla ex illis attingat. Immo, si quæ admodum videtur conspi cuæ esse, eiq; propinquæ, has velis excoriatas vtrinq; inspicere, multum cernes spatij inter cutem, & tunicam arteriarum interpositum. Etenim temere hoc natura vnum condidisset, quæ tamē ci tra rationem molita nihil est: si instrumentum creasset, quod in omnem partem posset distendi: ne que locum ei, ubi moueretur, attribuiflet vllum. Atqui aliter res se habet, & longe quidem. Siquidem monstrant dissectiones cingere arteriam regionem satis amplam, quam caro, vbi plus iusto auctum corpus sit, insidens, ne distendatur vas, quantum solet, interpellat. Vnde fit, vt crassis par uis pulsus sit, q; longitudo eius imminuatur, & latitudo fiat limitatior, cum a multa carne cōstrin gatur: ascēsus item vbertate corporum incumbētium depresso inhibetur. Illorum vero, qui graci li corpore sunt, alioqui robusti, insignem latitudinem, & longitudinem pulsus habēt, insignem B etiam ascēsum. Ac magis ēt in his quibus cutis* remissa est, perspicuum interuallum est inter eam * Laxa. & arteriæ tunicam. Nam eius, qui in statu illo est, si vehemēs pulsus, aut non languidus certe sit, poteris membro conuertēdo, atq; interim supino, interim prono figurando, dīrias, quas nunc re tuli, arteriæ dimēsionum, manifeste premēdo assequi: nam longitudine & latitudine pronam fi guram attēdes prāstare, altitudine & tempore supinam. Causa utriusq; cutis est * remissio: vt quę * Laxitas. in supinis manus figuris superne incumbat, & decidat in arteriam; in pronis deorsum vergat, & depēdeat, plurimumq; distet. Quamobrem in supinis figuris, cum distēditur arteria, in obliquum ex altioribus circumfluēs complicatur, & quasi rugas agit: atq; hic in magnū aceruum collecta, magnitudini pulsus in his maxime partibus obsistit. In pronis vero, quia minime deprimit, nec in terpellat arteria motum, nihil quoq; de pulsus detrahit magnitudine. Quō ergo non & hic plus in profunditate itē distendi pulsus videtur: aut, si non amplius, at æque, vt in supina figura? quōd scilicet sub latitudinis longitudinisq; incremēto latet profunditas. Et alioqui, cum (cuius hæc omnia nomine commemorantur) longiori tempore videatur, quantum ad conspectum, arteria mo ueri, quæ in superioribus artus regionibus locata est, simul intelligitur maior in altum etiam ascē sus fieri. Quod. n. in ascendendo longius tempus v̄ ponere, hoc facile visum inducit longiore se C spatio profectum esse. Atqui hoc vehitur per æ quale spatiū, vt vult quidem veritas, quomodo cunq; locata arteria sit: sed, quia prior nimur in supinis figuris motus sub cutem sicut dissipatus, tempus auctum distentionis, quantum uetus iudicat, speciem simul auget profunditatis. Atq; hæc quidem euidentia exempla, aliaq; id genus declarant distentionis primas partes effugere aciem. Quantum autem hoc in motu a uisu sentitur, tantundem etiam in non violēta tactione in vehe mētibus certe pulsibus: nam in languidis quidem subinde minus. Siquidem in conspicuo est non esse eo attingēdi modo primas distentionis partes sentiendas: ac ne si palpes quidem leniter, velut suspensa manu. Restat igitur, si modo possit, vt manibus cum pressu applicatis sentiri primæ par tes distentionis possint. Atqui non in omnibus pulsibus posse: sed, si quidem possint, tum in solis vehementibus, si quam memoriam habemus superiorum, planè testatum est. Ac hoc quidem ha ctenus dictum est, eō quod aliam manus applicationem nullam in confessu sit, nec aliud pulsum (si à manus applicatione, quæ pressu in vehementibus pulsibus obitur, discessum sit) distentionis initium offerre sensibus posse. Deinceps vero uideamus, an id, quod prāstari videtur posse, planè sit verum an uerisimile tantum. Equidem vel in his latere nos censeo distentionis principium, sed nō perinde tamē, atq; alijs in pulsibus, uerum esse, quod fugiat, quām minimum. Id intelliges, si cum D auimo tuo cogitaueris motum quem arteria orditur, impetrari necessario primum corporibus, q; illam cingunt, deinde uniuersæ cuti, tum digitis nostris denique. Quamobrem non potest in illa distributione motus nihil ponit temporis. Et, si hoc verè dictum est, necesse est, motus initium lateat. Immò etiam (quia tactus quietem percipit, quæ postquam confederit arteria, ante disten tionem fit, multo illa quiete longiore, quę ab distentione prius quam confideat, fit) recte putes hoc eō consequi, quod interni motus nos aliquæ prætere int partes. Neque enim hoc obscurum est, si initium deprehendi distentionis non potest, quin contractionis quoque incognitus fi nis sit. Etenim ampliorem nunquam, aut maiorem motum in contractione sentiat arteria: præ clare. n. agitur. s. si parem liceat, ac in distentione, sentire. Testes huic rei illi sunt, qui planè illam negant percipi posse sensu: quorum numerus late patet, uirorum sanè in artis commentatore non contemnēdorum. Nos uero sentiri illam, & quādō potissimum, iandūdum docuimus: simul que demonstrauimus ampliori motui non esse tactum sentiēdo in contractionibus, quām in distentionibus: nisi fiat, ut quantitas distentionis, vel contractionis incidat in mutationem: quod qui dem in collectiuis inæqualitatibus vsu uenit. Age iā hoc constitutū etiam esto, sensum aliquādo ob internæ quietis magnitudinem, tum finē fugere contractionis, tum distentionis initium: sicq;

* Al ex anti quis Si enim in his, &c.

DE DIGNOSC. PVLS. LIB. I.

iam altera nobis quæstio recte atque ordine esto confecta. Nam quæstioni, quam de distentione, E an tota sentiatur, habuimus, proximum erat de contractione similiter quærere: sed, cum tractauimus de distentione, videor mihi etiam, quod de contractione erat dicendum, assecutus esse. Nam, maiorem motum si in contractionibus non sentimus, sed uel parem, ac in distentionibus, vel, quod uerum est, minorem: omnem autem in distentionibus non percipimus: planum est nec totum nos in contractionibus sensuros.

Quanta pars distentionis & contractionis non sentiatur.

CAP. 9.

Porrò de duabus quæstionibus, quæ etiam restabant, ut, quanta distentionis pars non sentiatur explicaremus, & quanta contractionis, videmur ex antedictis summam iam consecuti. Tantam scilicet partem ostendit oratio non sentiri distentionis, quanta inter arteriæ primum impetus motus, & ictus usq; ad nostrum tactum distributionem, intercedit. Quam, si speciatim dissememus, plurimam in languidis simul & magnis, quos tangimus leuiter reperiemus: minimam in uehementibus, quos comprimento dignoscimus: medium inter utraque in manus medijs applicationibus: in hisq; prout uehemens erit, vel non uehemens pulsus, imparem. Iam, quando tā F tam sentimus contractionis partem, quantam distentionis, aut paulo minorem, erit etiam contractionis pars illa, quæ non sentitur, par distentionis parti, aut aliquanto maior. Habes de primis quæstionibus, & ueluti elementis disputationis.

De quietibus dignoscendis.

CAP. 10.

QVæ de pulsus principibus partibus dicenda erant, penè iam percurrimus: nam duæ, quæ reliquæ sunt, per accidens potius, non proprie, nec per se, partes pulsus sunt, arteriæ externæ & internæ quies: sed, quoniam quædam denunciant, de ijs dignoscendis operæ preium est, ut verba faciamus. Ac externam quidem quietem, tantum manu admouēda, maxime, quanta sit, percipiatis: aut, si premere etiam libeat, in uehementibus quidem pulsibus hactenus urgendo, ut ne mortui obsis: internam autem, si premas, quoad tibi per presentem uehementiam liceat, ita maxime dignoscetis. Externam certe totam quietem, si ordine attingas, plane animaduertes: Internam, quod etiam ante dictum est, una cum partibus, quæ non possint sentiri, utriusq; motus, sine contractionis, & initio distentionis. Quorum causas non magno negocio etiam quilibet inueniat, si G attente auscultauit superiora: faciam tamen, ut summatum ipse quoque explicem. Nam postea, quā fieri non possit, ut cognoscamus, quantam pulsus externam quietem effecturus sit, si moueri arteriam, quatenus potest, prohibeamus (prohibemus porrò, vbi nimium comprimamus) profecto, quam magna sit externa quies, si præter quā concedit nobis præsens uehementia, premamus, non percipiems perspicue unquam. At fortasse dices distentionis magnitudinem comprehensione prohiberi, motum tamen perpetuo apparere, rejici enim ab ascendentia arteria tactum, ibique desistere primū impelli ab ea, moueri que, ubi illa simul quieuerit. Sed hoc falsum esse, si uniuersè dicatur, ac requirere distinctionē facile perspiciemus, si quid priorum meminimus, cum diceremus, arteria dum mouetur, fieri interim, ut secum in cuncta sibi corpora non moueat, eorum oppressa onere. Quare nec, cum premamus, ratio dictat tam diu sensum durare eius motus in omnibus pulsibus, quam diu, cum non premeretur, uel iurgetur, progrediebatur. Proinde, cū arteria sua ipsius ratione mouetur, quiescere iam nos subinde arbitrabimur pulsus, atque eō quietem ocyus ingredi, quō sensibili motu prohibiti fuerūt. Nunc quando, quātum tactum pulsus in distensione arteriæ impellit, tanta, cum contrahitur, pars sentiatur, omnino necesse est, cum finis non sentiatur distentionis, nec contractionis initium sentiri. Qui ergo non conuenienter tangit, H quomodo dignoscere plane externam quietem possit? Nam quantitas pressus ad robur metienda arteriæ est? ut eatenus comprimamus, ut ne extrema motus pars sensum villa fugiat. Vnde constat non esse in quibusvis premendum, sed solis in uehementibus: neq; hic tamen adeo, ut uia applicata manus, arteriæ superetur robur. Quare cautissimum erit, vbi dignoscere externam quietem uoles, citra villam uim applicare tactum: contra internam, ni vrgeas, comprimasq;, non cognoscas: nam contractioni arteriæ constantissime tactus adhædere debet: premere uero nisi in uehementibus, non licet. Ita liquet in his etiam solis dignosci posse internam quietem: immo ne hic quidem exacte, sed nunc multo maiorem, quā re uera est, nunc paulo, attamen adhuc eam maiorem animaduertes. Necessario enim duo ei tempora accedunt, partium insensibilium utriusq; motus, & quod ad finem contractionis est, & quod in principio distensionis: quæ cum aliam alias longitudinem habeant, ut ante explicauimus, neque parem semper accessionem tempus interne quietis habebit, neque exacte unquam dignoscetur.

GALENI

DE DIGNOSCENDIS PULSIBVS

AGALENI DE DIGNOSCENDIS PULSIBVS
LIBER SECUNDVS

75

ARGUMENTVM LIBRI

Agit de ijs, quæ in Distentione pulsus considerantur: ac de ratione moderati pulsus
in unoquoque genere inueniendi.

Quemadmodum partes distentionis sint dignoscenda.

CAP. I.

Superiore commentario de partibus pulsuum dignoscendis egimus: nunc ex plicabimus rationem, qua in partibus ipsis, quæ insunt, possis perspicere, adeoq; initio ducto orationis ab distentione: quod maxime princeps hæc pulsus partium sit, & plurimam habeat cognitionis uarietatem, plurimum etiam ad præagiendum ex se præstet usum. Nam, quando, complura sunt, quæ in distentionibus insunt, præter cætera est peculiaris, propriæq; ad eas, ex ratione substantiae pulsuum, motus pertinet. Omnis porrò motus tēpus habet, quo sit, & celeritatem vel tarditatem, & æqualitatem vel inæqualitatē: adhæc ubi feratur, spatium. Quare de his dicamus primum. Neq; enim putauit medicorum maxima pars, distinctā rationem esse tempus motus dignoscendi, & celeritatis, tarditatisq;: nam, si, quantum tempus est perspectum sit, statim etiam, celer ne, an tardus, an moderatus motus sit, planum aiūt esse. Mihi uero aliter tempus videtur dignosci, aliter tarditas & celeritas: neq; enim, si motus sit breuius tempus, continuo pulsus dixerit celeriorem esse. Sanè, quod illis imposuit, qui in illa opinione sunt, ego definitionem esse celeris, & tardi pulsus duco, quæ si, ut illi accipiunt, ita significat, non valer, sin, ut eam nos intelligimus, hæc constat, illi parum bene assequitur. Definitio hæc est: Celer pulsus est, qui paucum tempore motum finit, tardus, qui multo. Nam, cum paucum & multum ad aliiquid referant, hi pulsuum tempora inter se mutuo arbitrantur conferri. At res se ita nō habet, q; a motus longiore tempore prædicti pulsus, est non raro uelocior eo, qui breuius obtinet. Sane multis res & præclaras, quæ ex prægitione p pulsus aperiuntur, nisi hoc probe dignoscas, ignorabis. At, qui quidem nostri fecerunt periculum, cum in ipsis ægrotis sepe locos affectos prius declaraemus, quæ partes inspexissemus, pterea unāquāq; causam, & symptomata, quæ consequbantur, antecesserantq; his nihil, sat scio, eorum, quæ nūc narrabo, nouum uidebitur, nam hi habuerint fidem omnium certissimam, adducti prædictorum ueritate, alijs aut primo suspecta erit oīo, & temeraria videbitur, si tot talesq; medicos in pulsu celeri & tardo dignoscendo lapsos dicemus. Quod, si quis sustineat, & animū inducat, quæ dicā, audire, profecto, si nō oīo fidē faciā illi, ab eo deducam certè, ne semel fidem uerbis meis derogeret: neq; n. q apud multos concessa iādiu, & certahabita sunt, de his facile est quempiam abducere, idq; maxime, cum adeo multā speculationē, accurataniq; postulent. Quin, si speculatione etiā ea assequaris; tñ, ut experientia quoq; estimes, omnino multū desideres tactum exercitatū. Nā pulsus, qui formicans appellatur, cū sensum, quo dignoscatur, exactum quærat (quippe qui in extremā recidat imbecillitatē paruitatemq;) semel lateat in tāgendo rudes, adeo, ut homines frequenter confirment, in quibus eos pulsus animaduertūt, pulsus nō habere. Itaq; si his, qui celereū eū defendunt esse, refutē: & unde factū sit, declarē, ut errarint: quem nam ferā iudicē? Nā eos, q; ne hoc quidē dignoscere ualēt, adsit ne omnino hic pulsus ægrotō, qua ratione qualis sit, docebo? Quāmōbrē nō faciam, ut de istiusmodi speculatio ne narrem: satis est enim, si operibus comprobē esse eum. Sed uero, quod initio testati sumus, q; a hosce libros vulgo non paramus, sed unū, qui instar sit mille, expectat; cōmētationē, eius noīe scri + Additur in ptis mandabimus, quæ prius, ut absurdā & insolentia, sexcentis conuitijs concindent, q; incident antiquis, sa in dignū. Talem vero ego in præsētia, qualis Archigenes erat, desiderē auditorem, ut ita hominē plus. appellē. Quid hæc tandem vir egregie in libro tuo de pulsibus scribis, cum de pulsu formicante his uerbis disseris? Constat mihi ex paruitate, imbecillitate, crebritate uidetur, & vero necessario ex celeritate. Nō enim extreū illud omnium, satis, quid uelit, capio: nā priora assequor, proboq; uerissima esse, & personam tuam decere: hoc vero, Cum formicante coniunctam necessario celeritatem esse, quomodo interprereris, quero. Nam plus ualet, ac si absolute dictū sit, nō addito necessario: tamē sit mendacium nihilominus: sed, si nihil esset adiectum, error manasse ex tactus offensione uideatur, nūc, quando additum, necessario, est, rationalem præ se fert aliquā suspicitionem. Quæ autem hæc sit, discere optarem. Evidem nullam video necessitatem, qua adductus imbecillum, crebrum, & paruum motum, statim putem celerem esse. Neque uero ipsa, de qua nomē pulsus inuenit, formica celeriter mouet, sed breves eius esse, & languidos motus, crebrosque conspicimus, celeres autem nequaquam. Quam autem harum celeritas necessario comitatur? imbecillitatem ne immo uero mirabor, si quicquam, cum cætera omnino pari momento sint, ob

DE DIGNOSC. PVLSIBVS

uirium imbecillitatem mouebitur velociter: cum plane contra, alijs simili in sorte positis roburfa
cultatis coniunctum, motum celerem reddat: quod in causis pulsuum ostendimus. Quin nec crebri-
tas causa celeritatis est: nam quis Athenis iter Piraeum crebro faciens, continuo et currat nece-
ssario? etenim crebræ actionis aliæ sunt causæ, aliæ celeris. Sed paruitatem fortasse dicet esse in cau-
sa, cur necessario formicans pulsus celer sit: nam quod aliud excogites? Habet sane hoc certam quā-
dam rōnem: sed, verumne est sit, hic quimus: nam fieri nō potest, quia arteria, quæ breuissimo vaha-
tur interualllo, minus consumat tempus, quam cum feratur maximo: nihilo magis tamē, qui paucis
tempore motus circunscribitur, simul celeris necessario erit. Quid tu, quæres, num ergo, qui multo tē-
pore fiat, esse dicas celerem? Ego uero neque hunc dico: omnino non modo dico rationem habē-
dam quantitatis temporis, sed & spatij. Cum iam motum, qui paucis obitur tempore, de me quæ-
ras, qualem dicam esse: quod responsum tibi dem, continuo quantitatem, fac, spatij addas. Si suppri-
mes, addam ego, atque distincte dicam, cunctaque motus, qui breui tempore obeuntur, non esse prorsus his
citatores, qui maiore efficiuntur. At, si proportioni temporum, spatiorum respondeat propor-
tio, neuter alterum anteuerit. Quod si uero aut tempus ad tempus, aut interualli ad interuallum maior
proportio sit, tum unum celeriorem fore, alterum tardiorem motum dico. Habet rem universā:
quam tu si es asscutus, recte forsitan hic finem faciam orationis: si non intellexisti, accipe prolixius, E
quod paucis perstrinxii. Qui pari tempore pars spatiū conficiunt, motus hos *ισοχρόους* & *ισοδρόμους* ap-
pellamus, hoc est que diuturnos & celeres: qui uero pari tempore maiora interualla emetuntur,
hos celeriores, haud aliter, quod pars spatiū, sed minore tempore. Atque exempli gratia, stadia duo
quinquaginta una hora percurrant, que ueloces hos dixeris. Si alter una hora haec* confecerit,
alter triginta horis, liquet celerius se priorem mouisse, qui maius pari tempore spatiū percur-
rerit. At uero, si quinquaginta stadia, hic una hora, alter tribus perficiat, plane prior celerior est:
siquidem pars spatiū conficit citius. Nihil hic difficultatis inest, sed posthac erit fortasse, nisi ani-
mum intendas: nam nihilo secus, attēdetib. illa non secus, atque haec, aperta erunt. Ergo faciamus
in duobus motibus, alterum una hora quinquaginta, alterum horis tribus centum quinquagin-
ta confidere stadia: quid hos, nonne que celeres esse dicemus? Verū: nā, si ille, quod conficerat una ho-
ra, stadia quinquaginta, tres sit horas motus, oīno est supra quinquaginta conficislet centū. Si itē,
qui tribus horis haec percurreret, unam tamen horam suisset motus, hic scilicet quoque quinquaginta
sola progressus esset. Sic que erunt celeres, qui paria spatiū paribus temporibus obeunt. Quare ad-
uertendæ spatiorum sunt longitudines, & temporum, ut, si, quod spatiū spatio, ita temporis respō-
deat tempus, que celeres esse dicamus motus. Si uero maiorem proportionem habeat spatiū G
ad spatiū, quod tempus ad tempus: vel tempus, ad tempus, quod spatiū ad spatiū: nō amplius que cele-
res hos motus esse existimamus. Nam sit spatiū spatiū quadruplum, tempus uero temporis duplum,
certum est spatiū proportionem ad spatiū maiorem esse, quod temporis ad tempus. Itaque alter motus
uelocior erit. Iam illius esto spatiū cubitorum quadringtonitorum, huius cētum, ac tempus prio-
ris duarum alterius, unius horæ, si iam duabus horis alter motus cubita quadringtona confecerit,
alter centum una: constat, si priorem centū tamen cubita moneri fingamus, hora dimidia conjectu-
rum: itaque altero erit celerior, quod pars spatiū breuiori tempore emensus sit. Si vero secundū quadraginta
faciamus progredi, quatuor hic horas requiret: quo nomine erit priore tardior, quippe quod pars spa-
tiū percurret longiore tempore. In conspicuo igitur est, ubi spatiū cum spatio collati maior sit propor-
tio, quam tempis comparati cum tempore, eum motum necessario celeriore esse. Contrà, si prioris mo-
tus spatiū minor habeat proportionem ad spatiū alterius, quam tempus ad tempus, priorem ne-
cessere sit tardiorum esse. Atque huius etiam exemplum proponam. Fac mihi prioris motus spatiū
spatiū secundi motus duplum esse, tempus autem temporis quadruplum. Si iam prior quatuor cu-
bita progrediatur quatuor horis, alter una hora duo: planum est, si duo tantum cubita priorē fin-
gamus progredi, duabus ea horis conjecturum: quo tardior altero erit, qui eadem duo cubita per H
curreret una hora: Et alterum, si quatuor cubita emetiantur, duabus id horis facturum: unde illo, quod
quatuor cubiti, quatuor progressus horis est, velocior erit, si quidem pars spatiū oxyus confe-
cerit. Quo quidem constituto, duos iam fingamus ascensu impares pulsus (nam hanc in primis di-
mensionem in hac disputatione querimus) ac faciamus, si lubet, exempli gratia, esse profunditatem,
profunditatis decuplam, & tempus temporis duplum: nonne aperte perspicies, modo su-
periorum memineris, pulsum, cuius decupla est altitudo, multo fore altero celeriorem? Nam hu-
milis, si in eodem constans motu, decuplo in profunditatis dimensione increuerit, fiet illi quidem
que ac alter altus, sed tempore longe maiore, quam ille. Inuenit igitur quidam est humilis pulsus breui
tempore durans, qui alto diuturno sit tardior: id quod est, de quo initio agebatur, aliam rationē
dignoscēdi temporis esse motus, aliam temporis celeritatis. At nā, haec uerbotenus fortassis fingun-
tur, a uero autē absunt. Immo, si inuenis valentis compares pulsum cum pueri formicante, decu-
plum alcensum offendes. Quod, si hunc ipsum excalfacias inuenem vel balneis, vel frictionibus,
exercitationibusve, ac tum bilem moueas illi, & stomachum facias, non decuplam, sed quindecu-
plam eius profunditatem inuenis humilis dimensionis pulsus in puero formicantis. Verum in

*Quinquaginta
stadia.

* Nec est in
textu, & per-
petrā videtur
adiectum.

* αναγόνος.

puero

A puero formicans, ne sit semel tardus, subsidium ab etate hēt: at in sene formicantem, si pulsus nosti tangere, celarem non magis dicas, quam vermiculantē. Nam hoc, haud scio, an tardior clare vllus pulsus videatur. Formicans n. qua est breuitate, apertam cognitionē fugit: vermiculans nō obscure quidem est tardus, sed, si quis aliis, abunde perspicuus. Quid igitur inter celeres hūc quoque pleriq; referunt, nisi confessionē cum formicante studētes seruare, eos non sentiri statuunt? Nā, qn̄ in se facile hi pulsus mutuo conuertuntur, & uermiculatis facile extremus delapsus formicantem gignit similiter, primum formicantis incremētum vermiculantē, planè illi nouum putauerunt, si eorum alterum dicerē celerem, tardum alterum. Ac, quia semel non probe celerē appellarent formicantem, idcirco rem ex consequenti tam falsā, tam ēt planè dissonam sustinuerūt admittere, vermiculantē et celerē esse. Et quidem uermis eum gressui comparant, & formicantē item formicæ, animantium, uide quam uelocium? &, qui simul ita comparant, simul esse celeres cōtēdunt, nec aīaduertunt, quām secum pugnēt. Postquam uero in tantos: se errores semel demī serunt, nō dubitant ēt in stomachicis affectibus confirmare oēs esse pulsus celeres, cum ne hi quidem sint celeres oēs: & vero alios ēt sexcentos, de quib. alio loco dicere magis conuenit. Qui errores mutuo consecuti illos sunt ob notionem non distrbutam, nec distinctam celeritatis, prorsusq; confusam. Nam, cum illi de celeri pulsu ex sola t̄pis existimarent breuitate, neq; ēt de eius magnitudine statuerēt, quāe falso illis in mētem venerant, hēc in errorem ipsos in dignoscēdo impulerunt. Sed nos clare, ni fallor, alium ostendimus breui t̄pe durantem esse, ut sic appellem, pulsus: alium celerem: similiter contrarios his, alium diuturnum, alium tardū esse. Hic tu putas fortasse absolutam oībus partibus esse disputationem, teq; manifesto cognoscere celerē pulsus differre a tardo. Ego uero nihil magis in uotis habeam, quam ut de commentatione tanta disputatione detrahatur. At re uera non ita hēt, sed est habita oīo ad celerē pulsus & tardum dignoscendū veluti quoddam præludium. Nam per totam hanc quidem habitam orationem duobus inter se motibus conferendis vnum tardiorē esse, alterum celeriore oīdimus, nusquam uerba fecim⁹ tamen de tardo & celeri. Sanè quamplurimum interest, tardiorē dicas motum, an tardum: nec non celeriorem, an celerē. Exempli gratia: si quis aliquem dicat motum tardiorē esse, querim⁹, quonam dicat esse tardiorē eum: semper. n. qui tardior est, alio dī tardior: si tardum dicat aliquem motum esse, haudquaquam interrogamus, quonam, nam ridiculi habeamur. Sic, si pulsus tardiorē esse dicamus, aut celeriorem, erit oīo, qui de nobis quonam tardiorē dicamus, vel celeriorem, requiret; sed tardum cum dicimus, vel celerem, nullus iam rogat, quonam. Nunquid

Cigitur celer, & tardus absoluto sermone proferuntur: at celerior uero, tardiorq; referuntur ad alterum? Sane hoc fortasse, qs prompte pro uero probabit. Mea uero lōge alia ratio est. A deo mul tæ est res cogitationis deliberationisq; cum alijs de causis, tum q; ad plures res p̄tinet ea speculatio: neq; n. de celeri & tardo, vel celeriore, & tardiore, distincto & definito est opus: de magno āt paruoq; & maiore atq; minore, alijsq; quorum idem usus est, negligere par est. Immo attēdē dū est, perinde ne sit, si maiorē dicas, ac magnum pulsus, & itē minorē ac paruum: an diuersæ res sub his nominibus lateant. Maiorem quidem semper accipimus minore maiore, atq; minorē, maiore minorem: magnū uero nullo magnum, sed absolute: itemq; parū, nullo partū, ceterū absolute. Eodem modo de breuiore & breui, longiore & longo, latiore atq; lato, angustiore angustoq; & hercle ēt de molliore & molli, duriore & duro, deniq; de oībus alijs, quāe in eum usurpan tur modum, distinctione est opus. Quippe hēc consideratio pene pertinet cum ad totam medicinam, cum uero ad alias artes oēs: etenim calidius dicimus & calidum: frigidius & frigidū, siccus & siccum, humidius & humidum, deniq; plus & multum, similiterq; minus & parum. Vna igitur in sermonem pro exemplo explorabimus, vbi si indagando, nobis qd profectum sit, ad alia tum oīa uiam, & rationem hanc faciemus, vt traducamus: sic hæreamus, ipsam ēt hanc hæsitationem

D trāsferemus ad oīa. Alterutrum quidem certe, ant uiam rōnemq; inuenerimus ad multa accomodissimam: aut in anem scientiae eorum persuasionem, quāe ignoramus, deposuerimus. Age iā sumamus in manus magnum & paruum, vt expendamus, quatenus a maiore & minore distēt. Et primum de rebus omnibus mundi, in quib. quidem versati sumus & educati, qd intelligamus magnum & quid paruum, nobis ipsis subijciamus, t̄ simili modo, qd maius & minus. Nōne maius, vt quisquam absolute dicat, non ferimus, nisi addat quo dicat maius: magnum aut̄ absolute sermone, & ipsi proferimus, & alios citra additionem audimus? Nunquid igitur per se dicuntur & absolute sermone magnum & paruum? At, si est, nimur vel substantiam s. denotabunt, vel qualitatem, vel aliquod aliud prædicamentum? Atq; substantiam non significant, ut Socrates, Plato, equus, homo. Nec uero ēt qualitatem ullam: neq; figuram igitur, neq; colorē, neq; positionē, ne que conformatiōnē, & paucis, nihil istius generis. Quin nec ubi, indicare, vel qn̄, possint, nec item situm, nec habitum, nec actionem, nec passionem. Sed in illis hēc solis sunt quārenda, quāe in prædicamento quantitatis, aut ad aliquid, sunt. Atq; si (quāe nuper nostra sentētia erat) non uideantur ad prædicamentum relationis pertinere, in quantitatē erunt quārēda. Porrò plenum est difficultatis statuere, quantum intelligere utrūq; oporteat: an ne istar stadij magnū, & cubitale parui.

Ex antiquis
cod. ita uerent-
dum. utrumque
magnum idem
quod maius, &
paruum idem,
quod minus: an
maiis, ut qd
absolute &c.

DE DIGNOSC. PVLSIBVS

Atqui montem, et si magnitudine sit stadij, paruum dicimus, & formicam magnam, longe quidē E cubito minorem. Dices fortasse (quod familiari cuidam meo satisfecit) quantitatē quidem abijs significari, non certam tñ illam, ut pedale: cæterum, ut ille dicebat, latam & indefinitam. Num quid igitur finib. altitudinem eorum amplecti possumus, ut alia id genus nimirum chori, ciuitatis, montis, exercitus, stagni? quippe q̄ cum quātitate incerta oīa dicantur. Possumus dicere non tres nos, aut quatuor saltatores chorū intelligere, non tñ iam mille: nec ēt ciuitatem: si qua trib. cōflet domibus, nec quæ mille stadij exorrecta est; neq; mōtem, qui cubitalis sit, sed qui maior, ne que tamen qui lunam attingat: neq; stagnum, collectionem aquæ trium amphorarum, non tantum tamē, vt uniuersam terram inundet. Nam, uniuscuiusq; horum quāquā adamussim nequeas quantitatē constituere, multa tamen inuenias corpora, quæ ab eorum notione utrinq; deflexeunt: hæc, quòd nondum: illa, quòd non amplius sint talia.

Termini magni & parui.

C A P. 2.

Qui ergo termini magno, & paruo statuantur, ut commemoratis oīb. non est, quid dicam?: immo vero adeo intelligentia patet late magni, ut ipso ēt vniuerso mundo, verbi gratia, si quid excogitari maius possit, hoc magni sit obtenturum nomen. Nihilominus formica, culex, milium, & si quod hoc minus sit animal, vel granum, accipiat magni nomen: neq; n.formica tan F tum, sed & milium, & culex, magnus dī. Tantum ergo constat, vnamquamq; rem cum eiusdem generis reb. collatam, vel paruam, uel magnam dici absolute nihil. Atq; hoc quidem inter maius interest, & magnum, q̄ maius omni minore possit maius dici: magnum uero non quolibet maius sed tm̄ eis, q̄ sunt eiusdem generis. Eadem de minore, & paruo distinctio est, nec non de celeri & celeriore, nec secus de tardo, & tardiore: siquidem equus quispiam tardus dicatur, & formica uelox. Simili rōne alia cuncta videbis appellata esse cum pulsuum oīb. generib. tum per totam medicinam, & hercle per totam mortalium vitam, durum durius, molle mollius, crebrum crebrius, breuiter alia id genus oīa, partim cum altero quolibet comparata, partim cum ijs tantum, cum q̄bus conueniunt ḡne. Quid iam igitur? summamne affsecuti sumus, an uero hic ēt sermo postulat distinctionem? neq; n. si cum oīb. quæ sunt eiusdem generis, magnum comparemus. statim sic nomina mus. Neq; n. simul Achilles, & Ajax dicentur magni, nec Polydamas & Milo, si quidem Aiace Achilles, Milone erat maior Polydamas: sed plane cum medio, & mediocri atq; moderato, quod uocant, unoquoq; in genere ueluti cum regula, arbitroq; cætera conferemus; tum, quæ illud exceedunt, magna esse dicemus oīa: quæ contra, parua. Id quod usū uenit in oī uita, in artib. quidem vtiq; maxime: nam ad moderati oēs examē referuntur: atq; hoc suppeditare essentijs, in quib. ver G fantur, student. Ac multum cibi dicit medicus sumpsiſſe quempiam, vbi corporis naturam nutriendi excedat: rursus parum, vbi infra mediocritatem eius sit. Nā ea ratione athletæ duas libras carnis parum dicimus esse: & frequēter ægrotō interdicimus tremoris ptisanæ peluim exorbere, vt supra mediocritatem. Ita "magnum ēt pulsū, & paruum dicimus, qui a mediocritate deflectit: atque huius vtriusq; magnum numerum esse moderatum vnum, q̄ indagandus nobis, & oī memo riam ponēdus, oībusq; alijs applicandus est, veluti mensura quædam æqua ab ipsa constituta natura. Quem q̄uo inuenire possimus, reliquum est ut consideremus: nam eo tota oī properat, cuius quidem nomine retulimus, quicquid ante dictum est. Inuenimus at illum, mō possimus, uia & ratione. Quippe hoc ad illud interest, ut unam uiam ad oīa moderata, unamq; rōnēm habeamus: nec denuo necesse habeamus q̄rere, quo pacto inueniendus sit in motu moderatus, quo pāto in quiete, vel in contētione, vel in arteriæ corpore. Ac primū hoc videamus, vtrū singuli in singulis generib. quæredi pulsus moderati sint an plures, alijs pro cætate moderatus, alijs pro habitib. corporis, alijs pro tēperamētis, alijs pro anni tēporib. alijs pro locis, statibus, vitæ institutis, uel animi affectib. Pro his. n. oīb. alios magnos, alios paruos, alios moderatos dicimus pulsus es̄e: iā hos celeres, illos tardos, quosdam moderatos, pariq; modo in cæteris dījs. Forsan aut̄ hoc proba H bilius dices esse, magisq; consonum usui, si cuiilibet generi unum assignemus moderatum. Ergo accuratius hoc disceptemus, atq; vnum sumamus genus pulsuum pro exemplo. s. magnorum & paruorum, de quib. egimus paulo superius: ac medium eorum & moderatum, demus operam, vt inueniamus, sigillatim pro cætib. sigillatim pro anni tēpibus, regionibus, naturis, temperamentis, alijsq; id genus oībus: nam hoc nihil desideremus ad vīum amplius, si inuentum sit, siue propriū instituamus cuiusq; memoratorum pulsū scire, siue ēt eius a natura flexus dignoscere. Quod p̄ sens nobis doctrina videtur suppeditare. Quare ēt, atq; etiam uideamus, possitne hoc inueniri. Mihi quidem sanè difficultum videtur, atq; adeo non posse fortasse inueniri: ac difficultas quidem in eo est, quòd nihil ex his, quæ commemorauimus, separatum licet & solum sumere. Nam quando separatim, & solam cernas pulsuum pro temporibus anni differentiam citra corpus, quod iam suum temperamentum habeat, & habitum, & cætatem, & alia, quæ diximus? Itaque fit, vt non pos sis dicere, hic pulsus peculiaris veri est, ille cestati: nam te quis roget, quo tu nam in corpore dicas in calidore temperatura, an frigidore: gracili, an corpulento: iuuenis, an senis: in frigida regio ne, an calida: & viri, an mulieris: nec secus in reliquis differentijs. Quocirca in omni natura vide tur

A. t. 1. 1. par
titis can. f.
570. co. 2. 8

A tur propositum corporum proprius esse animaduertendus pulsus, & non proprius, quo sciamus Dionis, verbi gratia, pulsus talis natura est: Theonis talis. At hoc absurdum sit, non tantum quia necesse esset, qui peculiares singulis hominibus pulsus sint, & qui non peculiares, separatim meminisse, & nihil nos posse de quoque, nisi vobis cum eo intercessisset, cognoscere; uerum etiam, quod ne in ipso Dione quidem, verbi gratia, unum hunc proprium pullum in unoquoque genere separatim possemus, & praeter rerum externas circumstantias sumere. Nam quia sumes tandem? Dionis ne hyeme, an Dionis aestate; & utrum Dionis Romae: an in Africa: iam gracilioris, an corpulentioris? preterea eius, qui ociosus egerit, an laboriosus: durius, an laetus uixerit? tum vinum an aquam potuerit, an situerit? Neque enim est ab his, alijsque circumstantijs sexcentis separatum sumere, & solum corpus Dionis. Itaque nondum explicata prima dubitatio est. Si quidem pulsus toti naturae propositi corporis proprium, quem quidem moderatum, hoc est mediocrem appellauimus, non valeamus inuenire. Praestiterit igitur non ambire hac ratione pulsuum notitiā, sed, ut prescrispsit tyronibus, in singulis, quas narraui, causis ediscere variationē. Nam aliquā possis eius uiam, atque rationē inuenire, quam hoc loco prius adnotabimus: deinde inspiciemus, utrum omnia praestare queat, an aliqua ex parte etiam claudicet. Porro uia ratioque; haec sit, ut exempli gratia uiam sumamus de causis, quae alterandis sunt pulsibus, ut exercitationem. Nam, si considerandum uenit, quemadmodum pulsus exercitatio immutet, delige hominem, cuius attendas prius omnes pulsus, inde exercites, tuncque de integro attendas, quem illorum teneas, quo deficiaris, & quantum itaque inuenieris, quatenus possit pulsus exercitatio conuertere. Haud aliter in balneis, potu, cibisque; omnibus, facto de singulis hominibus periculo, facile alterationes inueniemus. Haec facillima experientia est: verum, quae ab experientia ineundae rationis sunt, non perinde faciles. Nam quod est in omni experientia, id quantum.

B ^{t Al. qui illorum sit intentus, & quis exolutus, &} hic item, ne, dum nihil distinguimus, & confuse re tractamus, offendamus, periculum est. Quod sit bifariam, ut res non distributa, vel distincta sit: partimque communem non dispartiamus in suas oes partes; partimque alterantibus causis non attendamus, quod praecepit, uel primo, uel quocunque; velis nomine uocare; & quae per accidens successerunt. Atque communem non secare in omnes suas differentias tale est: neque requirit orum ad claritatem exemplum. Si quis exercitatorum tales dicat esse pulsus, neque distinxerit, nec cui dicat nam exercitato, nec quemadmodum exercitato, neque quando, neque quantum: hic, eo, quod non diuisit coe in differentias, lapsus est. Cui nam exercitato, inquam, qua aetate, quo robore, aut infirmitate, quibus humoribus praeedito, quo corpore, qua temperatura, qua copagine corporis partiū, quam ad exercitationem consueto: scilicet in tot membra diuiditur, cui

C nam. Iam, quomodo exercitatus est, in alias est differentias scinditur, an valide, nec ne: celeriter, nec ne aequaliter, nec ne: in quibus omnibus non eodem modo mutabitur. Iam est diuersam esse pro tempore alterationem oportet: neque enim a cibo subire exercitationem perinde est, ac ieiunum: nec perinde est tristem, atque hilarem: alacrem, ac segnem: rigidum, ac excalfactum: item eum, qui plus iusto, ac qui intra modum, vel mediocriter, dormiuit. Similes immutationis differentiae manabunt ex quantitate exercitationum: siquidem moderatae aliter, atque plures, uel pauciores, commutant pulsus. At per accidens, an per se, mutatione fiat, ita est distinguendum: ecquid fuisse excrementis plenus, & cum coepit exercitari, fluente in ventrem uitiosorum humorum copia, uellicari contigit os ventriculi humorum uitio, aut copia opprimenti, aut euerti, ac naufragare, eoque; uel fatiscere hominem, uel languescere, uel refrigerari, uel suffocari: horum enim alterat quodque pulsus, quos aliquis forsitan ab exercitatione existimabit profectos. Nam, si, qui plethoricus sit, ac thorace, & pulmone affecto, simul, ut coepit uelociter exercitari, in dispnoeam inciderit, pro dispnoea uariabunt pulsus, & tu putabis fortassis pro exercitationibus. Ergo, ut in experiendo non fallaris, quomodo sit distinguendum, etsi alio loco sim longius persecutus, summatis hic tamen perstringam. Omnes commemoratas differentias ad tres has reducemus generales: corpus propositum designabit.

D mus ad experientiam, cum sanum sit, ac nulli obnoxium externae alterationi: tum exercitationem qua ad id uentur, moderatam quantitate seruabimus; atque in mutatione hoc attendemus, ecquid casu inciderit, non ex ipsa natura exercitationis. Si non tria haec respicias, nullo negocio inuenieris, quemadmodum, & quatenus aduentitia causa immutet. Itaque si omni in genere causae, alterationem experiendo addidiceris, vtendi tibi ad dignoscendos in morbis pulsus facultas erit, facile, quantum ab externis causis alterata pulsis sunt, exploranti, quantum ita a morbo. Itaque nihil erit, quod labores, vt qualis sit, qui natura moderatus est, praescias: sed, si, qui sit singulis, de quibus agitur, peculiari, teneas, quatenus mutatus hic est cum ab alijs causis, tum uero ab ipso morbo, nosse poteris. Atque, nisi adhuc usus nobis moderati pulsis erit, ne quicquam eum queremus. Quia igitur ratione aliquā magnum dicemus, uel celerē incognito moderato? nam manere etiam num uidetur prima dubitatio. Quid at magnum nobis opus est, aut celerem dicere, cum alterationum nobis tantummodo satis sit meminisse, ut dicamus in hunc modum? Exercitationes moderatae pulsus in magnitudinem, celeritatem, uehemetiam, & crebritatem conuertunt. Quod dicemus alios quoque, cum id significare uolunt, in exercitationibus dicere, magnos, celeres, uehementes, crebrosque fieri pulsus. Nos vero primum, non absolute in exercitationibus dicemus, sed in moderatis addemus.

Nam

DE DIGNOSCE MDIS PVLSIBVS.

Nam, naturā q̄ corporis exercitati excedunt, pulsus in aliud uertunt genus mutationis. Deinde E nō ita dicemus absoluto sermone magnos, & celeres, sed maiores, celeriores, uehemētiores, crebriores, aliaq; dicemus ita esse omnia usurpanda: vt, Pro ætatibus, maximos iuuenum esse, senum minimos: eorum, quorum præcipitat çtas, & vergit, maioresquidem, quā senum, tamen minores, quām iuuenum. Pro regionib; eodem modo, & pro reliquis omnibus idem præscribemus: inter se omni in genere pulsus conferentes, non absolute de ijs decernentes: Ac empirico forsitan satisfaciat hæc institutio, de qua accuratius nos paulo post uiderimus. At, qui primas studeat, & continentes, quas uocant, causas inuestigare cuiusq; pulsus, & ratione artē uiaq; tractet, huic cuiusq; generis moderatum operæ preciū est nosse. Quæratur. n. cur paruus pueris sit pulsus, deinde cauſæ nos probabiles deficiant: nēpe. n. deficiemur illis, ni sedulo prius causas, quæ magnos pulsus & paruos gignunt, expenderimus: neq; enim in pueris causas reperiamus, quæ paruos generēt: Atqui, si uel una in re, quamvis leui, causæ ratio claudicet, simul in reliquis vbi videatur abundare, merito titubabit: vbiique enim sibi, si quidem uera est, constare illa debet. Quo magis necessarium est nosse moderatum: nam potest etiam pueri pulsus moderatum superare. Herophilus certè insi

^{† Additur ex antiquis, interdum uero satis magnū ut ēt apparet inferius.}

guiter magnum interdum hunc pulsum uocat. † Quid tandem igitur, quæres, paruum Archigenes illum nominat? Fortasse causam tibi dissensionis aperiam, si noueris prius institutum proba- F tum esse, debere ad commētandas pulsuū causas uirum, qui rōne sequatur, & cum causæ confide ratione oīa instituat scire, pullum moderatum tenere. Sed hoc leuius est fortasse: dices. n. nolle ra-

tionalem te esse. Quod verò paulo ante reieciimus, ut rem magnæ considerationis, nunc discutiamus: nisi uere moderatum prius pulsum inuenierit, neminem posse empiricum diligenter obserua- tionē, & accurate instituere. Nam, posteaquam propositum est illi non mō an mutet in celerita- tē pulsus, uel magnitudinē, uel quid aliud, præsens circumstantia, ut cognoscat: verum etiam quatenus alteret (nam præfagiendi ex pulsibus in hoc potissimum omnis usus uertitur) quatenus aut alteret, nisi naturam peripexerit, nulla rōne cognoscat: necesse erit, cuiusq; ægroti naturam præ- sciat, mō nosse magnitudi nem uelit præsentis alterationis. At .n. non omnium ægrotorum usus est consuetudine per sanitatem, quo experientia eā addisceret, & inde memor, illius cum ægrotā tibus compararet naturam. Qua igitur ratione poterit ēt experientia, quo intendit, aspirare? an hic etiam ex communitatibus quibusdam erit obseruatio? At quomodo, & quo nam pacto? neq; enim perinde hic, atq; in causis externis, alia fixa serues: unum, q̄ obseruas, immutes. Quippe co- lores, figuræ, odores, longitudines, latitudines, profunditates corporum, gracilitates, corpulentiae differentia generum, ætatum, regionū, tēporum anni, præsentis ēt status, necessario omnibus ad- G sunt hominibus. Quare quandoquidē, quin habeat hæc, reperias neminem difficulterq; sub pauca illa, quæ paulo ante recensui, reducas horum obseruationem; in exterrā causarum mutationi- bus, alia nobis opus est uia, & ratione. Iam, q̄ ardua sit horum obseruatio, cognosces, si non ratio net tantum, sed & uelis experiendo inuestigare duos viros semper una aliqua in re differentes, in alijs omnibus conuenientes: sanè enim ægre inuenias: ut omittam, quam multæ existant altera- tionum coniugationes, & quantum obseruatio tēporis requirat, quantam autem memoriam, & q̄ præclaram. Nam præter alia etiam, quæ nihil teferunt ad pulsum mutationem, obseruare em- piricos q̄ diutissime oportet, ut hoc saltem interesse nihil, certo sciant: atque hoc illud est, quod in primis obseruationē istam à ratione, & compēdio remotam in immensam prolixitatem tēporis producit. Quod est, cur sem p clamemus, vt ēt alias docuimus, vt obseruatione tantum artem con- stituas, remota ratione, fieri minime posse. Et, vt ista omnia admittantur certe, quod nullū habeamus certum modum, ad quem excessus, & defectus referamus, magnitudinē alterationis in ijs sin- gulis nunquam complectetur memoria. Qui. n. possit quisquam memoria hæc omnia tenere, cō- nexas inre se his, quæ corporibus necessario comitantur unā cum quantitate singulorum? Om- nino commissura huiuscmodi erit: albo eatenus, lacto pectore eatenus, itē corpulento hactenus H corporis latitudine & profunditate tanta, masculo, & puer, tempore æstiuo, in loco natura frigi- do, in statu sicco talis pulsus erit. Eas enim complicationes infinitas numero (quas nemo mortaliū nec obseruauerit, nec complexus memoria fuerit, sed in disputando tantum comparari pos- se sophistæ iactēt, in arte uero administranda inanes deprehēdat, nec vlla posse facultate para- ri) erit contexere necesse. Iam, si plus & minus in omnibus, quæ narrauimus, istæ inter se coniugationes different, ut certe differunt, in quam obseruationem disputationem coniijcent, apertum puto esse. Proinde satius fortasse sit, ne hic longior sim, nec immorer in demonstranda difficulta- te empiricæ obseruationis, & immensa longitudine: uerum rōne vt aliquam, & viam tradā, cuius præficio oēm facile, quæ experientia ostēdit, fructum capiamus. Quæ nā tandem est illa via? hæc est. Vbi optimam constitutionem inuenierimus corporis nostri, primum animaduertendum est, qui eius pulsus sunt, neq; obiter id vel negligēter: sed in eo statu hoīem accipiemus, vbi suum pro- prium motum pulsus ab nulla externa causa immutati retineāt. Hoc fiat, si nō lōgo ocio sit uersa- tus, nec recēs exercitatus, nec verò ēt diu ieiunauerit, uel modo comederit: aer pterea tēperatus sit, oportet, ipseq; oībus liber animi affectibus, & trāquillissimā mētē habeat. Postea inuestigande sunt

A sunt corporū vitiosae constitutiones: tum q; primum earū recensēbis differentias: deinde, quos in illis excessus repereris, atq; defectus, hos ad moderatā, & optimam cōferes. Iāque cum animo reputabis primum, quantum oporteat istarū naturarū pulsus dissidere ab optimā pulsu, deinde ipsa experientia rōnē hāc, si cōstet veritati, explorabis. Qd̄ cū subinde feceris, & lōgo vſu rōnē exercitaueris, & tactū, tum putabis demū certo te moderatū tenere in oī genere pulsu, illosq; ēt, qui aliquo modo ultra hunc sunt, & citra. Habes summā. Proinde, quicunq; aut corporis nostri optimā naturā, aut vitiosas nō nouit: aut rōne quidē perspexit eas, sed, vſu ut dignosceret, non laborauit: nihil huic fructus feret hic sermo: siq;dē illa prius sunt ediscenda, postea huc ueniēdū. Etenim in non paruā incidet controuersiā, quā ueteres medici de his inter se habuerunt: & iuniores nō solū inter se, sed cū veteribus ēt. Nam nec, optima naturā q̄ sit, inter omnes conuenit: neq; dū uitio farū est inuentus numerus: & signa, quibus uel optimas, uel prauas cognoscas, admodū pauci me dici literis prodiderunt. Quod si vel hāc oīa apud maiores nostros confessā sint, & ordine inuenta deberent tamen naturas discere prius experiundo, itaq; ad artē se de pulsibus cōferre. Erūt fortasse, qbus lōgitudo displicebit huius, quā induco, cōtēplationis. Nos vero, si institutū meū sugillent nō offendemur: neq; n. probatū unquā iri sperauimus omnibus, aut vſui futurū. Nā, cum admodū liquido, & certo scirē, pter vñ veritatis amatorē, reliquos omnes pro nugis meris habituros, quæ docce, tñ aggressus sum ad hāc explicanda, ac unū illū multis præposui. Porrò autē, si nos ipsos quis de ægrotis uidit preterita, & futura pdicere, hūc ēt puto, nisi plane sit fucus, ēt si videat lōgior, cū tā utilem exitum, tamq; præclarum polliceatur, hanc commētationem amplexaturum.

Optima natura moderatum pulsum habet, ad quem alij collati, excessuum, &

defectum nominibus appellantur.

C A P. 3.

Q Vi ergo ante intellexit naturam corporis nostri optimā cognoscendam esse (cuius nos alio loco indicia prodidimus) huius "sciat pulsum esse inter omnes alios medium: & veluti mensurā quandam regulamque, in omnibus lucubrationibus de pulsibus, hunc moderatum, & mediū a nobis meminerit appellari: cum quo ubi alios omnes comparamus, celeres, tardos, magnos, paruos dicimus esse. At pulsum moderatæ naturæ, & undequaque optimæ, non recte uocaueris magnum, paruū, celerē, tardū: nec ēt durū, uel mollē, nec quoquam alio nomine, quod immoderationem interpretetur. Immo ut in opere de tēperamentis, omnium optimam temperaturam nec calidam esse docuimus, nec frigidam, nec sicciam, nec humidam, neq; mollem, neq; duram (quippe hasce omnes quibusdam excessibus defectibusq; constare unius illius temperatæ, & moderatæ) sic nunc etiam, nec magnum, nec paruum, nec celerem, nec tardum, nec quicquid aliud, quod a mediocritate deflectit, pulsum optimæ naturæ, uel appellabimus, uel intelligemus. Nec uero ēt ipsum hominem, in quo eum pulsum reperimus, ullo nomine, quod quidem moderationem nō significet, nominabimus. Non enim crassum, non gracilem, non calidum, frigidum, humidum, siccum, nullo denique alio nomine: uerum nominamus omnibus partibus corporis, temperatum, & moderatum: Ad quem, cum dignoscere quidem illum didicisti, pulsuū omnes differētię ppensæ, caue, excidant: & ubi æstimes ad illas reliquos omnes pulsus, vel duros ita, vel molles, vel raros, vel crebros, uel alio nomine ad eundē modum uoca. Nunc ergo, quando summā consecutiuidemur esse, non sanè incommodum erit, si dubitationem quandam necessariam excite: quo, si nihil dum inuentum arbitremur, explicationē sermoni apponere conemur, quæ adducat nos, si inulq; doceat, primum summam nos iam obtinuisse: deinde absolutissimam eorum notitiam, de quibus agimus, commostret. Ac exordienda quidem modo dubitatio est, dicendumq; non posse omnes, q̄ in corpore sunt, arterias neq; esse æquales inter se, nec æqualiter distendi. Qui n. posset dorsi arteria arterijs colli, aut alarum, & inguinū, uel ipsa par esse, uel eius distentio illarum distentionibus? ac multo uero minus arterijs ulnarum, atq; poplitum, adhucq; etiam minus arterijs carporum, & tarforum: adhucque minus arterijs temporum, digitorumque. Non potest itaq; pulsus unus in quantitate distentionis moderatus esse, ne si optima qdē sit natura: sed in motu, & robore, cæterisq; generibus unus esse p̄ omnes arterias potest. Neq; enim possunt, dum in natura sua constat homo, præsertim si optimam adeptus constitutionem sit, quædam celerius arteriæ, aliæ tardius, uehemētius, languidius, durius, mollius, crebrius, rarius pulsare: sed similem cū inter se mutuo, tum cū corde motū omnes necesse est, habeant: magnitudine uero, ut eorum differant corpora, ita distentiones par est diuersas esse. Putabis igitur ad manum esse solutionem hæsitationis: q; nihil causæ sit, quin, qui corporū tñ arterias semper tangat, quantus in optimis naturis sit pulsus earum, noscat: & uero ēt quantus in alijs quisq; si cū hoc cōparetur. Et hercle, si uelis arterias ēt tarforum pedum tangere, aut partium aliarum corporis, distentionis retinenda quantitas est in optima qdē natura, quo possis ad hos æstimare earundē partiū pulsus, qui in alias natu ras incidūt: neq; hic q; cōsecutur absurditatis, aut difficultatis, neq; multū laboris in cognoscendo fore. Verū, hāc q̄ dicit, in libro De optima corporis constitutione ignorat demonstratū esse, æque in magnis corporibus, ac in paruis, cōstare eam naturam posse. Quod si sciret, nequaq; neq; ipsas arterias singularum partium duceret, neq; distentiones earum, parē possidere in omnibus

A.1.1,f.2. d.
3.c.1,f.48.

DE DIGNOSC. PVLSIBVS.

bus optimis naturis magnitudinem : ceterum, prout magna sint corpora vel parua, ita variare. E
Vnde fit, ut nondum discussa prima sit hæsitatio, quia moderatum unū inuenire in distensionis q̄
titate non valemus. Proinde operæ preciū est, quando hic proflus hæremus, oēs medicos demira-
ri, qui magnos temere appellant perpetuo, & paruos pulsus: quantus aut̄ moderatus sit, ex cuius
cōparatione alios reperiemus, non tradunt. Videātur enim parū distincte illi eiusmodi pulsum
cōcepisse, sed referētes potius ad aliquid, magnū vel parū dicere, pinde ut maiore, & minorē. E-
quidē ēt nostræ memoriae soleo præstantissimos medicos, vbi tāgendo aliquos, magnū vel parū
esse dicant, frequenter rogare, quo nam illum dicant maiorem, aut quo minorem. Illi naturali re-
spondent. Iterum cum quæsini, quo illo naturali, non modo existimant non dignā inuestigatio-
ne quæstionem, verū āt demirantur, si cuius puerū eos aliis dicere, ac ipsius agroti, quem in præ-
senti tetigerint. Quin hoc latere ne pueros quidē autumant, alio alium per cōmodam valetudine
dem hi qui uero his p̄stant, stāt, qui libros nobis de pulsibus reliquerunt conscriptos, alia ne sunt in opinione, an in eadē illa?
qui librosetc.

Hi quidē certe dicūt ueris mediū & autumni efficere maximos pulsus, hyemis, & æstatis minimos.
quæ inter hæc tēpora intercedunt, medios inter magnos, & paruos. Nā uident mihi ne hi quidē
absoluto sermone p̄ferre magnos uel paruos, sed referre aliquod. Itaque sunt in illis, pro anni tēpo F
ribus, qui adscribant, in hunc modū: Veris medium, & autumni maximos, pro anni tēporibus qui
dē, pulsus efficiunt. Idē nec in ætatibus scribunt absolute, ut alij magnos esse iuuēnū, puerorū par-
uos, & senū: sed addunt hic quoque pro ætatibus. Proinde sic pronunciant magnos, & paruos, ut
si maiores dicant, & minores: nimirū eos cōparates mutuō, non moderato. Nā mutuō, ipsum pu-
to demonstrare rerū, de quibus differunt naturā: nā non omnium mortalium medio uere æquè
pulsus maximi sint, sed cūiusque pro sua natura. Porrò id ipsum quoque crassa ratione omnino in
distinctū, & cōfusum: nūgā enim sint merae, si censeas illi, qui biliosa, sicca, calida, & adusta natu-
ra est: aut contra, qui pituitosa atq; frigida, maximos medio uere pulsus esse. In disputationibus ita
utique, & uerbotenus forsitan videantur habere, quod si periculū facias, non reperiantur. Quippe
calidores, & sicciores tēperamento nō expectare conspicias mediū uer, sed multo habere ante,
suos maximos pulsus: iam contrarios his humidiōres & frigidiores longe ultra mediū uer, inten-
te iam æstate, soli uerō, qui optimā sunt nacti constitutionē corporis, inueniātur medio uere ma-
ximos suos pulsus obtinere. Eadē in ætatibus ratio est: inter quas tēperatæ medio uere: intēpera-

* Al. uno quoq; tæ aī, uel post hāt pulsus maximos. Verū nullus hæc quisquam medicus distinxit: adeo ut, si om-
3. aph. 2. 3. 10.
11. 12. 14. 18. nes homines parem statum in* utroq; anni tēpore haberent, ita respondeāt. Tametsi Hippocratis G
Extr. ord. 20. 2 scripta neminē puto latere, quę ille, & quam multa de anni temporibus reliquerit, qui aperte ostē
A de aere. aq. & loc. 4. b. c. Et in dit, "nec naturas, nec etates ab ijsdē anni tēporibus pindē oēs affici: quosdam. n. robustiores simul
li. de humorib. hyems sanioresque, & in oēs partes meliores: aliquos estas reddit. Qui fieri igitur, ut, quod cōmo-
non longe à fi- dat iuxta, atque id, quod officit, mutet pulsus? Quin aut̄ illos pudet adeo nobis nude scribere, & p̄-
ter omnē distinctionē. Mediū uer pulsus creat maximos? nā, ni additū sit, quibus nā maximos, ni-
hil didicerimus. Quin porrò, cū dicāt, æstate & hyeme paruos pulsus fieri, hoc certe, utrū tempus
reddat minores pulsus, sustinent adiungere? Neque uero parū scilicet peccatum dicent, si hyeme
putes æstatē minores pulsus efficere, hec uero forte maiores efficiat: uel, si hyemē ètate, cum con-
tra se res habeat. Nam, quodcunq; dicas de his tribus, siue æstatē hyeme, siue hyemē ètate, siue
pares utrobiq; pulsus esse, nisi addas, quibus, mentieris. Sin apposueris, & distinxeris pro naturis
corporū, & etatibus, unumquodq; ex tribus uerum sit, quemadmodū nos, ubi de his priuatim egi-
mus, explicauim⁹. At neq; se ipsum quisq; neq; se illi mutuo potuerunt hic arguere, q̄ tum mul-
ta falsa, tū multa indistincta dixerint: quod illis nulla alia re usu uenit: p̄tēter q̄ q̄ moderatū cuiusq;
generis pulsum ignorarēt proflus. Nā quā ob rē, cum inter se mutuo tā decertent acerbe, de hoc
ne uerbū q̄dē faciunt, sed p̄terminittūt misere? Nullam sane aliā ob causam, nisi quia nihil eorum H
cū intelligerent liquido, sed confuse omnia, & minime distincte, unum scilicet, qui primo halluci-
natus est, secuti oēs sunt, & de illis, q̄ nihil prope artis administrationibus nec obsunt, nec accom-
modant, acriter non mutuo tantum inter se, sed cū Herophilo ēt digladiantur: idq; cū contētio il-
lis de rebus obscuris existat, q̄ longam querunt, quo declarētur, & prolixā orationē: de rebus ue-
ro tam illustribus clarisq; ut uel solo sensu deprehēdi possint, neq; scribunt elimate, neq; repre-
hendunt errantes, nec uero, si quis ueterū quicquā scripsit, quod ab sua sententia abhorreat, me-
minerunt. Ceterū pueri esse cōfirmauerunt parū pulsum, & item sensi parū, utrius ait sit eorū
minor, prætereunt, tametsi de utroq; Herophilus plane, si diligenter eius libros reuoluas, conscri-
psit. At ridiculus sim, qui hec explicata ab illis postulem, cum ne prima quidē, nec simplicissima
recte atque ordine tradiderint. Itaque paruum dicunt pulsum pueri, quem nunquam Herophilus
parū appellavit, sed modo satis magnū, mō īsigniter, uel eiusmodi quopiam nomine vocauit.
Tū, q̄ causa sit, inquirunt, quę arterias moueat, & eorum, quę de hoc scripsit Herophilus, p̄tē-
mittūt nihil: de p̄ceptis uero, quę ad artis opa intersunt, recte ne Herophilus, an securus tractauerit
verbū nullū, ò dij immortales, fecerūt. At qui nō ne lōge p̄stiterat, si q̄ quatuor statuit Herophilus:

LIBER SECUNDVS.

72

A facultates, quæ animalibus moderantur, de hoc nihil quærerent, nec atrociter rixarent, vel eū op pugnarēt: sed si confutatum hoīem vellēt, & cōuictū inaniū suarū nugarū, ea proferrēt, quæ refra ganū his, quæ sunt plane euidentia, idq; cū aduersus illū tm̄ possint cogere testiū numerum? Etenim cū illos, q; post Herophili ætatē de pulsibus sunt cōmētati, tū su p̄stites penē oēs testes habebunt, pulsū puerorū minorē senū esse, atq; adeo multo quidē minorē. Etiam quidā mihi nuper ridens, uniuersam quæstionē dicitabat nō dignā esse rē, de qua disputet: longe siquidē puerorum minores esse: quo rectius nihil de his proditū literis esse. Tales cū habeant sexcentos testes, & alio qui Herophilū p̄petuo oppugnēt, ista, miror, qd̄ semel p̄terierint, nec ēt, an hæc scripserit, sciant. Nimirū nō multum de medicina laborant, sed de his duntaxat sententijs, quæ nugas accumulare in disputationib. p̄nt. Quare hæc tantū ex Herophili scriptis capita decerpunt, cætera repudiant prorsus: quod in causa est, cur ignorēt Herophili scripta, si q; mirifice ad artis opera faciunt, sed repugnat suis decretis. Ideoq; de rhythmis ēt quæ prima ætate debebant in musicis ludis addiscere, hæc temere inserunt libris medicinæ. Quibus accedit, qd̄ sero dissentibus solet. Nam tacere, ēt si ad aliā artē spectet, non ualent: rhythmus vero quæ suppeditet signa, nemo scripsit illorū ullus. At Herophilus, qui aliā viā, ac illi, secutus est, prætermittit, quæ discenda de musicis erant, imbutis, p̄ be in arte: mox, vt si ea teneant, apud eos differit, qd̄ medicinæ conduit ex ijs accipiens. Illi vero, ut p̄clarā istā, quemadmodum isti appellant, τεχνολογία de rhythmis enarrarunt, nihil postea student ostendere, qua ratione ex illis p̄sagiendi quid, vel denunciandi cōpares facultatē. Itaq; ēt puerorū esse aiunt paruum pulsū, contradicente Herophilo: ncc uero hæc tenus student perpendere, ut, quæ apud mortales magna, & parua distentio dicatur, queant asequi. Quippe uēsicularū, folium fabrorum, utriū, utrorum, oīum deniq; rerū, quæ p̄dita cauitate aliqua sunt, magnas, & paruas distentiones solemus uocare. Itaq; paruum s̄pē esse tumorem uentris dicimus, maguū ēt, uerbi gratia, uēsicas: & paruum utris, uentris magnum. Dicemus etiam interdum magnopere uēsicas intumuuisse, & distentam esse maxime: utrem autem, & saccum qui xx. eiusmodi uēsicas capiant, nondum maximam distentionē esse consecutos. Cēsemus enim, ni fallor, ad cuiusq; cauitatem corporis esse distentionem æstimandam, non absolute pronunciandam ad eundem ubique modum: nam est certus in qualibet remodus, in quo nec contendi tunicas, quæ cauitatem ipsam complectuntur, nec remitti contingit: Ergo, ubi aduertitur tensio in illis, uel cauitas, tum magnas dicimus, & paruas distentiones esse: quandiu nec sensibilem etiam cauitatem cernere pos sis, neque dum tunice laborent distentæ, modicam illam, & moderatam, & naturam corporis distentionē dicimus esse. Quid ergo est difficultatis ex his progressos arteriā intelligere, cū sit corpus, & hoc concavum, habere terminos oportere motus sui in utrāq; partem, nec nimiū disten di(rupat. n.) neque in arctissimū cōsidere: obstante s. naturam tunicarū duram, q; egre contrahitur?

Quis sit moderatus pulsus in quantitate distentionis, & quæ sit eius dignatio. C A P. 4.

Q uare est quædam iusta arteriæ distentio, vt neq; contendatur, neq; laxam quāpiā suā partem relinquit, quam esse moderatam, & naturalē dicemus, sin minus, in vno eodemq; hominē dicamus, necesse erit, magnos, paruos, & moderatos pulsus esse. Atqui in optima natura absurdum est non oēs moderatos esse: & longe hercle absurdius, si idem sit pulsus magnus simul & paruus ac moderatus: magnus, si cum minoribus comparetur: si cum maioribus, paruus: vtrisque simul, moderatus. Oportebat vero, cum minori confertur, eum maiorē appellare: cū maioribus, minorē: cū vtrisque, mediū. Eo. n. pacto nobis uocare licet optimarū naturarū pulsus, inter se illos quidē maiores, & minores, oēs tñ moderatos: si quid ante dictorū meminimus, cum naturā dicemus propositi corporis spectandā esse, ubi indagare moderatū, magnū, & parū instituimus. Quod si corporum inter se simpliciter comparemus magnitudines, maius, minus, medium inter vtrunq; nominabimus: magnū āt, vel paruum, vel moderatum haudquaquam: maius. n. est, quod minus excedit: at magnū, quod moderatū sui generis. Itaq; refertur utrunk; ad aliquid: sed maius ad cuncta minora comparamus; magnum ad vnum duntaxat eiusdem generis moderatum, quo si maius sit, uocatur magnum. Idem uice uersa in minore, & paruo accipendum est. Moderatum & mediocre esse dicendum est, qd̄ in sua propria natura constat: & immoderatū immodiūque, quod naturam suam relinquit. Quando igitur corpus est cauū arteria, distentio eius, necesse est, interim proprie, & moderate, ut postulat usus, cuius gratia creata ab natura talis est, præterea vt eius postulat tunicæ: interim immodice, perficiatur. Ostēdi aut̄ alio loco hæc tenus eā in optimis naturis solere dilatari, quoad v̄lus largiter impleatur, & nihil offendantur tunicæ. Proinde, qui regulam uelit attendere in magnis pulsibus, & paruis dignoscendis, optima natura inuēta, cognitoq; vnius in illa arteriæ cuiuscunq; tumore, corporis atq; distentionis, recordandum illi, & esti mandū est, arteriam hac maiorē quanto oporteat maiorem habere distentionē in optimis naturis. Quæ si tanta reperiatur esse, quantā fore coniiciebat, sic moderatū pulsū appellabit: sin uel maiorē hac, vel minorē, magnū vel parū. Arteriæ deprehēdat in optima natura magnitudinem aut p̄ dissectionē, siue ea calu, siue de industria fiat: aut colligendo ex signis, quæ in libello de optima corporis constitutione, pdidimus. Quod si nesciat ēt, quāta sit arteria p̄ditis optima natura, pulsus

DE DIGNOSCEMDIS PVLSIBVS.

pulsus qđe certe eorū memor, si in alterum postea incidat, & colligere possit, utrū par sit maiores hunc, an minores, q̄ illum habere arterias, cum tumore iā distentionis conferre poterit, atq; coniectare, an magnus, an parvus, an moderatus pulsus sit. Etenim, si, quo videſ arterias maiores habere homo, qui comparatur, hoc maiorem etiam habeat distentionem, moderatum dicemus pulsum esse. Quod si arteriae magnitudo videatur superare magnitudinem distentionis, aut sit minor, magnum tunc uel paruum vocabimus: si arteriae appareat maius corpus esse, q̄ pulsus, parvus: si arteriae minus, & pulsus maior, maguū: Haud aliter in reliquis generibus pulsuum, vt in genere ipsius motus, in quo celeritatē, & tarditatē dignoscimus: in genere quietis, in quo crebritatem, & raritatē: contentionis in quo vehementiam, & remissionem: ad hæc corporis arteriae, in quo duritatem, & mollitudinem. Nam per hæc omnia, tum moderatum inueniemus in optima natura: tum immoderatos uel ob excessum, uel ob defectū, nō inter se, sed cum moderato cōparabimus.

GALENI DE DIGNOSCENDIS PVLSIBVS LIBER TERTIVS.

ARGVMENTVM LIBRI

F

Rationem docet dignoscendorum pulsuum, qui in qualitate motus, in quantitate item distentionis, ac proportione motuum, & quietum consistunt.

Declaratio definitionum celeris & tardi pulsus: Ratio q̄ eorum dignoscendorum. CAP. I.

Moderatum pulsum in quois genere, intelligentia, & dignotione priorem immoderatis esse, atq; arterias in corporibus optime comparatis cum mediocritate quadam pulsare, in superiore libro declarauimus. At, quæ respicienda sint indicia, & quomodo pulsibus applicandi digiti, ut tactum exercetas ad facile prompteq; cum mediocritatem eorum dignoscendam, tum excessus, & defectus, deinceps dicemus, inducto a genere motus exordio. Atque temporis quantitatem solam moderati motus, & immoderati non idoneum signum esse, sed & per quæ vectum interualla sit, quod mouetur, respiciendum esse, supra abunde demonstrauimus: quo ēt loco illos confutauimus, qui definitiōnem perperam celeris pulsus interpretantur: at nos tñ ipsi, quemadmodum potissimum accipienda sit, non aperiūmus: itaq; nunc id faciemus. Neq; enim multis verbis opus erit, quod, quæ ad eā pertinent intelligendam, iam ante exposuimus: nam ēt interest ad rem præsentem hæc narrauisse. Cum ergo quis terminat pulsus paucō tēpore motum nobis, celer uocetur: & tardus, qui multo. Ante horum nominum explicatas significationes non iniuria quidam sunt hallucinati, existimantes idem multum ac plus, paucum & paucius, significare; nunc, quia ostendimus hæc quidē ad rem quamlibet semper referri, illa uero ad moderatū tñ sui generis, omnis iam sublata est diffusitas intelligendi, quemadmodum celeris pulsus paucō tpe motum dicamus terminari, & multo motum tardi. Nā, si hoc prius nobis constet, moderatus pulsus quanto tpe quantum consecerit spatium: deinde alterius offendamus, qui par habuit tps, minus interuallum: multo hunc tempore dicemus motum esse. Atqui nemo mirari debet, si duorum motuum, quorum tēporis qualitas par sit, alterum tantum multo tempore dicamus factum esse, non perinde vtrunq;. Etenim, si duo pueri dimisi in diuersos locos sint, & simul reuersi: alterum q̄ iter paucō tempore absoluerit, collaudamus: alterum culpamus, q̄ multo: nam ex uiae longitudine æstimamus, cum paucum vel multum temporis dicamus, non absoluto sermone. Eodē etiam modo pulsū dicemus, qui paucō tempore sit, celerē esse: ac tardum, qui multo: definitionesq; probabimus illas ita interpreteando, vt diximus. Quod si cui modus ille uideatur coactior, memoria repeatat demonstrasse nos, si altera significatione, dictio accipiatur, definitiones falsas esse: detq; operam, ut alias definitiones singat. Neq; n. qūo definiendum sit, hic instituimus disceptare, cœterum vt rerum diligēter, atq; accurate notiones constituamus: ut ne, si in his offenderimus, simul in dignoscendis pulsib. offendamus. Proinde, quid requiratur ad dignoscendum, declaratum a nobis est. Iam, si discere ēt cupias hæc definire, non illa quidem fortassis ingrata exercitatio sit, non ad institutum tñ necessaria. Quo nos minus de istorum pulsuum rōne definiendi agemus: etenim cum oīno non est necessarium, tum ēt, si cui necessarium uideatur, nihil cum hac instituta cōmentatione est coniunctum: verum in quarto libro de pulsuum differentijs large nos de his tractauimus. Notionis tantum in præsenti, qñ instituimus mētionem facere, seriem orationis persequamur: nam nunc quidē, quod in ijs inuenimus, locus est dicendi, ad eum dignoscendum magnopere faciens: atq; adeo, si uerum dicendum est, summā iā aperiam. Nec quantitatem tēporis, nec interualli respiciendā censemus. immo ne proportiones quidem, illorum, de quibus uerba fecimus in superiore libro, cum celeiorem pulsū, & tardiorem doceremus. Illic enim non potui illa præterire, quo errorem præciderem

A ciderem his, qui ex solius temporis quantitate de ijs existimant, quæ ad dignoscendum laboriosa mihi, & longa, difficilisq; aestimationis, & iudicij, adeoq; impossibilia prope visa sunt. Nam celeritatem qdē, & tarditatem, ut primum occurrit arteria, noscimus: rationē uero temporis ad tempus, & interualli ad interuallum, vt exploremus, opus nobis longo tpe est. Itaq; ista nihil nos moratur, ut expendamus ad pulsus in ægrotis dignoscendo. Sed, ut, si ante oculos quēpiam uideamus, impetus motus celeritatē pōt ostendere: ita usu uenit in arteria, nam aut incitatum, aut remissum eius motum inuenias. Oīa. n. corpora, quæ mouētur, ex locis, ubi mouētur, semper dignoscimus quomo do moueantur: quæ ubi in locis remorātur, tardum esse motum prædicamus: ubi facile discedit, celerē. Hic scio futurum, vt quæstio se physica offerat, an corpus, dum mouetur, et maneat aliquo modo: atqui in cōmentarijs de motu illud ita, ut quod maxime, probatur verum esse. At a tantis in præsens quæstionibus declinemus, ne implicemus nos. Qd̄ informat tantum sensus ad dignoscendos celeres, & tardos pulsus, hoc satis est, si dicamus: nimirum unum motum cedere uideri locis facile, in quibus semper fit, alium diutius inibi commorari: itaq; hunc tardum, illum celerem uocari. Nam ex locorum transitu sensus dignoscit, non ex totius motus tpe, nec separatim, & solo, nec quatenus cum quantitate comparatur. Itaq; celeritatis, & tarditatis facile notitiam conse-

B quimur, non perinde consecuturi, si quantitate temporis, & interuallorum aucupata, eorum sustineremus proportiones obseruare. Enim uero non sustinemus: nam, ut primum aciem intendimus, momento temporis morā nos corporis, quod mouetur, deprehēdimus: ex qua coniunctionis transitum. Quo fit, ut, quæ eminus cernimus, hæc nobis interim diutius uideantur cōsistere, licet agitantur velocissime: unde liquet ratione nos motum colligere, non sensu deprehendere. Siquidem cū prima quæq; sensibilis pars corporis, quod mouetur, in primo sensibili loco subsistat, primo sensibili tempore, tū immobile, quod cernimus, videtur esse: at uero, ubi prima sensibilis pars in primo sensibili loco, quām primo sensibili tempore, subsistat breuiore tpe, tum uidetur moueri. Singula enim, quæ diximus, dissecari, quod ad naturam attinet, in infinitum possunt: sensu vero si æstimes, primas certas habent, & indiuisulas partes. Quod planum facit, ratione oēm motum, non sensu dignosci. Quia vero sensui ratio coniuncta est, & mentis est transversus uelociissimus, sēpē numero non ratione, sed deprehendi sensu uidetur. Nam, quorum primo sensibili tempore, prima sensibilis pars, in primo sensibili loco manet, horum tñ nos motus aperte fatemur non sensibus, sed ratione animaduertere, ut gnomonis umbræ, Lunæ, Solis, omniumq; siderum, quæ a nobis longissime remota sunt. Quorum autē, vt dixi, breuius est tempus primo sensibili, nullo tē-

C pore prædicta horum mansio migratioq; uidetur: quippe, quod minus primo sensibili tempus habet, omni mora hoc putatur carere. Sed hæc priuatim præstiterit cōmentari euīn, qui cum hæc, de quibus agimus, aueat probe ediscere, tum alia in medicina multa. Nobis uero satis hæc erunt ad demonstrandum non esse temporum, & interuallorum respiciendā quantitatē, sed ipsam qualitatē motus: quæ est explicatu quidem difficilis, sed horum, quæ docuimus, ope (uisi sis prorsus stupidus, & iners) non magno negocio, verum, ut homini licet, consequere. Multoq; magis, si dignoscendos inæquales celeritate & tarditate pulsus mediteris, originemducere eos inuenias ex qualitate motus. Ac unius quidē distentionis sēpē initium motus planè celerius uidetur, proximum tardius, iterum finis celerior: nec hic quantitates quasdam aut temporum, aut interuallorum, sed ipsam unam motus qualitatē attendimus. Quo minus leuiter palpandum est, ubi genus hoc perpendimus pulsuum: nimirū sic extrellum motus finem sentiamus duntaxat, non integrū motum. Ex quibus iā liquet eiusmodi pulsus prorsus non oportere paruos esse, nec lāguidos: neq; enim trifariā possis motū difficare nec in paruis interuallis, nec in facultatib. imbecillis: q; obstet illis paruitas, quæ diuidi sensibiles partes non patitur: hic impedit facultatis infirmitas, quæ concidit ad pressum. Quamobrem nec in pulsibus lethargicis deprehenderis inæqualitatē, quæ tñ adest

D forsitan, quia oīno, quo dignoscatur, vult comprimi: at hoc præ imbecillitate non sustinet. Quare qui cuiq; pulsū inuenturus sit contrectationem appositam, hunc singulari prudētia esse, & expertum in dignoscendo oportet. Nā, si maximus pariter & vehementissimus validam fert cōprofessionē: atq; aliis quisq;, quantum a uehemētia vel magnitudine abest, tanto minorem: primum, quantum a maximo, & uehementissimo recesserunt, ad unguē perspicendum est: deinde rō inēda est, quātum sufficiat compressionis id genus pulsibus impertuisse: utrobiq; n. offendamus, ne cessē est, siue excedamus proportionem, siue non assequamur, q; ubi minus iam premamus, præteritura nos sit interni pars motus: ubi uero amplius, externi. Itaq; primum motū aliquando inæ qualē esse non percipiēmus: deinde male ēt de toto motu sēpē iudicabimus, eo q; male perpendimus partes. Si. n. uel pars eius prima, uel altera celerior sit, & nobis earum tñ altera sit explorata, non possumus primū uniuersum inæqualē motum esse scire: deinde uel celerem, uel tardū arbitrabimur eū esse, cum neuter plan ēsit: siquidem, cuius celeris erat pars prima, & altera tarda, hūc nec celerē absolute, nec tardum iure uocaueris. Quare (ut oratione in summam collecta, alio me conferā) in optima cōstitutione moderatus motu pulsus erat, nō ex interualli nec temporū quātitate explorandus: sed ex ipsa, ut diximus, qualitate, quo pacto discedat ex locis, dicebamus ani-

maduerten-

DE DIGNOC. PVLSIBVS

maduertendum esse:cuius memores, qui decedere celerius videatur, celerem:qui tardius,tardum E
appellemus:repræsentari át hoc, vt primū est admotus tactus,prius q̄ totum arteria spatiū cōfē-
cerit. Proinde, si pulsus æqualis sit, non expectamus uniuersam distentionem, sed ex parte eius fa-
cere de tota cōiecturā possumus: qui si inæqualis sit, oēm assequi dicebamus oportere, tactumq;
pro magnitudine pulsus,& vehementia uarie applicare. Atq; de genere motus hēc in præsentia
satis sunt: eius enim nos iterum† in pulsibus dignoscendis mentionem, necesse est, faciamus.

De quantitate distentionis dignoscenda.

C A P. 2.

† Al. de praco-
gnitione ex
pulsibus.

D Einceps de quantitate distentionis agam: nam, cū corporis arteriæ dimēsiones tres sint, lō-
gitudo, latitudo, & profunditas, nullam possumus totam sentire. De longitudine apertissi-
mū est: vtrinq; n. arteria usque ad terminum extremū pulsat. At paruæ eius parti iniçimus tactū,
quanta extat ex obiecti corporis mole, quæ quidem ipsa efficit, ut longus uel breuis pulsus sit, eō
q̄ non possit attingi oīs arterie longitudo. Sic tñ hic ēt aliquid in quolibet corporis natura, qđ
elucescat sub cute, in optima natura moderatum: si quid supra hoc sit, lōgum: si quid infra, breue
redit pulsus, qui nō pōt numero digitorū definiri, sicuti quidam, si quatuor digitis obuiet, esse
dicunt longum, si tribus, medium: si duobus breuem. Neque n. corporis optimæ naturæ una est
mensura, sed in una qualibet facile quantitatem assequere, vnius ope, modo colligere proportio- F
nē possis: cum qua postea si alios hoīes conferas partes totius corporis magnitudine, dices uel lō
gos, vel breues pulsus habere: eodē modo latos, angustos, altos, humiles: ac in tribus simul dimē-
sionibus, magnos, vel paruos: ubiq; n. ad moderatum referemus, cum alias æstimamus. At n. sin-
gulos esse in singulis alijs pulsuim generibus moderatos: sed in sola quantitate non planè unum
sed suum cuiq; corporis parti, antea explicauimus. Hoc tñ nō est huius loci, sed uolui dicti nos ad
monere: itaq; ad institutum iam par est reuerti. Institui vero docere, sensu nullius dimēsionis ex a
cte dignosci posse quātitatē: cuius rei cā partim oībus, cōis partim sua cuiq; est. Primo loco cōem
exponam. Nā qñ inter arterias, quæ nuda sit, nulla est, sed vestiūt eas multis locis pauciora, & sub-
tiliora corpora, multis ēt locis plura, & crassiora: planè in aperto est, non perinde oēs arteriarum
motus posse sentiri, sed illarum magis, quas pauciora teuiora qne, harū minus, quas circuniçiūt
plura ac crassiora corpora. Atq; hēc cōis est. Propria singularum dimensionum, longitudinis, q̄
permultū intersit inter uerā, & apparentem: latitudinis, q̄ parum: profunditatis, q̄ minimum. Nā
cum sāpe longa tres cubitos uniuersa arteria sit, tres uel quatuor dūntaxat digiti percipiunt arte-
riæ motū: reliqua pars a corporum obiectorum numero occulta. In latitudine, cū præ corpori- G
bus, quæ illā utrinq; cingūt, multis illis, & crassis, neq; tactus ipsi corpori arteriæ applicari possit,
neq; per crassitatem illorum, & multitudinem foras motus perrumpat, multis locis oīno motus
perit, multis ēt in maxime angustū cogitur: totum uero, quia arteria nullo loco est, uideas nūsq;. H
At uero, ne profunditas quidē usquā plane est nuda, ut possit saltem in ea elucere eius uniuersus
motus: sed, si nihil aliud, cutis certe ambit eam, per quam pullum sentimus: itaq; tecta fuerit hēc
quoq; certe aliquatenus. Quæ cum ita sint, dabimus operam, ut optimam rationem monstremus
dignoscendarum singularū dimēsionum: ac primo dicemus de longitudine. Atq; esse hāc censem
dam optimā, quæ motus maximā partem sentiat, clarissimum est: nam, ut, si sentiri oīs ualeat, pri-
mum hoc sit: ita, postea quā hoc non pōt, ubi nulla pars eius, quæ quidem animaduerti possit, la-
teat, tactioñē existimamus optimam esse. Qūo át eam possis instituere, faciam, ut declarē: si ob o-
culos prius proponā in tribus his oēs positas esse sensibilium cognitionum differentias, in natura,
exercitatione, & modo applicationis. Nam, qui tactum natura appositissimum ad sentiendum, &
probè exercitatum hēt, tū ēt sensibilibus decenter admouet, optimus hic explorator sit eorum, q̄
intus sint cōdita: qui hoc est aliquatenus inferior, q̄ maxime ab illo abest, tam pessime absolutam
cognitionē consequēt. Explicabo igitur huic, qui optime natura cōparatus est, & exercitatus nō
segniter, qua applicatione tactus ad unguē(ut homo pōt) motū sentiat arteriæ. Et, quia de prima H
dimensione, uidelicet longitudine, institui dicere, accommodatisimum huic modum tactioñis
aperiam. Oīno nō premat, immo sāpe leuiter palpet, & ueluti suspedat manū. Accōmodatus
est hic imprimis modus paruīs pariter, & imbecillis pulsibus; nā, hos si aliquatenus premas, motus
pereat magna ex parte, & sāpe uero ēt uniuersus. Nam pro quantitate pressus, & qualitate præte-
rea arteriæ contentionis, modo multum imminuitur eius motus, modo minus: est, cum perit to-
tus. Quocirca ad longitudinem dignoscendā summa cautio est, ut præter oēm pressum, tactū ad
moueras: etenim modicum pressum non grauiter ferunt quidē pulsus uehementes: non lādentur
tñ ne hi quidē, si in palpando nihil premas. Qui modus attingendi q̄do optimus est languidis pul-
sibus, nec incommodus etiam uehementibus, caue, prēponas illi alium. Porrò est illud etiā expli-
candum, quod non obscure aduertitur, ubi diuersas partes premas longitudinis arteriæ, motum
nō perinde uideri in oībus offensum, ceterū in partibus altioribus maior est noxa, minor in infe-
rioribus. Et uero frequenter noxa non animaduertitur in uehementibus pulsibus, secus in langu-
dis: nam, in his si inferiorem partem presserimus, luculenta superioribus noxa datur. Superiores
aut & inferiores qūo hoc loco accipiendæ sunt, non est obscurū, ut remotissimæ a corde partes,
inferiores

A inferiores & viciniores appellantur superiores: hoc in artibus quidem perquā est solenne, non item in capitis partibus, & colli. Itaq; ad oēs pertinet, ut diximus, cordi viciniores, si premātur, magna iniuriam subiectis facere remotores, sāpē numero nullā, quæ aīaduerti possit, si bene uehemens pulsus sit: interim tñ manifestā, in non uehementibus. Atq; de longitudine hēc satis sint. Nunc de reliquis duabus agamus, quas non ita oportet duas numerare, ut, sicut in quadrangularibus, & quadratis corporibus, uideas separatim latitudinem, separatim profunditatē distinctam: sed, sicut in circulo, & globo, confusa sunt oīa, una uero quādam uel lineæ, uel superficie uidetur circumferentia; sic esse in arteria putes: cuius cernitur in dissectionibus figura, multis locis cylindrum, multis etiam conum referre. Quò igitur medicis in mentem uenit seorsum de latitudine, seorsum de profunditate differere, cum deberēt, ut est, & conspicitur ex partitionibus, unā longitudinem eius appellare, alterum circulum, ut certe multi frequenter uocant? Nō ppetuo possunt tamen, nec hi, nec aliis quisq; cum de exemplis evidentibus narrant, longitudinē, & circulum tātum appellare: sed exprimet sāpe necessitas, ut distentionem altam quandam uocent, & angustā: contra ēt aliam, humilem, latamq;. etenim hoc ita clarum est, ut ambigat nemo. Sic p p hēc manifesta euenta habere diuersas latitudinis, & profunditatis notiones coacti sumus. Porro, sicut sen-

B su percipimus eas differentias, ita circularē nos figuram sāpe aīaduertere clare fatemur. Itaq; de utraq; iam differentia dicimus in communi, qua potissimum ratione applicandorum digitorum ad eas peruenire dignoscendas queas. Neq; n. in ijs dignoscendas mediocris inesse scrupulus uideatur, q; nulla admouendi tactus rōne ualeamus sentire interuallum totum: neq; cū leniter palpemus (nam ea externas tñ partes sentiat motus, quæ præcedebat, ignoret uniuersā) neq; cum premimus multum. Vt. n. omittam hoc in uehementibus tñ pulsibus permissum esse, contra, ac prior, postremā partem ignorabit interualli, tñ sentiet primam. Iā, si alia vtamur applicatione in ter illas media, & prima pars interualli, & postrema nos fugiet. Hoc uerum esse quisque experientia discat. Nam, uehementes pulsus si premas (hos. n. premere solos fas est) nescies, quāti sint: q; pereat fere in pressibus, ut ante significauimus, aliquid etiam de ipso motu: ac interuallū nō iā parua ex parte, sed prope corrūpatur uniuersum: Cōtra, si leniter palpes, per quantū interualli sit motus delatus, non diuines. Habes difficultatē, quæ sic explicatur. si, ut prorsus distentionis quantitatē sensu dignoscamus, non laboremus, sed & rōne* quādā possimus nihil lēsa esse existimare. Neq; n. hoc nos quārimus, ut sensu omnino, quæ accidunt pulsibus, cognoscamus, sed ut simpliciter cognoscamus. Ergo sensum requirit quidem oīs talis notitia, attamen non hunc solū, ne-

C que quasi semper ualeat quidlibet inuenire: sed satis est frequēter, si lensibilis affectus unus totius rei denunciet essentiam. Eadē ratio eorum est, de quib. nunc agimus. Nā, si leniter palpes, aut pluribus in partibus occursum arteriæ, necesse est, sentias, aut in paucioribus: quo cognito, ad sensū ratio adiuncta, nobis magnam distentionē suggerit esse, quæ multis partibus mouet tactū; paruā, quæ paucis. Age fac circularē eius occursum esse, q.d, non ne clarū est, si insigni sit circumferentia circuli magnitudine, totā ēt crassam esse distentionē arterie: & uniuersam distentionē gracilē, si circumferentia sit parua? Neq; n. magnis circunscribi circulis gracilis distentio pōt, nec crassa minutis: ceterum quantitati distentionis necessario respondet circuli circumscriptoris eā quantitas. Haud aliter ēt, si uerus nō sit, & exactus circulus finis distētionis, sed quasi mutilus partim: id quod in altis, & angustis, vel humilibus, & latis vñu venit: ratio similiter subducitur quantitatis distentionis. Nā tū distentionis, tū ascensus fines, particulæ prorsus erunt, circuli: hiq; prout appareat maiores uel iniores utrinq; uel concuiores hac circumferentia, vel gibbosiores, oīno uel longiore, uel breuiorē, vel angustiōrē, vel latiore, q; est exacte circularis, hanc lineā, quæ in præsentia cernitur, ostēdunt. Vnde in æqualitatē nos latitudinis, & profunditatis, totiusq; quantitatē distentionis æstimabimus. Age. n. videātur gibbosores ac prūptiores obliq; occursum arteriæ, præterea cauior

D quodāmodo, & humilior in profunditate, adeo vt ne circuli quidē videatur circumferētia manere, sed veluti recta linea esse, pfecto apertū est, talē pulsū latū fore & humili. Nam motus in latum amplius exorrectus, latū merito efficiat: at motus ascensiū prohibitus, humili. E diuerso, si motus abliq; partes longe citra mediū constiterint, ac mediū ipsum satis videat gibbosum esse, planè is pulsus erit altus angustusq; si semel angustus eius in latitudine occursus euadat, vt non modo imminutus esse obliquus motus, sed & totus semel videat perijisse, difficilis cognitu est, vel potius cognosci nō pōt, quantū in his est, qualis sit pulsus. Nā nisi distinctiones adhibeamus quādā, non assequemur, altus ne sit, an humili, an moderatus, profunditate: nā oīa esse pōt. Etenim, si humili sit pariter, & angustus, talis videbitur eīse, & si altus simul, & angustus, eiuscēmodi apparebit: deniq; si moderatus profunditate vñā, & angustus, talē dicas ēc: nā angustiā is pulsus, pulsus ex motu inhibito in latitudine cōtraxit. Difficultas verò residet in profunditate: q; & si ex lōgo intruallo, & si ex breui, vel moderato motū ordiatur, eādē tñ tagētib. rep̄s̄tabit spēm: nā angustū motū p̄cipiēt. Qua ergo rōne explorabit? frequēter q;dē ēt tactus affectibus, ppetuo tamē rōne. Primū de tact⁹ affectibus dicemus, in quibus possis per eum manifesti deprehēdere aliquid: licet autem in uehementibus pulsibus, qui, vt sāpe monuimus, soli pressa arteria non labefactantur. Prompta ergo

* Al. ex an
tiquis, qua
dam.

DE DIGNOSCENDIS PVL SIBVS.

in illis quidem notitiam profunditatis est pulsus. Nam si presseris, forsitan vel ipso tactu, si exercita Eius sit, & mollis, suaq; sponte exacte sentiat, in notitiam aliquam peruenies interualli motus: si minus, tēpus certe motus, quantitatē declarabit interualli. Nam si discernere sigillatim motus qualitatem poteris, in qua differentiam celeritatis, & tarditatis reperimus, sigillatim ēt tēporis q̄titatē, vbi breues motus aīaduertimus: neutra te harū, si premas, fugiet. Quòd si ambas assecutus sis, facile de interuallo conijcies. Esto celer motus, & diuturnus, sanè apertissimum est maximo eū spatio delatum esse: contra tardus esto, & breuis, sit vtiq; & hic minimo spatio deuectus. Atq; hoc p̄to, si vehemens sit pulsus, profunditatis quātitatē dignoscimus: qui si languidus sit, nihil iam nobis sensus adiumenti adserre poterit, q̄ motus in eiusmodi pulsibus pressū perditur uniuersus: quare ratione hictota res inuestiganda est. Dicemus aut̄ de causis pulsuum, nō q̄es cum oībus differentijs posse confundi: distinguemusq; quæ illæ sint, & quando, & quēadmodum. Itaq; ex alijs, quæ aperte sunt cōspicua, quomodo etiam aliquid de obscuris deprehendas, inibi docebimus: ad hæc, cur angustus simul, & languidus pulsus altus nunquam sit. Sed de his haētenus.

De rhythmis dignoscendis.

CAP. 3.

POst hac de rhythmis verba faciemus. quem ordinem secuti sumus docendi, q̄ coniuncta eius cum superioris est exploratio. Nam natura quidem rerū ferebat, vt quæ una in parte pulsus, F maxime distentione, genera consistunt, prius exponeremus, quod in commentarijs de differentijs pulsuū fecimus, verum, quia genera in una parte posita, q̄ de superioribus adhuc reliqua sunt, flagrant communem tractatum: rhythmorum aut̄ genus coniunctam cū superioribus duobus generibus hēt cognitionē (vt ipse de his sermo docebit) ideo post hac de rhythmis narrabimus, de dūritie, & uehementia reijcimus in proximū librum: ut absolutam cōlectantur singuli cōmentarij generum disciplinam, quæ coniuncta cognitione sunt. Quia iā in comparatione tēporis distentionis cū contractionis tēpore rhythmus consistit, prius parāda separatim nobis utriusq; tēporis notitia est. Hoc verò parū facile est. nā (memoriā si conferuauimus eorū, q̄ primo in libro retulimus, vbi q̄reremus, ecquid sentire totā distentionē, & contractionē possimus, an pars nos fugiat utriusq; motus) sciemos, q̄ sit laboriosum, adeo q; pr̄ter oēm nrā facultatem, ut notitiam cōp̄a rare oīs harū t̄pis possimus. Quo loco principium distentionis ostendimus, & finem cōtractionis non cognosci posse. Iam quatenns aliquid nos motus latet, haētenus ēt tempus. s. pr̄terebit. Primum id est ipsum repetendum, declarandumq; idem non esse, quod in primo libro quereretur ac quod paulo superius: nam illic de distentione quārebatur absolute, hic de tēporis eius quantitate. Proinde, cum absolute q̄ritur, an oīs sentiri distētio possit, quæ tactum fugit motus pars, hanc G confirmauimus non dignosci: in explorāda autē eius q̄titate, q̄tū promota spatij sit, aduertimus. Ac nō ita dudū diximus, mō finis distentionis habeamus veram notitiā, rationē nobis cū sensu cōiunctā subiecturā esse eius q̄titatē. Itaq; possimus, Q̄uis, nisi externum finē motus, partē aliā nullā sentiamus, q̄tū is habeat t̄pis ignorare, at tamē scire, q̄tū interualli peruectus sit. Horum alterum in primo libro discussum est: alterum nō ita diu est, cū explicauimus. Ergo iterū ad memoriā reuocemus, q̄ in vehemētibus pulsibus, si modice arteriam compresserimus, perspiciemus quidē initū motus, sed quantitatē ignorabimus interualli. Nec verò hoc p̄tereamus, quod initio statim secundi tradidimus, nō idem esse quātitatē t̄pis examinare, ac celeritatem uel tarditatē dignoscere. His. n. nobis in pr̄sētia oībus opus est: quo planē, & distinctē p̄spiciamus, ecquid inter spatij dignotionem, quo fertur arteria, & t̄pis intersit: & pr̄ter utranq; quandā esse aliam vel celeritatis vel tarditatis cōstematic. Siquidem prima, quā cōmemorauimus, explorat interualli quantitatem: q̄titatem altera motus t̄pis, tertia qualitatem motus. Ad rhythmum igitur dignoscendū nec primam quārimus, nec etiam tertiam, sed ipsam tantūmodo secundam. Quare instituenda manus ea applicatio est, quæ arteriæ motū accuratissime intueāt oēm. Itaq; primo libro quæ exposita sunt, cū quereremus, possit ne sentiri vniuersus motus, memoria repetenda sunt: sciendūq; unā H uirtute esse, & eandem quāstionem illam atq; hanc, licet diuersis uerbis ponatur. Quæ oīa si cum aīis nr̄is prius cogitemus, p̄ntis difficultatis assequemur explicationem. Sit pulsus quidā magnus, sed languidus: huius nequeas. s. deprehendere totius distentionis motum, cāterum externi finis tm̄: sic etiam contractionis (si modo tm̄ possit) initium duntaxat, & recessum, pr̄terea nihil. Proinde leniter sunt istiusmodi pulsus, ut iam dixi s̄pē, palpādi: quia tactus applicatione q̄titatē aīad uertere interualli distentionis poteris, t̄pis motus non poteris. At uero in contractione non tm̄ temporis motus non inuenias quantitatem, sed ne ipsius quidem interualli; nam, illa ubi insensibilis euadat, omnium simul, quę possidet, necesse est, fiat iactura. Adeo non mō interualli, quantitas atq; t̄pis motus, sed & qualitas, in qua celeritatis, & tarditatis cōtinentur indicia, nulla ex parte à nobis sentietur. Qui. n. motus etiamnū qualitas dignoscatur, uniuerso sensum latente motu? nimirū requiritur prius essentia rei, q̄ ipsa qualitas: quæ q̄do essentia, pr̄sū sensū p̄terit, non p̄t qualitatis parari notitia. Quę ergo iam est in his pulsibus rō, qua cōsequi notitiā rhythmi possis, ubi fūditus contractio perijt, & de distentione saluus, & integer solus externus finis est? atqui nec sentire contractionem in illo languido alio possis. Itaque quandoquidem motum distentionis atq; contra-

A contractionis arteriae noscimus tñ in his, qui languidi non sunt, in horum ēt solorum notitiā rhythmi uenientius, digitis ita moderate applicādis (vti diximus antea) ut externi motus ne qd interpellēt. Nā si plus iusto arteriam compresserimus, consistere eius motū cogemus: nisi ēt in his rhythmus non possit dignosci: siquidem perpetuo initium nos distētionis, & contractionis finis latet & nisi oīno parum, quod prēterit, sit, magnopere rhythmus lādetur. Nam hoc quidē fortassis ēt admittas, distincta orōne tñ opus est. In vehementissimis. n. pulsibus uera est orō: in alijs secus hēt præsentim qui vehemēti paruum partem hāt, q̄ satis magna pars sensum in his effugiat, quæ iam offendere rhythmum ualeat. Ita hoc iam oīa, quæ attulimus, fecerunt planū dignosci in solis vehementissimis pulsibus rhythmos: in alijs vero oībus, aut prorsus incognitos esse ut in languidis; aut longe ab absoluta notitia abesse, id quod usū venit in minus vehementib. nō iam languidis tñ. Atq; scrupulus quidem hic est: hunc nos pro uirib. faciemus, ut tollamus. Primum quia nō cādit in pulsus languidos, & eos, qui non sunt vehemētes, similes distētionis, & contractionis incōmodum, lenit hoc difficultatem non nihil. Nam, quam hēt rationem totum distētionis tps ad totum contractionis, eadem cum rationem habeant, inter se quidem partes, quæ tactum latēt, ēt quæ saluæ sunt, eadem habebunt inter se rationem. Itaq; ex illis præsentire non multum interpellabimur. Nam, cū duplum sit, verbi gratia, oē cōtractionis tps cum oī distētionis comparatū: duplum item sit, quod est saluum, cum comparetur; p̄ rhythmos præsensionibus non aliter abū dabimus, ex partibus motus, quæ sentiuntur, ac si totus is saluus sit. At in languidis non perinde difficultatem explices: quippe, quod inuestigant, qui distētionis tps cum toto reliquo conserunt, remedium, adulterinum el: qd uobis, prius faciam, ut declarē, deinde aperiam, ubi culpem id. Nā cum pulsus quatuor partes sint, distētio, contrāctio, & duæ quietes, una a distentione ante contrāctionem, altera a contractione ante distētionem, qui esse contēdunt incognitam contractionē, t̄ distētionis tps quod motus appellant, separant a reliquis* duab. partib, quas quietē, & contra

A.1.1.f.2.d. B
3.c.2. f.47.
a

† Al. ex anti-
ctionem vocant: horum* trium temporum mutuam proportionē rhythmum esse confirmant. Qui vero contractionē dicunt sentiri, horum alij distentionis tñ t̄ pe comparato cum t̄ pe contra-
ctionis, rhythmum dicunt fieri: alij vtriq; motui tps attribuunt quietis, quæ ipsum sequitur. Atq; cum tres hā sint de pulsuim rhythmis opinones: qui a secunda stant, ad dubia illa aperte se f. t̄-
tut, qd dicāt, nō habere: qui a prima, & tertia, non defici consilio fortassis videātur: Illi, quia cōspicui motus tps una cū t̄ pe consequētis quietis reliquo, initium cōtractionis statuētes terminum coniunctionis priorum

C duorum tēporum. Opere pretium aut̄ est utrosq; demirari: primos, si ea tñ meminerūt, q̄ de cōtra-
ctione sunt di. t̄: q̄ de distentione, hēc exciderunt: nam, quantum sit in distētione interuallū, in
languidis pulsib. rōne demōstrauimus sciri; tps vero motus nō posse cognosci, q̄ eius tantū exter-
ni fines ad sensum pueniant. Miror igif, quēadmodum cōparare se dicāt tps distētionis cum t̄ pe
oī reliquo: cuius tps qd sentiri possit, oīno sit paucum: nisi qdē hoc sanè ipsum tantū comparatū
cum reliquo toto uolunt. Itaq; rhythmus illis proportio sit conspicuit t̄ pis motus in distētione ad
reliquo oē. Quod si dicūt, rē dicūt illam qdem, quæ fieri possit, sed tñ inutilē: q̄ p̄ cognosci ex ta-
li rhythmo nihil possit, in quo tps manifestē partis distētionis cum reliquo vniuerso comparatur
q̄ ex t̄ pe constat externæ quietis, contractionisq; & tertio internæ quietis: p̄ terea quarto partis
distētionis, q̄ conspicua non est. Præterquam uero q̄ nihil oīno commodi ex istiusmodi doctrina
percipi pōt, notionem rhythmī hi cōfundunt, ut si q̄s, musicum qui ageret, non t̄ pis eleuationis
ad positionis tēpus proportionem esse diceret rhythmum, sed partis manifestæ eleuationis ad reli-
quum totum. Nec minus errant illi a tertia secta, qui eo duntaxat q̄ tps extēnæ quietis tempori
distētionis addunt, illis sunt sapientiores. Quòd uero ēt ipsi in obliuionē uenerunt* contrac-
tions tempus sensum in languidis pulsibus non dignoscere, æque peccauerunt. Porro tertium etiā

D hi insigne ponunt, contractionis primum motum p̄petuo sentiri, cum ne ille quidem in lāguidis
pulsibus sentiri possit. Itaq; ex his oībus hēsitationes, q̄ frequētes in sectis sunt, concurrant in pul-
sibus dignoscendis, necesse est. Quo factum puto, ut non aggressi scribere quid sint Herophili suc-
cessores in præfigationem ex illis: Ipse Herophilus rhythmos frequenter ad præfigendum ad-
ducit: uerum, quid interpretetur rhythmum, difficile est inuentu: temporis ne distētionis solius ad
tempus contractionis solius proportionē: an ipsum ēt quietis tempus, quæ comitatur vtrunq; mo-
tum, ijs attribuat. Vnde inter Herophilios, qui ab illo cognomen inuenerunt, non conuenit, utrū
de illis decēter sentiat: neutrum. n. eius oratio planē ostendit: neq; confirmare rerum natura pōt.
Quod si am alteram sñiam tueamur in instituto musicorum, tempora quietum prēcedētib. motib.
aduiciemus: si, quod facit ad præfigendum, cum motu motum cōparantes, separatim quietum
tempus æstimabimus. Cum igitur alterutrum sit necesse, aut notionē noīs labefactare, aut puer-
tere usum, utrum faciamus potius, implicati tenemur. Tñ, quādoquidē alterum eligēdum est, re-
pudiato musicorum nomine, quod conductit ad præfigendum potius ducam, nam quid tandem
faciemus damni, si, cum motuum ex proportionē tempus prēciamus, nomē nobis, quo id appell̄
lemus deficiat? Etenim non eo, † q̄ in nominibus hēreamus}, sed quia p̄ sagire nequeamus, idco

† Al. quod no-
minibus defi-
ciamur.

DE DIGNOC. PVLSIBVS

*Al. παρηγόνετον μένον.

ars lădetur. Ergo faciamus utilitatis noīe consistere rhytum in proportionē t̄pis motuum , ac E expēdamus suo loco Herophili sūam. Tn̄, & si hoc positum sit, manere adhuc dubitatio v̄r, q̄, ni si in vehemētissimis pulsibus, nec omne t̄ps possit distētionis innotescere nec contractionis vbi- que principium sentiatur. Cur ergo t̄ps quoddam ad sensum princeps Herophilus statuit, ad qđ alia aestimans, duorum, triū, quatuor, vel plurium dicit esse : horumq; aut integrorum, &, vt uocant illi, ἀπαρχήν: aut diminutorum* et aliquantū, vel plus, vel plurimum? Quasi.n. in oībus pulsibus ad unguem t̄ pa dignosceret, siue motuum solorum, siue et comitantium illos quietum (nihil.n. ad propositam dubitationem refert) ita v̄r hæc scribere: nisi uero eum non de oībus, sed in quib. possunt dignosci, de his t̄modo existimandum est ista scribere. At hoc quidem inferius fortasse aliquā suo loco considerabimus: Nunc (quia non instituimus, quid Herophilus sentiat, q̄re re, sed, quid verum sit simul & utile, indagare) hoc clare aggrediar ad explicandum, q̄o in ipsis rebus experiūdo inuenimus. Nam sic habeto: cum qualitatem motus distentionis cum qualitate cōferimus cōtractionis motus, nouē inuenimus primas differētias, quas in tabella proposuimus: atq; signatim multas alias quas orōne non exprimas, sed experiendo excessum, & defectum di gnoscas: Quid uero soleat quæq; denunciare dīa, dicemus in commētarijs De præfigitione. Sed nunc primum tabellam præscribemus, quam intelligent facile, qui in primo commentario se de F differentijs pulsuum exercitauerint: deinde ostendemus, quemadmodum multas singulæ differētias constituant, quantitate dispare, tamēsi eiusdem generis sint.

T A B E L L A

<i>Distentio</i>	<i>Contractio</i>	<i>Distentio</i>	<i>Contractio</i>	<i>Distentio</i>	<i>Contractio</i>
Celeris	Celeris	Moderata	Celeris	Tarda	Celeris
Celeris	Moderata	Moderata	Moderata	Tarda	Moderata
Celeris	Tarda	Moderata	Tarda	Tarda	Tarda

Ac, cum primæ quidem descriptæ in tabella dīæ vterq; celer motus est, pōt motus distentionis maxime concitatus esse, at motus cōtractionis paulo moderato & medio esse superior: Aut contra, paulū motus distentionis eum superare: motus uero contractionis permultū: Aut uterq; paulum, aut uterque permultum: Aut hic paulum, ille plus: aut paulo minus aut multo, aut alio quoquomodo, nam uarietas aperta est. Neq; dicas uel nō hoc cerni fieri, vel signare nihil: immo & fit, & denunciat res maximas. Ex qua nos notitia potuimus præsentire: neq; quicq; nobis opus G fuit primis t̄pibus integris, & amplificatis. Nam eam cognitionem totum non desiderare motū, sed parari ex qualibet eius parte posse, nemini obscurum est nisi si q̄n inæqualis sit: tum. n. pars toto haudquam similis est. At nec in pulsib. ad summū languidis hac uti licet: in his enim ne primum quidem initium cognoscas contractionis, nedum insignem eius ullam partem.

GALENI DE DIGNOSCENDIS PVLSIBVS LIBER QVARTVS.

ARGUMENTVM LIBRI

Exponit, quo pacto ictus in pulsu comprehendatur: ac refellit Archigenem, & Agatinum, qui aberrarunt in pleno pulsu dignoscendo.

De ictu dignoscendo

CAP. I.

H



Væ pulsibus insunt pro substantiæ eorum propria rōne, antea oīa exposui-
mus: nunc de ceteris, q̄ nec citra motum arteriarum p̄ht dignosci, neq; eius
tñ sunt propria, narrabimus. Est quidam in distentione arteriæ ueluti ictus,
qui, cum tangimus, tactum ferit: hunc, vbi uiolentus sit, proprie existimabis
ictum uocari: uocat ita tamen, et si careat violentia. De hoc igitur uero ictu,
quem uiolentum occursum dicimus esse, magna diligentia attendendum
est: neq; n. parum multarum pulsuum specierum v̄r comes esse, duri, uehe-
mētis, magni, celeris, alti, conuulsiui, & uibrati. Ne ergo deceptus quis com-
muni symptomate in ijs dignoscēdis labatur, sedulo oēs, & accurate aestimandi sunt: nam, si alijs
illi notis discerni possint, & has didicerimus, id, qnod totum est, assecuti fuerimus: si non possint,
hoc certe satis erit nosse, cōe hoc compluribus pulsibus esse. Huius commētationis principium
optimum sit, ut quamobrem unus tam multis pulsib. communis comitari affectus nideatur, uiol-
ētia ictus, causam discamus, hoc modo. Qn̄ impelli a pulsu tactum, modo sit eius occursum sen-
surus, necesse est: impellitur autem non perinde semper, sed nunc plus, nunc minus, interdum ut
palpet

A palpet tantum: quicunque motus eum protrudunt, & submouent longe, uiolenti hi specie i^ctus repræsentant. Ac protrudere longe potest motus & duræ arteriæ, ueluti contrudens tactum, & qui robore mouentis illam facultatis veluti euertit: præterea, qui magnitudine distentionis plurimum progreditur: iā etiam, qui, qua fertur celeritate, impellit ualenter: & qui præ altitudine ueluti subit ac intrat, ad hæc qui, q^{uod} tensus sit, ægre mouetur: deniq^{ue}; qui ob uibrationem, simul tensio nis, & duritiei, celerisq^{ue}; occurſus specie præbet. Quocirca incidas in multos quotidie medicos, q^{uod} illos o^{mn}es pulsus dicant uelutines esse. Qui si quidē animaduerterent, q^{uod} hi distēt, quomodoctūq^{ue} in cōmuni o^{mn}es uelint appellare, non laboramus: sed, quia, sicut nomen attribuunt cōmune, sic na turā putant vnam omnium esse, conabimur dolum illis detegere, à clarissimis, & apertissimis ingressi, exempli gratia, à velocī. Nā hinc facile errorem deprehendat, qui certe intelligere potest, celeritatē occurſus non eandem esse, & uolentiam i^ctus, nam, ut omittam alia, nec longius celer impellere ualet tactum, ni simul magnus sit. Vnde liquet non hoc eū sua sponte obtinere sympto ma: nam, quod illi, cum celer tantum esset, nō etiā magnus, non aderat, sed præsentia magnitudinis ei accessit, qua ratione ei proprium dices? quippe celer simul, & paruus non longe tactū impel lit, sed longe impellere, magis ad magnitudinē pertinet, vel etiā ad hanc per accidens. Nam, si col ligamus, quæ de dignoscēda magnitudine diximus, non eò, q^{uod} lōgius intret, sed quia multis in par tibus lōgitudinis pariter, & latitudinis & profunditatis attingat tactum, cognoscēbatur. Ut enim circularem pulsus circunferētiā, quæ satis magna est, sensu perceperimus: ex illo deinceps ascē sum, qui ex multa profunditate uenit, coniiciemus: vbi non totum tactus interuallū assequitur, cę terum externum tantum sentit finem. Itaque, si inde usq^{ue} à primo impetu, cum distēditur arteria, uelimus motum sentire, magnitudinem magna ex parte, uti ante diximus, interpellabimus. ut ne magnum quidem iam pulsū esse arbitremur. Id quod non in omnibus tamen magnis facias, cæ terum in his, qui cum magnitudine uehementiā aliqua ex parte coniunctam habent. Nā magnis quidem tantum, nec uehementibus tamen, ne occurrere quidem ascendentibus poteris, neq^{ue} pre mere arteriam, pereant enim mox toti. Vñ planū est nō hinc, magnū, quo longissime intro tactū protrudit, dignosci, sed q^{uod} multis partibus longitudinis, & circuli arteriæ occurrat. Quid igitur, inti mēne altus impellit? atqui, quod in tribus dimensionibus magnus, hoc possidet hic in una, proinde, si non ille, minime hic. At magnum ostendimus, nisi uehemēs quoque sit, tactū nō posse pro trudere longius, quo minus altus. Quòd, si cum magno frequenter imbecillitas adiuncta est, & cū alto, qui magnus non sit, ferè uehemētia, imbecillitas nunquam, alia hæc ratio est. Habebit.n. (vt dixi) semper hoc altus, ut longius impellat, uerū non sua tamē sponte, immo quod omnino uehementis, aut non imbecillus certe sit. Omnes ergo illi pulsus, vt longe tactū impellat, plane uehemētiam requirunt. Vnde etiam, qui ex illis cum uehemētia perpetuo coniuncti sunt, sem p uolenter feriunt, qui uero non sem p, sed frequēter, hi quia uidētur fere violenti esse, qui hæc expendunt negligenter, adducuntur, ut credāt eos nunquā non tales esse. Iam alij pulsus, abs quibus diuelli du rities non potest, violenter feriūt, ut uibratus, & cōuulsus: nec hi enim aliunde uiolentum i^ctum compararunt, q^{uod} à perpetua sua duritie. Quam ob rem duo hæc tantū genera habentur pulsuum violenter feriētum, uehemētum, atq^{ue} durorum. Sunt tñ, qui his ēt necessariam præter duritatem dixerunt uehementiam esse: nec.n. posse solam uiolentum efficere i^ctum, ueluti nec si lapidem admoueras leniter: qui etiam ad valide ferendum aliquid desiderat contentionis. Verum de his, æquum est, ut quæramus, quid tandem sibi uelint, nullum ne prorsus corpus esse durum, nomen uero hoc duri nequicquā ab hominibus usurpatum, cui nulla sit res subiecta? an rem esse certam, cui tribuatur, at dignosci nequaquam sensu posse: an alio illam sensu, non nosci tactu? Profecto sunt absurdā oīa, & corpus nullum durum esse, & ratione potius, quam sensu, dignosci, & sensu ta men alio quopiam potius, ac tactu. Atqui, si durum concedant esse, & dignosci tactu, quid aliud

D postea, quæ de nomine contendere inuenientur, qui sine contentione negāt uolentum ab illo i^ctum edi? nam, si nec uolentum appellare uolēt omnino, contundentem certe, aut repellentem aut subuertentem uocent, necesse est: nam de contentionē quidem controuersia est. Omnino.n. quæ insit in animantium corporibus contentio, non statuitur ab illis, qui in minima, uel in diuina, uel incompacta decerpunt totam substantiam: tantum conuenit inter hos, qui unitam es se defendunt eam. Vnde nec sensu dignosci contentio poterit: sed, si poterit, à signo quodam, uel à signis, uel ab indicatione, vel demonstratione, fidem capiet: at durum, & molle corpus sensu omnes nos homines dignoscimus. Itaque quæstio institui de essentia eorum non debet, sed de ratione dignoscendi, atque adeo non de hac, immo de eo, qua potissimum ratione alteri in terpretetur aliquis tactus sui affectum, in occurſu durorum corporum, ac quatenus à uehementi bus hæc distent. Verum, quia hoc neglexerunt, qui nos præcesserunt, id nos faciamus, orationem exorsi ab ijs, quæ inter omnes mortales constant. Quando uehementia quædam non animalia modo vocamus, vt leones, & tauros, sed & inanimata quædam, vt fluiorum decursus, ventosq^{ue} magnos, alia porrò dura, vt æs, ferrum, lapides, memorare oportet, cur ab utrisque his, vbi nos attingant, diuersi corporibus affectus inferantur. Nam occurſus uolentus communis vtrisq^{ue} est,

DE DIGNOSC. PVLSIBVS.

tam uehementibus ventis, quam duris corporibus. Sed hñt hoc præ cæteris. s. venti, & fluiorū E fluctus, vt euertamur ab ijs: lapides, & ligna, ut premamur, & contundamur. Aduersos illos. n. et si magna vi contendamus ire contra, prorsus prohibemur, atq; euertimur, repellimurq; uiolēter sed præter ullum pressum, vel contusionem, uel repressionem corporis partium: in alteris uero pollet pressus, & contusio, & repressio. Perspicias maxime, si cui corporis parti lapideim imponas non ita grauem, quem, si velimus, facile abiijciamus: cognoscas profecto quemadmodum impositus grauet, premat, contundat, & veluti cutem subeat: deiectus aut relinquat quoddam corpori vestigium, & pressus signum: nam aut cauiorem reddet partem solito, & vt vestigium diu seruet aut liuidam præterea. At non uentus, ut uehementissimus sit, vt maxime euertat, ut deiiciat, com primit, cauatq; corporis ullam partem: quippe, qui mollis sit, facile circum corpus diffunditur, & circumfluit. Qua p p maximas facile naues impellit, & vero deturbat saepe: tñ nullum cauat in ijs lignum, vt si lapis vel ferrum impingatur: hec. n. rumpere possunt, & comminuere: at repellere, ut uenti, & euertere non possint. An igitur, quibus carnis nostræ natura cedit, dura haec nuncupamus: qui ipsi carni, vt aqua, haec vocata mollia, sunt? Atq; id est, quod Plato dicebat, dura esse: qui bus caro nostra cedit: & mollia, quæ carni. Nam, si incidat in humidum rem aliquā tactus noster, clarissimum est tactum eam diuisurum esse, humidam verò cessuram, & excepturam: at in duram F si incurrat, oīno ille potius cedet, cauabiturq;. Atq; ut orōnem tandem concludamus, singamus manum nostram nūc aquæ rapido fluctui, vel uento uehementi ex aduerso occurrere: nunc lapi di, quem altera manus sensim admoueat: aperte a prioribus perspicias euerti, non pressam tñ: & lapidem ab hac euerti, sed pressa ab illo. Nam durum quidem, quo minus progrediamur, obstat per se non pōt, sed aut per pondus, aut motum acquisitum impedire interdum poterit: uehemētis vero notio hoc ipsum obstatulum, impedimentum, repulsionem, atq; euersionem complectitur. Liquet ergo aliud nos, cum uehementia tangimus, aliud, cum dura, sentire: nam haec premunt carnem tñ, illa impediunt progressum. At, quia saepe fit vt ambo conueniant, atq; quod occurrit durum sit, pariterq; uehementer moueatur; non potest sensus, et non duplex nobis offerri, vñus veluti premētis, alter veluti euertentis. Quæ si sunt ita, ut sunt certe, duri pulsus in premēdo tactu dignotio ponēda est, ut uiolentia vtrisque conueniat: sed proprium duri sit premere, euertere uehementis. Hi sunt affectus tactus, haec etiam visitata *latinis illorum nomina.

De Pleno, & vacuo pulsu.

C A P. 2.

AT qui possis alijs quoq; haec nominibus interpretari: quod facile illi faciēt certe, qui cōtinuitatem totius substatiæ interpolant uacuo: i. oēs, qui corpora ipsa parua, & indiuisa, indiu- G duaq; & incompacta, q modo concrescant, modo diuellantur, ideo generationes & interitus cōtendunt efficere. Qui, ut si nullam agnoscant uitalem contentionem, vbi confertim, multa, & ue- lociter ferantur haec parua corpora, tum ictum creare haec uiolentum confirmant, quemadmodum in vētis, & fluctib. contingit decurrētib. Conferta dicere, & multa densaq; perinde esse dicūt ac paucum immistum esse vacui: quod tñ ualere, quantum solidas substantias capedinē implesse arteriarum: uacuitatem. n. eius ut ipsum declarat nomē, esse a uacuo dictum: hoc. n. in oīb. qui dem concretionib. semper contineri: at, pro ut id augetur veliminuitur, ita nūc dura, nunc mol lia corpora effici, ac nunc plenos fieri eorum internos uentriculos, rursus forte uacuos. Ita tuni- cam quidem dicēt arterię duram vel mollem fieri ex quantitate admisti concretioni uacui: inter- nam capedinem plenam, & uacuam, ob quantitatem hic iterum commisti cū illa vacui: Magnū aut dicent quandam esse pulsū, sed renisum non habere in occursu, vbi multum in cavitate arte rię vacui sit, ipsaq; pauca sint prima corpora. At uero magnum esse, & euertere, cum parum ua- cui, & frequētia corpora sint: Itaq; iam apertum est, nihil apud illos interesse inter plenū pulsū & uehementem, quippe tactus unum esse affectum, & vñā naturā pulsū: Nam, cū parum in capedinib. arteriarum insit uacui, ob multitudinem tumorum, plenū pulsū dici, & ob ictus uiolē H tiam, uehemētem: proinde ex nominib. illis alterum essentiā denotare pulsū, alterum qualitatē occursus: non igitur diuersos esse pulsū plenum & uehemētē, duob. n. vnam rem nominib. signifi- cari, pro diuersis notionibus. Nos uero, qui contentionem quandam statuimus uitalem, gemi- nam non poterimus non fateri pulsuum naturam esse, dignoscendi rationem eorum diligētius attendamus. Est autem plena difficultatis haec commētatio, q nihil oratione dignum veteres de dignoscēdis pulsib. scripsierunt: sed alij prorsus præterierunt, alij sanè q leuiter attigerūt. Nā Herophilus, qui affectus sensus conscriberet, nūquam plenitudinis, quam sensit nūquam, meminit. Qui vero dicti ab illo Herophilij sunt, oīa potius existentes, q id, quod dici uolunt, sophistæ sanè, & loquaces hoīes penè oēs, & cum nullum aliud Herophili præceptum in ipsis artis operib. pro bare studuerūt, tñ præter alia, quib. artem polluerunt, et plenam nobis pulsū inuexerunt: vt, quasi parua sit ipsa ars, haberemus nunc, quod ageremus. Neq; n. pulsū præterire fas est, a ui- ris constitutum tñ claris: neq; quē experiundo nunquam inuenimus, posse prompte dignoscisti tuēdū nobis est, alienas sequ. étib. assuerationes. Verū ostēdēdum est primum, ad notionem usque hunc pulsū progredi: d'inde ne Herophilum quidē in eius notitiam sensu unq; puenisse.

Quod

A Quod si iam nihil illi significationem confudissent nominis, haberem nunc aliquid dicere de il-
lis, quæ dictorum recipio: sed, qñ uarijs eam modis conturbarunt, nec inter se mutuo consentien-
tes, nec secum quisq; cogiturn primo loco dispicere de signatione, ne quid imprudentes, ut cor-
ui, & graculi, dum uoces edimus tm, res ipsas, quib. attributæ sunt, prorsus ignoremus. Et, cum no-
mē pleni pulsus multi scriperint, cæteros certum mihi est prætermittere, nisi si qñ, si ita series ora-
tionis ferat, strictim attingam: Archigenis autem, & Agathini, mihi satis erit scripta in manus su-
mere examinanda. Ac de eo Archigenes in hunc modum loquitur: E'st d' ταλήρης μένο φυγμός ὁ να
σοτέρειν επιστρέψαντιν ἀργίαν, καὶ τὸν ὑπόπτωσιν αὐτῆς διασταγμένην ἐγχύλως κενός δέ, ὁ πομφολυώ
δητὴν εγεστὸν ἀστρικαῖς ποιούμενος, ὡς τε πατὰ τὸν ἐπιπτυσμὸν τῶν δακτύλων κανεβάτησιν ὑποπόπτεω.
In ea definitione primum quid τὸν ναστέρεαν denotet parum liquido noui, q; insolens apud Græcos
sit ut eiusmodi de re usurpetur. Nam genus quoddam panis appellabant νασόν: aliud corpus ab
ijs ita ullum appellari haud scio. Ipse Archigenes/nam decet de illo no^re eius usum nominū disce-
re) τὸν νασόν pro pleno mihi vī usurpare: nam in libro De uehementia pulsus, exponens Magni ver-
ba, sic ad uerbum scribit: Omnino, inquit, uehementis ictus non fit, nisi νασόν sit, quod occurrat, & ma-
gnus, & celere inferatur. A quibus paulo post in hunc modum scribit: Et uehementia pulsus, ex
B celeritate, magnitudine, uehementia, plenitudine, conflata est: nam, quod supra νασόν, id plenum
hic uocauit: ut nihil differat, hoc pacto, an illo dicas. Et uero ubiq; mihi ita uidetur nomine τοῦ να-
σοῦ uti. At mutemus iam τὸν ναστέρεαν in pleniorum, vt, quid dicat, intelligamus. Verba eius hæc sūt
Plenus pulsus est, qui pleniorum ostendit arteriam. Atqui hoc uel sua sponte clarum est, nec nos
noui quicquam docet. Præstat ergo totum hoc ναστέρεαν relinquere, ac, quod in definitione seq-
tur, considerare Καὶ τὸν ὑπόπτωσιν αὐτὸν διασταγμένην ἐγχύλως. Tale quiddam significare hæc clau-
sula uidetur, plenum pulsum in occursu arteriam ostendere διασταγμένην ἐγχύλως. Hic iterum τὸ
διασταγμένην, idemne sit, ac plenum, an aliud quid indicet, planè nō habeo coniucere. Quinetiam
cum opponeret postea definitioni pleni, & τοῦ ναστέρεαν definitionem uacui, nec contrarium τῷ
ναστέρεαν sumpsit, neque τῷ διασταγμένην: quod quidem, si rē contrarium definiret, sumendum erat.
At non sumpsit, sed quid ait? Κενός δέ, ὁ πομφολυώδης τὸν ἐγεστὸν ἀργίας ποιούμενος. Hoc enim πο-
μφολυώδης, nec τῷ ναστέρεαν, nec τῷ διασταγμένην contrarium est, sed, sic uali, certe soli τῷ ἐγ-
χύλῳ contrariū est: ut τῷ ἐγχύλῳ veluti humidius quodāmodo sit: & τῷ πομφολυώδῃ magis aereū.
Iam uacui etiam definitioni additum est. ὡς τε πατὰ τὸν ἐπιπτυσμὸν τῶν δακτύλων κανεβάτησιν ὑπο-
πίωσιν: cui verbo in definitione pleni quod contrarium sit, non repertas. Nām τῆς κανεβάτησιν:

C nomini rectissime αὐτιβασιν opponeret: at hoc in pleni definitione prætermissum est uniuersum:
idq; cum in eundem modum posset dici, ὡς τε πατὰ τὸν ἐπιπτυσμὸν τῶν δακτύλων αὐτιβασιν ὑποπτε-
τριν. At non dixit nisi id sorte, pleniorum ostendere arteriam, hoc est, ut in utraq; definitione, nō
quid plenus pulsus sit, declaretur, sed quæ sit eius dignoscendi ratio. Quod si est, assequiamur for-
tassis. Nam, si assestuum tactus nostri hæc definitio expositio est, nec rei ipsius uisquam naturam
atttingit, meminisce omnium possum, quæ in distentione arteriæ patitur tactus: fortasse itaque
assequemur Archigenis mentem: nam, quæ patitur, hæc sunt. Occurrens sibi sentit aliquandiu
corpus motum: idque modo multis in partibus uidetur sibi occurrere, modo non: ac nunc pre-
mere, nunc non premere: ac, cum nos premimus, reniti, vel vinci. Hi primi affectus tactus sunt,
ac veluti elementa totius de pulsibus commentationis: nam reliqua oīa, partim ex his constant,
partim in relatione intelliguntur, siue partes commemoratas mutuo compares, siue tota cum to-
tis. At de quonam horum pleni nomē dicitur: an de ipso motu? atqui celeritas in illo, & tarditas
erāt, rhythmiq; illic nascebantur. An ubi in multis partibus distentionem tactus sentit? immo lon-
gi hinc, lati, alti, magni, prodeunt pulsus. An cum in paucis? contrarij vero tum commemora-
torum. An cum premitur? durus. An cum summouetur? uehemens. Quid. n. de contrarijs horū

D & medijs multa disputem? Qñ ergo existet plenus, aut quem patietur pulsus affectum? tū ne vbi
calorem largiorem, vel acriorem sentiat? atqui non ex pulsuum differentijs id dignoscitur. An cū
humiditatē vel siccitatē? sed nechi sunt affectus differētiarum pulsuum: cum hæc uel citra pul-
sus, si manum admoueas corpori laborantis, explorare possis. Ecquod ergo renisus genus aliud
in uehementibus, aliud in plenis appellant? nam potest tale quid etiam Agathinus sentire: verū,
si hoc sentiebat, aperire debebat nobis, non Sphingis proponere enigmata. An vero non solum
res, uolunt, ut inquiramus tam difficiles, sed ut pro cumulo, quid dicant, expendamus, ac infinitum
tempus in eo ponamus, an in rebus ipsis inueniendis? At expendamus Agathini iam ver-
ba atque hoc quæramus, an renisus aliud in uehementibus genus, aliud in plenis statuat. Adeo-
que hæc eius verba sunt: Consequitur enim in consideratione plenitudinis, & vacuitatis pulsus:
pleno tensum & contentum perpetuo spiritum repræsentante: vacuo diffluentem, & in renisu
euanscentem, ut instar sit aquosæ bullæ, quæ rumpitur. Huic quidē eo noīe gratias habemus, q;
Sphingis non ponat ænigmata, vt fecit Archigenes, alijq; non pauci: nam, recte, an secus dixit,
per ocium expendamus, licet. Verba quidem certe eius clara sunt. Vult. n. tensum & contentum
perpetuo spiritum in plenis apparere pulsibus: infirmum & fractum, nec quiquam renitentem in

DE DIGNOSC. PVLSIBVS

vacuis:at,natiuusne spūs atq; vitalis sit qui per corpora,nt illi contendunt,tensus est:an aereus,& E
materialis,qui continetur in capedibus, parum verba declarant:tñ ex tota illorum uirorū sūa
ipsum vitalem conijcas dici.Sed siue hic sit,siue ille,tñ in præsenti admonebimus illum, eiusque
asseclas,ne placita cum sensus affectib. commisceant,sed ut decet empiricum.Neq;.n.experien-
tia imminuerint dignitatem,si explicauerint prius nobis hæc,† quæ de tactione attulerunt ipsi
ac deinde qñ ab ijs oñone ad placita pñfici oporteat,docuerint.Qui igitur sensus affectus in ea
erunt,si nomē spūs immutemus,& ictum appellemus?erit.n.hæc oñ:Plenus pulsus tñsum & cō-
tentum perpetuo iñtū representat;uacuus vero disfluentem & in renisu euanscentem, ut instar
sit aquosæ bulle, quæ rumpitur.His tam bene mutatis,proferamus hic paruum eius librū, ut qd
de vehemente,& languido pulsu dicat,videamus.Verba eius sic habent;Nam,q vehemēs ēt pul-
sus sit,qui violenter ferit tactum,& in occursu fortiter euertit eum,constat hinc,& cōuenit inter
multos.Mox subiect:Contraria intelliguntur de languido,nam debiliter,& languide occurrit ta-
ctui.Hæc recte quidem Agathinus,sed nihil ab ijs,quæ de pleno,& uacuo sunt dicta,differuit:
nam contentum perpetuo ictum esse,nihil est aliud,ac violenter ferire tactum,& fortiter euerte
re:quorum illud quidem de pleno,hoc vehemēte,dictum est.Iam ēt in renisu euanscere,idē est
quod dñbiliter,& languide occurrere tactui:quorum ēt illud de vacuo,hoc de languido est dictū. F
Atq; Agathinus in hunc modum exposuit affectus tactus in vehementibus pulsibus ,& languis-
Archigenes alio modo:nam hic sic scribit:Itaq;,si per se æstimetur,manifeste appetit sua spō-
te vehementiam contentionem esse,vt diximus,arteriarum motus.Inde addit:Apparet porro p
totam distensionem firmitas impetus,ex qua,arteriam si comprimamus digitis,firmior occurrit
ictus.Hæc quidem sic sunt aperta,quæ dixit de affectibus tactus:in quibus nullum hēbimus pro-
prium affectum monstrare plenitudinis,nisi sanè,ut quidam dixerunt huius ætatis hoīes,cū plu-
rimum pulsus eleuatus renitatur.At qui hæ duę sunt species pulsuum,non vna:nam,cum pluri-
mum attollitur,si quidem in tribus dimensionibus fiat,magnum efficit pulsuum:in una duntaxat,
vel longum,vel latum,vel altum:nam reniti idem est,quod vehementem esse. Quòd si quis ma-
gnum simul,& vehemētem voler uno noīe uocare pleni,uocet,licet:de nomine,n.non conten-
dimus:tñ sciat,nihil se nouæ dñi alicunde præter commemoratas in præsenti,adducere. Nam,
duas aut tres earum accipiat dñias,quas peculiarib. nominibus appellat,Nulla inuidia est:verum
de nominibus non agimus,sed de rebus:de quibus,si quis habeat,quod, præter quę nos dixim⁹,
afferat,libēter didicerimus.Ex cogitare uero dñiam quandam pulsuum ex arterię infusione(sic.n.
quod in ea cōtinetur humoris,appellant)equidem comprobo:ac intelligere eam possum modo G
crassiore,modo tenuiorem,& hercle etiam lentiores,vel aquosam,vel copiosorem,vel pau-
ciorem,vel aereum,uel aliam,qualis qualis sit:si quidem spiritum cogito tantum eas continere,at
que hunc interim purum,& serenum,interim caliginosum,nebulosumq;. Sed hoc non est institu-
ti nostri,ut animo concipiamus,quę esse possunt,immo de essentia agimus eorum:cum vel con-
traria liceat concipere:ut simul sint,fieri non potest;vt sanguinem cogitemus continere arterias
& non continere:neq; enim quæreremus de eo,quod nequaquam concipiimus animo. At non
est huic quæstioni propositum,vt in notionem eorum veniamus,sed esse monstremus:neque.n.
est quisquam,quin in arterijs possit intelligere sanguinem contineri:sed,an re uera,&,cum natu-
ræ lege dispensatur animal,sanguinem contineant:hæc querimus.Ac multa de eo scio Archige-
nem uerba facere,verum,si id potest deprehēdere sensus,ne quicquam multa nugatur: cum aper-
te mētiri dicere liceat Erasistratum,qui id agit,vt,quæ sensu didicimus,hæc suadeat oratione ali-
ter habere:verum nemo ausus est cōfirmare peruenire ad tactum humorē,qui in arterijs est.Sa-
nè nihil malim,quam ut hoc obtinere possem,ne,cum inuestigo ratione ueritatem,negociū mi-
hi exhiberetur:at,quid tandem dicant,planè non intelligo:Plenus est pulsus,qui occursum arte-
riæ humidę tumidum ostēdit.Vtrum,ceu ipse hoc tactus possit cognoscere ; an,ceu hic patiatur
quod patitur,affectus aperire uiam possit status arteriæ cognoscendi? At,hoc si dicat,ex affectib.
tactus conijcere aliquid de statu arterię licere,egō non contradico : etenim Praxagoras hoc,&
Herophilus facit,ac prope omnes partim plus,partim minus:partim ēt deterius,partim melius.
Praxagoram autem forsitan etiam mireris,qui cum humores neget contineri in arterijs,ex pul-
sibus tñ colligere quasdam eorum species molitur: at affectum sensus haudquaquam commu-
nē adducit:Ea enim ratione ænigma faciat orationem suam,vt qui legat nec intelligat,profundi
aliquid verbis,& mirandi arbitretur subesse:ibiq; etatem conterat,nimirum perpetuo qrendo,
nec tamen quicquam inueniendo:nam quo modo inueniatur,quod nusquam existit? Quin tu
2. Epid. sec. 5. cui uena in cu-
bito pulsarit.
Hippocrates conatur:tantum,q sensus patitur,mihi serua;nec,q haudquaquam patitur,falso au-
de ei tribuere:neque ex uno affectu diuersos pulsus iacta te cognoscere. Est quidam pulsus,qui
multum renititur;adeo vt,si premas etiam arteriam,non* moueat a manu:hunc retine,ac,quo
uis, voca nomine: nam , si modo vehementem,modo plenum uocas , interdum alio nomine,
existimasque numero nominum multas teres efficere, quis te feret? Habeo signa ego etiam
* Al. rīmñvus
i. uineatur.
ex pul-

A ex pulsibus de specie humorum, & de affectibus animi: tñ ex sensibilibus, quos nuper commemo-
raui, affectibus omnia conor dignoscere: nec dico usquam pulsum præruptum, graue, leue, aquo-
sa speciei, flatuosum, *μηγνωσιανεν*, distentum, *μογνλόν*, stricuum, *κατάνενγγέν*, *τερπελωσμέν*, *εστα-*
λώδη, neq; quicquā aliud, quæ isti ratione ex cogitāt, nec percipiunt affectib. sensibilibus. Adeo
iam ēt, quæ sentit auditus tantum, ad tactum traducunt: nam quid aliud, cum stridentes dicant, &
strepentes, & resonantes pulsus: quām de tactu ceu de auditu disputant? itaq; efficiunt deniq;, ut
fides ēt veris detrahatur. Ac uir quidā huius ætatis minime malus, uerbositatē dixit esse cōmenta-
tionē pulsum: qui hercle dixit rectissime, q; multa uerba funditent, nec quicquam doceant com-
modi. Qui hoc, si non in disputationibus, in scriptis certe debebant vitare, quod dixit Comicus:
Garrire doctus, uerum ineptus dicere. Et mihi plenum pulsum scribis, nec tantillum mihi potes,
vt exponas mentem tuam: tunicae ne arteriae signifies qualitatem, an quantitatem: infusæ in eas
substantiæ, an qualitatem spiritus, an deniq; caloris facultatē quandam, vel qualitatē; nā oīa mihi
videris dicere non distribute, & confuse. Aut quò plenitudinis mihi uini mentionē facis pro exē-
plo? Quid ēt in tractatu de plenitudine in hæc verba loqueris? Itaq;, si plenum non substantia sed
facultate velis æstimare, & paulo post: Sopor facultatis in talibus plenum pulsum designant, que
B nomina sunt intemperie spiritus. Et, quemadmodū, ut gustarunt uinum gustatores uini, plenum
dignoscunt: ita pulsum periti, plenum ex facultatis sapore, ēt si semiuacuus sit, animaduertunt. In
his ad facultatem referre mihi pleni pulsus notionē videtur: tamē, ubi de plenitudine agit, uniuer-
sa mihi uidetur confundere, & miscere. Id adeo ex eius uerbis intelliges, q; hæc sunt: Quemadmo-
dum autē lanarū contextus inde* tenuis est, ex quo uacuæ, & plenæ dicuntur, & uini qualitas nō* ^{*λυπτή. i. per} ceptibilis, est
pungens, sed illinc admota lingua dignoscitur, qua plena, & uacula uina distinguimus, & ipsum ēt ^{† προσαττυ-}
corpus apprehendimus, tū uacuū, tū plenum, tam in eo, quod naturaliter aliud habeat, q; in ^{οα ετ in im-}
morboſis affectibus, ut in inflammatione, œdemate, inflatione: ita etiam in exercitatas carnes di-
scernimus ab exercitatis. Rursus in hac oratione, quæ de uino dñr, conuenire cum plenitudine fa-
cultatis uideantur: & qnæ de inflammatione, & œdemate, cum plenitudine, quæ in ipso est cor-
porē arteriæ. At uero exēplum lanarum omnino non intelligo, neminē. n. ego unquam audiui,
plenam, & uacuam lanā q; diceret, ut rogarē, quēadmodū diceret: immo nec de inflammatione, &
œdemate, ex quo q; audiui, nisi ex Archigeno. Tñ ex his intelligere possim, quid significare uelit
nomen plenum: nam, quod contrariū laxo est uocatur plenum. Vacua uero quēdam, & plena cor-
pora mangones, & paedotribas audiui dicere: uerum non in modū œdematum, & inflationum, sed
Cut in primis proprie, & usitate dicuntur, perinde ac vasa plena vacuaq; appellabānt, ac cutē prehen-
dentes reuellebant, vt viderent, remissa ne esset, an cōtēta: itaq; ex laxa vacuum, ex contenta ple-
nū coniiciebant: & verò eum etiam, qui gracilior crassiore esset, ex ijs indicis pleniorē uocabāt.
Has nugas cogimur agere propter eos, qui primi ea, quæ, nihil ad rē faciunt, sunt nugati. Quasi. n.
nomina Archigenes interpretaretur, & non declarare res institueret, multa coegit in vnum exē-
pla, & nomina, quæ nec uni rei oīa congrua sunt, nec ex usu authorū appellata: nā apud quos au-
thores, aut uīnū, aut lanas plenas, & vacuas, inuenias scriptū? Restat ergo, ut cauponas, mulieresq;
adeamus requisitum, quomodo interpretentur, & quò nā hoc conducat. Certe, si vti pleni nomi-
ne gestiebat, modo rem declarasset aperte, cui nomē tribueret, nō essent necessaria exempla. Ce-
terū de nominis usu ēt tertio in libro De pulsuum differentijs abunde tractauimus, ac nunc etiam
meminimus, ut Archigenis in docendo confusionem aperirem. Neq; enim multa complicare, &
infinita garrire oportebat, cum pauculis uerisculis totum tradi facillime posset in hunc modum:
nam, quod obscure ille multis uerbis conscripsit, breuibus, faciam, ut plane explicem.

Explicatio Galeni de pleno pulsu.

C A P. 3.

Denus est pulsuū, quod ipsum arteriæ corpus, quo statu sit declarat: alterū quod qualitatem ^{* τῶτα ετ in} ^{clarius tamē,} ^{tit interpres:}
substantiæ, quam continent: ac tertium natuū spiritus eius ostendit facultatem. His tribus ge ^{imp̄sis. ut uer-}
neribus plenitudo nomen est. hæc* si scripsisset, & aperte, scripsisset, & compendiose: nec hic nos ^{clarius tamē,}
enecaret, dum iuquirimus, primum quid dicat, deinde t̄ ecquid erret: Sed mētem eius assecuti pla- ^{οῦτω i. hoc pa-}
nē, ad inuestigandū nos, ecquid erret, conferremus, iterum in hunc modum rationem instituen- ^{do, ut est in}
tes. Horū trium generū, Archigenes, primū, quod in statu positum est arteriæ, tum est, tum cognoscit: ^{antiquis.}
ueruntamen plenitudo ab authoribus non appellatur: quod in tertio commentario de dif- ^{τεκνας λέγεται}
ferentijs pulsuum demonstrauimus. Illic. n. egimus de nominibus: non de nominibus hoc loco, at ^{est in impres-}
de ipsis pulsibus dignoscendis, disceptamus: tu id pro tuo arbitrio uoca. Dabis autem nobis, ut uo- ^{sis, melior te-}
cibus utatnur confuetis, & approbatis, ac durum quēdā pulsum appellemus, atq; mollē, alterum ^{men est lectio} ^{ueterum cod.}
ei contrarium: præterea tertiu, in medio utriusq; positum, moderatum, & natuū in statu corpo- ^{qui habent,}
ris arteriæ. Ergo, quē plenum tu, ego durū uoco, quibus nā affectibus tactus, qui sentiri possint, de ^{ειπαλως λέγεται}
prehendemus: nam arteriæ tunicae nemo ambigit, quin necesse sit uel contentam esse, uel remis reūte dicat. et
sām: uerū hoc nunc non querimus, immo uero, quē eius sit ratio dignoscendi. Hoc nos clare, fac, ^{ita paulo post:}
doceas nullis inuolucris vtens. Atq; non facis, neq; uero te eo accusamus: Neq; q; affici aperte ta- ^{quanquā hec}
ctū explicauimus aliter in uehemētib. aliter hilce in pulsib. ideo iactamus. Nā uobis senioribus, ^{pauci momen-}
tisunt, ^{qui}

DE DIGNOSCENDIS PVLSIBVS.

qui hæc magna cura inuestigastiſ, referim⁹ acceptū, si quid nos inuenimus boni, non inuenturi E certe, niſi ad vѣſtra ſcripta, qui glaciē ſecuifſtis, & viā nobis ad ea aperiuſtis, meditati ſimus. Quare hoc relinquamus, q̄ affectu tactu, puta pressu, diſcernitur, & ſecluditur à vehementi: ſubuertendi n. uim illi & reniſum tribuiſmus. Iam quæramus ſecundū illud de duobus plenitudinis reliquias generibus: quorum prius, quod de ipſo ſpiritu, vt vultis, intelligitur, quod nam ſit, nec hoc poſſum⁹ intelligere: vt ē tertio in libro De pulſu differentijs demonſtrauimus. Verū (quia illic q̄ ſum⁹ la- tius proſecuti, hic breuibus volo perſtingere) aut caloris ardore, aut contentionē eius dicitis: hæ nanq; ex verbiſ vestrī quāl oraculis tortuosis Apolliniſ Loxiæ eruere potuimus: iam horū, reliquā eſt, ut ſigna tradamus. Contentionis quidē iam indicia didicimus, gratiasq; agimus: ſcilicet renitit⁹ preeſſu, ut cōfirmatis, tactuq; ſubmouet. Ardore autē hūc caloris nihil requiriſmus, niſi vt doceam⁹, quoſq; tactu noſter animaduertat: neq; ſanè ulla tactu noſtrū latebit differētia caloris. At non poſſum⁹ hic nos non mirari, ſi in pulſu differentijs ea, & non in febrium aggre-gabit⁹. At hoc mittamus in præſentia, nec de eo contendamus. Reliquum genus quemadmodū dignoſcat⁹, attendamus, plenitudinis. Hic tactu, non habeo, quid coniſciam, nec an ſpiritus arterijs ſolus, nec an etiam quidam humoris contineantur: immo non valetis, ut demonſtraui antea, ſi quando Erafis tratum refelliſtis, vel Praxagoram, cum afferiſt ſanguinē in arterijs eſſe, ſenſum appellare teſtem: haudquaquam id prætermiſſuri, ſi cōſpicuū ſit. Nec verò illorum etiam ad ſenſum quisquam confugit teſtem, vt conſirmaret arterias eſſe humoribus vacuas, ſpiritusq; tantum instrumenta, & recte ſane, quippe tactu ſpiritus ne in arterijs tantum ſit, an ſimul humoris aliq; non valet declarare. Itaq; in anib⁹ nūgis horū repudiatis, ipſi dicamus apud nos ſoli, nullū prorū ſenſum eſſe, quo dignoſcas, in arterijs contentus ſanguis q̄ ſit multus, & qualis. Ac primo loco nobiſcum repeṭem⁹ non poſſe in aqua inter cutem nos, humor ſit, an ſpiritus, qui in regionib⁹ uentris continetur, tactu explorare, niſi cauata preeſſu cute. Et uero frequenter non curari conſpi-cias in ſynceris aſcit⁹, & aqua inter cutem, quem tympanitem uocant: ſed ad ueram notitiam cō-parandam pulſare cogim⁹ abdo-men, ut attendamus, ſi, ueluti tympanū, reſonet: ſecundo loco aliter componere hominē, & in latera conuertere, quo fluctuationē aliquam exaudiam⁹. Ac no-bis ſtrepit⁹ in modum tympani, ſpiritu annunciat, fluctuatio humorē: uno uero ad moto tactu diſtentū abdo-men, non deprehendas, ex aere ſit, an ex aqua, tamet ſi cutis his, & quicquid carno-sum erat ſecundum peritonaeum, contabuit: ac multo fuiffet facilius, tum ob circuictarū partiū extenuationem, tum ob materiæ cōtentæ copiam cōiectari, utrum humor, an ſpiritus ſit id, quod in eis continentur: attamen hic ē ſoli tactui parum tuto fidē habeas: quō igitur in arteria, tā G crassia munita tunica, ut peritonē ſit ſextupla, & quā cutis ſa-pe tegat bene crassia? nec n. aegroti, quos uifimus, ſemper tabidi ſunt. Cum p̄terea tertius accedat motus, qui etiam non parū ad confundendā notitiam ualeat, quid tandem tactu comperire exacte poterimus? & ſi ad conturbandum notitiam eius, quod cōtinetur, ſatis erat arteriæ perpetuus motus: quo ergo licebit ſigno aut quātitatē cōtent⁹ in arterijs humoris, aut qualitatē cognoscere? nam magnitudine quidem pulſus, contenti humoris cognoſcim⁹ copiā, ſed non ppetuo hinc nobis humidum eſſe iſpsum humorē conſtat: duritie uero ſtatū arteriæ corporis: renilus iectus non crassitiē ſubſtantia ſignificat, ſed robur uitalis contentionis. Nam ridiculum ſit, ſi adeo continere unquā crassum adducariſ humorē, arteriarum capedine, ut renitatur preeſſu: immo, ſi uel ſit lutum, facile cedat prementi, niſi lapides in arterijs, & arenam putamus contineri: nā ita renitetur deniq; materiæ crassities prementibus, aliter nullo modo. Equidem libenter utrem repletum humida materia his, qui ita elimi-natum tactu iactant, ut uerbiſ ueritatem ſuperēt, explorandū offerrē, quæ inſit in illo materia: nam ne aquam quidem tenuem à crasso uino diſcernant. Neq; uero, ſi unus uter picis humidæ ſit plenus, alter aere, ſic ē deprehendant: ſolæ enim fluctuationes, & ſtrepit⁹ facultatē habent diſcernendi, quid ſit, quod contineatur: ſenſus autem tactu uisquequaq; manet ſimilis. Quin qualitates humorum ne H fluctuationes quidē annunciant, uerum hoc iſpum duntaxat cōe, humorē, qui continentur, non ſpirituſ eſſe. Et quō credas, qui nec ualent per unicam utriſ tunicam diognoscere contenti qualitatem, p̄ cutem poſſe non minus utre crassam, membranasq; minimum binas, ac per tunicas ne-cessario duas, humorē, qui in arteria eſt, diognoscere? Atq; hæc quidem illi dicant, nec Herophilū onerent mendacijs: neq; graui nomine rudes territent Herophilī librōrū: neq; hinc fidem uerbiſ parent: turpe. n. eſt, quāl ad ſubſellia, teſtibus certare. Si demonstrationem afferre potes, audie-mus te libenter: Herophilum uero, eiusq; aſſeclas proferre teſtes, declinantis eſt rectū certamen, & cauſas, exceptiones, technasq; commentantis, ne detegaris. Cōſtat nō iā inquirendæ rei gra-tia, ſed historiæ ſupponi falſo citatos teſtes. Hæc ne dicit Herophilus? minime uero: † immo nō tu auſu-geris, oſtende, quemadmodū mentiar: oſtende, quō dicat: deinde dictio forte ambigua profer-tur, eoq; bellū conuertitur, quid nam ſignificet dictio, & quid uelit. Ibiq; in dicto, & ſententia uer-tuntur epichuremata quædā rhetorica: in amphibologia itē alia: & hercle in tyllologismis ēt alia: immo oēm ſic rhetoriciā huic transferunt, ut ſi argumentū aliquod meditarentur, nec propositum ſtuderent efficere. Quid. n. nō adduxerunt recentiores medici ad qōnem, cū quidā ſcire Herophilū

† Al. ex an-tiquis im-mo menti-vis.

Alum defendant, & hanc pulsus differentiam: contra quidam nescire contentur probare. Miseri certe vtriq; & misericordia digni: Illi, q; imperiti: hi, q; sunt contentiosi. Non minus nos tñ infelices, quibus si artis colamus commentationem, non est satis: sed, & quid Herophilus, quid Heraclides, & Chrysermus, & Hegetor non probe exposuit: quid porrò Apollonius dixit,^{* Al ex ant: i-} & Bacchius, Aristoxenusque, uolumus scire: &, si deprecamur, compellimur planè, duobusq; exercitamus maius, ^{quis contra-} ^{dixit.}

tum q; ab re nugamur, tum q; inuiti hoc facimus, quod illi. Nunc quidem certe alterutrum mihi necesse est, aut ut Archigeni uidear, & Herophilo, sexcentisq; alijs refragari: aut demostrem, nullum de Herophili sñia, plenum pulsuum esse. Ac, si id, ut operæ pretium, tracte, non aliter, ac illi, de inani sedulitate reprehendendus sim. Nunc, quando ex ipsa rerum veritate illorū sñiam coargui, qui ad ipsa artis opera properant, ad ea dimittam, quia iam propositam quæstionem absolui mus. Quod si qui auent ét ueterum scripta cognoscere, temporeq; ad id abundant: omnia adiçia ac declarabo nusquam Herophilum ad ullam rem uti pleno pulsu. Et primū ab ipso capite exordiar, quod illi proferunt: quod ab Herophilo libro primo De pulsibus est scriptum, quod mihi solum uidentur legisse. Atq; sic habet: In summa, differre mihi videtur pulsus a pulsu, πλήθη, magnitudine, celeritate, uehementia, rhythmo. Hoc in multis prolato, quid πλήθη sit, quærunt: quasi ue

Bro si nesciamus, quid πλήθη significetur, cum necessario πληθητης ab eo, i. plenitudo, significetur. Itaq; ego ipsis lepide, ni fallor, respondeo: nam τῷ πλήθῃ crebritatem illū affimo designare. Rursum utiq; alijs respōdeam; τῷ πλήθῃ uehementiam denotare: ac quiduis potius, quam plenitudinem, dicam: ut uideant, nugari uolentibus quanta licentia sit. Nam cur plenitudinē potius, q; crebritatem, τῷ πλήθῃ denotabit? num quia primam syllabam τῆς πληθητος, & πλήθους ijsdem elementis proferimus? Quod si est, etiam ἡ πληγὴ, τῷ πλησιόν, ἡ πλησιόν, τῷ πληπυρεῖν, sexcentaq; sunt alia, quorum ex ijsdem elementis prima syllaba constat. At n. longe, inquiunt, remotæ horū significationes sunt a τῷ πλήθους. Qui at minus, plenitudinis significatio a τῷ πλήθους significatione procul abest? Immo probabile est, inquiunt, differentiam plenitudinis, q; est in pulsibus, commemorari nunc, atque ab Herophilo cognosci. Quin potius verisimile est duritiam cognosci, & appellari, cum & hæ pulsuum dñiae sint, easq; prorsus Herophilus cognosceret. Vnde igitur dñiam plenitudinis dicat, multo præstabat, mea sententia, reuoluisse antea omnes eius de pulsibus libros. Mihi quidem hæc legem statui, ut unum quemq; scriptorem ex se ipso declarem, nec inanibus suspicionibus, & affirmationibus demonstratione uacuis delirem, quid aliquis dicat. Atq; quo inuenisti apud Herophilum alio loco nomen pleni, cum crebri inuenias millies? Proinde,

Cum dñia plenitudinis, & incognita sit (ut demonstrauimus) nec eius alibi Herophilus meminerit; differentia porro crebritatis cum apud omnes in confesso sit, tum eam Herophilus scribere milles comperiatur: probabilius multo sit crebritatem appellare putare illum, q; plenitudinem. Neque hoc dico τῷ πλήθῃ Herophilum pro crebritate scripsisse (hoc. n. si dicam ridiculus sim non secus, ac illi, interpres) verum esse longe procliuus declaratu crebritatem, & duritiam, adeoq; quid uis potius, quam plenitudinē, significari. E quidem, quod Herophilo τῷ πλήθῃ significet, alias puto aperte declaratum esse: nunc non denotare plenitudinem, quoniam pacto demostramus hoc? Primum statim hæc subdit: nam, quo mireris magis hoīum demetiā, qui pro plenitudine πλήθῃ accipiunt, apponam totum capit. Atq; in summa differre mihi uidetur pulsus a pulsu magnitudine, celeritate uehementia, rhythmo. Quia in his differunt, conspicuus interim fit, & proprius, & non proprius. Videtur porro differre, & discerni uniuersus pulsus alter ab altero, vt dictum est, celeberritate, magnitudine, uehementia, quem possis locupletiorem adducere Herophilo testem Herophili sententiæ? Videtur, inquit, alter pulsus differre ab altero, ut est declaratum, rhythmo, magnitudine, celeritate, uehementia. Quanam igitur ratione, si omnino pulsuum certam differentiam τῷ πλήθῃ indicat, eam hoc loco præterit, cum orationem repeat non obiter, aut negligenter, sed

Daddat, vt dictum est? Qui autem fit, ut eiusdem rhythmii pulsus dicat, celeritate, magnitudine, uehementiaque distare? Quomodo postea, cum exponat differentias pro æratibus, reliquas differentias pulsus distinguit, omisit autem plenitudinem? Preterea pro affectibus, temporibus anni vitæ institutis, & pro ratione aliorum omnium, quando discernit pulsus, cæteras ubiq; omnes memorat differentias, plenitudinem nusquam. Et, quod maius est, qui hac ipsam singulis ijs fere adscribit orationem, nusquam addit τῷ πλήθῃ: sed in primo tantum libro, non in omnibus locis: certe non prætermisurus, si quidem nomen differentiæ sit pulsuum. Hæc pro compendio habeto eorum, quæ in libris de differentijs pulsuum secundum Herophilum differuimus: in illis enim latius Herophili usum nominum pulsuum explicauimus. Iam igitur finem faciam sermonis de pulsibus diuinoscendis: nam, si, quæ de arteriarum peruerso situ, aut de qua alia singulari re ad hanc disputationem reieci, hæc in proximis diuabus lucubrationibus declarabo, de pulsuum causis, & de præfatione ex illis: quarum complectetur utraque quatuor libros.

^{* Al ex ant: i-}
^{quis contra-}
^{dixit.}

^{* Al ex anti-}
^{quis, & diffe-}
^{rentiam dari}



E

GALENI DE CAVSIS PVLSVVM LIBRI QVATVOR

Hermanno Cruserio Campensi interprete:

F

ARGUMENTVM PRIMI LIBRI

Quæ causæ sunt vehementis, duri, magni, celeris, & crebri pulsus: tum quemadmodum hi, atque horum contrarij, ab una uel pluribus causis oriuntur.

Genera causarum pulsuum.

CAP. I.



* Dicitio hac
in quibusdam
cod. græcis no
babetur.

† Al. nati rā tōū
tav ἐτιπονε
τάρχοντα, qua
si ueritas, & que
has adhucante

grediuntur. In
terpres aut̄ cau
fas procatar
eticas, ex cer
nas uocat.

† Al. ac, q̄ nunc
cōmemoratae
sunt, procatar
eticas appellan
tur: que uero

ante has (scili
-)

mat, repressus ille eoaceruetur, tandem accendat febrē, ob quā vsus pulsuum mouetur, itaq; etiā

que in humo
rib. sunt, prece
dentes. Breuiter

sic habeto: que

cunque extra

corpus positæ

quicquā in cor
pore alterant,

procataræ, seu an
tregressæ

vocātur: ut po
te q̄ eas, que in

corpo sunt,
dispositiones

ante grediuntur

† Al. ēdūrōv.
idest ex ip̄s

scilicet cete
ris causis.

Ausarum, quæ pulsus uariant, aliæ generationis eorum sint causæ, aliæ tan
tum alterationis. Generationis, tum vsus, cuius gratia fiunt: tum facultas
abs qua: tum instrumenta, per quæ* distenduntur. Alterationis cæteræ om
nes, & quæ præcedentes appellantur: † &, que his succedunt,* externæ. }
Nam triplex quidem* est causarum genus non in pulsibus modo, sed &
in alijs cunctis: Vnum, quod primum est, & præcipuum, quod quidem est
continens appellant: cuius inde appellatio dedueta est, quod illorum es
sentiam cōtineat, quæ vt modo diximus) generationis est causa: Reliqua
duo genera, ut fiunt pulsus, in causa non sunt, sed causa sunt illorum, qui
iā geniti sunt, mutationis. Nam humorum crassitudo, abundatia, lētor, acredo, efficere non valēt
pullus, alterare valent: ita frigidum balneum vel calidum, & hyems estasque, breuiter frigus, & ca
lor, alterandorum pulsuum sunt, non generandorum causæ. † Ac, quas nunc commemorauimus,
* externæ appellantur: que has etiam præcedunt, quæ quidem in humoribus sunt, præcedentes. Bre
uiter sic habeto: que cunque extra corpus positæ quicquam in corpore alterant, externæ uocan
tur: que has etiam antecedunt, præcedentes causæ corporis affectuum. } Hi affectus, ubi continen
tes moueant, euadunt præcedentes illarum causæ.

A. t. i. f. 2. d
3. c. s. f. 48. c

Densetur. n. ab occurſu externi frigoris cutis, cuius dēſitas naturalem halitus digestionē repr
imat, repressus ille eoaceruetur, tandem accendat febrē, ob quā vsus pulsuum mouetur, itaq; etiā
ipsi pulsus: hic externa causa est occurſus externi frigoris: cæterę vsq; ad usum pulsuum oēs prēce
dentes. Causa igitur externa* intercedētibus causis p̄cedētibus, quia uariat vsim pulsū, que vna
sic habeo: que ex continentibus causis est, etiam immutat ipsos pulsus: neque enim possit illa cōtinēs causa mu
tari, ut immutabilis maneat effectus eius: sed prius, quām continentes attingat alteratio, non pos
sunt immutari pulsus. Ideoq; principes hē, & præcipuae sunt primæ causæ pulsū, cæteræ sunt ha
rum gratia: nam, quod t̄ externa * illa alteratio ad cōtinentes penetravit, propterea pulsuum can
se dicuntur: cum sua sponte, & per se alterare illos nequaquam possint. Quare, qui peritus euade
re artis de pulsibus uolat, hic uersatus in causarum omnibus generibus mirifice debet esse, ut quic
quid propositum ipsi sit, explicare pulsuum alterationem possit. Principium exercitationis opti
mum est, ut continentes causas quamobrem generare queque pulsū possit perpendas. Qua. n.
ratione generandorum eorum sunt origines, eadem etiam alterandorum: siquidem causarum in
quantitate, & qualitate differentiae, pulsuum differentias in qualitate, & quantitate efficiunt.

CAP. 2.

VIdetur porrò perpetuo cum omnibus arterijs cor motum illum pulsatilem, ut uocant, dum
superstes animans sit, habere: ubi interijt, nec ullam arteriam, nec uero ipsum cor amplius
pulsare uideas; Quo siue tum quandam conſtat causam, à qua moueretur: at, que hēc sit, non
proclive inuentu est. Vnus natuum* calorem, alijs contentionem, alijs temperamenti proprie
tatem, hic uniuersam structuram corporum, ille spiritum tantum, est, qui quædam horum, alijs
etiam

De causa pulsuum ex facultate.

A etiam omnia simul affirmat. Et uero quidam est facultate quandam nullo praeditam corpore introduxerunt, quae peculiaribus instrumentis motus, q̄ retulimus, vtatur, vel oībus, uel pluribus, vel uno. Hanc causam, quae pulsus molitur, quæcunq; illa sit, licet eius nos fugiat essentia, q̄ facultate habeat pulsus efficiēdi, facultatē illā vocauimus: vt quālibet, puto, aliā facultatē à facultate facienti, cuius habet facultatē, solemus noiſare: alicuius enim est facultas, & eius notio est relationi subiecta. Itaq; q̄n essentia ipsius incognita nobis sit, hoc appellamus eam nomine. At verò, cum robur facultatis, vel virtutē dicimus, aut contra infirmitatem, & vitiositatem, ad functionem hæc nomina sunt referenda: quippe, quae obit, & efficit, creatq; functionē causa, interim ad eā melius est apposita, interim deterius. Quo fit, vt modo præclarior, postea, si res ferat, deterius functio administretur: ac præstantior ad functionem dispositio facultatis, virtus est, & robur: deterior, infirmitas atq; vitiositas. Sed de facultate pulsus effectrice, hæc satis est hoc loco nosse.

De causa pulsuū ex usu.

C A P. 3.

B medici collectiuam inæqualitatem solent appellare: quoniam est longe hæc apertior inæqualita te unius pulsus, satius primo loco sit de hac tractare. Sanè comites sunt eiusmodi pulsus, vt uno verbo dicam, inæqualis temperie cordis, atq; uitiorum instrumentorum vel facultatis: nam aut oppilationes, aut compressiones, aut duritas, aut nimios humores, subsequuntur, ut nimios nūc humores accipias, qui ad facultatem estimantur. At non satis est hoc de illis nosse, sed sunt singu le partes explicandæ, suisq; confirmandæ demonstrationibus. Itaq; cum tres causæ sint continē tes pulsuum generationes, instrumentum, facultas, usus, non poterit ex usus alteratione constitui in pulsibus collectiuia, quæ aperta sit, inæqualitas: q; nec repete, nec cumulate adeo unquam immutari usus possit, vt pulsus, verbi gratia, prior sit magnus, vel celer, vel crebrior: alter tardus, parvus, vel rarus. Siue. n. augeat innatus calor, siue imminuat: siue plus animalis spiritus, siue minus exhauriatur: horum nihil adeo affatim mutetur, vt inæquales efficiat pulsus. Id quod planè ex accessionibus in omnibus lenibus febris perspicias, ueluti ijs, quæ ex bubonibus concitantur, & synceris tertianis, ijsque etiam, quæ ex adustione, vel frigore, vel quocūque alio eius generis oriū tur. Totum. n. inde usq; a principio eorum tēpus ad uigorem pro incremento caloris pulsus con-

C uertens in magnitudinem, celeritatem, crebritatemq; nusquam secundum pulsum clare à primo uariat: uerum, si multum temporis interponas, dilucide maior, celerior, crebrior appareat. E uestigio autem diuersus non uidebitur, nisi quādo ex illis, quæ commemorauimus, aliquod accesserit, uel nimij humores, illi, inquam, qui ad facultatem intelligūtur, uel obstructio, vel compressio, uel durities instrumentorum, uel ipsius cordis aliqua inæqualis intemperies, quæ certe excedunt iā lenem morbum. Siquidem ipsis etiam ualentibus, ubi lauerint, uel exercitationem subierint, exhausito spiritu, calore aucto, maiores, celeriores, crebriores iusto, videntur pulsus esse: at manifeste nū quā à primo differt secundus. Siquis inæquales esse etiam eos pulsus contendat, licet non uideā tur, hic, dum usum nominum repudiat, nihil tñ ad doctrinam affert lucis: neq; enim, quos ratio ef se coligit impares, eos solemus inæquales vocare, cæterum, quos dilucide sensu cōperimus tales esse. At uocaueris uel hos inæquales, uerū hoc scito, in sensibilibus inæqualitatibus, quæ ex alteratione usus fiat, esse nullam. Ac fortasse quidem hæc sufficiebat dixisse ad probandum collectiuam quā uocāt, inæqualitatem uariationi nunquam usus succedere, adiiciamus tñ & hoc, quod animaduertitur non nunquam in ira, quando uidetur & hæc innati caloris esse ueluti quidā feruor. Sane habet inæquales interdum hēc quoq; pulsus, non illos quidem sua sponte (semper enim ha-

D beret tales) sed ubi adiunctus ad eam aliquis timor sit. Iure ergo uarij tūc & inæquales apparent, cum non tantum ab diuersis causis alterentur, sed etiam natura contrarijs, nam propter uindictę cupiditatem alti, magni, celeres, uehementes: quia uero timor est maior accipiendi mali, quam spes dandi, parvi, humiles, languidi, & tardifluit. Quare inuicem utriq; pro causæ præpollentis natura uidetur euariari: ac excellit modo ira, modo metus: quinimo ipse timor, si quidem ingens fit, quod ledatur facultas, & alteretur usus, pulsus reddit inæquales. Qūo ergo pulsus facultas afficit, inæquales facit? nam hoc deinceps est dicendum. Quod non imperet omnibus instrumentis: nam, cum imperat, cunctos similes efficit & pares: sicubi autem offendat in agendo, & ueluti claudicer, ibi euertit qualitatem. Quod dico, diligenter attendendum est, ne omni putes offensioni facultatis necessario succedere collectiuam inæqualitatem: nam aliter se res habet, sed, cum per se infirma sit, creat pulsus non ita crebro inæquales: ubi uero ualida sit sua sponte, optimatur autem à copia humorum, aut plane contumacia habeat instrumenta, ibi illam efficit inæqualitatem. Mente meam exemplo perspicias facilius. Ob oculos ponamus duos homines, qui incedunt pedetentim: sit alter robustissimus simul & florentissima ætate, uerum pondus portet grauissimum, alter prorsus nihil baiulet, at ualde sit imbecillus ex morbo, aut ex fene-

A.1.1.f.2.d.
3.c.5f.48.b

Quarta Classis.

m m m m 3 Etute:

*In manuscripto
ptis quibusdā
græcis cod. le-
gitur πάτων.
omnibus. In
Aldino autē,
πάτων.
i. omnino.

DE CAVSIS PVLSVVM.

Et tunc iam nec multū progrediantur hi, nec celeriter: ita nihil different in actione: sed in eo different, q̄ æquis plerunq; passibus procedet imbecillis: diuersis validus ac inæqualibus, & alias alijs. Nā ille quidē, ne si contendat quidē, poterit vñquā vel magnā, vel celerem actionē obire: robustus vero etiam ferè perinde, interim tñ maiore alacritate celerius aliquantis per, & magis ager, de inde ab onere pressus, ad primā tarditatem, & actionis paruitatē redibit. Idem vñ venit arteriarū actioni. Nam, cū est delapsa in imbecillitatem facultas insignē, pulsus eduntur* languidi, parui, tardis: sin illa, quātum in ea est, valeat, sed alia copia degrauetur, varios tū, inæqualesq; efficit: plurimos, cum graui onere pressa sit, *languidos, & tardos, & paruos, cū leui, plerosq; vehementes, celeres, magnos: cum vero nec admodū grauis, nec nimiū leuis offendit, ferè, vt in copia, contrarios: vt nec plures possis dicere, nec pauciōres, vel vehementes esse* imbecillibus, vel magnos paruis, uel celeres tardis. Atq; hunc in modum pulsus inæquales facultatis noxæ efficiunt.

Instrumentorum vitia quomodo inæquales pulsus efficiant.

C A P. 2.

Instrumentorum vitia in hūc modum. Vbi circumiectas regiones arteriæ, quæ ad hoc creatæ sunt, vt eam distentā excipient, aliud corpus infederit, nō possunt per illud coarctatæ arteriæ factis distendit. Itaq; singularū actionū defectio summam interim magnam coaceruat, vt longe ab vñ absit officiū. Ibi iam uolenter agere, & vehementer facultas cogitur, rejcere & propellere illa studens, quæ sua instrumenta obsederunt, & motu prohibuerunt: vbi maiorem prioribus, & vehemētiorem, & etiam celeriorem necesse est pulsū euadere: crebrior non nunc primum, sed statim à principio fuerat. Ostendimus enim in superiori libro, imparium usui actionum, necessario comitem esse crebritatem pulsū. Itaque, si parem impetum facultas in omnibus, quæ consequunt, distentionibus retineret, & que magni semper fierent, & vehementes, & celeres: nūc, quia nō seruat, sed refert se ad pristinum motū, varia hic inæqualitas existit & continua. Quo minus conseruet, in causa est, q; cū nihil ferè proficiat, ne quicq; defatiget. Ac, si humor sit aliquis offulū arterijs, vehementibus, & violentis motibus propulsus, de loco in locū cogitur desuere, dū in meatū impingat, qui educere ipsum possit, itaq; emanet ex corpore, uel etiam tēpore tenuatus, aut totus resolutus, in halitū digeratur. Vbi diuersa etiam & continens inæqualitas necessario fit: q; nec pari copia humores perpetuo deinceps maneāt, nec easdē coarctent arterias, sed ex partibus sāpe ignobilioribus in nobiliores, atq; ex ijsdē rursus migrēt ī ignobiliores. Quod si qua inflāmatio, aut abscessus, aut scirrhus arterijs circūfusa corpora afficiat, à quo cōprimātur & coarctentur, tum longioribus cogūtur interuallis inæquales pulsus interpolare & quales: semper. n. earundem arteriarum premuntur eēdē partes ab ijsdē uel paribus magnitudine, uel similibus tumoribus. Accidit^{et} G pulsuum inæqualitas interim ex sanguinis copia, qui aut in uenas, aut arterias ipsas sit infusus: at hæc quidē sanguinis missione sedatur facillime: etenim copia illa in uenis, arterias nō secus, ac tumor præter naturam, utpote ijs uicinas, premit & coarctat: uacuata per sanguinis missionem, illico uenarū tumorē cōtrahit, statimq; etiā locum arterijs amplum ad motum d. t. ubi, quia solitam functionem, nemine interpellante, tenēt, simul cum ea æqualitatē naturalem pulsuum recuperat. At uero hic sanguis, qui in arterijs est, queadmodum occupet spūs riuos, quid refert narrare? potis sumum si crassus, uel latus, uel si extremis earū finibus sit impaetus: tūc. n. quia nec allicere spūm, nec reddere ualent, diuersas simul & difficillimas faciunt inæqualitates, p̄cipue si uel prope ipsum cor, uel procul quidē, sed in nobiles partes impingant, obstruantq; illi succi. Quare, ut uno uerbo dicam, cum aut ualide comprimuntur arteriæ, aut cū obstruunt, ut integrā oīno facultas sit, inæqualitas qđam corripit pulsus. At, si facultas una sit affecta cum eo affectu inst̄forūm, clarissimū est, magis uariā oportere inæqualitatem existere: itemq; si ipsum cor infestet inæqualis intemperies, de qua accuratissime in libris de præfigitione scribam. At uero, si inst̄forūm illēs status sit, sed magnopere facultas infirma, inæqualitas illa, de qua iam diximus, non existet, sed mutila & decurtata, q̄ uocant, inæqualitas: ab admotis. n. digitis uicta facultas, minores semper, imbecillio- H resq; pulsus creat. Demonstrationem oratio ampliore non querit, cum abūde in libris de dignoscendis pulsibus declarauerim: quod uero refert ad hunc locum, hoc faciam, ut adiiciam.

Pro facultatis offensione, aliæ atque aliæ inæqualitates oriuntur.

C A P. 3.

Facultatis, quæ creat pulsus, non est necesse imbecillitatem in omnibus affectionibus patem esse, sed in ea permagnus est excessus & defectus: nam prima quidem, & parua minores, languidoresque, non aut decurtatos pulsus facit, quæ uero est hac tanto maior, ut iam facultati sint oneri applicati digiti, hæc pulsuum decurtatorum author est. Sed, quia duplex est in his ipsis differentia (quidam enim illorum ad pristinum motum reuertuntur, quos decurtatos uocant reciprocis: aliqui illic alicubi permanent) priores scito minorem annunciare imbecillitatem, adhuc enim resistit quodammodo facultas, & ueluti colligēs se ipsam, & sāpe concitans, magnitudinem ita auget pulsuum: auget item contentionem. At, qui permanēt in extrema paruitate, nec omnino recipiunt se, languidoresque, q̄ in his, ostendunt facultatē esse. Sic, si prorsus deficiat, significabunt ultimam quandam imbecillitatem. Verū in hæc explorari omnia applicandis digitis arteriæ nequaquam suspensis, apertissimum est: nam, si eleuatis ijs, & mox applicatis inueniamus in sin-

gulis

A. ibidem. h

LIBER SECUNDVS.

92

A gulis applicationibus motum deficientē, uerā abolitionem pulsus vocamus, non deficientē pulsum. Evidem longe abesse abolitionem propto à pulsu deficiente: illa n. velut est defectus, vt sensus qdē indicat, totius functionis: hic dimidiatae amissio. Ergo, ubi ad mouenti digitos uideatur motus exolutus, & tenenti applicatos paulatim prorsus definat, eos pulsus uocamus deficitētes: illumq; statum mediū numeramus inter decurtatos pulsus, & perfectā pulsus abolitionē: &, quāto decurtatis grauiorē, tanto leuiorē pulsus abolitione. Ac hi qdē tres status quātitate noxæ difserunt. Quartus reciprocorum est decurtatorū, qui est oīum leuissimus. Quintus his addatur, intermittentium, qui praeedit deficientium statū: q. n. in uno aut altero erat, aut certe in numero pulsuum certo, id status deficientium in omnibus efficit. Manifestæ ēt ipsorum intermittentium differentiae sunt: grauius enim facultas offensa est, ubi plures: leuius, ubi pauciores motus deficūt. Iā vero intercurrentium, quos vocant, pulsū affēctio cōtraria est affectioni intermittentiu: qui qdē item inter inæquales, q. aceruatum sunt, sunt: incidūtq; vbi facultas valens copia humorū, vel instrumentorū oppilationē impeditur. Ut ergo ad repellenda, quā molestat, maiores sēpe, & vehementiores edit celerioresque pulsus: ita plures: quoque in eiusmodi præsertim statibus, atq; alti pulsus fuit, itaq; portēdunt decretoriā excretionē. Porrò nō solū facultatis infirmitas in-
B ducit intermittentē pulsum, sed & instrumentorū ualida oppilatio, aut cōpressio, & constrictio: vbi in se nihil prorsus arteriæ alicere valeat. Haec tenus de pulsū inæqualitate collectiu satis dictum est.

Cause inæqualitatis unius pulsus.

C A P. 4.

Nunc de inæqualitate unius pulsus agendum est, cuius sunt cōplures singulares differentiae. Has laborandum nobis est, ut ad vniuersales reducamus cunctas: qbus perspectis, etiam si quid desideretur singulare, ex autediētis prompte reliqua inuenientur. Orationis etiam idem sit initium, quod in sermone de differentijs illorum fuit, ubi initium fecimus à diuidenda primum motus inæqualitate, qui uel interpellatur, uel perpetuus est, uel reciprocus. Ac nouem differentias docuimus fieri, cum distentionem arteriæ quies aliqua iutersecans, totam eam in tria partiatur tempora. Ergo hic singulas ordine cōsideremus, ut causas inueniamus: ac primo quidē loco, quā illarū primam exposuimus: cū celeriter primū concitata arteria, deinde parua interposita requiece, residuum deniq; addat distentioni tarde mota. Hoc. n. accidit, cū usus urgeat, & facultas, quantum in ea est, obsequatur, sed aut ab uitio interrumptur instrumentorum, aut ab humorū insigni abundantia: nam, ni interrumptur visquam distentio quiete, omnino magna sit: qualis nunquā, nisi flagitet usus, & morem gerat facultas, fiat. Nam paruā distentionem quiete intercipi non posse percipias, si intelligas nullum esse quenquā paruum pulsus, qui dissecari in partes duas, vt animaduertere possis, ualeat: at hic uero, de quo nunc agimus, in duos manifestos est diuisus pulsus, alterum ante quietem, qui celer est: & alterū à quiete, qui tardus. Ac, si quidem in signi uterq; magnitudine præditus sit, tum erit totus ex maximis: sin minus, nō paruus certe est prorsus, licet ex paruis quidē duobus constare intelligatur. Porrò facultatis robur prioris motus demonstrat celeritas, & usum etiam urgentem motus indicat ille secundū quietem: nam, si absq; eo esset, nunquā incepsum motum facultas absolueret: sed, ubi inhibitus primum motus eius esset ibi desineret distentionem, unumq; hunc faceret paruum pulsus. Quomodo millies in collectiuis inæqualitatibus paruum factū cernas pulsus, non quin moueri facultas possit, sed quod im pediat: vnde sequentem sēpe maximū afficit, concitans, ut ita dicam, se ipsam, & ueluti colligens, uiresq; recuperans, deniq; omnem cōtentioñem, vimq; aduocans. Hoc autem cū posset ēt hic moliri, quia non fecit, usum declarauit urgere. At unde, q. immodi humores, uel instrumentorū compressio aut oppilatio motum impedian? primum hinc, q. valeat facultas, & usus instet: neq;. n. extra illa, quod noxā iudicat, reliquā quicquā sit. Deinde etiā ex ipsa natura illorū: nam, siue copia sit humorum, quā degrauet, nihil obstat, quo minus in media distētione subsistat facultas, & quasi D respiret, atque inde residuum apponat: siue sit valida instrumentorum obstructio, siue compressio uiolenta, retineri haec tenus verisimile est motum, quatenus spiritu deficitur locū distentionis impleturo. At, quia omnino cōsistere & retineri, omnino significat obstructas esse semitas spiritus, ideo etiam compressionem & obstructionem validam esse dicimus. Atq; hoc omnibus distentionibus commune est, quas quies diuidit: singulis autē separatim ea, quā nunc exponemus: primæ, admodū onerari à copia humorum facultatē, ubi ex abundantia certe humorum dignatur is pulsus: posterior. n. motus, qui secundum quietem fit, cum prior esset celer, nō possit tardus fieri, nisi oppressa tum & grauiter onerata facultas sit ab humorum copia. Copia est in altera differentia, in quo motus utrinq; celer est: uidetur. n. attollere facultas, & retinere cōtētionem, copiæq; humorum repugnare. Iam medius est inter utrinque status, vbi motus quoq; secundus medius est inter celerem & tardum, quod est, moderatus. Hæ sunt distentionum quiete interpellatarū tres differentiae. Alteræ tres sunt differentiae, vbi priore motu tardo, alter trif. riam variet, ut aut tardus, aut celer, aut moderatus fiat. Sane hic quoq; pessimus est, qui utrinq; motū tardum habet: ac longe hoc commodior, in quo celer alter: medius inter utrinq; vbi si moderatus. Haud aliter, cum à primo motu moderato alter tribus modis cōvertatur, cōmodiore significabit statum.

Quarta Classis.

m m m m 4 celer

DE CAVSIS PVLSVVM.

celer motus, perniciiore tardus, medium moderatus. Omnia harum nouem differentiarum, E
et quacunq; causa proficiscantur, quæ est utroque motu tardo, deterima est: cōmodissima, eius
celer est uterq; motus: media, in qua uterq; moderatus: iā alia, quæ intercedunt inter mediā &
extremam utranque, proportione. Quin etiam tēpus hoc quietis, quo sit in quaque nouē harum
differentiarum longius, hoc est deterius: è diuerso diuturnius motuum tempus meliorē declarat
statum. Præterea utriusq; distentionis magnitudo optima: contra pessima est paruitas. Similiter
vehementia optima, remissio pessima. Quod si omnia, quæ cōmemorauimus mala, in uno pulsū
cōueniant, hic illorum scilicet pessimus erit: contra, si omnia commoda, optimus. Ille enim, si co
pia humorū sit, quæ facultatē oneret, valde declarat superatam naturā esse: si oppilatio arteriarū,
cū præcipuarū esse harum, nec remotarum lōge à principio, tum hāc oppilationem indicat insi
gnem esse: si cōpressio sit & cōstrictio, innuit arteriarū locum occupatum penè oēm. At uero cō
modissimus inter illos, cuius, inquā, uterq; est motus celer, magnus, vehemens. ac quietis hreue tē
pus, cum facultatem denunciabit superiorē abundātia humorū esse, tum oppilationes & cōpres
siones arteriarū vel paruas, uel nō in nobilioribus partib. vel procul à principio. Sed h̄c ad cō
templationē pprie pertinet præsagiendi: nos, quod non aliena à proposito erant, adscriptissimus.

Continuorum motuum, sed disparis celeritatis causæ.

C A P. 5.

F

Nunc ad pulsus cōmentandos transeamus, qui totius distentionis habent qdem perpetuum
motum, nō vniuersum tamē pari celeritate: de quibus in libro de differentijs pulsū abun
de diximus, & quot omnes huius generis differentiæ sint, quotq; in quaq; earū pulsus. Quominus
horum hic numerus recensendus est, sed ad causas illorū accedamus, easq; quo breuior tota di
spatio sit, quoad eius assequi poterimus, generatim explicemus. Ac, qui iā inde ab initio ad fi
nem usq; in celeritatem insurgunt, minus onerari annunciant facultatem: qui cōtra, magis: verū
tamen* oppressa quidā facultate nullus horum existit: siquidē omnes magni sunt, præsentim qua
tenus in tria interualla, triaq; tempora aut quatuor, quæ sentiri possint, motus ualēt extendi. Est
autē proprium ijs, qui in contraria affatim mutantur, non solū grauari facultatē, sed etiā obstrui,
& premi instrumenta. In contraria affatim mutari dico, si, cū moueāntur celeriter, subito fiat tar
di: aut qui ex tardo primo motu euadant celeres. Oriuntur enim hi cum ex obſtructionibus qui
busdam & conſtrictionibus, sed minus difficultibus, q̄ intermittētibus: tū ex facultate ipsa copiosis
humoribus onerata: minus illa tamē, quā in intermittētibus, etenim nō æque magnū est incōmo
dum mutari motū, ac impediri. Sed enim, huius generis inæqualitatis singuli pulsus qua re mutuo
differant, quiq; inter eos exitialissimi sint, quiq; lenissimi, quiuis prōpte vel de uulgo, adminiculo G
illorum, quæ de intermittentibus tradidimus, inueniat: faciā tamen, vt in cōmentarijs de præsa
gitione ex pulsibus aperiam: nam proposita quidem disputatio non requirit iam eos, vt qui pro
communi genere communes habeant generationis causas, de quibus modo dixi.

Vibratorum & dicrotorum pulsuum causa.

C A P. 6.

Porrò ad reliquum iā genus inæqualitatis in una parte positæ, quos dicrotos pulsus vocamus,
pergendum est. Hoc diximus nō posse esse, nisi uibrati sint: quam ob rem eorū causas nulla
ratione exacte inuenias prius, quā uibrati causas accurate perspexeris. Fit" autem hic, vbi ualida
sit facultas, instrumentum durum, vrgeatq; usus: quorū certe unū si absit, nō fiat uibratus: quæ.n.
cōstituit eius generationem, est uiolenta distentio duræ arteriæ: nā, nisi ambo sint hāc cōiuncta,
nō uibretur, & undequaq; cōcutiatur. Quod si arteria indurata sit sola, nec cogatur distēdere eam
plurimū facultas, nulla erit planè uibratio, sed hoc tñ, durus, quē uocant, pulsus. Sin plurimū dila
tare arterias facultas studeat, illæ autē moderata mollitudine cōsequātur, magnus tūc erit, nō vi
bratus, minimeq; durus. Quare, si fiet, ut uibratus sit, planè distēdere amplius eas, q̄ possint, facul
tas molietur. Atqui, nisi ab uisu urgeatur & cōpellatur, uiolentā facultas actionē nunquam obeat. H
Recte ergo robusta facultate diximus opus esse, induratis arterijs, atq; vrgēte uisu. Ut autē urgeat, à
quā nā procedat causa, exponendū est: hoc. n. minime est prætermīdum. una est, ut sic dicā, fini
tima causa, cuius multæ autores sunt. Quæ tādem hāc una est, & quæ multæ illæ? una hāc est, cū
uifum functio non impletat: multæ illæ huius autores, breuiter imbecillitas facultatis, instrumēto
rū cōtumacia, & maior uifus. At de proposito pulsū genere demenda facultatis imbecillitas est,
nāque eam probauimus firmam cōf. Relinquitur igitur, ut uel uisu incremente, uel instrumentis
renitentibus, uel utrisque copulatis distentio in vibratis pulsibus nō assequatur uifum. Atqui uifus
abundantia caloris augetur, vel exhausto animali spiritu: contumacia instrumēta fiunt per oppi
lationes, cōpressions, & duritiē: atque hāc durities existit, si inflāmata sint, induruerint, desicca
ta sint, refrigerata, cōtentia instrumēta. Itaq; omnes iā inuenimus causas originis vibratorū pul
suū: nā, intēperata inæqualitas si p̄grediatur, augebit qdem uibrationem, nō tamen causa est eo
rū generationis. Cæterum inæqualitas pulsuum in diuersis arteriæ partibus comitatur proxime
talem intemperiem, q̄ ubi humidior simul & calidior sit pars arteriæ, maior illic, citatorq; fiat pul
sus: vbi uel frigidior uel durior, ibidem minor & tardior. Iam etiam ad motum prius concita
tur

A. ibid. fol.
49. a

A tur pars illa prior, postea orditur altera. Quare ex eo cū augebit simul vibratos, tū erit finitima causa inæqualis in partibus diuersis arteriarum motus. Igitur pulsus, qui vocatur Dicrotus (ut tandem aliquā ad hunc veniamus) ad hūc modum fit. Vbi partes arteriæ, quā attingimus, duriores sint, frigidioresq; itaq; difficilius ēt moueantur partes vtrinque, quas nō attingimus, ac deinde partē mediam præ ipsis in distentione concitatam retrahant intro, iterumq; secū attollant, his, necesse est, feriatur tactus. Eiusmodi pulsus dicrotus est duntaxat, non aut uibratus pspicue. Alter, qui iuxta, & satis vibratus est, & dicrotus, fit ad hunc modum. Vbi cū uibratione sublatæ arteriæ pars ea, quæ sola cute tecta est, facile attollat; aliæ aut urrinq; partes crassitudine, numeroq; onerētur corporū incumbentium, adeo ut ne motus quidem earum tangentibus occurrat, necesse tū ex parte hac, quæ aperta est, oī ī sublata, partes illas nō manifestas, quæ utrinque sunt, adhuc attolli. Itaq; medium, quæ delata iam dudum est, de integro vna cū illis, quæ vtrinque sunt, attolli ita, ut redeat, & occurrat iterum foris ipsam tangentibus. Proinde constat eū dicrotum futurū, qui in eo tm̄ uicit uibratum, q; motus inæqualitatem in magnis obtineat partibus arteriæ. cū, n. pars, quæ digitis occurrit, oīs, nisi quatenus uibratur, æqualiter moueatur, ac partes ex utroq; latere ab illa différat, efficitur dicrotus; uibratus, cui nihil suppetit amplius, quā q; vibrantur, concutiunturq; paulatim oīs partes, motus in tam magnis partibus diueritate, quā hēt dicrotus, vacat. Planum est igitur ex predictis dicrotum interim ex magna intemperie oriūdū esse; paruaq; duritie arteriæ in eū modum motę: interim ex ingēti duritie coniuncta cum quadam {imbecilli} intemperie, vel crassitudine, uel abundantia humorum, & carnis.

Caprizantis pulsus causa.

C A P. 7.

C Aprizanti uero, quem vocant, hoc cū dicroto conuenit, q; bis pulsat: non conuenit causa. Neq; n. cum instrumentorū duritia, necesse illi est, nec cū intemperie vt coniungatur. Verū ubi retinet facutas: quantum illa quidem pōt contentionem natuā, arceatur autē a motu, vel ob humorum immodicam copiam, vel ob oppilationem, vel cōpressionē instrumētorum quies tunc distentionem interpellat. Iure itaq; altera eius pars secundū quietē robustior illa, quæ eam antecedit, vī. Siquidem, ubi se fases facultas, quæ prius fuit uicta, collegit, ut ita dicam, & confirmavit, uiresq; reparauit, imminet grauius, &c, vt superet, rejiciat q; molesta sunt, contendit: id qd̄ frequenter facit. Quod si in altero ēt impetu sit inferior, fuerit is sanè caprizate deterior pulsus. Non men hic non est sortitus: tametsi hos quidam oīs, quorum cōtinuitatē distentionis interpellat qes, appellant caprizantes. Nos quidem de nominibus minime laboramus, nisi quatenus flagitet institutionis perspicuitas.

A. ibi. f. 48.
49. h a

C *Vndosorum pulsum, & vermiculatum differentia, & causa.* C A P. 8.

N Vnc, qn̄ res aperte declarata est, ad aliud genus digrediamur pulsum inæqualiū, quos vndo sōs, non nunq; ēt vermiculantes vocant. Diximus uero de his quoq; sola eos distare quantitate, iub uno tm̄ ambos genere positos esse: ac sunt quidem in eorum numero, q; in diuersis partibus arteriæ inæqualitatem, idq; in vna distentione, habeant. Causę sunt illorum generationis facultatis imbecillitas, vel copia humorū, uel summa instrumentorū mollitudo: nā, cum a principio in singulas arterias per means contentio, pari firmitate totum attollere uas nequeat, hic propinquior principi parti motum orditur primum, remotior serius: atqui, æqualiter si hoc fiat per omnes arterias, eius semper prior pars prius videbitur moueri: veluti si fluente quopiam per eas libere, uel spiritu uel humore, pulsus contingeret effici. Quod quidem Erasistratus perpetuum autumat esse, in quo mentit de rebus euidentibus: aliorū uero nullus non mō medicorū, sed nec philosophorum, nec imperitorum: oīs, n. clare cernunt oīs partes arteriarū eoden: distendit pē: raro & iam prēter naturam, partes cordi uiciniores moueri prius, deinde longinquieres. At talis pulsus non undosus iam, nec uermiculans est: verum, cum ei hoc accesserit, vt, quod specie hēt flentis per arterias, remorari alicubi, & subsistere videatur, quiesceretq;: mox iterū fluere, iterumq; retineri, atq; p totam hoc arteriam accidere: is pulsus, vel vndosus, vel vermiculans est: nam, cū singuli motus semp̄ terminent quiete, seriem veluti vndarū, vel vermis perrepentis specie continuat representari. Si igitur {facultas} a copia humorum oneretur, hēc moratur contentionem, ac interpellat, atq; diffindit illic, quō plurima cōfluxit. Itaque existunt multe distentiones in modū vndarū se fases excipientes: atq; quo loci diuisa cōrētio est, illic terminat vndam quies. Quod si ipsa facultas ēt citra humorē lāguescat sola, nec uniuersam possit arteriam distendere, sed hoc particulatim faciat, & tum existent ucluti undarū quarundam multe circumscriptiones succedētū mutuo distētionū. Porro, quod inter hos pulsus interest, & illos, quos copia humorum constituit magnitudo est: unde hi ob paruitatem uermiculantes, ob magnitudinē illi undosi uocati sunt. Et causam habēt illi facultatis imbecillitatem, hi humorū abundantiam. Iam consequuntur ēt extrema molitudo in instrumentorū eiūcmodi pulsus, simili modo, ac in molibus ac tenellis uirgis, quæ cū ex uertice apprehēduntur: quēdam partes, p̄cipue uicinę parti p̄rehensę, una at tolluntur: quēdā, cum flectūtur, adhuc demissae manēt, & humi: at uero duris uirgis, & siccis hoc non accedit, sed, pari cōrētione si attollere uelis, quacunq; parte p̄prehēdas, tota simul attollitur.

A. ibid. 49. a

D *Ibidem* *ibidem b*

Itaque existunt multe distentiones in modū vndarū se fases excipientes: atq; quo loci diuisa cōrētio est, illic terminat vndam quies. Quod si ipsa facultas ēt citra humorē lāguescat sola, nec uniuersam possit arteriam distendere, sed hoc particulatim faciat, & tum existent ucluti undarū quarundam multe circumscriptiones succedētū mutuo distētionū. Porro, quod inter hos pulsus interest, & illos, quos copia humorum constituit magnitudo est: unde hi ob paruitatem uermiculantes, ob magnitudinē illi undosi uocati sunt. Et causam habēt illi facultatis imbecillitatem, hi humorū abundantiam. Iam consequuntur ēt extrema molitudo in instrumentorū eiūcmodi pulsus, simili modo, ac in molibus ac tenellis uirgis, quæ cū ex uertice apprehēduntur: quēdam partes, p̄cipue uicinę parti p̄rehensę, una at tolluntur: quēdā, cum flectūtur, adhuc demissae manēt, & humi: at uero duris uirgis, & siccis hoc non accedit, sed, pari cōrētione si attollere uelis, quacunq; parte p̄prehēdas, tota simul attollitur.

Idem

DE CAVSIS PVLSVVM

Idem arterijs vſu venit, cum multa humiditate imbutæ sunt. Neq; n. tum a principio contentio- E
nem æqualiter oībus partibus accipiunt, sed quasi flectentur, & frangerentur, multis partibus
difficilantur in eoq; vndofus plerunque, non nunquam vermiculans erit. Nā validā facultatē hēt
vndofus, quippe magnas sic partes arteriarū poterit attollere: imbecillorē vermiculans, q̄ paruis
interuallis tū contentio vincatur. Cæterū statim hunc necesse est inæqualē alioqui, & etiam inter
mittentem fieri; ut sit in hydropticis, quibus cum resistat adhuc contentio, quemadmodum infe-
rius, vbi tractabimus de illis, dicemus, latus vndofusq; est: vbi vero sit uicta, varie sit inæqualis.

A. ibidem.b

Decuritorum pulsuum caſa.

CAP. 9.

Sed, quia satis est dictū de his, de decurtatis iam agamus, qui imbecillitatē cōsequuntur faculta-
tis, e qua pulsus creantur: cum n. a corde perineans in singulas arterias contentio magis ac ma-
gis in partibus remotioribus dissoluīt, minores tū, languidoresq; necessario earū motus fūt. Qui
tandē īgrī in partibus quidā principio propinquioribus inueniri aiūt nōnūquam minores motus?
neq; n. hic poterimus dicere, contentionē, quæ ex principio oritur, in vicinioribus magis, q̄ in re
motioribus remitti. Eq̄dē puto ijs, aut p̄ arteriarū inæqualē sitū eā speciē oblatā esse: aut, si pla-
nē vera p̄dicant, intēperiei inæqualitati origo oīsum istorū pulsū referēda accepta est: vt a princi- F
pe parte facultas in arterias diffusa, partibus earū tēperatis merito vtatur melius, intēperatis dete-
rius: siquidem instrumentum a pari labore eodemq; si humiditate, & calore sit modico tempera-
tum, facilius ac magis mouetur: si qualidū, aut nimium humidum, aut frigidum, lentius, minusque.

Innuentium, & Circumnuuentium pulsuum caſe.

CAP. 10.

Icitur naturam innuētiū & circumnuuentium pulsuum simili rōne cōmentabimur. Possint forsi
tan pari modo ac simili aliquando fieri: nam sēpe luculenter mihi certe apparuerūt alijs de cau-
lis accidisse. Vbi. n. imbecilla sit facultas, corpora autem, quæ ambiūt arterias, marcescant: qua par-
te illorum maxime marcida, atq; eo leuissima, emicare motus pessit, ibi ēt maxime elucescit eius
magnitudo: cōparata. n. huius partis distentione alijs vtrinq; minorib. decurtatum in vtrisque par-
tibus motum ostendit. Hoc fieri in validissimis facultatibus non potest, t̄ p̄ immotam opōiteat ēt
estle, } nec sustinere incumbentium corporum pondus, ut manifestam efficiat excellentiam disten-
tionis in partibus nudioribus p̄ illis, quæ sunt in partibus oneratis.
† Al. ex anti-
quis, quod fa-
cile superari
eam oporteat.

Inequalitatis ex situ arteria caſe

CAP. 11.

At qūo ex situ arteria fit pulsuum inæqualitas? hoc. n. deesse orationi adhuc vī. Qui vero ali-
De Ar. com. 3.
t. 100.7.280. c
ter, ac dixi Hippocrates, "qui de omni nos distortione in communi docuit? Etenim vterus
similiter, & spina, musculiq; distorquentur, cum in corporis illas partes tendantur, in quas distor- G
queantur: sed, quia multæ causæ sunt, quæ tensionem inducunt, vniuerſum plerisque veteribus
medicis difficillimum fuit inuestigatu. Inflammationes. n. scirrhī, abscessus, ac crudorum quorundam
generatio tuberculorū, breuiter omnes præter naturam tumores, vicinas partes ad se retrahere valent. Præterea squalida siccitas, frigusq; immodicum, quiddam faciat in modum gelu, &
conuulsu intentio: quorum alias aliud arterias distorquet. Præter cætera distorquere inæqua-
lis intemperies censenda est.

A. 1.3. f. 2. c.
1. f. 217. f

Conuulſiū pulsus caſe.

CAP. 12.

Sed, quando de his, quæ nobis vīla sunt, exposuimus, iam de cōuulſiū pulsū ēt disputandum
est: qui nomen recte inuenit ex ipsa specie, & affectu, quem solet denotare: tendi. n. ad vtrunque terminū arteriam putaueris, & statim corripit hoīem conuulſio. At quis tādem hic scrupu-
lius est, & ob qđ p̄positus? Si, ut arteriarū cor, sic neruorū est fons, nihil est scrupuli, & frustra est p̄
positus: siñ aliud principiū neruorum, aliud arteriarum: atq; harum pulsus functio est, illorū sensus & motus voluntarius: vt functionum illis nulla societas est, ita nec erit affectuum. An vero erant in eo, & mentiuntur, qui putarunt, illis nullū cōmercium esse? Nam princeps quidem huius
In libro de Ali
mento.

H

sentiunt, natura communis: nam, nisi hoc esset, duo animalia esset, nec vnum, quisq; nostrū. Nūc
arterias magnas cor cerebro vinculum societatis transmittit, cerebrum neruos cordi: qui q̄q; non
magni sint, mandatum tñ rōnis possunt perficere. Ad hēc singulis arterijs fibræ a neruis deductæ
ad societatem ueniunt, per quas se sinunt mutuo in consensum uenire, non modo actionum, sed
affectum etiam. Nec iam quicquam habet admirationis, si, cum uniuersum neruosum genus cō
iunctum cum arterijs sit, singuliq; eorum ramuli sibi mutuo immisti, principiaq; (vt dictum est)
inter se coniuncta sint, communis appareat affectus.

Causa alti, humilis, lati, angusti, longi, & brevis pulsus.

CAP. 13.

Sed quia de conuulſiū pulsū diximus, residuum ad commentationem omnium inæqualitatum
adijem. Supereſt nimirum, quemadmodum alti, humiles, lati, angusti, longi, & breves pulsus
fiant: maximus est. n. horū numerus, & variant maxime omnes inæqualitate cū in vno pulsū, tū
vero longe magis in aceruo. Accidit autē tale quippiam, dū distenduntur arteriæ, & in ualentibus
oībus & ægrotis plerisque, ut supernam ipsam superficiē moueri clarius sentiamus, q̄ partes obli-
quas, q̄ propior illa sit nostrum tactum, & congradiatur minus multis interpositis corporibus:
partes

A partes ex utroq; latere huius cum remotiores sunt, tum pluribus corporibus, q̄ interposita sunt, induitae. Proinde ipse naturalis pulsus, si diligenter expendas, altior est: q̄ deficiat semper eius in latum motus, præpollat autem motus in altum. Verum, quia mensura nobis hæc est, reliquiasq; regula aliorum, nec altum eū, nec angustum appellamus: sed, vt par est, & postulat æquitas, moderatum, & inter oēs excessus medium. Cui quia assueti nos sumus, & unā cum eo creuimus, ac sepe eum inuenimus, non in sanis modo, sed & in ægrotis facile cognoscimus, qui superatur ab eo, & qui eum superant in quacunq; dimensione: etenim longus, & breuis ad hunc collatus dicitur. Ac quicunque non est in hoc uersatus, nō tm̄ nō alti, humilis, lati, angusti, sit probus explorator, sed nec longi & breuis. Nam, ut hoīem dicimus aliquem vndequaq; moderatum, non obvia illa ad sensum paritate longū cū lato & profundo cōparantes, sed paritate in potestate: neq; n. tā est quisquam breuis, vt concedat longitudi latitudini: sic vocamus moderatum pulsum, naturalem proportionem, & mediocritatem, normam æqualitatis, non sensum faciētes. In hoc oīno longitudi p̄fstat profunditati, atq; hæc latitudini. Nam, si ipsam solam arteriam fingamus oībus circumiectis corporibus nudatain, & equabit profunditatem latitudo: atq; adeo in ea, certe nec dicere poterimus quidem, quæ latitudo, quæ profunditas sit: sed, sicut undiq; sibi est simile corpus plā

B nē circulare, ita nulla dimensionum differentia est. At, si in alio sit corpore, ea collocata, deorsum iam dicetur, quibus partibus sustentatur & desixa est: sursum, qđ est ē regione: q̄ interponitur his interuallis ex imo sursum, intelligūt altitudinem: & desuper deorsum, profunditatem: ubi autē altitudo, & latitudo est, illic alterutra dimensionū profunditas & latitudo est. Quòd si non tantum sufficiatur aliqua parte, sed et ex ipsis obliquis partibus, & superioribus complectatur quedam corpora, planissime partes, quas per pauciora tegmenta contingimus, apertorem motum, q̄ quę tā gimus per plura, edent. Atqui, quæ arteriæ sub cute positæ sunt (tales autē sunt, quas dignoscendis pulsibus attingimus) harum superiorem partem interposita sola cute tangimus: partes utrinque alias, quantum recedunt in obliquum, tanto per longius interuallū & p̄ plura interposita corpora. Quia necessitate fit, ut oīs pulsus, qui naturalis sit, si mutuo compares dimensiones, sit semper longior: vocatur autē moderatus & aliorum regula, ut Polycleti regula: nam, ut, cum alias statuas ad hanc conferimus, crassas, graciles, latas & angustas uocamus, aut si quo alio excessus nomine: sic pulsus, cum naturali comparantes, altos, humiles, latos, angustos, longos, breues, crassos, graciles magnos atq; paruos appellamus. At quænam sunt causæ, unde oriantur? qđ institueramus dicere. Ad manum erat quidē, ut in instrumentorum intemperiem inæqualē causam cōferremus, aut

C distortionē situs: siq; dē, quēadmodum appareant in eiusmodi affectibus motus inæquales, declaratum est. Sed altos ego in ira, & ante iudicationes cōperio fieri: latos plurimum in decretorijs ex cōcretionibus. Non possum igitur instrōrum iā intēperiē, aut distortum situm iōlos in culpa ponere. Sanè quidem interim ēt de aliqua harū causarū incidat. Verum pleriq; affectus, in quibus inueniuntur eiuscmodi pulsus, sunt expertes causarum, quas diximus: neq; n. tēperamenti inæqualitas, q̄ immutat adeo naturam instrōrum, ut inæquales officiat pulsus: nec vero situs immutatio unq; inueniatur cītra ingentem noxā, tēpusq; longum: quorum suppetit nihil nec iratis, nec modo iudicatis, nec iam iamq; iudicandis. Sed, qđ illis accedit, hoc est. Magnum pulsus {natura}creat iratis, & iudicandis: non tm̄, quanto quicquid maius euadit, tm̄ ēt animaduertitur: motus n. in altum & distentio arteriæ, quo usq; progrediatur, vniuersa cōspicua est: motus obliquus ferè occultatur. Eodem scilicet modo, quo inculpata valetudine præditis semper ostendimus præpollere motum in altum. Itaq; memores illius status pulsuū, quos moderatos appellamus, si iā cōperiamus bene auctā altitudinē motus, nec multū latitudinē, sed oīno parū, vel nihil prorsus, recte vocamus eos pulsus altos. Quòd si manifestū accedit incrementum latitudini, magnos simul & altos uocamus sin oīno obscurum, altos tm̄. Si ambo increuerint altitudo & latitudo, sed non multū latitudinem

D vincat altitudo, hos uocamus magnos tm̄: cu. n. eadem proportione altitudo adaucta uincat latitudinem, qua ēt in naturali pulsu superaret, eandem speciem!, ac moderatus, quem vocant, retineat hic oportet. Itaq; non altus, vt nec ille, sed maior tm̄ illo v̄: siquidem eorum, quæ eandē seruant formam, non decet vnum moderatum, alterū vocare altū: sed, si eadem vndequaq; proportione alter creuit, maiorem tm̄. Quinetiā in lōgitudine eadem est rō: quę, cum eadem proportione augetur, qua profunditas & latitudo, vniuersum pulsum, vt diximus modo, maiorem representat. Vnde, vt magnus fiat pulsus, non requiritur, vt planè pares sint motus, qui in tribus dimensionibus augentur, uerū ut proportione sint æquales. Quare, qui triti sunt in naturali proportione, nullo negocio, quantum accessio discessit a proportione, perspicient. Hoc pacto generantur propositi pulsus. Restat, vt causas aperiamus, quamobrē naturalis eorum proportio constare vel perire solet. Constat sanè, vbi nulla p̄ter naturam insignis in crassitudinē mutatio, aut in gracilitate corporis fiat: præterea nec siccitas immodica, vel humiditas, vel necessitas quedam maximę prorsus distentionis, perit uero atq; cōturbatur, cuiuspiā horū p̄sentia. Exempli gratia: Reliqua oīa se recte habeant, facultas autē cōpellatur ita magnam distentionem facere, ut eius tumorē circumiecta arterijs loca non capiant: in eo utiq; statu, ut alia sint inculpata omnia, altus pulsus appearat,

DE CAVSIS PVLSVVM.

pareat oportet. Dum n. in ea attollitur magitudinem distentio arteriae, vt non dum coarctetur, E naturalem tuebitur trium dimensionem proportionem: ac coarctata, tm detrahet de illa dimensione, quantum progressu prohibita est. Quocirca iratis, licet corpore sint optime comparato, si pulsus altus: distentionis. n. summam excesum ne is quidem commode ferat habitus: sed iam ex iimo premitur, & ex obliquo arteria. Sola ergo pars illius ea, q̄ instrata sola cute est, oēm calorem ex cipit. Vbi uero in alijs oībus impedita distentio sit, pars aut eius duntaxat superna seruetur soluta, & libera, non poterit illius motus non praestare cæteris, qđ aliud erat nihil, ac altus pulsus. Quia porrò valentibus cunctis, & ægrotantibus plerisque in maximis distentionibus arteriarū manifestarum, quas tangimus, partes comprimuntur alia oēs, & in angustum coguntur, ac suo motu libero prohibentur: partes autem eminentes liberum obtinet, & dissolutum motu: hinc factum est ut oīb seruauerint medici & scriptis prodiderint, pulsus iratorū altum esse. Qui certe aut raru exemplū non animaduerterūt, aut negligenter attenderunt, aut hunc duxerunt singulis affectibus pulsus proprium, quem cum ijs cernerent frequenter esse coniunctum. Quidā ēt ultro rara exempla, ubi cā deficiuntur, reticēt, quos hoc sanè nomine accuses, si alia omnia ignoscas, ita enim scitu digna infinita præteribuntur. Quin ueritatis studiosus oē dēt, quod conspiciat, ēt si eum angat cā, sedulo exponere. At, quod tandem est illud cuiusdam exemplum? Multis gracili corpore, nec facultate ad F modum firma, pulsus, si irascantur, magni, & non alti vñr esse. Quæ uero tandem huius est causa? neq; n. multum uidetur ab illis, quæ initio iam posita sunt, abesse: siquidem robur facultatis diximus esse trā debere in altis pulsibus, ut maximam distentionem possit moliri, nec loca cingentia arterias capere eam ualeant. Quod si est, in commemoratos affectus planissimum est non posse al cum pulsus incidere: cum nec ualeat facultas, & circū arterias loca sint amplissima ex marcore. Sed, hæc quando nec opinato inuenta est, apertum arbitror simul cum hac esse, quænam latitudine pulsuum sit causa: nam, cum naturali labore facultas aliquatenus deficiatur, & latitudo sit insignis locorū, pōdusq; accedat arterijs ex superioribus partibus, hic pulsus collatus ad moderatū, latior est. Pondus hoc, quod accessit, s̄epe sunt ipsius cutis rugæ: quod accedit senibus, & gracilibus, qui tñ habitu non sunt deficcati: de quo genere sunt: & qui receter sunt iudicati. Sæpe ēt ex humiditate, præcipue si irrigua sint ipsa copora arteriarum, ut sit in hydropicis: partes. n. carū, quæ in summo cacumine sunt positæ, delabuntur, demittunturq; partim in ipsam arteriarum cavitatē, partim in obliquū. Quare hactenus ascensu, necesse est, pulsus prohibetur, quatenus infra arterię dorsum demittitur. Ac nimirū latitudinem iam bifariam oportet præpollere, tum q̄ in obliquum dilabuntur arteriae partes, ac cōprimant, atq; eo inferiorem regionē dilatēt: tū uero q̄ imminuta ipsa G altitudo sit: quarū certe uel altera reddere pulsus latum valeat, aut imminuta altitudo, aut latitudo aucta: quia uero ambæ coniunctæ sunt, hinc clara in eiusmodi affectibus, & ampla conspicit latitudo. Quomodo iam pulsus sit longus, quem uocant? inuenitur. n. motus non nunquam, qui quatuor digitis occurrat, sed ita angustus & non profundus, ut speciem referat subtilis fidis. At ne hoc quidem ex ijs, quæ diximus, inuentu difficile est: siue. n. fidem tenuem quādam occursus, siue pilum repræsentet, durities ex eo arteriarum tunice ingens significatur. Verum non eō modo, dūrus. n. tm pulsus sit: immo, quia angustus, humilisq; est, oportet imbecilliorem facultatem esse, q; quæ magna vi instrumentum distendere propter duritiem contumax, possit. Quid iam, si hoc uerum est, num & longus continuo is pulsus est? an huius etiam causam inuenierimus, si affectus eō memoramus, qui prædicti eo pulsu sunt? Qui tandem sunt illi affectus? habitus corporis tenuis, circū tenta, aliquantoq; siccior cutis: proinde, si laxa & crassa magnam partem motus tegit, tenuis, eō tenta; prorsus oēm conseruat. Vnde liquet, conspirare gracilitatem totius habitus oportere, & duritiem cutis, ad hęc duritiem instrumentorum, tum imbecillitatem facultatis, non ultimam tamē: perdidit enim sic pulsus homo, non longum habuerit: oīno enim non attollit in sensibile motum facultas prorsus languida, ne uas quidem molle, nedum durum. Sanè per excellentiam longus pulsus hoc nomen fortitus est: proprium at nomen est tenuis, & gracilis. Qui absolute est, & proprie longus, cum quo quantitatem non concipimus dimensionum duarum reliquarum, aut ex corporis tenuitate, aut ex sua ipsius magnitudine talis euadit. Porrò aut breuis sit, ubi in parte quapiā parua arteria sola cute muniatur, & partes ex utroq; illius latere oēs in profundum affatim denergantur: nanq; pars eius illa sublimis, quæ subter cutem est, aperte oēm motu prodat, oportet; profundæ contra, q̄ multa obiecta sint corpora, occultantur. Hoc multis sponte suppeditat: in morbois affectibus sanè paucis, cum in situ distorqueatur aliquo modo arteria, ac parua sit eius pars cōspicua, reliquæ intro oēs in profundū dep̄ssæ sint. Est uero & hic pulsus de illis, q̄ breues per excellentiā dicuntur: nā propriū hu ius nō est, crassus, & turgidus: quandoquidē, q̄ sim pliciter breuis est, uel ex corpulentia nascitur, vel ex paruitate. Percurri iam omnes penē, quæ inē qualitatem inducunt, causas: q̄ si qua res parua præterita sit facile inuenias ex commemoratis.

Ordinati, & inordinati causa.

C A P. 14.

Proximum est, vt de inordinatis, & ordinatis dicamus. Hi pulsus, q̄n inæquales omnes sunt, commode docuimus in libris de differentijs pulsuum: sed in eo variant, quod paritatem in

LIBER TERTIVS.

95

Ain certis orbibus tueantur, illi confusi unde aquaq; sint. Hoc in communi vnū breue caput de oīb. ijs cognoscendum est, cām, quæcunq; in æqualitatem efficiat, semper firmam in ordinatis & fixā esse in pulsibus inordinatis, non fixam. Insuper ordo, vt æqualitas, naturæ, sit quid aliud familiaris est. quare, si alterum eorum sit conturbatum, minorem designat offendam: sin utrumq; maiorem: concurrunt autem in inordinatis ambo: alterum in inordinatis, qui inæquales sunt.

Rhythmorum mutatorum cause.

CAP. 15.

Porrò & mutationum rhythmorum causas (hæ. n. restant explicandæ) si persequare superio-
ra, facile inuenias. Si. n. reēte demonstratum est, allici per distensiones arteriarum aereā quan-
dam substantiam: in contractionibus aut excrementa excerni, & quasi fuligines adustorum hu-
morum: necesse est, cum distensionis usus instet, maiorem fieri celerioremq; distensionem; cum
contractionis, contractionem. Quamobrem, quibus in ætatibus multi humores insumentur, Iquæ
sunt usq; ad iuuentutē, in his parum distentio cedit contractioni: in quibus paucissimi, quod in se-
nibus fit, longe in his maius est contractionis tempore distensionis tempus: siquidem diffatus p
totum corpus contractionis est arteriarū munus. In distensionibus enim in se attrahūt ut alijs oī-
bus oscillis, ita illis ēt, quæ ad cutem pertinent: nihil ergo hic quicquā ex corpore excernitur, im-
Bmo vero proflus intro trahitur. Contra in concoctionibus excernitur, attrahitur aut nihil. Iam,
in quibus ætatibus humores natura non ad nutrimentum modo, sed ēt ad incrementum cōficit,
in his excremēta oportere magis affluere, in aperto est: semper. n. quantitati confectionum succo-
rum quantitas responderet excrementorum. Proinde, vbi plurimi conficiuntur, illic plurima sunt
excrementa: & vbi plurima excrementa, perpetua hic, & multa opus est euacuatione: vt, scilicet
in ventris & vesicæ excrements fit. Ceterum horum excretions perspicimus sensibus: excremen-
torū vero euacuationes in arterijs, assequitur ratio. Ac miror, ecquis erit, qui aut per externam su
perficiem negabit arterias vacuari, aut non, quo diximus, modo. Demonstrauit autem hēc, quoad
eius res postularet, in libro de vīsu pulsum: ad propositam vero disputationem hēc satis sunt.

GALENI DE CAVSIS PVLSVVM

LIBER TERTIVS.

ARGVMENTVM LIBRI

C Agit de Naturalibus ac non naturalibus (quas vocant) Causis, quæ non per se, sed conti-
nentibus ac primis mutatis, causæ pulsum dicuntur. Apponuntur capita
ex introductorio pulsum, & explicantur.

Quid actum superioribus libris, quid hic agendum.

CAP. 1.

D Ostquam de pulsum alterationibus, quæ ex primis, & prēcipuis causis pro-
ficiuntur, satis superiori sermone disputauimus, illas nunc explicabimus,
quæ ab alijs omnibus fiunt: quæ non per se planè, sed quod mutent primas,
causæ pulsum vocantur. Hę autem quia partim præter naturam sunt, par-
tim naturales, partim etiam inter has medie, quas non naturales vocant, vt
à naturalibus exordiamur, par est, eodemq; ordine dicamus, quem in libro
tyronibus descripto instituimus. Nam præter alia, enarrabuntur etiam, quæ
illuc recte tradidimus: simulq; ostendentur, quæ congrue illuc sunt præterita. Ac reliquimus quēdā
prorsus: aliqua haētenus, vt non distincte explicaremus: quicquid. n. initiatis huic commentatio-
Dni allaturum erat obscuritatem, hoc visum est præterire: potissimum autem omissa est causarum
explicatio. Præstabat. n. initiatis in ipsis exerceri operibus primum per experientiam: deinde vni-
uersam aliquando perdiscere ratione essentiam rei. Itaque, vt exercitatis iam illis, & assequentib.
absolutiorem narrationem, hanc lucubrationem conscripsi: quæ prioribus duobus commenta-
rijs, quantum de causis, quas continent, appellant, satis erat, differuit: duobus reliquis hoc & pro-
ximo, cetera omnia plana faciet. Itaque ingrediamur narrationem, ac singula capita, quæ in illo
libro conscripsimus, proponamus, eaq; inde interpretemur. Primum ex ijs, quæ accommodata in
stituto nostro sunt, hoc sit.

Virorum pulsus.

CAP. 2.

Iri mulieribus pulsum fere habet lōge tū maiorē, tū vehementiorē, paulo tardiorē, satis q; rariorē.
Hoc est caput. Cur autem accōmodatior hēc oratio sit, vt primo loco referatur, in illo libro
est explicatum. Itaque, quia non est nostri instituti sépius de rebus ijsdem scribere, ad causas iam
pergendum est: declarandumque, quæ imponatur necessitas naturę rei, quamobrem virorum, &
mulierum pulsus aliter atque aliter comparati sint, ad hunc modum. Quandoquidem " calidior &
sicciōr fœmina mas est, ut præstantissimi quique senserunt veterum medicorum, & philosopho-
rum,

DE CAVSIS PVLSVVM

rum, nosq; alias demonstrauimus, usum generationis pulsuum, & instrumentorum preparationem dif- E
 ferre in illis oportet: q; si hæc, tū ipsos ēt pulsus: etenim copioso calori, in superioribus libris ostendit magnum pulsuum familiarē esse. Itaq;, si calidior mas femina est, ēt pulsus statim habebit maiores; si multo calidior, multo maiores: at n. tū calidior, tum multo est calidior, proinde & maiores, & multo maiores pulsus obtinebit. Nam calidiorem esse, cum in libris, quos De temperamentis iam edidimus, tum vero antea ēt in veterum scriptis, satis probatum est: iam vero multo calidior, id nondum nec nos, nec quisquam demonstrauit alius: quare faciendum nunc id nobis est, ut demonstremus, alioqui nequaquam cōstituta erit, & confirmata tota oratio. Primum initium capitis commemorandum est, atq; ipsum totum legendū, singulaq; verba attendenda. Nam quid dicit? Viri mulieribus pulsuum fere hñt longe tum maiorem. Quid hoc sit, fere, summa diligentia expendendum est, certe. n. non temere quidem appositum est, sed totum firmamentum in eo, & cardo uersatur orationis. Nā, quia nec inde ab initio perinde nos temperati oēs sumus, nec vitæ institutis ijsdem, nec victu usi, uniuersalis affirmatio tollitur: cum inueniri interim possit mulier, cuius non solum nō multo minor pulsus, sed omnino ne parvus quidem sit, nec par, sed planè ēt, quam quorundam uirorum, maior. Fac, virum mihi finges natura pituitosiore: frigidum hoc erit temperamentum, humidumq; si cū muliere cōferas natura biliostore. i. calidore & siccio. Nec hic consistamus, sed incolat ille Pontum, hæc Aegyptum: præterea vir in vimbra viuat, & ocio, ac multis in delitijs, molliterq; mulier ruri agat, ac multa in exercitationibus sit, & victu utatur modico: huius mulieris pulsus, q; viri, maior erit. Verum, si, ut postulat natura, viuentem vtrunq; obserues, & in sua propria ab initio tēperatura cōstitutū, vnaq; & eadē cōmorantem in regione, nō maior tm, sed multo ēt maior sit huius uiri pulsus: nam pro naturali quidem tēperamento, maior tm, nō multo maior erit. Verum, cū accessit a peculiaribus vitæ institutis utriq; differentia: illa in ocio viuat, hic in multis laboribus: multo sanè ita calidior uir efficitur, itaq; pulsibus est multo, q; mulier, maioribus. Additum est autē capiti, ferē, quod sagacioribus tyronibus pro stimulo quodā excitante est, & ad totius rei perscrutandam naturam inuestigante. Statim. n. de naturali differen- G
 tia viri, & mulieris meditabuntur & intuebuntur vniuersum genus in oībus animantibus, masculinum valentius feminino esse: atq; fœmelle esse officia concipere, lactareq; deniq; factus naturales educare; maris uero nutrimenta ijs suppeditare, & si petatūr insidijs, defendere. Vñ "perspiciet semper differentiam, ut maris ad fœmellam, maiores tm pulsus creare: at differentiam, ut uiri ad mulierem, multo maiores. Sic etiā vehementiores tm, si naturam spectes, pulsus mariū: longe vero vehementiores virorum præ vt mulierum: quia contentionem illis naturalem in laboribus crescere oportet: his, quia ociantur, remitti. Horum ēt si aperte nihil tua spōte inuenieris, at in opinionem eorū inquirendo venies: aut certe, veluti siti eorum ardens, quæ cupis inuenire, neq; dū inuenisti, si ad magistrum, qui docere ea valeat, applicaueris, & citissime disces, optime memoria complectere. Atq; hæc sic hñt. Robur iam facultatis, quod mariis adeſt, cōferet aliquid & ipsum pulsibus magnitudinis: quare non solum ex caloris abundantia, verum ēt ex robore, mariū maiores pulsus fient. Sed hoc ēt in libro primo probauit, validis facultatibus esse magnos pulsus peculiares. Quidiā, viri nunquid haētenus tm a mulieribus distant in causis pulsuum; an ēt momentū vtrisq; ex corporis habitu non leue accedit? Illi. n. totum corpus ad perspiratum habent probe cōparatum, purum, excrementis vacuum, non compressum: His contra arcta inter uasa regiones sunt, quas adeps, mollisq; caro, atq; excrements quædam occupant pituitosa: ad hæc spissum est, & male per halitum digerit corpus: præterea coguntur quidam in plerisq; corporis partibus, illaborati, crassi, crudiq; humores: a quibus comprimi oībus arterias earū sua natura alioqui longe minore mole p̄ditas, coarctariq; necesse est. Quare habitus ijs oīno est undequaque ad paruitatem pulsuum dispositus. Vnum modo ad magnitudinem consecutæ sunt appositum, mollitudinem instrumentorum, quæ illis etiam nulli usui est: primū, quia sunt plures paruitatis fortioresq; cauſæ deinde, q; cum late in illis viri a mulieribus distent, minimum dissident in mollitudine instrumentorum. Neq; n. perinde siccus virorum d̄ corpus, collatum ad mulierem, vt si, verbi gratia, lapis sit cōēo siccus: neq; multum inuenias excessum in arteriarū ipsis tunicis: ambo vero instrumentum virorum ita comparatum est, vt ad functionem sit sequax. Quin, si maior excessus sit, & multo mulieris instrumentum mollius, id ipsum sanè sit in cā, cur minores fiant pulsus. Siquidem, ubi nihil est, quod grauet, vel comprimat, vel coarctet, illic accommodatius ad magnam distensionem est mollius instrumentum: at, vbi (vt modo in mulierū ostendimus) habitu pressus, pondera, atq; coarctat ones multæ, hic instrumentum mollius, ut quod omnibus, que infestant, facilecedat, ad distensionem est ineptius. Verum de corporibus hæc omnia optime constitutis referri, & constitutioni viuentibus conuenienter, vel ex his planum est, que commemorauimus: at absolute de his & integra disputatio, ac demonstratione confirmata, in secundo libro de pulsibus dignoscendis prodita est: quare, qui commentationem probe de pulsibus gestit assequi, ei illo opere opus est reuolutio. Iam vero etiam de celeri pulsu est in tertio illorum commentariorum demonstratum, quantus error sit plurimorum in eo dignoscendo, qui pulsuum breui tempore durantem statim

A. ibidem. b

A.I. 1. f. 2. d
3.c.7. f. 49. b

A.I. 1. f. 2. d
3.c.3. f. 6. c

LIBER TERTIVS.

96

A statim et uelocem arbitrantur esse. Et nimis mulieris pulsus/nam causa praesentis disputationis memini, quae demonstrauit illic) bene celerem putant esse: est vero ille celerior quidē, nō in signi tñ & magna differētia excellit pulsus virorum. Sic se res hēt, & recte tyronibus scriptū est, paulo esse virorum tardiorē pulsus, q̄ mulierum: at causa illic, ut in omnibus eo loco traditis, omissa est, quam nūc aperiemus. Quatenus quidem infirmior facultas est, & calor parcior mulierum, debebat tardior ēt pulsus esse, q̄ eum v̄tq̄ huic causæ ostendimus esse peculiarem: cæterū, quia multo est minor, eo q; minus usui satis fit, auget, quantum pōt, celeritatem: quippe hoc primus liber esse necessarium probauit: itaque cui illa exciderūt, quæ in illo libro docuimus, nequicquam hæc legit. At, si quidem celeritatis tanta accessio sit, vt oī usui foret complēdo, non quæretur crebitas: sed, qm̄ multū usui cedit functio ob distentionis paruitatē aliquātum aut adiuuat a celeritate, oportet etiam satis pulsus sit creber: id quod ēt in primo libro est declaratū. Ergo mulieres ad hunc modum a uiris pulsu distant. Masculi infantis ad foemellam similis ratio est: non undiq; tñ eadem, sed qm̄ diximus antea: nam maiorem tñ, uehementiorē, rariorem, non multo item, pulsus habet masculus, q̄ foemella. Atq; de his haec tenus. Nunc ad proximum caput digre diamur, quod de differentia docet ex temperamento.

B

Calidi natura pulsus.

C A P. 3.

A.1.1.f.1.d.
3.c.8.f.10.d

C alidi natura multo habent maiorem, celeriorem, crebriorem, uehementiorem non item multo. Compleſtū, & hæc oratio quæſtionem maximam, cui ne attendere quidem, nisi præditus singulari prudentia fit, ullus tyronum animū pōt: etenim, qui natura calidi sunt, partim eos esse humidos aiunt, partim siccōs. Quo minus abſolutō sermone pronunciatos oportuit eorum pulsus, qui natura calidi sunt: sed prius illorum, qui simul humili sunt, secundo loco eorum, qui siccī: neq; n. qui natura calida sunt, eundem oēs pulsus edunt: immo vero sunt quidam tertij, temperati illi quidem humiditate & siccitate, at calore intēperati: at eos neglexisse parū recte, qui ante nos temperamenta discreuerunt, in commētarijs, quos scripsi de temperamentis, ostendi. Ergo hos moris est calidos uocari, qui de quatuor temperamentis vnum hoc solum uincens reliqua obtinēt: qui quidē, quo calidiores sunt temperatis, hoc maiores hāt, & celeriores pulsus: crebrioresque. Causa, si retinuisti, q̄ prodidimus in primo libro, aperta est. At qd uehemētores diximus nō multo esse eos pulsus, cū in huius operis primo libro quæſierimus, ecquis possit pulsus, citra opē roboris facultatis uehementior fieri? Qm̄ hi pulsus tyronibus omnes vñr uehemētores esse, adiaceat. n. quodāmodo prima specie celer simul, & magnus pulsus uehementi: quare quidam ēt medi ci, qui libros nobis icriptos reliquerunt, alium negauerunt esse uehementeim pulsus, ac conflatū ex magnitudine & celeritate. Proinde tyronibus non erant mouenda tantæ quæſtiones: incertū n. idēridem in illis, nec distributū confusumque, cōducibilius certo est & definito, vbi profundam hoc contemplationem postulet, declarationemq; prolixā ac longum tps. Verum, quando abunde in primo libro huius operis discruimus de his, dicturi ēt nō nihil posthac, cū perduxerimus ad rhythmos sermonem, hic enarrationem in præsentia finiam, ac me iam conferam ad aliud caput.

Gracilium pulsus.

C A P. 4.

G raciliores maiorem, rarioremq; multo, uehementiorem paulo. Atque natura sic differunt. Accipiendi hic ēt absque ullo affectu alio sunt graciles: nā, si ex conuerso temperamento, vel facultate: vel ex alio affectu graciliores facti sint, pulsū cōposita immutatio erit, non vero ex vna gracillitate. At gracilitas, quia sua sponte sola magis regiones arteriarum dilatat, atq; leuiora imposta corpora reddit, magnitudinem pulsibus non contemnendam conciliat. Atqui, vbi pari relicto usu crescit magnitudo, hic rariores, necesse est, pulsus fiant, idq; tanto, quanto. s. sint maiores: maiores vero erant multo, proinde rariores ēt multo erūt: at uehemētores hoc inuenientur, quo tangentibus per subtiliora occurrant corpora. Quamobrē, non q̄ acquisierint ullā contentionem, sed q̄ magis, quam obtinēt, prodant, tales vñr esse. De celeritate: & tarditate nihil hic menini, q̄ neutram de his gracilitati acceptam referant, sed perinde habeant, ut crassiores, cum illis robore & usu respondeant. De ætatibus deinceps in hunc modum est scriptum.

Pulsuum pro ætatibus mutatio.

C A P. 5.

Porro pro ætatibus hoc pæcto immutantur: Infantis pulsus creberrimus est: rariſsimus senis: omnes, qui inter hos intercedunt, proportionē feruant, prout vel ad puerum, vel ad senē, proprius accedant celerimus itē pueri iuuenis q̄ pulsus: senis tardissimus: reliquarum etatū pulsus, ambigunt inter hos at senex a puero longo magis raritate, quam celeritate, distat. In uehemēto, & magnitudinis differētia maximus est, vt in ætatibus, pulsus iuuenum, minimus senum, medius & paulo maior pulsus puerorū. Iam uehementissimus iuuenum, languidissimus senum, medius est inter hos, puerorum pulsus.

*Deest in gra
co cod Bas. li-
quatratratio
huic cōsentiat

Bifariam crebitatem & raritatem intelligi, aliter ab illis, qui & contractionē confirmant sentiri, aliter ab illis qui negant, apertius in libris de differentijs pulsuum disputauimus; & uero etiam in ipso hoc tyronibus descripto libro declaratum est. Sanē illos uolebamus prius in contractione, quasi insensibili, uersari. Ac multo quidem turius est, pariterque commodius, si in quietum quantitate, ponas genus hoc pulsuum, ita enim fiet, ut simul in notitiam exactam veniamus

DE CAVSIS PVLSVVM.

mus rhythmorum: verū, q̄ statūs, qui crebri, vel rari pulsus sunt authores, ferè talem cū vtrique huic sectā repræsentant, erit causæ ēt vtriq; assignatio cōis. At p̄fsliterit, vt eā ad ueritatē reducamus, hancq; in hoc sermone sectemur: quandoquidem propositū opus minime ad Tyrone's dirigitur, sed planè docet uerum. Ergo, cum "calore pueri non paucō p̄aditi sūt, substantiā quoq; quæ refrigeret illum, non paucam rēquirūt, quapropter magnis egent pulsibus. Quia uero humores ēt exhauiūt plurimos (quippe qui illis non ad nutrimentū modo, verum etiam ad incremen- tum suppetant) necessario in cōficiendis ijs contrahent per totū corpus v̄porosorum, & ut ita dicam, fuliginosorū aceruum exrementorū: itaq; ēt desiderant maximas arteriarū contractiones. Et vero ēt animalis sp̄s non tm̄ nutriti substantiā oportet, sicut in adultis, sed una ēt cū instrumen- tis augeri: itaq; vel hoc nomine maiores distentiones flagitabunt. Adeoq; v̄sus contractionis arte- riarū in infantibus æquat pene v̄sum distentionis, etenim sunt abundantissima excremente, itaq; maiorem querunt contractiōnem. Calor at, ut non sit omnino copiosissimus, at, q̄ augeatur ani- malis spiritus, æquat in illis distentionis v̄sum ei, quē postulat plurimus calor: quo. n. iuuuenibus ce- dūt exuperantibus aduentio calore, hoc v̄su, quem imponit spiritus, refarcit. Maximum ergo simulq; celerrimum pueri utrūq; motū rēquirūt, sicq; infra v̄sum est functio in ijs, nam licet q̄ maxime celeres sint & magni, non satis efficiunt tamen v̄sui: quare hic crebris opus motibus est. F In senibus planè contra hēt: calor paucus, cui par est generatio fuliginosorum exrementorum, spiritusque animalis nutritio, iure habent ergo contrarios illis pulsus paruos, tardos, ratos. Hic meminisse oportet eorum, quæ in secundo libro De pulsibus dignoscēdis diximus: vt quo addū- cit errore, intelligamus, complures medici puerorū pulsus putauerūt paruos esse, tamen sint ma- gni, si cum magnitudine eos arteriarum cōpares: parui, si ex prima specie æstimes. i. si quantitatē tm̄ distentionis spectes, eamq; conferas ad iuuueniū pulsu. Sed tamen non maximos habēt pul- sus pueri, ne si ad magnitudinem quidem eos arteriarū perpendas, siquidem, q̄ nec facultas eorū peniat ad summū robur, & coarctentur etiānum molles arteriarum tunicae, multum de maxima distentione detrahitur, nihilominus tamen tantum retinent pulsum, ut medium supereret. Ac cele- ritatem habent parem in distentione & contractione: nam & motus utriusq; par v̄sus est, non ut in senibus: quo. n. minor contractionis v̄sus est, q̄ distentionis, hoc contractio tardior distentione est. Nec iniuria quidem senes minorem habent, qm̄ parum oīno aut nihil ex adultis humoribus exrementi prouenit, est enim imbecillus calor: p̄tēra, q̄ non magnopere nutrientur, nec ul- lo modo augeantur. Tamen v̄sus distentionis, et si non magnus, mediocris tamen adhuc senibus manet, etenim uentilatum oportet innatū calorē, atq; nutritū aīalem spiritū. Quia vero v̄sus pul- suum non cōpletur tm̄ vndequaq; à functione, sed & exolutus per se est oīno, longe magis in ra- ritatem immutant pulsus senes, quā in tarditatem: quare hic oportet longissimam quietem fie- ri, qm̄, cū nō implere, p̄tēter q̄ magnopere augebat, perpetuus ēt concitabat motus. Nam nō solum in infantibus non esse auētū ad summū, v̄sum generandorum pulsu, verum ēt de maxima distentione, quæ compleret forsitan una v̄sum, non parum discessisse, ante demōstrauimus, cum tm̄ detrahi dicemus, quantū facultas ab summo labore absit, ac degrauentur coarctenturq; in- strumenta, quæ infantes ex humiditate habent mollia. Sanē hoc quoq; diximus supra, insitum mollitudines, quæ remotæ a pressu sunt, nec grauātur uel coarctatur, referre ad pulsum magnitudinem, quæ vero his coniunctæ sunt, ad paruitatē, p̄cipue si labore facultas deficiatur. At, q̄- tum senū pulsus ex puerorū degenerauit crebritate in raritatē, tantundem prope motus cōtractio- nis in tarditatē ex celeritate. Nec obscura est eā: siquidem semel v̄sum contractionis exolutū esse te- cete docuiimus in ijs ætatibus, non tamē distentionis usus perij totus, nam hoc ēt tradidimus, quo minus est in hac tardus motus, q̄ in contractione, atq; hanc tyro solam poterat dignoscere. Pro- bē ergo dictū est: senex a puero longe magis raritate, quā celeritate, distat. Iā oē declaratū est, qd̄ deficiebat huic ipsi differentiæ: p̄tēra, qd̄ mutationi rhythmorum pro ætatibus: quos (qm̄ obscu- riorē esse sermonē, q̄ qui tyronibus accommodatus esset, atbitratus sum) non attigimus. Nam, vt de crebritate, ita de rhythmis extiterunt duæ sectæ: vna prorsus negabat sentiri contractionem, q̄ di- stentionis tps cōparabat cū toto reliquo, qd̄ non tm̄ constat ex contractione, sed ex binis ēt quic- tibus: altera sentiri contendebat, ac rhythmos in motuum temporibus ponebat. Hæc quanto se- cta sit perfectior, & vtilior ad p̄fagiendum, clarius in proxima lucubratione aperiemus: nec tamē nūc obscurū est, nisi obiter superiora & negligēter attendisti: nam ex ijsdem, ēt differentiæ rhyth- morū pro ætatibus, a qua proficiscuntur cā, nullo negocio inuenias. Cum. n. utriusq; motus pluri- mus infantibus v̄sus sit, minimus senibus: & oē interpositum tps ætatum utrunque v̄sum exoluat magis tamē contractionis: rationi consonū est, ut, quantum a pueris recedant ad senes, tāto semper utrunque motum habeant tardiorē, magis autē contractionis. Ex his nascuntur differentiæ rhythmorum pro ætatibus, de quibus latius in cōmētarijs. De p̄fagitione ex pulsibus agemus. Iam etiam quamobrem vehementissimus sit iuuenum pulsus, senū cōtra languidissimus, in aper- to est: iuuuenibus. n. validissima facultas est, senibus vero debilissima. Eadem etiam alijs in ætati- bus ratione, pro labore earum, vel imbecillitate pulsus remissione, & vehementia different.

Pulsuum

A. ibidem. c

A. ibidem. d

H

A. *Pulsuum pro temporibus anni mutatio.*

C A P. 6.

Pro anni temporibus: Medio uere pulsus maximi sunt, & uehementissimi, ut in tēporibus: celeritate, & crebritate moderati: pari modo medio autumno, progrediens autem uer, nō nihil de magnitudine, & uehementia detrahit, sed auget celeritatem atq; crebritatē, tandemq; ineunte iam æstate lāguidi, parui, celeres, crebriq; sunt. Autumni progressus cuncta imminuit, magnitudinem, uehementiam, celeritatem, crebritatem: ita in eūte hyeme, in paruitatem conuertuntur & remissionē, & tarditatem, & raritatē. Respondet autem initium ueris fini autumni, illius finis initio huius. Aestatis item principium suo, & principium hyemis suo fini. Proinde quæ pari spatio à media æstate, & media hyeme in utranq; partē deflexerūt, similiter uariāt. Porrò media æstas partim conuenit cum media hyeme, partim dissidet, nam parui vtrōbique, & languidi sunt, sed celeres atque crebri æstate, tardi rariq; hyeme: non perinde tamen parui æstate ut hyeme, sed æstate minus. Nec ita hyeme languidi, ut æstate, ceterum minus hyeme.

A. ibid. f.

Quæ accidunt ex tēporibus, in tres referuntur hasce causas, in usum, facultatem, & instrumēta Nam prout in ijs hēc singula uariant, mutantur pulsus. Ac medio uere status aeris nos amplectētis tēperatissimus est, itaq; corpora ēt sunt salubria. Hoc n. semper memoria tenendum est, hoc tēpore p̄r ceteris, à quibus animās afficitur, facultatem robustissimam esse, & calorem temperatissimum, & ēt instrumenta in summa mediocritate esse, q; nec humiditate immo dica madeant, nec siccitate squalleat, neq; ueluti rigeat gelu, ac cogelascant, neq; calore quasi remittant, languescat.

B que. Vnde & pulsus corporibus quidem optimè comparatis maximi, & uehemētissimi sunt. Nā in illis pulsuum pro æstatibus, temporibus, regionibus, & id genus alijs mutationes prodidisse literis medicos declarauit, ut alia loca ne citē, in secundo libro De pulsibus dignoscendis: Itemq; eos, qui eius status sunt, magnos esse edituros, & uehementes pulsus, in primo libro docuimus. Siquidem hi facultati ualidæ peculiares sunt, & moderato vsui, instrumentisq; naturali lege constitutis. Nā, si quid mediocritatem vsus excedat, non magni solū & vehementes, sed & celeres sient. Si vero longius excedant, vt usum iam actio non compleat, illico mutatio addetur in crebritatē. Quia verò usus est moderatus, non tendunt nec ad celeritatem, nec ad crebritatem. At enim adiecimus orationi, ut in tēporibus, recte sanè. Neque n. simpliciter maximi tum, atque uehemētissimi sunt, cū multo illis alij pulsus in naturis uehemētiores atq; maiores reperiātur. Sed si pulsus cū alijs tēporib. cōpares, tales medio uere euadūt. Nam æstate qdē crescit usus, sed languecit facultas. Quamobrē aliquatenus decrescit illa uehementia simul, & magnitudo, sed tñ hēc minus: nā q; a uget usus, augetur nonnihil: idq; momentum celeritati, & crebritati non leue adfert. Cōtra hyeme est, ac æstate validior facultas, non q; quē tñ ac uere, sed usus remittitur generationis pulsuū. Quare lāguidiores pulsus hyeme, q; vere sunt, & uehementiores, quā æstate: atque ueluti me

C dium locū occupant inter vtraque tempora, nempe quod & facultas teneat locum medium. Verum satis sunt parui: quoniam cū facultas infra summum robur est, tum usus insigniter est remisus. Quæ ipsa in causa remissio est, cur simul tardi, & rari sint. Hic rursus memoria tenēdū est dictum, quod aliquando declarauit Hippocratis. Vsus est enim eius in mutationibus ex æstatibus, tēporibus, regionibus, statibus, omnibusque eius generis; ne me quis cum illo existimet pugnare. Neque enim ille absolute dixit: "Quæ augētur, plurimum habent calidi, sed innati, addidit, ut qui alterum sciret calidum acquisitum esse, quod plurimum iuuenibus suppeditat: "Nam tēperatus est nativus calor; acquisitus autem intemperatus, & quasi igneus est. Sic etiam: Ventres, inquit, hyeme, & vere calidissimi natura sunt. Immo ne hi quidem calidissimi absolutes: sed calore nativo 1. Aph. 14. Ex. Aestate paucissimum hūc habent: abundant uero aduentio calore & squalido, qui colliquat potius, quam nutriat corpus. Præterea functiones tantum abeat, ut meliores reddat, vt illæ ne q; quidem illas, quæ in moderato obeuntur. Hæc si retinuerint lectores, nihil me nec in hac oratione, nec in reliquis dissidere ab Hippocrate vllus arbitrabitur. Posthac de regionibus, & statibus prescriptum est tyronibus. Quæ oratio ex superioribus clara est, ac causam habet apertissimam. Itaque solum ipsum adscribam caput, quod hoc est.

D. *Pulsuum pro regionibus, & statibus mutatio.*

C A P. 7.

A. ibid. 10. f.

P ro regionibus perinde, vt pro temporibus. In uehementer calidis, sicut media æstate. In magnopere frigidis, ut media hyeme. In temperatis, ita ut medio vere. Ad harum proportionem in ijs, quæ medium locum sunt sortitæ. Porrò aeris nos circundantis alij status, qui calidi sunt calidis temporibus: frigidis, medij medio ueri respondent.

Pregnantium pulsus.

C A P. 8.

P regnantium maiores, crebriores, celerioresque pulsus sunt. Præterea nihil mutatur. In prægnantibus præter usum, mutatum priorum nihil est. Quicunque hic sit, omnino increscit, & augetur, quod mulier nō sibi iam soli respiret, & pulset, sed foeti etiam cogatur. Rationis ergo est ut celeriores, & maiores sint, crebrioresq; Nihilo tamen uehementiores sunt, uel lāguidiores, uel duriores, uel molliores, pro ipsa sanè conceptus ratione. Neque enim, ut ex eo, ulla facultatis, uel instrumenti, prægnantium facta mutatio est.

DE CAVSIS PVLSVVM.

Pulsuum ex somno mutatione.

CAP. 9 E

Iam somni etiam sint, si quid aliud, secundum naturam, qui & ipsi variat pulsus: initio minores, „
languidiores tardiores, rarioresque reddunt postea tarditatem pedetentim augment, & raritatem, „
præsertim à cibo: at maiores sunt, & uehementiores. Tandem ad remissionem, & paruitatem re- „
deunt, tarditatem, & raritatem retinent. „

Quæ sit causa, cur concoctiones per somnum meliores sint non in uentriculo modo, verum etiam
in venis, in arterijs, in oī deniq; aīalis habitu, nō est huius loci explicare. Neq; n. de causa, quæ nā
illa sit, conuenit inter oēs medicos equidē hoc in præsentiarum de illa breuiter dico. Facultas cō-
coctrix se intrò p somnum recipit magis, & in altum, ergo, quia intrò mouetur, & materiam con-
ficit: primò ueluti imbecillior redditur, ac oneratur: paulò post cùm fruitur alimento, quod confi-
cit, robatur ipsa, ac calor crescit aīantis: vt qui frigidiores cibos comederunt, illico frigidiores
se aīaduertunt, multiq; adeo illorum manifeste, & horrent, & rigent, haud multò post fiunt cali-
diores. Proinde si natuus calor est, qui concoquit cibos: ac qui huic præsunt motus, ut ratio fuit
Hippocratis, qui foras tendunt, uigilias: qui intro, somnos conciliant: facillimè rationē ac naturā
commētemur pulsuum mutationis, quæ ex somno proficiscitur. Quòd si qua est alia huius moli-
trix facultas, certe, quia consensum esse traditum est mutuum omnium facultatum, quæ a al mo F
derantur: non mitum est, si quid hæc facultas naturalis consentiat cū illa. Sed hoc si semel admis-
sum sit robatur, & debilitari uicissim facultatē, quæ pullum creat, promptè expediā causam. Nā
quia oneratur illa initio somni, atq; debilitatur, minores, & languidiores pulsus oportet existere.
At mox ea roborata, è diuerso maiores uehemētioresq;. At. n. qd simul tardiores & rariores fiūt?
Erasistratus quidem causam confert in motu uoluntariorū requietem, quæ idcirco concoquat

6. Epid. com. 4 t. 14. 3. 183. c. & 193. b. cō. 5. t. 30. probè: non somnum in causa ponit: Hippocrates "ac cæteri, qui uergere calorem intrò ferunt per
somnum, qui quidem medicorum ac philosophorū sunt planè omnium pbatissimi, in huius in-
crementa, & decrementa, motusq; diuersos causas conferunt, Imminui, n. dicunt, ac ueluti sus-
cari, ubi in aceruum subito incurrat ingestæ materiæ: quō ignē quoq; cum in lignorum ingētem
struēt incident. Atq; ut idē ignis, ubi superior euasit materia, robatur ac in magnitudinē eleu-
atur: sic innatus calor, cū fruatur alimento, confessis iam succis, in quos inuaserat, copiosior q antē fit, & ualidior. At causas adhuc tarditatis, & raritatis non expediūimus: immo uerò aliter me iu-
dice res habet. Qñ dormientibus motus calor, q foras tendit, imminutus est, vigent aut qui intrò
cōtractionem oportet celeriorem fieri, distentionem uerò tardiore. Ac sic quidē manifestò fit.
Qui contractionem non assequuntur arteriarū, sed discernūt ex sola distentione pulsus, hi tardum G
absolute uolunt dormientium pulsus esse. Ille autem absolute non est tardus, sed altera ex parte
tardus, totus non tardus potius, q celer. Nam cuius tarda distentio, & celeris est contratio, is neu-
tro horum nominū appellandus est, nec celer, nec tardus, sed sunt distinguendæ eius partes. Qd
in respiratione fecit Hippocrates. Iā verò ē altera sui parte parvus est dormientium pulsus: si qui
dem plurimū contrahitur, distenditur at nō plurimū, sed quantū contrarius motus necesse habet
reddere contractioni. Porro arteria in pari sem p interuallo mouetur in contractione ac distentio
ne, nisi qñ rhythmum subitò immutet: terminis verò unde proficiscitur, & quibus finitur, uariat.
Nā cū motus, qui intrò pergit, p̄ppolleat, atq; prorsus confideat, rursusq; inde incipiat, qui foras

1. Epid. cō. 3. t. 18. 3. 121. b 3. Epid. sect. 3. 1. Prorr. com. 3 t. 72. 4. 188. d In Prog. cō. 2. 8. 56. 4. 203. g tēdit motus, haudquaq; hic distentionē plurimū producit: Contra cùm p̄ppolleat motus, qui foras
concitat, contrario existente debili, minimè tunc ab extremo orditur collapsu in distentione, ac
summam tandem magnitudinem assequitur. Cumq; inde incepit denuò qui intrò fertur motus, si
nem contractionis, vnde incepit distēdi, facit. Ita cum facit semper ueluti mutuum quendam or-
bē, modò intrò magis, modo foras fertur. Quam ob rem, qui duntaxat distentionem sentiunt, his
pulsus necesse est in somnis parvus, & tardus videatur. Iidē necesse est, vt imperitorib. in digno-
scendo, pusillam partem conspici motus distentionis & fugere maximam. Quippe in eo motu ar H
teriarum, internos motuum terminos exercitatissimi quidem attendunt: sed contractionis hos
finis fugit, & principium distentionis. Quo magis imperitos immensam partem motus p̄te-
rire par est, totam propè contractionem, & partem non mediocrem distentionis. Quæ autem
pars motus lateat, quam nō sentiant, qui tangunt, ea cū adiungatur ad tempus quietum, specie p̄
bet pulsus rari: tametsi re vera dormientiū pulsus nihilo rarer sit: vt nec respiratio, sed aperte ē in
hac expiratio, quæ cum exufflatione fiat, maior est: quietis temporis nullum accedit incremetum.
Explicauit iā summam ferè de somnis: tñ quò res clarior sit, addam reliquum. Pulsus dormientium,
in externa quidem quiete similes sunt uigilantium pulsibus: in interna uerò, permultum uidentur
distare: q terminos internos motuum non assequitur noster sensus: sed tum minor est, tum lāgu-
dior q pulsus vigilantium: præsertim à principio statim. Nā postea magnitudo ei quædam, & ue-
hementia adiungitur, & iam tardus in distentionibus est, in contractionibus uelox: & in summa,
intrò magis mouetur. Quare si uehementem in contractionibus eū dicas, nihil erres: Etenim ex-
crementū succorū confectionum ueluti fuliginosum excernere arteria per somnos, q copiosus tū
collectum sit, uehementius auet: unde motus, qui intrò fertur, uel hoc nomine p̄ppolleat. At verò

Avbi absolute succi cōfecti sunt, si in somno homo permaneat, immoderatus erit utique; talis somnus. Motus autem meritò fit uterque; minor, tardus, imbecillus, rarus. Somnus. n. (quod vel ex poetis auidas) mortis est frater. Vnde illi haec conuenit cum uiuentibus, confessio alimenti. Reliqua mortuis sunt similia, non videre, non audire, nihil intelligere, vel cogitare, {vel loqui,} vel sentire, ratione carere, projectum esse. Et verò quid aliud, (si illud unum quod commune adhuc cum uiuentibus habet, sit ablatum) nisi rectè uia ad mortem dicatur? Iam est primum esse, & natum caloris motu, cum foras, & extra seipsum mouetur: secundum, cum intrè in seipsum, qui propter nutrimentum comparatus est, id iam pridem multis locis diximus. Qui ubi non amplius in nutrimento detineatur, neque proprium suum motum, quo fertur foras, repetat, sed ociosus sit utrinque: habet tum certe imaginē mortis, exoluiturque eius contentio, vnde oritur languidus pulsus: dissoluitur porrò motus, quam ob rem parvus, & tardus, & etiam rarus fit. Quod si increbat etiam atque etiam parvitas, tarditas, raritasque propemodum nihil mouebitur, at hanc mors erat. Habet omnia de somnis. Quanquam præterea Archigenes plenissimos dicat pulsus in somnis uideri, Apollonides inanissimos, mihi certum est de his non producere orationem, cum in superioribus lucubrationibus falso hoc probauerimus genus pulsuum inductum ab Herophili successoribus esse, sicut multa alia. Neque quicquam habet admirationis, si in re, quae planè discerni nequit, inter se Archigenes, & Apollonides dissident. Neque enim communis sensus affectum, sed suas uterque opiniones scripsit.

Expergiscuntur pulsus.

CAP. 10.

Qui expergiscuntur, è vestigio pulsus magnos, uehementes, celeres, crebros, & cum quadam vibratione habent: qui mox mediocritatem assequuntur.

“ Non perinde in somnum incidimus uigiles, ac ex somno euigilamus: quod hoc fere subito, illud oīno pedetentim fiat. Etenim turbulenta insomnia, vel si quis uociferetur, perstrepant, tangat dormientem, celere, & subitanam concitant mutationem. Quocirca pulsus illos, quos commemo-ravimus, qui in eū modum immutantur, clarissimè percipiunt. Nec tamen in alijs, qui motu innati caloris foras progrediente, excitati sunt, fugiunt exercitatos. Nam somnus incidit, cum natuus calor aut ex fatigatione, & nimia siccitate ad alimetum se cōuertat, aut ob immodecam humiditatē foras nequeat p̄gredi. Quorū est salubris primus, & naturalis. Alter, quē memorauimus, ueluti somnus, quod est in comatibus, & lethargis. Cui opposita est phrenitidū, & vigilarūt, {non naturalium} uigilantia: ubi si p̄secutus natuus calor est, & quasi ignitus, atque idcirco foras quoque mouetur immodi-cē. Sed affectus p̄ter naturā, quos nec uigilantiam, nec somnum, sed uigilias, & comata potius uo-

Cces, relinquā in p̄senti. At somni naturales, simulque vigilantiae ita, quō ante diximus, gigantur. Nam cū indigeat, simulque desideret naturalis animaliū calor copiosam humiditatē, ideoque in uiscerā cōueniat, & vētē, fit somnus. quod simul atque ea satis fruitus est, ut naturalē iā qualitatē recupe-raverit, expergiscuntur: quo quodē p̄ce illae cōueriones nullo modo citra vim aliquā fiat. Nam in alime-to cōcoquendo quā succrescit humiditas vaporosa largè cū in ipsa cute, tamen in poris, corporibusque ad externā superficiem usque; interpositis omnibus, non perinde iā calori proclivis est ad externa motus. Quare ut hanc discutiat, remoueatque; & meatus repurget, & etiam corpus undequaque; sibi penetrabile reddat, postulat primos vehementes atque uiolentos motus. Quod ubi p̄spirabile purumque reddit, mediocritatis naturalis reminiscitur. Hinc pulsus illico experrectis ex somno magne, & uehementes, & celeres eduntur. Præterea ob motus uim, non nihil uibrantur. Paulò post ad natuam mediocritatem reuertunt. Deinceps tyronibus scripsimus de corporis aduentitijs habitudinibus: quas græcē σχέσεις nos Hippocratem secuti appellamus, qui in libro De articulis dixit: Ceterum refert etiam non nihil corporis habitudo. Ac pulsus nos in utraq; illarum maxime conspicuus prodemus, quorum facile nunc sit adiungere causas ex commemoratis. Nam quae de naturalibus differentijs corporis tradita sunt, eadem dicentur de aduentitijs. Quod breuior ero, so-

Drumque ipsum illinc caput subiectandarum causa rerum huc transferam, quod ita habet.

Pro ascititys habitudinibus pulsus.

CAP. 11.

Ascititiae habitudines corporis perinde pulsus, ut naturales immutant. Nam gracilis natura si quadratus euaserit, huic, qui talis natura est, assimilem pulsum habet. Sin quadratus factus gracilis sit, assimilem gracilibus natura. Constat autem gracilitatis, & quadrati corporis citra facultatis immutationem, aestimandam differentiam esse: itaque in omnibus alijs, ut unum id tantum ubique, de quo in præsenti disputemus, mutetur. Quae diximus de quadratis, eadem etiam de corpulentis dicta nobis dixisse, est putandum, nisi quod magis sunt intensa. In eum illic modum de habitudinibus corporis differimus. Apposuimus itidem de temperamen-tis: caput etiam hic memoriae gratia fatis est adscriptisse. Est autem hoc.

Pro ascititys corporis temperamenti pulsus.

CAP. 12.

Iam temperamenta corporis ascititia pulsus ea proportione mutant, qua naturalia tempera-menta.

Scilicet ad eundem hic modum, ut de anni temporibus diximus: Calida calidis, frigida frigidis assimiles pulsus creant. Nam temperamentorum in humiditate, & siccitate differentia contineba-

† παράφων. i.
pter naturā. su
perius. n. Gale
nus iter παρά
φῶν, & οὐ φύ
οτε differentiā
posuerat.

De Ar.com. i.
t. 26.7.256.d

DE CAVSIS PVLSVVM.

tur in habitudinibus corporum: siquidē siccis gracilita est humidis familiaris. Verum E hæc in libris De temperamentis declarauimus. Præterea hoc quoque, corporis duritiam tempera mentis siccis, mollitudinem comitari humidis. Itaque pulsus his mollis est, illis durus.

Pulsuum pro exercitationibus mutatio.

CAP. 13.

Nunc alias mutationes, quæ causas habent non naturales, recenseamus. Exercitationes pri mo, quæ moderatæ sunt, vehementes, magnos, celeres, crebros pulsus efficiunt: si multæ sint, & vires excedant laborantis, paruos, lāguidos, celeres, & crebros in summo. Nimium immo dicē, adeo ut ægrē iam se possit mouere, & multis interpositis quietibus: aut nihil prorsus possit, sed exolutæ vires impense sint, pulsus mirè paruos, & languidos, tardosq; & raros: quod si ad ui rium dissolutionem perueniat, pulsus creāt illius proprios. Quales autem excitet pulsus facultas quæ dissoluitur, dicemus paulo inferius.

Habes caput, quod illo in libro conscripsi. Nunc iam addam causam. Facultas in exercitationib us vniuersam adhibet contentionem, vnde pulsus vehementes excitantur: vsus autem increscit, vnde magni, celeresque. Hic qñquidē binis accessionibus augetur, spiritu hauriendo, & caloris incremento, ideo etiā, qm̄ non satis p magnitudine illorum, & celeritate completur, crebri fiunt. At quæ vires excedunt exercitatiæ se, efficiunt paruos, & languidos propter earū imbecillitatem, F tñ illos quidem adhuc, quia vrget vsus, crebros: at nō celerrimos, propter facultatis infirmitatem, sed pro his creberrimos: idq; quatenus actio longè vsu inferior est. Quòd si adeo quis cogatur la borare, vt non modo superiores facultate labores sint, sed continenter necesse habeat interqui scere, huic refrigerat vniuersum corpus. Pulsus aut ob imbecillam facultatē lāguidi sunt, & parui, ob frigus nec celeres, nec crebri. In aperto ratio est, si memineris priorum.

Ex balneis calidis pulsuum mutatio.

CAP. 14.

Balneæ calidæ, dum sint moderatæ, pulsus creant magnos, celeres, crebros, *vehementes. Im modicæ, paruos, & languidos, tamen adhuc celeres ac crebros. Quòd si hic *non relinquatur

* Al. καλός πάχυς
εργοδοτέρου.
& paulo vehe mentiores.
* In antiquisco dīcībus, & in paruos, languidos, tardos, atque raros.

traslatione ve-

teri illud, Non

nō legitur, nec

legi debet.

* οὐτισμός.

† In cod. græcis & in antiqua traslatione, legitur in pterito tpe hoc mō, sa ne, & habitus corporis refi geratus est, & facultas disso luta.

Ex balneis, si in tempore utaris, omnino corpus commoditatē aliquam percipit. Nam cum defessi simus, in caluerimus, simus refrigerati, deficcati, nauseam, *aut temperiem inéqualem sentimus, deniq; si vacuatione opus sit nobis, illas nos subimus. In illis aut oībus temporibus corpori restituitur mediocritas temperamenti, vires corriguntur, opportunus augetur quidam calor, ac pars digeritur spiritus vna cū sudoribus. Quare calidæ balneæ par est, si sint moderatæ, ut ad eum modum mutet pulsus, sicut declarauimus immutari, cum facultati cōmodatur, & augetur usus. G Immoderatas, planum est, facultatem dissoluere, vsumque præter modum intendere: vnde fit ut creberrimos creent: celeres aut perinde, ut priores: nisi sanè facultas ad extreum vsum deuenerit; nam tum quidē formicantes, quos appellant, prodibūt. Quòd si ab immodicis balneis destitint, nec lauentur amplius, †{sanè refrigerabitur corpus, ac facultas opprimetur.} Quam ob rem mutatio pulsuum ea existet, quam in libro primo docuimus excipere facultatis imbecillitatē, & vsus remissionem. Hoc enim in præsenti satis est si demonstrem, quemadmodum ex singulis præcedentibus, & externis causis ad primas, & præcipuas, & continententes uocatas mutatio penetrat, vt autem ex illis pulsus necessariò alterentur, in primo aperiuitus libro.

Ex balneis frigidis pulsuum mutatio.

CAP. 15.

Figidæ balneæ illico paruos, ac languidores, & tardos, rarosq; pulsus efficiunt. Postea, prout & refrigerarunt, paruos, & languidores, & tardos, raresq; efficiunt. Quæ ex calfecerunt, & robur conciliarunt, magnos, vehementes, celeritate, & crebritate moderatos.

H

Balneæ frigidæ è vestigio refrigerant omnino, postea vel roborant, vel obriunt facultatē, vna que perfrigerant: nam id est torporem inducere. Itaque, & pulsus pro ratione causarum immutant. Quod uero non poterat tum tyronibus explicari, id nunc declarabo. In frida lotione arteriarū motus plus intro, q̄ foras fertur, q; & calor illuc illico magis fera. Quòd si intus arterias pos semus contingere, oīa q; alias in distētionibus animaduertimus, hēc in cōtractionibus hic apparet, magnitudo, celeritas, uehemētia, sed hoc q; a nō pōt vlla rōne, ab ijs, q; in distētionib. p̄cipimus totos pulsus sic appellamus. Paruos, q; a multo minor distētio id tps est, q; ante: tardos itē, q; aper te exolutus est motus: iā raros quoq; q; alij ēt oēs, in qbus plus motus intro fert, tales esse uisi sint contractionem non sentientibus. Causa ante explicata est. Languidos non diximus absolūtē, sed scripsimus languidores: qua uoce paruam mutationem significauimus in remissionem esse.

CAP. 16.

Cibus largus, ut etiam grauet facultatem, pulsus inéquales, atque inordinatos concitat: Ar chigenes uult celeriores, quam crebriores. Modicus, magnos, celeres, crebros, uehemētis. Parcior, quam qui satis nutriat, non èquè ac moderatus, ceterum minus mutat, neq; id diu.

Cum possimus in singulis capitibus in hoc libro p̄scriptis, primū, quæ alij de ijs cēsuerunt, com memorare, deinde esse falsos confutare, non hoc facimus: sed statim ad id, quod probatum, & uerum

LIBER TERTIVS.

99

A & verum est, accedimus, id agentes, ut operis, quoad eius fieri possit, prolixitatem contrahamus.

Quod cum nunc & sua sponte longum sit, quid fiet, si veterum præterea opiniones una cum consultatione congrua cōpleteatur, nonne in immensum ducetur? At, qui tempore ad disciplinas abū dat, ardētq; cupiditate medicorum oēs opiniones cognoscendi, huic lucubratio hæc, certo scio, viam muniet, vt per se inueniat, vbi bene sentiant, & vbi errēt. Et quidē alio ipsi loco multa scripsimus, quæ his, qui in ea voluntate sint, conducent. De proposita qōne in libris, ubi inquirimus in Erasistrati artem de pulsibus, opinionis errorem, ut puto, clarè prodidimus. Ad hēc vbi discrepamus ab illis, qui peritissimi habentur in arte de pulsibus, de his item vir, qui sapientia sit præditus, facile mihi uidetur horum præsidio, quæ nunc tradidimus, existimaturus. Inueniat. n. ea ferè partim in sola dictione, partim in exactis, & distinctis explicationibus consistere: etiam hēc, de quib. nunc agimus. Nam, cum scribat Archigenes in hunc modum de cibo facultatem onerante. Hic, quia premit, languidores minoresq; pulsus concitat, & celeriores quām crebriores. Nos non sic, sed quomodo scripsimus? Cibus largus, ut etiam grauet facultatem, pulsus inæquales, atq; inordinatos concitat. Qui autē opera artis diligenter obseruat, non in cibo tantum, sed & in alijs affectionibus omnibus, in quibus oneratur facultas, reperiet inæquales pulsus. Atq; hoc scilicet "ipsum est, q;

A.1.1.f.2.d
3.c.11.f.49
g

B imbecillā facultatem ab onerata distinguit, simulq; cum eo proditur & noxæ magnitudo. Si. n. inter multos magnos, & vehementes, pauci offenduntur parui languidiq; pusilla est offendio facultatis: cōtra, si pauci magni, & uehementes, parui autē, atq; languidi multi sint, ingenti in eiusce modi affectionibus onere opprimitur facultas. At uero parui, & languidi pulsus perpetuò fiunt, nullo interpellante contrariorū, non in ijs, q; onerantur, sed in ijs q; dissoluuntur facultatibus. Dum ve-rō per se quidē ualidæ sint: sed abs quopiam grauentur, & premantur, oīno uehemētes, & languidi pulsus cōmiscentur, et si summē offendæ sint. Incuriose igitur scribit Archigenes, lāguidores, & minores pulsus fieri, quum facultates cibo grauantur: hæc. n. q; facultas dissoluatur, non q; prema-tur, signa sunt. Atq; ut in differentijs magnitudinis, & uehemētiæ sunt inæquales, sic in differentijs crebritatis & celeritatis. Quare ne istuc quidem quo conijcere, quemadmodū Archigenes scripserit, celeriores eos, q; frequentiores esse: nisi si hoc dicere velit, licet sint hi inæquales, maiore numero tñ celeres tardos vincunt, q; raro's cre bri. Etsi ne hoc quidem uerum est, si ita nude proferatur, nec distinctè: Immo offendiones leuiores, celeres magis, q; crebros: grauiores è diuerso crebriores pulsus, q; celeriores reddunt. Causa in apero est ex demonstratis in primo libro. Siquidē celeritas facultati peculiaris ualidæ est, crebitas imbecille. Iam aliorum etiam, de quibus deinceps C dicemus, nisi exciderunt ea tibi, quæ primo in libro docuimus, in promptu est causa.

Pulsuum ex vino mutatio.

C A P. 17.

V inum" pulsus cetera quidem ut cibus variat: hoc vero interest, quod illico immutet, & citius mutatione à vino profecta, recedat, quām illa quæ cibo: quod ita celeritatem amplius, & magnitudinē, quām uehementiam, & crebritatem augeat. Quanto enim uehementius moderatus cibus constantius que robur conciliat, tantum ferè vinum extollit magnitudinem.

Hēc quoq; oratio sciptam interpretatur, ac oīa subiicit nobis, q; de vini virtute sunt ab omnibus medicis prodita. Appositio enim, quam facit, celeris est, q; humidum sit, & calidum. "Quicunque enim celerem, inquit, requirunt, appositionem, his humidum medetur. Quando vero calor et dux est humiditatis, multo iam magis. Adhēc, quæ affatim subitoq; nutriunt, hēc celeriter permeant. Quam ob rem ut celerem, ita minimè diuturnam à vino appositionem corpora accipiunt Facile enim digeritur per halitum. Porrò, q; nutriat, pulsus ita ut cibus variabit: q; autem amplius quām ille calfaciat, insignorem adiicit illis, & magnitudinem, & celeritatem: id quod planè aper-tum est illis, qui retinuerunt, quæ in primis exēplis docuimus. Ac reliquorum, q; in ifagoge prodidimus, si memoria teneas, quæ in primo libro Icripsimus, omnes clare sunt causæ. Quare præterita

In libro de Aliamento.

D illorum magna parte, causas tantum illorum, quæ sunt obscuriora, referamus: de quibus hoc est. Cur choleras, magnos alii fluores, profluuiū muliebre vocatū, deniq; oīa, quæ ex corpore vacuando facultatē dissoluūt, comiten̄ pulsus vermiculātes: at facultatē, q; à febri cacoethe dissoluitur, for-micantes consequantur? An quia pulsus, quod vermiculans sit, tardus esse omnino, & rarus debet? neq; enim possit fieri, ut prior arterię pars prius moueri videatur, neq; ut fiant veluti circumscriptiones in vñā distentione multę; ni tardus simulq; rarus sit motus. At in acutis febribus (neque enim possunt cacoethes non acutę esse) non sustinet pulsus caloris copia, uel tardum in summo uel semel fieri rarum: ceterum tardus est, aut non celer certè pulsus, cum dissoluitur facultas, (tametsi in eo quidam dignoscendo hallucinentur) sed non summē tardus tamen: rarus autem haud quaquam: immo creber semper, ac vbi uis urgeat caloris, magnopere est creber. Mihi quidem iam uisum est tertij huius libri hic finem facere. Reliqua in quarto per sequar, ab affectionibus ani-mi exorsus.

GALENI DE CAVSIS PVLSVVM E
LIBER QVARTVS

ARGUMENTVM LIBRI

Agit de causis præter naturam, quæ tum animi, tum corporis
affectione pulsus immutant.

Quæ pulsuum causæ superioribus libris explicatiæ sunt, quæ hoc libro explicanda. CAP. 1.

Intra causas, unde pulsus alterantur, quæcūque mutationem moluntur per se, continentes eorum generationem, ex quo sunt continentis appellatae, prioribus duobus libris exposuimus. Quæ has præcedunt, quarum consistit pars in ipsis animalium corporibus, pars extrinsecus accedit, has cum instituimus duobus proximis explicare, (quia ante etiā in libro illo, quem tyronibus scripsimus de pulsibus, summatim de his, & citra demonstrationem tractauimus) operæ pretium mihi est usum, ut hic quoq; de ijs agerem citatis ipsis capitibus, atque distinctè explicarem, simulq; causas adderem. Ac in tertio quidem libro de ætatibus, regionibus, annis tibibus, naturis, præterea de exercitijs, quæ vocant, & cibo, potuq; diximus. In hoc quarto, qui huius commutationis est postremus, de causis præter naturam sermonem habebo, exorsus ab affectionibus animi: deinde etiam de corporis affectionibus dicturus. Iam hic quoque ad singula capita clausulas traducam ex libro tyronibus scripto.

Intra pulsus.

CAP. 2.

A. l. 1. f. 2. d.
3. c. 18. f. 5. 1.
a.

Ira altus est pulsus, magnus, vehemens, celer, creber. Qui superiorum est memor, huic etiam quæ de ira dñi, aperta sunt. At de quo ante haud dum diximus, hoc est in præsentia adjiciendū: uehementior ne tm appareat pulsus iratorum, an ei se modi sit verè. Id n. omisimus, etiā latius in primo libro disputaremus, sere dubium. Neq; enim ita quis fidem tum haberet, si diceremus non apparere solum, sed esse etiam uehementiorem, vt iam adducetur, cum ante in sermone interposito multa ordine audierit, quæ referunt ad fidem, presertim quæ de inæ qualitatibus narrauimus, in quibus pulsus uicissim clare videtur fieri languidus, & vehemens: non quo tam repente facultas in imbecillitatē variet & robur, sed q; cum causis, quæ se molestant, decerteret, nec superet perpetuo eas. Apertissime autē pulsus per bonas iudicationes uehementes fiunt. Etenim facultas tum, vt, quæ molestiam exhibent, repellat, excitat seipsum. quod & in animali cernas facultate, non tm vitali. Exoluti enim quidem extreme, vel per senectutem, vel per morbum, vel aliam q; piam, quæ antecesserit, laetitudinē, si latrones subito cōspiciat ingruere, vel hostes, vel feram aliq; concitato cursu aufugiūt periculū, neq; in eo validis cōcedint. Itēq; in terræ motu ex ædibus exiliunt, aut per incendium, atque oxyssime discurrunt: dum antea per infirmitatem progrederi uix possent. Ex quibus omnibus liquet, facultates animalis moderatrices, si quando impendeat necessitas, maiore ui obire suas functiones. Quo minus mirū est, si in ira hoc contingat, cū videatur merito fieri: ut & in his etiam animaduertas, qui ex exercitationem subeunt, aut q; aliam n auant operā, pulsus non in magnitudinem modo, sed & in uehementiam conuerti.

Laetitia pulsus.

CAP. 3.

Ibidem. a

Laetitia magnus, rarus, & tardus est pulsus, at uehementia nihil differt. Laetitia diffunditur per vniuersum corpus calor: atq; plus foras eius motus fertur, at in tristibus intro. Vnde maior sit merito pulsus illorum, at non uehementior item. Neq; n. ascitius ex affectu comparatur, neq; validioris actionis vsus. Planum autē est, hæc intelligi debere, de moderata laetitia quæ propria rōne pulsus alterat. Nam si nimia quidem laetitia sit, ut facultatē dissoluat pulsus sepe per accidentis contrarij existunt. At tunc pulsus sient, qui dum virtus dissoluit, fieri solent. Diximus enim ante, qui inter affectus sunt uehementiores, hos totam alterationē pulsū per seipso moliri.

Tristitia pulsus.

CAP. 4.

Ibidem. a

Tristitia parvus, languidus, tardus, & rarus est. Et tristitia enim refrigerat, & calorem intro concitat. Itaque non iniuria contrarios pulsus efficit superioribus, quos consequi laetitiam dicebamus.

Timoris pulsus.

CAP. 5.

Ibidem.

Timoris recentis uehementis celer, & vibratus, & inordinatus est, inæqualis q;. Innoteratus tā similitudem habet tristitia.

Timor è vestigio, quia statim multā mentis conturbationē facit, iure inæquales edit pulsus. Nam ante de hoc uerba fecimus. Tp̄is diurnitate pulsus tales creat, quales tristitia. Neq; quicquam a tristitia abest diurnus timor. Omnibus autem hic, si diurna sint, aut admodum sint uehementia,

A mentia, prius succeedunt, ut solent dum facultas dissoluitur. Etenim dissoluunt omnia haec facultatem, breui quidem uehementia, tempore vero contraria. Atqui paulo ante idem ex illis, quae de laetitia retulimus, ostendebatur: nunc etiam adscriptissimus, q̄ illis hoc in isagoge subiunximus, & etiam q̄ de similibus uniuersaliter statuendum est item. Longiore uero interpretatione haec oratio non querit: quare ad ea iam, quae consequuntur, transeamus.

Ex dolore pulsus variatio.

C A P. 6.

Dolor, qui quidem uariat pulsus, (variatus autē ingens, aut qui principes partes tenet, ut etiā inflatio dum parvus est, atque initio, pulsum edit maiorem, uehementiorem, celeriorem, crebriorem. Autus uero iam, & admodum validus, ut etiam uitalem contentionem offendat, minorem, languidorem, celerem, crebrum. Ac quo diuturnior sit, uel vehementior efficiatur, hoc illorum quod q̄, increscit magis. Qui uero facultatem iam dissoluit, in remissionem, & paruitatem, & falsam celeritatis speciem, ingentem q̄, crebritatem commutat.

Vt in omni molestia facultas, ita in doloribus sese solet, ad depugnandum, & reiiciendum id, q̄ infestat, concitat. Optimo igitur iure in magnitudinem, & celeritatem, vehementiamque pulsus mutat. Quae si in eo nihil perficiat, veluti ex inani labore uis eius, & cōtentio dissoluitur. Itaq; in remissionem motus, superata ab infestantibus facultate, recidunt. Quid autem falsam celeritatis spe ciē dixerim, in tertio libro De dignoscendis pulsibus declaratum est. Iā etiam demonstrauimus in horū cōmentariorum libro primo, cur paruis pulsibus penè omnibus adiuncta crebritas sit.

Inflammationis pulsus.

C A P. 7.

Inflammatio habet omnis communem pulsum ueluti serrantem: ut alia pars attollit arteriae, alia non uideatur, cum illa scilicet videatur durior. Habet etiā vibrationis aliquid hic pulsus, ac celer quidē & creber est, non perpetuo magnus tamen. At singulis est suus proprius. Nascentibus quidē maior iusto, & vehementior, & celerior, & crebrior. Vigescientibus adhuc cum illa omnia increscunt, tum clare iam durior, & magis uibratus est. Vigescientibus autē manifestior est, durior q̄, atque uibratus magis, sed minor est, qnā dudum, non tamen lagnidior, nisi facultatem excedat affectus: quinetiam crebrior fit & celer. quae si diuturnior sit, atque in scirrum iam indurescat, accedit illis gracilitas pulsus, & durities. Hęc inflammationis habet, quae pulsus p̄ totum corpus immutat, uel quia magna est, uel quia principem partem insidet. Si uero uniuersum corpus non afficiat, pulsus in parte inflammata talis erit, quam diximus. Crescunt autem, quae commemorauimus singula, diminuunturque, aut pro inflammationis quantitate, aut pro ipsis instrumenti natura inflammati: Siquidem partes neruofores, duriores edant pulsus, magisque serrantes, & minores: venosiores uero & arteriosiores, contra. Ac inter hos maior est in arteriosoribus, atque inaequalis facile sit, inordinatusque. Ex his liquet, quipulsus sit illorū, quibus inflamatum iecur est, uel lien, renes, vesica, colon, uentriculus: Præterea pleuriticorum, & peripneumonicorum, & breuiter omnium, in quibus partis inflammationem comitatur febris. Nisi quibus in locis ob symptomatum naturam, quae tum necessario ȳs consequantur, tum casu adiuncta sunt, prout quodque possit mutare, ita pulsus contingat variari: ut mis̄ta ibi mutatio fiat, & quae inflammationi congrua est, & quam loci natura, vel presentis inducit symptomatis. Quibus enim infirmatum est septū transuersum, hi cōulsionibus sunt opportuni: quibus pulmo, suffocationibus: quibus uentriculi os, syncopis: quibus iecur, atrophiae: quibus ventriculus, cruditati: quibus renes, urinæ suppressioni. Ad hęc partes insigniore p̄edit & sensu, etiam dolorum nomine pulsus mutant: quae minus sentiunt, pro affectu tantum. Igitur in inflammationibus varie pulsus ex his omnibus mutantur. Quae quemadmodum discernenda sunt, cum alio loco exacte tractauimus, tum uero in praesentia, quartum interest tyronibus, persequemur.

DHoc caput est ex isagoge, quod pulsuum profectam ab inflammationibus mutationem clare docet. Porrò ut primæ causæ, & generationem eorum continentis afficiantur ab inflammatione, vt illam mutationem inducant, explicare consequens est hinc exorsos. Omni parti, q̄ inflammatam sit, haec necessario duo accidunt, calor immodicus, & tensio. Quae uniuerso corpori impartit ambo, ubi pars nobilis sit, uel insigni p̄edita inflammatione. Atqui immodicus calor, qui uniuersum corpus occupet, febris est: quae usum pulsuum alterabit dilucidè. At partis inflammationæ tensio peruidit etiam arterias. Quamobrem durior pulsus erit: eoq; sanè in neruosis partibus durior, quod p̄pter cæteras hęc in inflammationibus tendantur, ut quae sint sua sponte etiam tensa: atque una secum partes vicinas, quia sunt s. fortiores, intendunt. Nimium calorem autem ostendimus efficere p̄ se pulsū celerem, & maiorem: quod si quid deficiat usui, ibi etiam crebrum. Recte igitur omnes, quos ex inflammatione febris arripuit, habent pulsū durum, & uero etiam ob intemperiem arteriarum, in uno occursum inaequalem. Quae si ambo coniuncta sint, existet dubio procul species illa "pulsus, quae velut serrat tactum. eam enim oportet, qui tangit, vt imaginem concipiatur, ubi inaequaliter instrumentum durum occurrat. Erit porrò, ut diximus, manifestè celerior: ac, nisi resistat durities, planè maior: Sin quid resistat, tantum sibi

DE CAVSIS PVLSVVM.

E

† venosarum.

† arteriosæ.

conciliabit uibrati motus, quantum imminuta magnitudo sit. Iam et tanto huc fore crebriorem, quanto minus distentio usum compleuit, nosti, si, que ante demonstrauimus, recordaris. Præterea magnitudinibus paribus inflammationum uariationem pulsuum non parum comitari. Sed inflammationes partium † {confitarum uenis,} pulsus creare maiores, partium neruosarum minores, sed eos duriores, magisq; ferrantes. Nihil est, n. in his, quod non clarum sit, si retineamus arterias magis tendi oportere a partibus inflammati, quæ sunt neruosæ. Partes autem † {arterijs} abundantes, } plane et copiam caloris in arterijs, vtpote calidioribus adaugebunt amplius, atq; maximos idcirco excitant pulsus. Et si qua alicunde inæqualitas exoriatur, eam detegent manifestius. Duas, ni fallor, causas esse docuimus inæqualium pulsuum, facultatis, quæ arterias mouet, ob nimios humores, qui ipsam degrauent, imbecillitatem: præterea ob ipsorum instrumentorum affectus, oppilationes inquam, & constrictiones, atque tensiones, pressusque. Quare nihil est mirum, si inæquales in arteriosis partibus inflammati pulsus fiant: cum molitrix facultas illorum facillimè in talibus defatigetur, ipsaq; instrumenta sunt affecta. Reliqua, quæ in libro tyronibus nūcupato scripsimus de mutatis ab inflammatione pulsibus, non puto desiderare interpretem. Itaq; ad unum nunc de proximis capitibus est digrediendum.

F

Pleuriticorum pulsus.

C A P. 8.

Pleuriticorum celer pulsus est, & creber, nec admodum magnus, uideatur etiā uehemens esse. Est ille uero non languidus quidem, sed tamen nō uehemens statim, quod ad affectum refert. Siquidē ubique hoc memoria seruandum est: in unaquaque re mutationem esse pro illa re astimandam, distinguendumque, quod alia de re, non de illa acciderit. Pulsus itaque pleuriticorum, quia neruosorem quodammodo, durioremque efficit arteriam, quasi conuerteret in vehementiā, imperitis imponit, quos, quid interficit inter durum ictum, & vehementem, latet. Ita quoque vulgus medicorum, quid alias etiam differencias pulsuum discernere nesciat, has fortassis institutiones accusabit, atque ex sua ignorantia damnabit recta precepta. Verum non faciam, ut hic longior sim, cum separatim de pulsibus dignoscendis scipserim. Quare ut rationem exerceatis simul & tactū, admoneo, ut in experiundo pulsum ualeat tactus cognoscere, non discernere solum ratione. Principiū uero est experiētiae, sermone expressa doctrina. Quippe nequeas uel crebritatis quantitatem uerbis explicare: tametsi multum intersit, excedat iustū pleuritidis modum, an non asequatur. Siquidem excessus, ubi in peripneumoniam migret, aut denuntiet syncopā, necesse est fieri: defectus in soporem, uel neruorum desinere lesionē. Simili modo illa inæqualitatis species, quæ serrantis imaginem præbet, in primis pleuritidis proprium est signum, si remissa est, mollis & probe maturād: si uero magna, difficultis & admodū cruda pleuritidis. Tales cū imbecilli facultate cōiuncte periculum præsens habent: Si cum firma, aut tarde concoquentur, aut ad suppurationem deflent, aut tabidus eas excipiet marcor. Atque eius, quæ concoquitur, pulsus pedetentim omnē deponit ilam præter naturam mutationem. Quæ deflectit ad suppurationem, habet pulsus suppuratorum proprios: Ita quoque quæ tabide marcescat, pulsus marcorum.

Caput ex isagoge hoc est, ac quæ apertè accidunt pleuriticis, declarat: causas autem non item aperit. Quamobrē eas hic exponam. Pleuritis inflammatione succingentis costas mēbranæ, ita que febricitant acutè: quippe uicina est cordi. Quia uerò ad eum modum febricitant, ideo habet pulsus celerem. Quod neruosa et pars sit, quæ est affecta, hinc insigniter durus est. Iam, quia ita habet, ideo minor est quoq; q; febri cōueniat. Quare, ut & creber fiat, par est: quod magnos pulsus calor pustulet, refragetur durities: diximus autem antè, quantum ab usu absit magnitudo pulsi, resarcire crebritatem. Inæqualis in ijs est crebitas, q; nec humorum qui inflammationē cōmittunt, una sit species. Quare si sint " biliosiores, et febris acutior erit, ac offensio quædam consequetur facultatis. Sin pituitosiores, & lenior erit febris, & proclivior ad soporem. Nunquā enim H in pleuritide, & peripneumonia fit, ut caput non lēdatur, quod humorum excipiat in inflammationibus putrum fuliginem. Verū cū purris humor sit biliosus, vaporē habet in modum fuliginis acrem: qui mordicat, & erodit, irritatq; cerebrum: itaq; ad delirium perducit: si pituitosus sit, nec fumo acri similis, sed caligini crassæ turbulentæ, quasi nubem quandam ad caput attollens, humectat id, grauatque cerebrum, cogitque in grauem somnum deferri, ac sopiri hominem. Rectè ergo cum pulsus in maiorem crebritatem mutantur, aut peripneumoniam, aut syncopam annunciant: peripneumoniam, quod occupet semper, offendatque l. teris inflammatione vicinas partes: ut quæ à calido gignatur feruenteque humore, atque facile moto: Syncopam uero ex affecta facultate uel per per neruorum lēsionem, uel soporem: cū ex pituitosis humoribus vaporantibus cerebrum repletur. Iam hoc etiam si propellere offensam ad ramulos valeat, consequetur lēsio neruorum: & sopor, sinequeat. At talibus quidem humoribus rariores, contrarijs, puta biliosis, crebriores iusto modo pleuritidis pulsus eueniunt. Porro autem medius est inter raritatem, & crebritatem modus in pleuritide, ubi qui morbum committit humor, sanguineus sit. Sic etiam modus medius duritie ex tali humore, ac moderata inflammatione oritur; augetur

A.l.3. f. 10.
t.4.c. 6. fol.
269.

Augetur vero, aut ob inflammationis nimiam magnitudinem, aut ob humores biliosos. Itemq; per contraria imminuitur. Iam hoc quoq; liquet, duris pulsibus euidentius consecuturam speiem occursum veluti ferrantis.

Suppuratorum pulsus.

C A P. 9.

SVppuratorum pulsus initio statim pulsum refert uigescenis inflammationis: ipsa enim initium est supurationum. Nonnunquam in equalis est, & inordinatus, sed omnibus hecticus. Cum autem pus pro p̄ sit maturum, cetera similis est: nisi quod aequalior sit: at cum erupit, laguidior, latior, tardior, rarius.

Qui multum puris in capidine inter thoracem, & pulmonē collectum habet, hos Graeci quidam ευπύρως, alij ευπύρων (Latini suppurratos) appellant: qui fiunt, cū magna ad costas inflammatione suppurrat. Interim etiam comitantur peripneumonias. Deniq; oēs, quibus inflammatum viscus aliquod suppurravit, suppurratos vocant. Hoc ergo caput de suppurratis, quod ex Isagoge posuimus, cūm praeципue est in primis, quos cōmemorauimus, verum; tum uero in reliquis omnibus. Nam vbi suppurrat inflammatione, quod instrumenta uitiata, & debilitata sit facultas, non potest non pulsibus inæqualitas quādam, & ordinis perturbatio moueri: huic cumulus accedit natu-

Bre cum symptomate certamen. Humor enim putridus, qui modo huc, modo illuc sine ordine cōfluit, tum spiritum transitu intercludit, tum ad propulsanda naturam incitat, quæ molesta sunt: unde magni, vehementesq; & alti, celeresq; pulsus oriūtur. Paulo post at vbi defatigatur pugnando facultas, aut si qua firmius pars obstruatur, in contraria recidunt: dū seipsum concitet vitalis facultas, ac ad rei cienda, quæ sibi sunt infesta, se conuertat: vbi denuo altiores, atq; uehemētiores prioribus euadunt pulsus. Ergo cūm perpetua hæc sit mutatio, inæqualitas in ijs necessario quedam, & ordinis perturbatio nascitur, eaq; dum fiat eruptio, perdurat. Quam ob rem hecticus est dictus pulsus illorū: quod quidem nomen recentioribus medicis significat constanter manere illum eundem, & non in orbem veluti accessiones quādam facere, rursusq; interualla, quod in alijs sit febribus. Perpetua est enim illa in motu arteriarum agitatio, donec fiat eruptio: at dirupta parte, quæ suppurrat, planè erunt omnia contraria. His recordanda sunt, quæ de lato pulsū in secundo libro, & de alto docuimus: neq; hoc postulandum, ut de omnibus sāpius repetamus. Nāpi vasa iam erūpentes pure desinunt tendi, facultasq; defessa depugnando est, ac necessario homo est attenuatus quæ vbi conuenerunt, latus fit pulsus. Augebit porrò multo magis ad sensum quidem eius speciem ascensus ante eruptionem arteriarum. Siquidem quia illius adhuc sumus memores, eiique

Comparamus, quæ nunc apparent, pulsus reddi bene latum arbitramur.

Marcescentium pulsus.

C A P. 10.

Proximū est de marcescentibus caput: de quo etiam quæ ad cām inueniendā faciunt, primo loco tradam, deinde caput ipsum ex Isagoge ascribam. Nomen hic affectus inuenit abflammis marcescentibns, quæ difficultate nutrimenti extinguntur. Ac vbi calor eodem modo marcescit nativus animantium, pulsus oportet esse languidos. Nam ita affectis facultas efficitur debilis. Quocirca etiam parui fiunt: iam celeritate etiam quadam uidentur prædicti: quod nec hæc abesse, ab febricitatibus possit. Quia autem, & febricitant, & facultate sunt imbecilla, itaq; pulsus habet paruum, necessario iam simul crebrum obtinent: id quod, & in libris prioribus est ostensum. Imbecillitati autem facultatis comitari item pulsus circumnuentē declarauimus, qui decurtatus est in vtraq; parte. Atq; plantū est, eos semper pulsus habituros undequaque similem: quod non ex humoribus affectus, nec ex spiritu procedat, sed in ipsis consistat solidis partibus. In his enim corporis habitus vniuersus, vt carbo quidam factus est: qua de re hecticos iuniores medici hos pulsus appellant. At quibus iam calor t̄ { extinctus est } totus, quod accidit potissimum senibus, rarius quoq; pulsus fit. Hunc marcorem Philippus vocat ex morbo senium: quem sere habent senescentes, & interim iuuenes etiam. De quibus optimè Philippus scripsit, non planè ignitis carbonibus hunc affectum similem esse, sed his, qui ita extinguitur, vt in cinerem iam vertantur. Hec uiro prudentera prædicto certè ad reliqua intelligenda satis sunt: itaq; caput nunc ex Isagoge adscribemus.

Marcescentium pulsus non uno modo variat. Quare differentijs hi quām apertissimis discernendi sunt. Qui vnam in inflammatione, quæ non discussa sit, commaruerint, languidos, & celeriores, valdeque crebros pulsus habent, ac decurtatos magnitudine in uno ictu. Quos Archigenes innuentes, & circumnuētes appellat, vt aperte declaret distentionis breuitatē cū vtriusq; extremitatis quasi inclinatione. Neque enim vt præcisus affatim, sed cēu partibus utrinque inflexis contrahitur decurtans magnitudine, & in vtrisque partibus. Atq; hoc quidem non hi modo, sed marcescentes qualibet de occasione habent ferè omnes: qui ex inflammatione marcescant, omnes: & alij item multi: nisi illi sane, qui de oculis a quapiam inflammatione marcerint. Erit q; hic marcescentium ex inflammatione proprius nulli conueniens, qui aliā ob causam marcuerit. At hecticus omnibus marcescentibus pulsus est, qui quidem ijs est communissimus. Secundum illum inæqualitas secundum magnitudinem distentionis decurta, quæ etiam adeſt plerisque. deinde crebritas. etenim hæc quoque omnibus, qui ex inflammatione marce-

DE CAVSIS PVLSVVM

marcuerint, perpetua adhæret: omnibusq; adeo, qui ob syncopā ex corde, vel stomacho affecto profectam E in præsens periculum uenerunt, ac deinde uini potione præcepis declinauerunt periculum, sed tempore tam Aliquot eod. men marcuerunt, nisi sanè bos quoq; dicas ex paruis inflamationibus perire, nobis incognitis. Siquidē legunt non sūt inter eos, qui innuentem habeant pulsus: nisi etiam hos dicas ex inflammatione, alios citra infla- us p̄s. i. paruis, mationem marcescere. Verum hoc in dubio est. Pulsus igitur hi habent hecticum, languidum, admodū sed paup̄s. i. longis.

** Al. totum.*

sunt sortiti. Alia item tertia est eorum, qui rarum habent: Verum, & his cum antegressa febris pulsus reddidit crebros: tum facultatis extrema dissolutio abunde efficit crebros. Quod autem interce- dit omnibus refrigeratis febris, nondum tamen extinctis ijs, in raritatem commutat genus hoc mar- coris senibus proprium est, præsertim cum aliquid vity pulmo, & thorax contraxit. Hi febrilem reti- nent pulsus duritiem, etiam si rarus sit. Omnia paucis marcescentibus in aliam inæqualitatem pulsus, ac illam, quam diximus, magnitudinis, vertitur.

Phthisicorum pulsus.

C A P. 11.

PHthisicorum quos vocant, pulsus* paruus, & languidus est, mollisque, & modice celer, atque he-
cticus.

A.l.; f. 10.r
F 4.c. 22, fol.
272.

Proxima est oratio de phthisicis, quos vocant, qui pulsus facultatis imbecillitate paruum, & languidum habent, at non nimium celerem, ut pleriq; febricitantes: qđ non detineantur vrente febre. Hi habent etiam pulsus hecticum, quòd & febrem habeant hecticam: sic à febre, quæ corporis occupauit vniuersum habitum, appellatur pulsus: ab his in libro ad tyrones scripto caput se quitur de peripneumonicis. Quod qidem hīc viñum mihi est adscribere: habet āt ad hunc modū.

Peripneumonicorum pulsus.

C A P. 12.

Peripneumonicorum magnus* est pulsus, & undosus quid habens, & languidus, mollisque, similiter atque lethargicorum pulsus: nisi quatenus præpollet inæqualitate, & in uno pulsu, & collectiuā, qđ vocant. In uno iētu, cum ueluti interpellatur, & undosus est, ac dicrotus interim fit: in collectiuā, cum alias differentias habet, tum modo intermittit, modo intercurrit.

A.l. 1 f. 12.
d. 3. c. 1. fol.
4. 2. h. Et 1.
f. 10. t. 4. c. 2.
f. 168. g

Hoc caput est, quod accuratè, quæ peripneumonicis accident, docet. Causas uero, si memoriam habes eorum, quæ docui imus in primis cōmentarijs, nullo negocio inueneris. Neq; enim est minus, uel magnum esse pulsus illorum, vel languidum, vel inæquale ob pulmonis inflammationē, uisceris tam laxi, & mollis, fistulisq; inanibus vndique infinitis caui, tam porrò uicini cordi. G Nam quia laxum* est, & molle, & vndiq; vacuum, à pituitoso atque crassiore sanguine inflammatum: cūm subtilis biliosusque fluat ferè, nec cum uiscere ulla ratione cohærescere possit. talis fluxio, pituitosa inquam, tunicam irrigat vasorum, frangit autem vim facultatis, quæ in illis est. Quo fit, ut magnos simul, & languidos pulsus reddat. Quia uero cum corde etiam viscus continens est multiformis generatur inæqualitas. Siquidem compressionibus arteriarum, & constrictiōibus, denique affectibus plethorici ostendimus inæqualitatem succedere, potissimum si finitimæ sint cordi. Atqui, quòd in peripneumonia comprimantur, & degrauentur, constringanturq; atq; debiles sint pulmonis arteriæ quid refert dicere? Quia propter pulsus ijs dicrotus infrequens est, quamvis aliam mul tam inæqualitatem: quod dicrotus ferè semper vasis requirat quandam duritiem, quam quidem non contrahat ex pituitosa fluxione. Siquidem biliosioris munus est cogere, siccare, tendere, indurare. Quæ quando minus sēpe pulmonem infestat, sanè erit rara quoq; durities. & si hæc, simul dicrotus pulsus etiam. Iam pro offensē magnitudine vel interrurrentes pulsus, vel in recurrentes fore, etiam in secundo libro declaratum est. quæ si exciderint, nec quicquam hēc legas: si retines, prolixiorē interpretationē nō puto iam te desiderare. Nam, quæ in iſagoge deinceps de peripneumonicis retulimus, si primorum memoriam retines, non habent ob H scuras causas, quando hic quoque ipsum satis sit caput duntaxat adscriptisse.

A.l. 3. f. 10.t.
4. c. 10. fol.
270. d

CVm autem febre teneantur acuta omnes peripneumonici, atque habeant adiunctum non nihil co-
matis, utrum superius horum sit, pro eius ratione potissimum quantitas crebritatis inuenitur. Nam in signiorē si peripneumonia febrem habeat, pulsus erit multum creber: si maius coma, minus cre-
ber erit.

Lethargicorum pulsus.

C A P. 13.

LEthargicoruā pulsus similis peripneumonicorum est, magnitudine, imbecillitate, mollitudine. sed eo est tardior, rariusq; ac minus inæqualis, interrurrentes potius quam interrurrentes. Est, cum dicrotus fiat: at vndosus semper in altis quidem soporibus est, de quibus hæc dicuntur. Morborū enim pulsus exponimus, qui omnibus suis iudicij consentit; quo, si qui aliquatenus deficiant, neque dum sint integri satis cognoscere magnitudinem, & quam sunt præediti, & que accidere ijs potest, ualeamus.

A.l. 3. f. 1.t.
3. c. 8. f. 199
2

Lethargū quoq; ex humore pituitoso gigni, in commentarijs, quos separatim scripsimus De morbis

A.1.1.f.1.r.
3.c.8.f.199
2 A morbis ostensum est, unde merito eius pulsus similimus est peripneumonicorum, veru hoc tardior quod procul à corde remotum est cerebrum. Nam pulmo quidem, ob vicinitatem, quæ ipsi inter cedit cum corde, pulsus suo iure, cum calidior sit, celeriores, ac crebriores creat. Ia verò etiam magis inéquales eos merito esse, ne hoc quidem est obscurum, si prima retinuisti. Itaque intermittēt est potius, quām intercurrēt pulsus lethargicorum, longè enim frigidior, & vt ita dicā, *lethalior peripneumonia est morbus lethargicis. Atqui frigido erat affectui proprius facultatiq; valde refrigeratae pulsus intermittens.

* vero pavidus est
quam dictio uoc
alii vertunt,
mortuo, seuca
daueri simili
or.

A.1.3.f.1.r.
3.c.11.fol.
197.2

Phreniticorum parvus pulsus est: rariſime autem conspectus est magnus esse: & cōtentus est modi
ce, durus, & neruosus est, valde est celer, & creber: habet præterea non nihil undosi, interimque uel
subtremere tibi videbitur, interim etiam præcisus cum conuulsione quadam. Quod enim febres in cele
ritate proprium habet symptomā, hic obtinet clariſime, in utroque termino distentionis, præcipue exter
no. Inuenias etiam in aequalitatis in postu genus insigniter aliquando in illo apparere: immo tota subin
de arteriam sua sede deserta conspicias attolli potius cum uibratione ebullientem, quām more pulsus di
stentam: pari modo delabi detractam potius, quām contractam. At vero immodica eius crebritas proxi
B manū denuntiat syncopam.

Neq; hic quidē causas illo rum, quę diximus, inuenire magni laboris fuerit, si scias generari a
bilioſo humore phrenitin, ut lethargum à pituitoso: si item hoc teneas, lethargū ex ipso potius
cerebro, phrenitum præcipue gigni ex tenui meninge, & ex septo transuerso. Quę si memineris,
etiam paruos merito pulsus, & duros esse, non habebis necesse discere: atqui si affectus calidus est,
pulsus autem parui, omnino etiam crebri sunt. Etenim prioris distentionis defectum, demonstra
trimus ante in crebritatē pulsus mutare. Porrò, ut peripneumonicus pulsus rarò dicrotus fit, &
nihil prorsus habeat duritie: sic phreniticus rariſime vndosus efficit, propterea quod & hic pla
ne vacet mollitudine. Nam, quod subtremere facultatis sit signum imbecillæ, alijs locis ostendi
mus. Vbi ergo, quę in arterijs est facultas, amplius distendere eas conetur, nā hoc ob caloris abū
dantiam desiderat: idque duritia tunice prohibeat, videtur pulsus quodāmodo subtremere. Pla
nè tunc hoc potissimum accidit, vbi immineat syncopa, quomodo vbi conuulsio, etiam motus est
pulsuum conuulsius. At hoc phrenitici habent perpetuum, ut cum conuulsione quadam motus
abrumptur, non desinat paſſatim: viget enim calor, suntque dura instrumenta. Cū enim cupiat
arterias amplius facultas distendere, obstat tunicarum durities: vnde violentia procedit, & præcio
C illa conuulſiua. Sic incipiunt etiam arterię distendi ſubito, & affatim, quaſi exilientes magis, quām
pedentim distentę. Sic etiam ex inflammatione febricitantibus cunctis id his plus, illis minus ui
detur accidere: non in motus tantum fine, sed ab initio statim. Omnia horum cauſa eſt commu
nis, uſus pulſuum auctus, unā cum duritia tunice. Nam cū inſtet uſus, eoq; quaſi in magnam fa
cultas, celeremq; erumpat distentionem, renitur autem durities instrumentorum, in ideam il
lam, quam retulimus, necesse eſt vt incidat motus. Quin etiam, ob eandem hanc ſiccitatem, & du
ritiam, tensionenque vaſorum, non mirum eſt, ſi intelligent, qui priora meminerunt, videri pul
ſum in ſitu inéqualem. At ne hoc quidem, in ſignem crebritatē inſtare, ſignificare syncopam.
Ab imbecilla enim facultate ostendimus oriri crebritaem.

Affectus pulsus confitati ex phrenitide, & lethargo.

CAP. 15.

Posthac sermo mihi eſt de affectu, qui mixtus eſſe ex phrenitide, & lethargo uidetur: qui ideo
etiam pulsus habet inter utrumque affectum ambigentes. Naturam huius affectus alibi declarauim
us. Itaq; pulsus eum merito habere mixtos, cum sit etiam ipſe natura mixta, non mirum eſt. Quā
ob rem ſi id noris, non requiras iam longiorem interpretationem: ſed ſi caput hic quoque aſcrip
fero ex ifagoge, ſatis erit. Habet autem ad hunc modum.

Diam etiam alius eſt affectus, qui ſine medio loco ponendus ſit inter lethargum, & phrenitin, ut qui cū
neutro in totum conueniat: ſine communis eſſe ambobus existimandus, ut ex phrenitidis ſpeciebus, &
lethargi m. iſtus, ſuo loco conſiderabimus. Nunc de eius pulsibus agemus: at ne quaſi anigma quoddam p
poſitum ſit, per ſigna, que cum eo ſunt connexa, eum ob oculos ponam. Conuinent fere oculis, ſomnolenti
ſunt, atque ſtertunt, rurſus oculis fixis, ac inconuuentibus diuiffiſime, ut catochi, intuentur, & ſi quid
roges, atque ad colloquium compellas, diſſiciles ſunt ad respondentum, & tardi. Plerunque etiam ſtul
te loquuntur, nec recte respondent, ac temerē nugantur. Iſe eſt affectus, quem dico, qui ex ſignis ſibi ad
iunctis defectu proprij nominis, cognoscitur. Pulsus eius celeres ſunt, & crebri, perinde ut phrenitico
rum, minus tamen, & roboris item minus, ac illi obtinent. Latit autem ſunt, & breues, extermum motum
non habent ſubito truncatum: ſed alio modo veluti intra ſe proripientes ſubterfuginut, ac concitant con
tractionem, & quaſi ſuffurantur diſtentionem: verum in ea pulſi phreniticorum nō ſunt ſimiles, quod
truncatione illa careant.

Catochorum pulſus.

CAP. 16.

Catochorū pulſus, (κατοχος enim, & κατεχοι: vous veteres Graci appellabant: Juniores ipsum affe
ctum κατοχην, & κατεχην vocat:) cetera lethargicis ſimiles ſunt, magnitudine, tarditate, crebri
tate:

A.1.3.f.1.t.
3.c.12.fol.
199.8

DE CAVSIS PVLSVVM

Etate: ut nec totius huius affectus species late ab eo dissidet. Catochorum tamen non imbecillus est pulsus, nec mollis, sed in his sane multum differt, ut etiam in hoc, quod laxatur lethargicis, atque intumescit uniuersum corpus: contra stipatur, & cogitur catochis. Ad haec inaequalitate, & aequalitate inter se distant. Aequalis enim pulsus est catochorum, in aequalis lethargicorum. Archigenes arteriae locum author est proprius in ijs iuueniri calidiorem: sicut illis, quibus conuulsio imminent, cum sapore.

Vniuersa pene alia cum lethargicis conueniunt catochis, praeter quod intumescat habitus, & veluti obstupescat. unde, & pulsibus mutatur remissio, & mollitudo: illa, quod cum intemperies nondum uniuersum habitum occupavit, firma sit facultas. Nec uero mollitudinem habet, qd nectu nicam etiam arteriae mollem. Arteriae uero regionem non semper eisdem reperi calidiorem, fere tamen inuenitur manifeste calidior. Causa est, & in hoc affectu, & in alijs, ubi inuenitur idem symptoma, qd refrigeratio habitus non eque arterias attigerit. Etenim inaequali intemperie multa talia usi ueniunt. Ac uidetur quidem calidior locus arteriarum finitimus circum circa, modo quod caleat magis: modo quod minus, quam circumposita, sit frigidus.

Conuulsorum pulsus.

CAP. 17.

FConuulsorum ipsum corpus arterie uidetur contractum, & undequaq; coarctatum, no ceu compressum sit abs quopia, vel constipatum, nec et veluti rigidum, ut in febre, prasertim in accessionibus, nec vero ut prae duritie ad intentionem cotumax, veluti quod fit diuturnitate tuis, prasertim cu quid offensum sit, vel viscera vitiata, sed ut corpus neruoso, cauusq; veluti intestinum, aut simile, ex utroq; fine intetu: Ad eundem modum inaequalis motus est arteriae in modum chordae sursum deorsumq; agitata. Neq; enim species distentionis, vel contractionis representatur, veru vibrationi potius similis est, ceu exilietis sursum, iterumque retracta intro. Quod ne constituto quidem tempore habet, sed uno saepe tempore alia eius pars videtur ferri sursum, veluti ejaculata, altera intro ceu a quopiam attracta, atq; una moue ricitate, altera tarde. Iam vehemens quoque, & magnus conuulsorum pulsus videtur esse. Est vero hic no imbecillus, neque parvus, non perinde tamen, ut, videtur, vehemens, vel magnus. Itus enim imponit, dum ob tensionem validus, ob vibrationem exilire appareat. Quamobrem altior interim videtur, ac uelut strepitum quandam ad tactum edit asperum. Sanc neminem, qui quidem sit expers, fugiat hic pulsus. Quippe nulli est similis, vel tensione in utrunque partem, vel conuulsione motus. At quando cum pulsus sifitorum commixtus est, difficillime motus deprehenditur: solusq; qui ad amissim utrunque cognoscere separatis meditatus est, poterit confusos cognoscere.

Habes caput ex ifagoge. Causa aut illorum aperta est, si memineris inter se principia consentire. G

Paralyticorum pulsus.

CAP. 18.

PAralyticorum parvus pulsus, & languidus, tardusq; est. Nonnullis rarus quoque, alijs creber, sed nonnihil inordinate intermittens.

Pulsus paralyticorum, quia frigidus morbus est, parvus est & tardus, languidus etiam, quod facultas infirmior sit. Quod si maior illic paralysie exortatur, creber simul, & inaequalis erit, intermittensque nonnihil inordinate. Causa est ante exposita in secundo libro horum commentariorum.

Comitialium, & attonitorum pulsus.

CAP. 19.

Comitialium, & attonitorum similes pulsus sunt. Quare de comitalibus, que exponemus, eadē de attonitis, sed cumulatius accipienda sunt. Dum modicē infestatur natura, neque dum ea multū superauit morbus, nullam inuenias mutationem insignem, magnitudinis, vehemētiae, celeritatis, crebri &c. Al. ratiō, tardior. Quidam cod. antiqui & trāl latiō etiam ve rūs addunt, & crebros, alijs lo co, celeres, le guant crebros. que creat.

Caput hoc est. At tantum abest ut nouā interpretationem hi pulsus desiderent ad causas inueniendas, ut etiam dilucide illa confirmant, que in horum commentariorum primo, & secundo tradidimus.

Angina pulsus.

CAP. 20.

Angina pulsus tensione quadā præditus est conuulsiuo persimili. magnus est, & undosus, ut pulsus peripneumonicorum, ac, utrum insigniter in eo polleat, pro eo expectada mutatio est. Nam si peripneumonica species superior sit, in peripneumoniam si uero conuulsa, in spasmum angina definit. Qui cuncte autem ex illis uehementer suffocantur, paruam hi habent, & rarum pulsus: ubi iam animam agant, crebrum, atque inaequalem.

Omnis inflamatio, que consentiens sibi principium habet, commune obtinet symptoma, tensionem pulsuum; uerum hoc faciunt precipue inflammations neruorum corporum, & que sunt principio finitimes: itaq; nec angina pulsus uacat tensione, sed uel plus, uel minus eius habet: quod ex humore sit cōfluente, qui uel biliosior, uel pituitosior sit, & ex ipsorum etiam instrumen torum

Atorum in asperitate diuersitate.. Siquidem neruosiora, & contentiora vehementius pulsus tendunt, carnosa & remissa vndosiorem reddunt. Cætera clara sunt huius capitatis, nisi quod dictum ad exitum est, Qui illorum suffocantur, hos pulsum habere paruum, & rarum: inter moriendū crebrum, ac inæqualem. Sic n. res habet: cum incipiunt suffocari, fiunt arteriarum minores, & rariores distentiones: q̄ imbecilla iam facultas sit, & usus immutatus. Inde ubi ad mortem spectent, molitur quidem facultas attrahere crebrius, q̄ substantia deficiat iam spiritus animalis: sed cum imbecilla sit, paruas distentiones necessario efficit: & quia paruas, ideo crebras. Nā de hoc diximus ante. Postea subito veluti victa, s̄pē subsistit, s̄pē cupit subsistere: Quorum alterum intermittentem, alterum raruī pulsū creat, ambo inæqualem in hūus generis differentia.

Orthopnæa pulsus.

C A P. 21.

Orhopnæa acuta inæqualem, & inordinatum pulsū habet, & nonnihil deficientem. Quæ medicriter est grauis, crebrum: quæ violentissima, tardum, & deficientem: quæ iam perimit hominem, crebrum, & languidum.

A.1.3. f.10.
t.1.c.3.8.f.
261.8

Diurni morbi, quam orthopnæam appellant, acutæ sunt accessiones, ut morbi comitialis. Ergo cum in his, tum maximè in cæteris orthopnæis omnibus, quæ quocunque modo fiunt nec opinato, pulsus omnino inæquales & inordinati sunt, & nonnihil deficientes, propter causas, quas commemoraui paulo ante. Iam pro diuersitate offense, uel crebri magis, uel rari. Nam celeres quidem ob facultatis imbecillitatem fiunt nunquam. At, si mediocris offensa sit, creber magis, simulq; inæqualis, ac nonnihil deficiens. Nam in orationis principio hæc dicta sunt, ut in separata. Quamobrem autem vbi urget usus, & facultas sit imbecilla, creber fiat, ante delarauimus: sicut cum extincta iam facultas sit, tardus simul & deficiens: ambo, n. adiuncta hæc facultati sunt, quæ moueri amplius nequeat. At in morte iam, cum spiritum animalem natura impensisime requirat, imbecilla autem facultas sit, ad mouendum impellente usu se confert: quia vero attollere tantum arteriam, quantum postulat usus, non valet, necessario pulsus reddit crebros, ibique non ita diu, cum omnes suas vires explicauerit, statim extinguitur yniuersa.

Vterina suffocationis pulsus.

C A P. 22.

Vterina suffocationis pulsus, ut si conuelleretur, protensus est, & rarus: q̄ si exitialis sit suffocatio, creber, inordinatus, & nonnihil deficiens.

Ne hic quidem difficultis est causa, si priorum memoriam retineas. Cum n. neruosus sit locus affectus, par est, ut protendatur pulsus, quasi conuulsus. Quia vero affectus frigidus est, adiuncta est raritas. At vbi iam prorsus dissoluatur facultas, recte creber fit, simulq; inæqualis, & nonnihil deficiens. Nam de his ante declarauimus, vbi urget usus, & affecta facultas sit, necessario eū pulsū generari.

Stomachi affecti pulsus.

C A P. 23.

Stomachus affectus, (ut sic etiā vocemus in præsentia os vetriculi, q̄ is usus apud vulgus obtinuit) nō uno modo commutat pulsū. Nam, si inflammatus sit duntaxat, ita mutat pulsū, ut corporis neruosus diximus inflammationem solere: si comprimatur, vellicetur, languescat, singultat, vomat, natis seet, fastidiat, doleat: pro genere symptomatis. Nam uellicationes, uomitū, nauſeæ, singultus & languor, non solum paruum & languidum efficiunt, & interim etiam modice celeriorem, uerum etiam admodum crebrum. Sola uero compressio, remotis illis omnibus, rarum, tardum, paruum, & languidū, ea compressio tum ac cibis oritur grauantibus, neque ulla insigni preditis uirtute, sed sola abundantia molestis: tum ab humoribus quibus tam, qui in eum confluant, non mordicantibus. Qui si ab his simul refrigeretur, tū uero uel maxime talis pulsus existet. At { canina famis } talis pulsus est. At omnes quidem affectus, qui in crebritatem mutant, si diurni sint, vel euaserint grauiores, pulsū vermiculatorem creant. Qui vero in raritatem, præter q̄ commemoratas differentias ad augent, talem præterea D. speciem inæqualitatis in uno pulsū generat, ut multis locis pertusum corpus arterie uidatur, neque esse continuum: ac sentit tactus in distensione veluti arena occursum.

bulimum pa
tientium.

Caput ex ifagoge hoc est: Causas illorū, quæcunq; valde perspicua sunt memori priorū, prete ribo: ex ponam autē obscuriores. Cū enim debilitetur facultas, aut per se, puta ex intēperie: aut de causa aliqua externa, ut uel grauetur, uel irritetur prauè: grauata quidē paruū, tardū, rarum pulsū edit: paruū, q̄ facultas lœsa sit: tardum, cū ob hoc, tū ob usum dissolutū. Frigidi sunt. n. qui facultatē onerāt, affectus: itaque rarus quoq; est. Nā dissoluto usu, talē ostēdimus pulsū gigni. At ex irritantibus duntaxat, & molestiis facultatem affectibus paruus ēt fit, & lāguidus ob offenditē facultatis: & creber, q̄ languidus sit. Nōnunquam aliquanto etiam celerior est. Quomodo scilicet nos etiam, ubi imbecilliores simus, ac necessitate quapiam cōpellamur, plurimum quidem pedibus progressum nequimus, sed quoad possimus, progressum nostrū magis cōcitamus, & continuamus: Ad eundem modum facultas, quæ arterias mouet, ubi ad motum adigatur ab usu, & sit imbecilla, non poterit moliri magnas distentiones, sed aliquanto celeriores, ac tanto crebriores, quanto minus usum compleant distentiones. Quare par est, ut cum affectus stomachi qui in crebritatem pulsū conuertunt, increscant, hos vermiculans, quem vocant, consequatur pulsus.

Hic

DE CAVSIS PVLS. LIB. IIII.

Hic enim facultati, quæ dissoluitur peculiaris erat: at ijs, qui in raritatem, ille, qui veluti pertusus E est, comitatatur, qui ex intemperie ipsorum instrumentorum oritur.

Hydropicorum pulsus.

CAP. 24.

A Quæ inter cutem pulsus: Ascitæ paruus, crebior, subdurus cum quadam tensione est: Tympanites, longior, non imbecillus, celerior, creber, subdurus, cum quadam tensione: illius quam hydropon anasarcæ Græci vocant, vndosus, latior, mollisque.

* Al. *θλίβειν*. i. humoris aquosi, vna secum magnas arterias afficit, ut intendat pariter, & * grauet, refrigeretur. comprimat.
* Al. *compti*. que. Tendit autem vna cum alijs, quæ id loci sunt: grauat * ob pondus: refrigerat ob nimiam humiditatem: ac tensionis quidem nomine pulsus reddit meritò cum quadam tensione subdurum: Quia verò facultas laesa, & refrigerata est, minorem: Iam quo minorem iusto, hoc etiam crebrem, præsertim ubi adiuncta sit febris. Tympanites minus grauat, & magnas arterias, & semel vniuersam facultatem, verum non minus tendit, quæ res facit, ut perinde ac in Ascitis, pulsus subdurus sit cum quadam tensione. At aliquanto illo est celerior, minusq; imbecillus: creber uero ijsdem de causis atq; ille: longior ob levitatem tegentium arterias corporum. Siquidem breuem pulsus in libro secundo ostendimus fieri, ubi pondere, & numero incumbentium corporum arteriæ, & circundantium ipsas premantur: longum ex contrarijs causis, quarum est summa incumbentium corporum levitas: quæ quidem sit etiam in tympanite. Etenim spiritu vniuersum corpus implet. Restat aqua illa inter cutem, quæ *καρπάγη*, & *ἀναστέγη* appellatur. Hæc, quia imbuit totum habitum humiditate copiosa, tum tunicas reddit arteriarum molles, tum pulsus molles, undosos, latioresque facit.

Elephantiasis pulsus.

CAP. 25.

E Lephantiasis pulsus paruus, languidus, tardus, creberque est. Qui Elephantiasis laborant, pulsus habent, non statim ab initio, sed ubi plurimum creuerit offensa, ut facultas infirma ijs sit, paruum, languidum, tardum & raru. Hos enim facultati una cum frigiditate laesæ demonstrauimus peculiares esse.

Ictericorum pulsus.

CAP. 26.

I Cticorum pulsus est, si absit febris, minor, durior, crebior, non languidus, nec celer. Vi quadam prædictus est flauæ bilis succus exiccandi, vt muria, & mare. Quamobrem tunica arteriarum indurando, & desiccando, pulsus quoque facit duriorem simulque minorem: quod dura instrumenta scilicet perfectè distendi nequeant. Proinde rationis eæ, ut quantò fiat, quam par est, minor, tantò etiam crebior euadat: non languidus est tamen, neque enim imbecilla facultas est. Neque verò etiam celer, quod absint febres: nam iliae si adiunctæ sint, propterea quod vrgeat vñus, celer etiam fiet.

Eorum, qui uerarum sumpserunt, pulsus.

CAP. 27.

V Eratum qui sumplerunt, hi paulo ante vomitum, vbi comprimantur, pulsus habent latum, raru, languidiorem, tardiores. Inter ea dum uomunt, & diuelluntur, inæqualē, & inordinatum. Cum rectius habere coepirint, ordinatum quidem, sed inæqualem adhuc, minus tamen quam antea. Vbi uero iam ad naturalem statum propè reuerterint, æqualem, ac maiorem quam duduim, vehementioremque. Qui horum syncopa corripiuntur, conuelluntur, atque singuliunt: paruum hi, & languidum, inordinatumque, & celeriorem, atque multum crebrum habent. Qui ex his suffocantur, paruum, languidum, inordinatum, inæqualem, non autem crebrum, nec celerem, immo potius tardum: Repræsentat etiam nonnihil vndosi & lati, atque paruum quandam interdum arteriæ tensionem.

Ne in his quidem, qui sumpserunt veratrum, a ratione alienum est, si pulsus, dum premun-

tur adhuc, tardiores, rariores, languidoresque fiant: nam sunt hi omnibus pressibus

communes. At propria ijs est latitudo, quæ hinc oritur, quod spiritus cum ca-

lore intrò retrahatur vniuersus. Nam concitatæ facultati foras

familiaris est pulsus altus. Ruenti vero, & intrò re-

tractæ, humilis. Atq; hic quidem est, qui

speciem præbet latitudinis. Re-

liqua horum sym-

ptomata,

si, quæ tradidimus antea, re-

tinuisti, plana

sunt.



GALENI DE PRAESAGITIONE EX PULSIBVS

B LIBRI QVATVOR.

Hermanno Cruserio Campensi interprete:

ARGUMENTVM PRIMI LIBRI

Quo pacto ex pulsibus, qui in distentione arteriæ consistunt, præsens dispositio, & præcedentes ipsius causæ, & externæ deprehendantur.

Deratione præagiendi expulsus in magnitudinem mutatione.

CAP. I.

Non esse futurorum tantum præscientiam, sed præsentium etiam, atque præ-
teritorū, satis id olim † demonstrauit Hippocrates. Neque n. dicere, q̄ vis sit
præscientiæ, hoc loco, nisi obiter, statui: sed quibus est perspectum, quid va-
leat, de præsagitione per pulsus, q̄ mihi perspecta sunt, exponā. Quia vero
bipartita est eorū disciplina, vt itē remediorū: altera ex peculiaribus facultati-
bus eorū, altera ex ipso affectu: in vtraq; operæ pretiū mihi visū est exerciti-
tari, vt quocunq; proposito affectu, eius in próptu habeamus pulsus. Rursus
que perpetuo qui pulsus, quos prodidi singulorū affectuum, breuiter admo-
neo quibus soleant accidere. Si quis, n. in vtrisq; probè versatus fit, ac meditatus singulos accuratè
pulsus dignoscere, hic demū eorū sit absolutam scīam assecutus. Itaq; ēt qui recte volet in hisce li-
bris versari, huic reuolendū prius est, qđ cōscriptissimus opus de dignoscendis pulsibus, ac ante il-
lud, de pulsuum differentijs: vbi quot sint uniuersi, & qualis quisque, atque quod fortitus nomen
apéruiimus. Tertium iam opus de pulsuum causis est: quæ item hic omnia requirūtur. Nam si pri-
mum absit, nihil omnino quid dicatur assequere, cum quæ nomina quibus rebus assignentur, nō
teneas prius: Secundum vero si te lateat, omnis cū eo huius commētationis fructus perit. Etenim
ego si celerem pulsū, vel magnū, vel vehementem, vel quem alium designare tradam certā rem
præteritam, aut præsentem, aut impendentem, nisi eos norit lector in experiūdo dignoscere, nec
de ueritate eorum, quæ dicuntur, poterit iudicium facere, nec ex illis vnquam præfagire quicquā.
DTertia lucubratio, quæ causas docet, vnde variantur pulsus, tum ad demonstrationem est his, quæ
dicenda sunt, necessaria, tum ad memoriam, & reminiscientiam. Id quod ēt intelligemus apertius,
proposito aliquo pulsu, verbi gratia, magno. Hic homonymiam primum distinguemus, qñ qui-
dē bifariam dicitur pulsus magnus. deinde in utraq; attendemus significatione, quid annuntiare
præsens, vel præteritum, vel veniens possit. quæ quidem duæ significationes hæ sunt. Magnus uo-
catur pulsus, nunc cum moderato comparatus, & naturali: nunc cum quolibet. Iam quæ præsciū-
tur ex utroque partim in cōi pertinent ad ambos pulsus, partim utriusque sunt propria. Ac uero iā
omnia persequamur, exorsi a cōibus. Sanè horum in primis est proclivis inuentio, si retinueris, q̄
in lucubratione De pulsuum causis docuimus: vbi hæc demonstrauimus, causarum non esse vnū
genus eos alterantium, sed vnum esse continuum, vt aiunt, generationi: quod f. naturale est: alte-
rum contrarium esse, ac est causarum præter naturam. Postea tertium existit, aliud, causarum nō
naturalium. Atq; hæc referuntur ad ueram illorum essentiā, & naturam: Aliud quartum ad appa-
rentem in specie, quod quia proprium in primis est commentationi præagiendi, diligentissimè
est explicādum. Nam ex eo quod talis, vel talis quisque appareat pulsus, initium nobis datur præ-
sagiendo. Atqui non appetit perpetuo is, qui verè est. De hoc etsi uerba iam fecimus in libro se-
cundo De pulsuum causis ad exitum libri: & etiam in tertio breuiter attigimus, vbi ageremus
de

DE PRAESAG. EX PVLS.

de gracilibus: tamen nunc quoq; paulò inferius declarabimus, si prius de causis, quæ immutant pulsus, differuerimus. Nō posse pulsum mutari vllum, in primo libro De causis pulsū demōstra uimus, nisi ēt effectrix eius facultas, vel tunica arteriæ, uel visus quamobrē sit, in aliqua sint mutatione & alteratione. Ita ēt in proposita in magnitudinē pulsū mutatione quodnam de illis, aut quænam immutata sunt, aduertemus: facultas ne robustior sit, (didicimus. n. eā, q̄tum in ipsa sit, pulsū maiorem reddere) an hēc eadem māserit, mollis aut euaserit tunica arteriæ, si quidem hoc quoq; accepimus, in magnitudinem, molliorē tunicā attollere pulsū: An q̄ increuerit visus, ea mutatio inciderit. Ergo facultas si robusta sit, planē sit vehemētior: posuimus aut maiorem dūtaxat factū esse: Quod si tunica tm arteriæ mollita sit, necessariō mollior erit. Iā si neutrū appareat, clarū est, nec facultatē, nec arteriæ tunicā immutatā esse. Restat igitur, mutatū aliquatenus esse, & variasse vsum pulsū generandorū. Quorū esse docuimus vsum duplēcē: primū atq; maximū, tutelam natui caloris: alterū, animalis spiritus generationem: sic nunc vo co, quo vtitur anima ad functiones voluntarias. Ac horum omnino præter superiora, aliquid est mutatū, ubi in magnitudinem cōueritus pulsus sit. At uero si patuus fiat à natura flexus ob vsum, sola perspicua erit magnitudo, nondum aut celeritas: si maior, increscit magis magnitudo, & clarē celeritas apparet: F si adhuc amplificabitur, magnitudo celeritasq; augebuntur, atq; accedit crebitas, vt planū est ex opere De causis pulsū. Quare pulsus si variasse magnitudine {sola} videatur, (nam hoc nunc p̄positum est) necessarium est vsum paululum esse immutatū. Sin autē nō sit factus maior pulsus, sed videtur maior, gracilius solito aliqua de causa euasit hominis corpus. His iam cognitis, ad examinandū accedas, primū in corporibus simpliciter sanis: mox in ijs, ubi adiunctus est aliquis ascitius motus: postea, in corporibus, quæ ægrotant tm: postremò in ijs, vbi alteratio quępiam adest externa. In corporibus. n. quæ sunt sanitate inculpata, docebit magnus pulsus & temperamentū hominis, & corporis habitudinē. In corporibus, vbi adiunctus est aduentius status, illū præpollere motū, cui peculiaris magnus pulsus est. De oībus hisce motibus, in opere De causis pulsuum diximus. Nec aliter in ægrotantibus, si quidem ægrotant tm, indicabit magnus pulsus morbi calidū affectum esse. Sin rēcens aliqua adsit alteratio, illum vincere motum, cui sit familiaris magnus pulsus, ut exempli gratia: In sanis, qui pulsū magnū obtinent, ad moderatū scilicet relatum, ad memoriam est reuocandum, primū hoc quidem, qui sit in hoc genere moderatus pulsus, & qua in corporis natura. Ostendimus in secundo libro De pulsibus dignoscendis, in corporibus optimè comparatis pulsū esse moderatum: non in his tamē perpetuō: verū cū omni qualitate G aduentia corpus liberum sit, omniq; motu, quæ fiunt ex aliqua exercitatione, aut cibo, potu, balneis, medicamentis, animi affectu. Quare reuocandus est ad memoriam moderatus pulsus: & quem nunc inuenimus, magnus, ut in comparatione illius considerandus est, ex qua causa in magnitudinem increuit. Aut. n. ex gracilitate corporis, aut ex calore temperamenti, aut ex ascitio motu. Cæterum motus ascitij mox desinunt, permanent verò amplius ob gracilitatem & temperamentum. Hac igitur ipsa re distinguendus est, alijsque, quas dicam inferius: tm præmonēbo nonnihil, quod necessarium ad omnem insequentem doctrinā est: quod præmonere institui, hoc est. Omnium alterationum, quæ corpori accidunt, certissimam assequimur in illis corporibus cognitionem, quorum nescimus naturam. Quantum. n. à natura discesserint ob causas præter naturam, & illas ēt, quæ non naturales appellantur, nulla poteris exactē inuenire alia ratione. Sed. n. non cognoscimus hanc semper: quare nec in exactam vbiique cognitionem ueniemus: verum à cognitione absoluta tātum aberimus, quantum ab naturalis status distemus cognitione. At statuamus primum exploratiōnem in hac disputatione institui hominis naturę, hocq; habeat exīmū vnum, ut maior sit pulsus moderato citra vllam alterationem ascitiam. Hic ho mo necesse est sit homine optime natura comparato, vel calidior, uel gracilior, si quam habemus priorum duarum lucubrationum memoriam De dignoscendis pulsibus, & De pulsuum causis. H Atque huius quoque duxi admonendum esse, in eiuscemodi omnibus orationibus, licet coniunctione disiunctiua utamur, uel oēs tamen posse partes in vnu conuenire: siue duæ, ut nunc, calor & gracilitas, siue plures videantur, quæ mutationem efficiunt. Ac pulsus quidem, qui absolute dicitur magnus, quem ad eum, qui absolute est moderatus, ostendimus conferri, aut temperamentum, aut præsentem declarabit corporis statum. Qui verò magnus dicitur comparatus cum naturali vniuersiūsq; pulsū, ēt hic annunciat aut calorem aliquem accessisse illius corporis statui naturali, aut gracilitatem. At verò mutationes pulsuum ex causa externa in hunc modū sunt discernendæ. Quæ ex balneis, cursibus, frictionibus, ceterisq; motibus fit, non est diuturna, sed mox ad pristinum statum reuertitur. Itaque tangendo pulsū, iterumq; tangendo paulo post poteris in manifestam cognitionem venire. altera. n. tactio, vt breuissimum interponatur spatium, à priore videtur diuersa esse. At magnitudo pulsuum ex vino & cibo profecta, diuturna est. Hæc ex vehementia exploratur, quæ illi est coniuncta: neque. n. his vehemens minus, atq; magnus est pulsus. Nunc autē is positus est, qui dūtaxat sit maior: itaq; non est ab his immutatus. Iā ēt magnitudo, quā ira concitat, adiunctā habet vehementiam: quę alio qui prudentē nō lateat, si oculos

LIBER PRIMVS.

105

A oculos respiciat, vniuersumq; vultum: q; si quis reprimere iram & tegere velit, fit inæqualis pulsus, magisq; inæqualis his, qui anguntur, & uerentur. Porro magnitudinis incrementum, quod fit, cum semicocti in corpore humores concoquantur, alantq; naturam, perinde, ut his, qui cibū sumpserunt, vna secū auget vehementiam. Haud aliter, si quis in sole aut ad ignem calfactus sit, nō solū nō durat diu alteratio, uerū ēt cutis ijs est squalida, nec humida, ut erit à balneis. Atq; hi quidem, qd' mollitudinē, & humiditatem cutis attinet, cprtrā se habent, ac loti. Mediū inter utrosq; locū sunt sortiti in cutis mutatione humiditatis ac siccitatis, fricti atq; exercitari. Iā vero ēt calor hic copiosior scdm pectus est exercitatis & iratis, lotis parcior, adeoq; ad extremas vfq; partes e- quabiliter cum humiditate, & mollitudine extensus. Sic ēt, si inunctus homo interea fuit medicamento calido, inter tangendū mordacē calorē senites: quanquā fortassis, nec illita cuti ex medica mēto pinguendo te fallat. Hi sunt artificiales modi causarum dignoscēdarum, q; in magnitudinē pulsū fanis, & ægrotis conuertunt. Externi sunt, partim per inuestigationē cū l. apud inimicos, aut insidiatores, aut malignos tentatores qstionē habeatis: partim ex eo, q; nō discesserit ab ægro to medicus: quos quidem optimos cōfirmamus esse dignoscendi modos: nā, q; fiunt, cū non sem p ægrotis medicus p̄stō fuerit, neq; uerū illi declarare voluerint, hi sunt difficillimi, & medicum re-

B qrunt egregie prudētē. Etenim mihi vsu venit, cum reliqua distinxissim vestigijs illis, quæ cōmemorauit ante vt restaret quærēdum, an ægrotus medicamentum calfactē absentib. nobis sumpsis set, an rōne accessionis magnitudinē pulsū noctus esset. His uero tēporibus vndiq; explorāda est & obseruanda veritas. Primus in illo genere scopus est, tēpus accessionis, deinde ægroti consuetudo & mores. Nā, si alio tpe, & non accessionis, maior sit pulsus, à medicamento calfactente probabilius est, q; ratione accessionis, incidisse alterationē: sin accessionis tempore, verisimilius est p p accessionem. t xploreaueris at exācte, si paulo post iterum tetigeris: nam, si calor à medicamento pcessit, à quo anctus sit pulsus, diuturnitate magis sp, ac magis remittetur: qui vero ab accessione increset. Verum hic modus dignoscendi p̄tinet ad artē. Huic notitia, quā consuetudo pr̄bet, & mores ægrotorum, pro cumulo accedit. Quidam. n. sunt insueti & abhorrent à medicamētorum potionē: alijs sunt adeo assueti, vt vivere sine medicamentis non sustineant: itaq; p̄fagitio sumptum esse medicamētum calfactens, in his, q; ab illis abhorreant, difficultis est: in ijs vero, qui sunt asfucti, facilis. At vero mores ēt ægrotantis ad tales p̄fagitionem non mediocriter intersunt. Quidam. n. natura insidiātur, & familiaribus imponunt, atq; elaborant, ut coarguant nihil quemquā firmi scire: quidam simplices sūt, modestijs, atq; omnia faciunt aperte, nec quicquam dissimulāt,

C vel tegunt. In his nihil factum clam suspicandum est: apud insidiantes omnia habenda sunt suspecta, ac circunspicienda sunt, & distinguenda, tum quæ propria artis ratione pertineant ad dignoscendum, tum quæ extrinsecus adueniunt. Quod mihi fuit quondam necessarium facere in homine diuite, q; guadebat medicamentis, eaque ait id sumebat: qui eo erat ingenio, vt libēter argueret familiares nullius certæ scientiæ. Huius cum offendissim in magnitudinem pulsū increuisse, ab alijsq; omnibus, quas cōmemorauimus, causis distinxissim, ac vna mihi maneret distinctio, vtrum à calfactente medicamēto, an accessionis ratione febrilis id accidisset (circa tempus. n. erat febrilis accessionis) iussi, vt linguam mihi ostenderet: quam cum à medicamento conspexissim in fecit, iterū attigi eius pulsus, nihil suspicans ēt. Interea occurrit mihi medicamentum me, cum voluisset potare pridie, interdixisse: itaq; homini dixi statim, eum medicamentum bibisse. Quod ille cum animaduertisset, à linguae me colore conjecturā fecisse, alias iterum pilulas paruas medicamenti fecit, quas deuorauit, vt lingua ne tingeretur: at hoc quoque deprehendi eius commentum. Nā, cum linguam inspexissim, ac tetigisse iterum pulsū, atq; reliqua, qui nuper exposui discusissim, equidem suspicionem ad medicamentum potissimum conuerti, retraxijs manum, ac iterum paulo post inieci pulsū (nouēram. n. hominis peruersitatem) itaq; deprehendi factum, nec

D dubitauit illi dicere. At tu medicamentum mihi sumpsisse videris: ille constantissime inficias ibat, si mulq; seruos, qui permanerant, appellabat testes. Ego manum eius tenens, & pulsū tangens, Ergo, inquam, sustinebis conceptis verbis iurare mihi, vt tibi dīctabo? Ad hoc non prompte ille respondebat, ac arteriarum habebat, vt in angore, inæqualem motum. Profecto, inquam, tu medicamentum planē sumpsisti, caue iures. Igitur aduersus istos quidem ineptos, ingenio opus est medico: at idiotæ ferè non tñi medicis non renituntur in explicandis, & explorandis causis exter- nis, sed & adiuuant, vltroq; exponunt omnia. Sed de pulsuum nos in incremento magnitudinis sat is principia exposuimus: restat, vt orōnis seriem persequamur. Quia non ad unum modum magnus pulsus dicitur, sed nunc, ut ad moderatum, nunc ad quemlibet, confertur: ac cum duplex sit hic quilibet, aut minor moderato, aut maior: deinceps de magnitudinis incremento dicēdum est utriusq; pulsus, minoris, inquā, eo, qui moderatus est, & maioris. Cōe igitur est omnis incrementi ad magnitudinem solum auctum calorem esse, quo scilicet tpe, nec facultas affecta sit, nec instrumenta, ac immotus sit ægrotus. Proprium autē est deflexiū eius à natura, unius magnitudinis incrementum: reliquorum duorum etiam, celeritatis nonnunquā crebritatis quoque. Age uero, illius hominis pulsus, exempli gratia, quem modo reliquimus, cui facti essent maiores, offens-

DE PARESAG. EX PVLS.

damus amplius auctos esse, huic calorem et necesse est esse auctum: siquidem incrementis omnibus magnitudinis hoc coe erat: ac proprium præter cōmune, immutatam celeritatem esse, & si adhuc magis crescat magnitudo pulsuum, non celeritatem modo, sed iam crebritatem et. Osten dimus. n. in primo libro de causis pulsuum, sicuti paulo auctus calor sit, manifestum magnitudinis incrementum esse, celeritatis no manifestum. Si amplius crescat ille, non solum magnitudinem accumulabit, sed crescat etiam euidenter celeritas: præterea no nihil acquiret crebritatis. Sic, si augeatur plurimum, & pulsuum usus generādorum superet maximam distentionē, magnitudinē non auget, ubi auctus ad summum sit: sed celeritatem cum crebritate, quantū potest, accumulat: ac, ubi augeri celeritas amplius nequeat, concitat crebritatem. Iam aliis sit egrotus, cuius nec facultas, nec instrumentum leſa sint, sed minorem iusto pulsū habeat: deinde huic quoq; remoto externo motu, maior fiat: huic et liquido dixeris ampliorē nunc calorem, q dudū, esse. Ac in eo quidem coe habebit cum bis iam commemorato responsum: proprium aut habebit, non ex paruo tantum pulsū in magnitudinē increuisse (fieri. n. non possit, nisi simul tardior, rariorq; fiat, vt minor vñquam iusto reddatur) sed nec maiorem tantū fieri potuisse, nisi etiā fieret celerior & crebrior. Nam affectum, in quo pulsus plus iusto imminutus sit, raritatem etiā & tarditatē comple F eti, perspectum illi est, qui eorum meminit, quæ docuimus in libro primo De pulsuum causis.

Pulsuum commutatio in paruitatem.

C A P. 2.

His ergo relictis, de pulsuum commutatione in paruitatem consideremus: cuius itē sunt tres numero omnes dīa. Aut. n. ex naturali, & moderato, quem vocant, aut ex maiore quam hic sit, aut ex minore, mutatione in paruitatem contingit fieri: vocat aut, qui moderato maior est, absolute magnus: qui minor, parvus. Exordiamur igitur hic de integro ab ijs, quē in his cōia sunt, deinde iam ad propria sigillatim nos conferamus: statim enim cōis commentatio cōpletebitur pro priū inueniendorum viam. Sit pulsus cuiquam homini minor, quā dudum, mutatione p̄dictus præterea nulla ullius generis: tum quæratur, quomodo nuper affectus esset, atq; quomodo nūc. Via inquirendi hæc est. Minor solito pulsus fit, aut cum imbecillior facta sit facultas, aut instrumēta duriora, aut usus remissus. Sed enim nec imbecillior facta nunc facultas est, alioquin omnino coniuncta sit cum paruitate remissio: nec corpus durius arteriæ, neq; n. tum minor tātum, sed & durior pulsus esset, superest ergo solum alteratum esse usum: ac, si id temporis quietus homo fuerit, quantitati refrigerationis quantitatem respōdere mutationis. Iam uero ex maiore, quā naturalis sit pulsus, eam mutationem necessario accidisse norunt, qui retinent demonstrata in primo G libro de causis pulsuum. Nam de naturali statu ob frigiditatem mutatio ad paruitatem simul etiā rariorcū eum, atq; tardiorē reddit: & moderati imminutio ex magno supra modum aucto, sta tim * adiungit sibi celeritatis aliquid & crebritatis, q, qui multū vltra modum sit auctus, tribus in gñibus variet. Quamobrem, qui magnitudinē tm imminuit pulsus, & reliqua seruat immota, hic est, qui paulo maior sit iusto: hic. n. solus ex paruo caloris incremento constat. Reliquorum, qui in magnitudinem mutantur, nisi simul celeritatē aslumat, uel crebritatem, talis euadit nullus: quare nec quisquam præter hunc alias magnitudinem diminuet. Qui. n. huius accepit solius incrementum ex calore, unam eam ex refrigeratione imminuet: qui uero haētenus est alteratus à calore, vt non magnitudinem modo, uerum etiam celeritatem, & crebritatem immutet, contrarium iter p easdem genere alterationes tenebit: ita nō modo minor, sed & tardior erit, ac prius, rariorque. Pari modo mutatio minorem ex moderato, & mutatio quoque ex hoc in eum, qui minor et sit, continuo rariorem solito & tardiorē efficit pulsū: siquidem mediocritatem habet quandam distentionis, pulsus hominum naturalem statum tenentium: quam, si calidius aut frigidius solito euaserit corpus, necessario amittit. Non idem tm amissionis modus est. nam, cum calfit, magnitudo planè prima, mox celeritas, inde crebrites accedit: contrā, cum refrigeratur, raritas manifeste prima, altera tarditas, postrema paruitas. De his abunde in primo libro De causis pulsuum diximus: quo minus hic iam immorandum est. Itaque seriem orationis persequamur, ac secundū cōmemorata, explicemus causas, quæ refrigerant, quæ totidem genere sunt, quot illæ, quæ calfacti. Aer etenim frigidus, qui foris occurrit, quemadmodum & aqua frigida, uel balneū, vel medicamentum corpori inunctum, refrigerat: quin etiā longa quies, & veluti latebre, corpus refrigerant: præterea, quæ intro recipiuntur, ut aer respiratione attractus, qui frigidus sit, cibus pituitosus, medicamentum natura frigidum, aquæ frigidæ immodicus usus: ex animi affectionib; metus diuturnus: ex contentis in corpore humoribus, qui frigiditē peramento, cū antea qescerent, nunc commoti sunt, aut omnino tenuiores quodammodo calidis facti sunt. Hæc separatim ita possunt distingui, ut de calfactientibus causis diximus: neque. n. ut de similibus bis dicamus, sit operæ pretium. Atq; pulsuum in magnitudine, & paruitate mutatio abs talibus, & tot causis dignitur, quod certe ad naturam pertinet ipsius rei: qn, quod ad nostram attinet cognitionē, adhuc desideret aliiquid. Sæpe enim arteria, quod in se est, maxime distendit, sed occultatur magnitudo distensionis, uel interpellatur à numero, uel crassitie, uel duritie circumiacentium corporum, vel obiectorum. Hæc enim essentia magnorum, vel parvorum pulsuum in arteriæ circulo consistit, vbi lon gitudo

* In antiquis
est
dipl. ap. ei
i. imminuit.

A gitudo perpetuo par est: at non tamen appetet par, sed delitescit, quædam eius pars. De quo qui dem et si iam secundo in libro De causis pulsuum exposuimus, nihilo minus, quod ad propositum interest, reminiscientia gratia exponemus.

Dimensiones distentionis non semper tantæ apparent, quantæ sunt. CAP. 3.

Arteriæ altitudo semper æqualem latitudini distentionē habet: sed fit, ut occultetur, aut arceatur sæpe a corporibus circuniectis & appositis, vel uniuersus motus, vel certe eius quædam pars: ac pars illa, q̄ arcetur, aut in profunditate magis, aut in latitudine, aut simul in utraq; similiter appetet. Cū ergo non percipiatur nostro quidē tactui motus, atq; hoc p̄ totū animal accidat, ut nulla usquā arteria videatur moueri, uocatur is affectus *ἀρρεφία*, hoc est priuatio pulsus: quæ quidē, si ad ueritatē exigas, in corpus nunquā uiuum cadit, neq; est. n. vnquam, quin cor unā cū arterijs oībus agitetur: at, si referas ad nostrum tactū foris inieictum, in multis reperiatur sanè frequenter: obiecta. n. arteriarum corpori sunt oīno certæ membranæ, & cutis multis, etiam locis adeps, atq; caro, à quibus vñ uenit pulsus, ut non occultetur, modo, sed & impediatur. Ac sic quidem, si motus occultetur oīs, atq; in omnibus id partibus accidat omniū arteriarū, *ἀρρεφία* appellat affectum: at, si quibusdā in partibus videantur moueri, in quibusdā non videantur, hīc dif-
Bferentiam in longitudine habent pulsus. Et nimirū uocantur longi, quibus sensibilis motus lōgitudō naturalē excedit: breues, quibus infra naturale statū est: quibus par est naturali statui, mode rati. Tantum enim animaduertitur semper de motu arteriarū, quantū opposita corpora permit-
tū: quamobrē fit, ut corpulētis pulsus breues: gracilibus uero longi: quēadmodū & quadratis mo-
deratisq; esse vident̄ moderati. Iā ēt apparentis motus his non semper æq; vt profunditas, impe-
ditur latitudo: verū, vbi arteriam regiones in latera, vel adipis, vel carnis, vel vaporū, vel humorū plenæ sint, ac incubens superne cutis nihil eas oneret, latitudinis tātū obscuratur motus: ac magis si vehemens pulsus & magnus, quantū in ipso est, sit: cū uero regiones uicinæ sunt mundæ, rugo-
sa aut̄, q̄ eas tegit, cutis, magis profunditatis motus latet in eo corpore, ac magis, si non uehemens pulsus & magnus, quantum in eo est, sit. Si ergo pulsus inuenias longiorē iusto, si quidē una lati-
tudo eius & profunditas increuerit, uide, gracilior homo solito, an calidior euaserit, remoto aduentio motu: nam, si factus gracilior sit, idq; tanto, quanto est pulsus maior, vñ hoc tātū eū immuta-
uit: sin aut̄ non tanto, non hoc modo est causa, verū ēt calor. Quòd si in eadem constiterit corpus habitudine, solus mutatus est calor: sin crassior euaserit, duplo auctū æstima calorē: at, quanam de causa sit auctus, explorandū ex illis est, q̄ exposuimus. Sin longior factus pulsus sit, & latior, non
Cuero pinde profunditate auctus, sed p̄maneat moderatus, p̄ter superiores notas, hoc illi ēt extra ordinē, necesse est, adfit, rugosiorē euasissē superne arteriæ incubentē cutem: ac, si conuertas membrū, ut quæ eius pars modo superior erat, nunc sit inferior, nulla tum profunditas re uidebitur impedita. Atq; hi qđē duo pulsus in primo libro de eorum dījs omnium primi inter vigintiseptem pulsus in tabellam sunt relati, quā de illis fecimus, qui constant ex ternis sūl dimensionib.
quantitatis distentionis. Ab his descriptus tertius est, qui longitudine & latitudine excellit naturalē, ac in profunditatis dimensione est humilis: qui sanè est infrequēs. Fit. n. cum arteria magnopere obiectorum corporū mole oneratur: id quod nūquā eueniat, nisi facultas simul imbecillior sit, & summe mollis tunica arteriæ, quorū illud imbecilliorē iusto, hoc molliorē pulsus efficit. Itaq; cū his quidē erit aliqñ longus simul & latus & humilis, alia ratione nunquā fiet: immo uero, etiam cum videatur talis, ne tum quidem procul à natura, nec ad humilius, nec ad latius deflectit: neq; enim ad summum arteria in profunditate grauet ur, & in latitudine nequaquam: neq; item plurimū ascendat altitudo, prorsus vero contrahatur in angustū: etenim ferē sit ut plus altitudo cre-
scat, p̄sartim si vehemens sit pulsus, at non hactenus tñ, ut idē altissimus simul & angustissimus sit. Quòd si hīc quoq; membrum inuertas, vt, quæ modo partes superiores essent, sint nunc inferio-
Dres, & profunditatis eorū dimēsio incremētū habebit, nec uidebitur amplius humilius: sed, vt lōgus & latus, ita etiam erit altus, quod est magnus, nam, qui tribus est dimensionibus auctus, magnus vocat. Proinde distinctiones in hoc sunt adhibēdē præter has, quas nūc exposuimus, ēt illæ, quæ in primis omniū sunt adhibitæ. Iā illud quoq; est animaduertendum, ecquid de latitudine simul de trahatur, cū inuersum sit membrum: etenim hoc sit nonnunquani, demonstratq; quanto antea vltra proportionem profunditatis dilataretur uas. Iam quartus qui longus simul, & altus, & in latitudine est moderatus, qđ ad se attinet, latus est, quemadmodū & altus: sed, quia in lateribus coarctatur arteria, ideo sic eius motus impeditus est. Omnino. n. vbi latitudo profunditatis proportio nē excedat, aut profunditas proportionē latitudinis, altera impeditur earū aut p̄ p multitudinē, aut crassitiem, aut duritiē corporū obiectorū, quæ interposita sunt inter arteriās & admotū tactum. Et hercle ēt rugositas numerū impositorū corporū auget, rugis eutē cōduplicans. Itaq; is pulsus, aut cū vere magnus sit, scđ m latitudinē obstaculū habet, aut, cū videri in macilento corpore magnus possit, nō videtur tñ, q̄ vna dimēsio eius sit restricta. Qui q̄ntum in tabella locum hēt, lōgior iusto in reliquis àt duabus dimēsionibus moderatus, graciliorē annunciat solito hoīem esse factum; & pulsus, q̄ntum in eo est, iusto minorem. Quando. n. longus pulsus aut ob propriam suā magni

DE PRAESAG. EX PVLS.

studinem, aut propter tenuitatem uideatur eiuscmodi esse: nunc vero non appareat talis ex magnitudine esse/esset. n. simul altus & latus, aut alteruter certe horum) restat, ut per maciem factus sit longus. Cæterum, cum graciliores habere uideantur pulsus iusto maiores, plane pulsus, qđ ad se pertinet, angustior æquo & humilior. itaq; etiam minor, quod ad se attinet. Qui sub hunc scriptus est, sextus, puta lōgus, & humili, atq; latitudine moderatus, cum de causis ante expositis minor sit iusto, quantū in eo est, ob gracilitatē apparer lōgus esse. Sed hoc cōmune cum quinto habet: propriū aut hoc peculiariter, profunditatē ob causam paulo ante memoratā esse inminutam. Septimus in tabella pulsus erat, longus pariter & angustus, altusq; qui uideri, perinde ac omnium primus, magnus posset, nisi sit restricta latitudine: cætera hīc ita, vt in primo omnium, sunt discernenda. Et etiam, quæ in tertio explicauimus, ea sunt in hunc locum conferenda, non sēpenu mero. s. hunc pulsum esse, neq; cū incidat, plurimum moderatum altitudine superare, & inferiore latitudine esse. Ab illo octauum, longum vna, & angustum, & moderata profunditate, natura quidem esse paruū ex ijs constat, q in quinto iam retulimus: at, quia marcuit corpus, longior videtur: exiūm vero hoc præter quintum habet, q̄ constrictam hic arteriā latitudinis angustia declarat. Nonus pulsus, lōgus, angustus, humili, longe etiam magis ostēditur sua natura esse paruū, uerū videri p̄ marcorē corporis, longus: ferē adiuncta illi remissio est, duritiesq; qui, si neq; durus sit, neq; ad modū languidus, ab refrigeratione gignitur. Itaq; nouē, quos nunc p̄currimus, pulsus oēs lōgitudinē habet æquo longiorē, duabus differentijs reliquis variant: nouem proximi longitudine moderata sunt, profunditatē at & latitudinē immutant. Ac decimus quidem, qui altus simul & latus uidetur, uno in homine, si cū moderato cōparetur, nunquā existat: nisi quando (id qđ rarum est) omnino arteria de sede sua migret. Sin at cōferat ad eū, qui est absolute moderatus, potest incidere, ac causa eius generandi in proprietatē conformatiōnis cōfertur: si quidē symptomā arteriæ est, q̄ sub profunda carne vtrinq; occultetur, sed in media parua parte sublimis extet. Undecimus, q̄ vna re differt à superiore, q̄ profunditatē moderato parē habeat, pro cumulo causam demittendi huius habet adiunctā: cætera cū decimo conueniunt. Duodecimus, latus, humili cum moderata lōgitudine inuerso fit membro: aut. n. vndequaq; videbitur moderatus, aut magnus. Ac, si oīno videtur moderatus, altitudinē declarabit prius non nihil cōpressam esse, prōductāq; ob mollitiē arteriæ latitudinē: sin magnus, plurimum fuisse cōpressam altitudinē. Decimus tertius, altus, idemq; dimensionibus duabus reliquis moderatus, perinde ut decimus, & ex naturali conformatiōne conficitur, & ēt ex naturalis sedis mutatione; exiūm autem habet, prēter illum, latitudinis angustiā. Decimum quartū, qui omnibus tribus dimēsionibus moderatus est G oībus apertū est referre naturalem: an uerò sit par re vera naturali, exploratur ex corporis habitudine. Nā, macriō si iusto sit, sic, cū sit pulsus sua natura minor, par appareat moderato esse: sin crassius æquo sit corpus, pulsus tum de sua quidē natura magnus est, sed, q̄ per corpulentiā coercentur, esse moderatus videtur: q̄ si nec ad gracilitatē corpus, nec ad corpulentiam defletat, moderata in eo non solū repräsentari pulsum, verū ēt necesse est esse. Sanè demonstrauimus in secundo libro De pulsibus dignoscendis, cæteros pulsus ad hunc oēs relatos, magnos, paruos, longos, breues, latos, angustos, altos, humiles appellari. Quintus decimus, qui humili profunditate, est, reliquis duabus dimensionibus moderatus, omnino similis superiori est decimo quarto, prēter q̄ huius cōpressa est profunditas: prōinde, quæ illic prius exposuimus, ea duces hic quoq; dicta es se. Hoc verò est in hisce omnibus memoria tenēdū, nō amplius cōuerso membro videri humili. Sextus decimus, qui moderatus est lōgitudine, angustus altusq; aut ex conformatiōnis proprietate fit talis natura, aut per affectū aliquē compressis ad latera arterijs. Septimum decimū, q̄ est moderatus longitudine, & profunditate, in reliqua dimensione angustus, in latera contractū esse declarat moderata profunditas: in reliquis omnibus decimo quarto & decimo quinto respondet. Octauus decimus, q̄ longitudine moderata est, & angustus, humiliq; sua quidem natura paruus H est: videtur aut ēt ob gracilitatem moderata longitudine. Breuitē enim cū prēter profunditatis proportionē, & latitudinis, extensa longitudine sit, significat corporis gracilitatē: non tamē, vbi contracta prēter proportionē profunditatis est, corpulentiam denotat, sed vel naturalem quāpiā cōformatiōnē, vel sitū arteriæ inæqualem. Nonus decimus, breuis, latus, & altus, aut ob cōformatiōnis proprietatem talis natura videtur, aut ex affectu arteriæ in situ distorta. Vigesimus iam alijs duabus dimensionib. similis est non decimo, sed profunditate est moderata. Hic habet hoc prēcipuū, impedita suam altitudinē. Vigesimus primus, breuis, latus, & humili, prēter easdē causas, etiam illas adiunget sibi, q̄ latū simul & humilem efficiūt pulsum. Ad eūdem modū vigesimus secundus breuis simul, & altus, atq; latitudine moderata, affluit ad easdē causas, eas, q̄ moderatū latitudine creant humilemq; pulsum. Sic ēt vigesimus tertius, breuis ille q̄dem longitudine, verū dimensionibus duabus reliquis moderatis, ad eādem causas reducetur. Vigesimus quartus sortitur prēter easde in causas, extra ordinē causam, q̄ altitudinē deprimit. Ad eūdem modū proximi duo ad antedictas referant causas: vt memoria teneamus, in quibusq; pulsibus cedat longitudo proportioni latitudinis & profunditatis, in his causā aut naturali conformatiōni, aut arteriē pueri situi

situi esse attribuendā. Demonstrauimus porrò, vbi latitudinis, uel profunditatis proportionem lōgitudo vincat, aut obſistere alteri earum ſolam anguſtiam, aut aucta ēt alterā eſſe, atq; obſtaculū frequenter accidere, incremētū raro, in latitudine quidē, vbi p mollē arterię tunica degrauetur altitudo, ſimulq; nec uehementē eſſe eiuscmodi pulſum: in profunditate vero, vbi coarctetur latitudo, & pulſus vehemens ſimul & magnus ex ſua natura ſit. Reliquis eſt poſt oēs vigefimus ſeptimus, breuis, angustus, humiliſq; qui vtq; paruus vel apparet eſſe, vel ſua natura eſt: ac, quæ qdē in omniū primo diſtincta ſunt, magno, eadē ſunt hic quoq; diſtinguenda. Si naturaliter comparata corporis ſit habitudo, hic pulſus nō modo videtur paruus, ſed ēt eſt vere. At, cū crassiorſit, ſi, quo homo euafit ſe ipſo crassior, hoc ſit pulſus minor, erit tū quidē, qd attinet, modera tuſ, ſed p corporis crassitudinem minor uidetur moderato. Si longe ſit crassior, quam pulſus minor, is pulſus, qd tum in ipſo eſt, mediocri erit maior. Si aūt minus ſit crassius, qd paruus, pulſus hic, ſi eius naturā ſpectes, minor erit naturali. Quod si gracilius corpus ſit, qd videatur pulſus paruus, is ſanè eſt natura paruus, ſed nō perinde videtur paruus, ac vere eſt, qd corporis gracilitas, quatenus deceſſit de natura, hactenus ei magnitudiniſ addit ſpeciem. Quæ de paruo & magno pulſu adhibita diſtinctio eſt, eadē in alijs eſt adhibenda oībus: ſciēdūq; illorū quēq; vel paruum eſte natura, B vel magnū, vel moderatū. Ac tres hi pulſus in quantitate diſtentioñis poſtiſunt, qd attinet ad ipſius rei naturā. Videntur vero eſſe vigintiſeptē ob crassitudinē vel gracilitatē corporis, vel ob cuṭē rugosiorē, vel regionū arteriarū inaequalē anguſtiam, vel proprietatē cōformationis. Itaq; vnu quēq; oportet, qd nō inania verba ambi, ſed ipſa opera ſtudet meditari, omnium memotē, quæ iā percurri, ſimul atq; aliquē aſaduertat pulſum, qui in quantitate conſiſtit diſtentioñis, primum, qd ſit de uigintiſeptem, attendere: deinde, vbi ab eo, quæ ex viciniſ corporiſ oriūtur, alterationes ſe-creuerit, indagare, an moderatus ſit, an magnus, an paruus: poſtea ſtatus, qui talem genuere, ſi qui dem docent hi & præterita & futura, vt in longo, & angusto, & humili: nā exempli gratia in hoc, qd dico, docebimus. Hunc, quātūm in ipſo eſt, liquet paruum eſſe, ex eo, qd eius imminuta eſt cir-cularis dimenſio, & aucta dimenſio longitudiniſ. Si, n. duabus de cauſis minor cirkulus diſtentio- niſ apparet, ob corpulentiam, & qd minor re vera ſit pulſus: nūc aūt abeft corpulentia, ſanè. n. non ſolum longitudiſ non creuifſet, ſed ēt imminuta eſſet: planum eſt, pulſum ſua natura eſſe paruū. Cum igitur remota ſit longitudiniſ ſpecies, quā contraxit ex corporis habitudine, cū de ſua natu- ra paruus ſit, uideamus iam, quā nam de cauſa ſit factus paruus. Hic plurimi intereffe noſſe paruita- tis qditatē, & longitudiniſ: aut, n. paulo eſt naturali minor, aut multo, aut, ut ita dicā, modico, ſic C etiā in lōgitudine, aut parum, aut modice, aut longe naturales ſuperat. Iam altera ex parte ad maxi- mā longitudinem producatur, ēt ad maximum deueniat paruitatem, id eft anguſtus & humiliſ ſit: hic pulſus natura longe eſt, quā apparet, minor, ſed ea quidē ex nimia gracilitate compa- uit ſpeciem, vt uero ſit natura minor, ex cauſis, quæ efficiunt minorem, frigiditate, imbecillitate, *gracilitate. At quæ tādē cauſa eſt, uel cauſae inter has, vnde pulſus, qui nobis nunc cernitur, lon- gus, anguſtus, humiliſq; generetur? Declarauiimus quidē ante ſignum eſſe perpetuum arteriarū duritieſ pulſum durū, infirmæ facultatiſ languidum, qui ēt remiſſus & imbecillus vocatur: vt, qui ei eſt contrarius, vehemens, contentus, validus. Verū ſciendum & hoc eſt in hoc pulſu, neceſſario eū lāguidū eſſe: nunquam, n. ualente facultate paruus ad ſummuſ pulſus fiat: at duritiē nihil eſt ne- ceſſe coniunctam eſſe. De frigiditate uero nō absolute eſt ſtatuedū: ſed illud primum noſſe oportet, intereffe, cor una eſſe cum arterijs refrigeratū, & refrigerari: ac qd, refrigeratum eſſe, laſam eſſe facultatem, ſit; refrigerari autē, mutari uſum. Hic animo mihi opus eſt planē attento, ſciendumq; nō mō ad præſagitiones ex pulſibus, ſed ad alias ēt penē oēs eo nihil eſſe conducibilius. Procedit aūt vniuersiſ hic ſermo ex cognitione eſſentiæ facultatiſ, quam in commentarij De cauſis pul- ſu, qd opera preſtum non eſſet, pteriuimus. Hoc loco, quia ad exaēte intelligēda ea, que poſthac docebimus, hanc refert noſſe, viſu mihi eſt illam exponere: neq; hic tā cum ſuis demonstrationi- bus (quippe alio eam loco proſecuti latius ſumus) ſed quantum ſummatim explicatum ad institu- tum noſtrum conducat.

De eſſentiā facultatiſ, ac de reliqui pulſibus, qui in quantitate diſtentioñis conſiſtunt. CAP. 4.

F Acuitatiſ eſſentiā ſingularium partium, in singularium illarum poſita cōmodo tēperamento eſt: nam tum deum ſuum quæq; munis obit strenue, vbi ſit tēperatiffima: contra male fun- gitur, ſi intemperata ſit, atq; hactenus male, quatenus ſit intemperata. Ad eundem modum cor- diſ corporis, cum immodeſe refrigeratū ſit, calfactum, humectatum, deſiccatū, pulſus pro ſuā in- temperie modo facit languidos: id quod illi eſt, offensam facultatē eſſe. At vero conuetedinem cū ſanguine habere in ipſius contento ſinibus, & cum ſpiritu, qd caldior longe, ac naturalis ſtatus requirit, ſit: aut cum eo, qui in inuolucro cor ambiente eſt, uel in pulmone, aut cum ipſo etiā inuo- lucro cor ambiente, & pulmone uſum eſt tā variasse citra offensionem facultatiſ. Eandem hēt, rationem refrigeratum eſſe & refrigerari: ubi in ipſo cordis corpore temperando p̄apolleat ele- mentum frigidum, laeditur facultas; ſin in tunica cor ambiente, & in pulmone, & ſanguine, ſpi- rituque, quos eius ventriculi continent, uſus eſt remiſſio. Iam humiditates & ſiccitatem, ſi in ipſo

* Antiqui ha-
bent ὅλην
τα i. duritie,
& ſic uidetur
legendus.

DE PRAESAG. EX PVLS.

corpo cordis consistant, nocent facultati: si in quopiam vicino, non immutant vsum, siquidem E
proba temperatura, & intemperies ex quatuor sunt elemētis: vsum vero accessiones, vel remissio-
nes ex calido & frigido duntaxat. Vbi iā ad ultimā vsum exsolutionem deueniat, corporibus vici-
nis cordi vehementer refrigeratis, non poterit etiā cordis corpus nō intēperatū esse: id quod nihil
est aliud, q̄ debiliorem fieri facultatē. Quāobrem dicebam fieri nou posse, ut de frigiditate uno ver-
bo pronuntiarem. Neq; vt sola prostratione facultatis, vel induratione sola instrumentorum, pul-
sus interim minor sit: ita etiā ob solā frigiditatē, quomodo nūc diximus, "nō accepta refrigeratio-
ne de vsum exsolutione, neq; n.eò vnq̄ cor, vt refrigeretur vehementer, deueniat, nisi sit ipsum re-
frigeratū. Quod dico intelligas clarissime, si eos, qui in itinere ex ingenti frigore obeunt, conside-
res: oēs. n. simul ut frigidū expirant aerē, pulsus quoq; minorē habent: minimū tamē illorū prius
nullus, quā ad extremā refrigerationē sit perductus, obtinet: vbi non tantum vsum est immutatus,
generandorū pulsuum, quod aderat à primo illis, verū ēt, quia perditur iā naturale cordis & mode-
ratum temperamentum, debilitatur facultas. id qđ solet plerunq; ijs subito accidere, nō, ut in alijs
affectibus, paulatim: de quibus est vnum, quē hoc loco hēmus in manib⁹, per quem pariter & lon-
gus pulsus appetet, & angustus, humilisq; in longis morbis. Qui. n. ita habēt, in periculum hi non
minus præsens veniunt, quā illi, qui in itinere decedunt. non repete his tñ paruu pulsus, sed pede-
tentim venit marcescentibus: vnum enim & hoc genus est marcoris, qđ Philippus seniū ex mor-
bo appellat. Nā non ex frigiditate torridus marcor, cæterum ex facultatis sola imbecillitate, im-
becillos pulsus & paruos creat. Separat à priore, motus velocitate & crebritate & duritia, caloris
que feruore. Verum de his non est huius disputationis differere, sed ad institutum reuertor. Lōgus
angustus, humilisq; pulsus, cū longius ab natura trinis dimensionibus discesserit, si talis citra duri-
tiē appareat, à quibus nā procedat, & quot causis, abūde aperiūmus. At, ubi "cū duritie coniunctus
est, vnā iā hic adeſt, vel languidus pulsus, vel medius inter languidum & uehementē, qui nec euer-
tat tactum, nec ab eo eueratur, vt memores simus nullum alioquin inter languidum & uehemē-
tem medium esse: declaratur autem in corpore is affectus esse, qui reddit arteriā" durā. Hæc est sic-
citas, vel cōstrictio à frigore, vel tensio. Siccitas quidē in ardentissimis febris, vbi maligne pro-
ducūtur, & præcipue ex torrido marcore, t certisq; melācholia & quartanę febris generibus. Cō-
strictio ex frigore fit per frigidæ intempestiuum potum, & immodicum, uel per balneas similes,
ex refrigeratibus item pomis intēpestiuis ingestis, uel præter modum: deniq; ex ijs, quæcunque
multū solēt frigidæ pituitæ gignere, quē Praxagoras uitreū succū solet appellare. Tēsio ex cōnel-
lentibus affectibus, & ingentibus inflāmationibus. Ex scirrhis uero cōstrictio arteriarū, atq; tēsio G
nascitur: q̄ quidē accidit potissimum ex iecinore & liene: ex his. n. uisceribus pulsus apertissime ui-
dentur & perpetuo duri, scirrho præsertim affectis: & uero etiam in magnis inflāmationibus. Sed
tactu eiusmodi affectus deprehendētur, & per urinas, & alui excremēta, per uniuersi corporis de-
niq; colorē, & lingue: iā ēt p februm genus. Qui porrò alij corporis affectus pulū creant durū
partim originē ex recentibus offenditionibus repentinā trahūt, reliqui omnes pedetētim. Offensio-
nes, quæ inducunt eiuscemo di affectus, sunt vini potio intempestiuia, & frigidæ, sæpe etiam poma
refrigerantia, & frigidū balneū. Deprehendes noxā à uino illatā, cū subito pulsus nō durus modo
sit, sed maior etiā, & celerior, & uehementior. Cæteras à uino in cōmuni discernes, q̄ nec magni-
tudinē adiunctam, nec uehementiā, nec celeritatē habeāt. Singulas seorsum, nunc clarius nūc ob-
scurius & per conjecturam. Clarius, ubi symptoma aliquā cōfessio, aut delirium, ut
inflatio uētris inq, aut mordicatio corruptorū, aut stomachi aliqua cōpressio, aut delirium, ut
a pomis uinosis: aut uomitus, aut alui deiectio humidior & largior. Hæc scilicet non per signa, sed
ipsam aperte demonstrant substantiam comestorum, q̄, nisi horum quid adfit, nec à uino signorū
aqua frida est, quæ offendit, uel pota, uel intempestiuie in ipsa lotos. At uero, ut hæc securius om-
nia confirmare possis, metuentium & angore correptorū pulsus magno indicio sunt. At, si prius
dictis postea hoc semper addas, ægrotū aliter, ac præscriptum sit, fecisse, magis confirmatam præ-
stabis, & suspiciendā prædictionē, ut subinde fidē adstantes non habeant, nec ex pulsibus credant
tale quid dictum esse, sed conciorum aliquē detulisse ægroti peccatū. Tāgendi autē accurate sunt
pulsus, deinde, qđ indicant signa, proferēdū, ac tum denuo sunt tangendi, animaduertendūq; ec-
quid ægrotus commotus sit. Qui si omni sit perturbatione liber, uide, nunquid cōmemoratorū si-
gnorū aut omiseris, aut parum probe ppēderis. Si vero sit pturbatus, atq; uideatur angi, uel uere-
ri, caue mox signo adhibeas fidē: frequēter. n. fit, ut nō quō cōscij sibi talis admissi sint, angantur
ægroti, sed, q̄ ita ferē sint cōparati, ut statim expauescat: at his mox pulsus cōsilit. Qui uero planē
in culpa sunt, q̄ tu diu de eo confirmes quicq; tā diu metus proprius pulsus appetet. Atq; peccata
quæ hactenus exposuimus, omnia aut inflāmationibus, aut scirrhis, aut siccitatibus, aut uiscerū p
frigiditatē cōstrictionibus augēdis, alterationē, quam diximus, inducunt. Neruorum uero origi-
nē si quid occupet tale, affectum conuulsuum creat: sic appello illos affectus, qui ante mortē ne-
cessario cōuulsionis aliquod habent symptomā. Qui qđ moriūt uero, ēt calidi, contra, ac illi, q̄
corripiūt syncopa: hi. n. uehemēter etiam frigidū uiuūt adhuc. Quibus uero neruorū propaginē
occupa-

A. l. 1. f. 2. d
3. c. 6. f. 48h

A. l. 2. 1. pa.
can. fo. 570.
col. 2. b

¶. 7. 1.

+ In impressis
est, certisq; me-
læholicarum
& quartanā-
rū febrū ge-
neribus, in ali-
quis legi-
tū, ut uertit
interpres.

est, certisq; me-
læholicarum
& quartanā-
rū febrū ge-
neribus, in ali-
quis legi-
tū, ut uertit
interpres.

partim originē ex recentibus offenditionibus repentinā trahūt, reliqui omnes pedetētim. Offensio-
nes, quæ inducunt eiuscemo di affectus, sunt vini potio intempestiuia, & frigidæ, sæpe etiam poma
refrigerantia, & frigidū balneū. Deprehendes noxā à uino illatā, cū subito pulsus nō durus modo
sit, sed maior etiā, & celerior, & uehementior. Cæteras à uino in cōmuni discernes, q̄ nec magni-
tudinē adiunctam, nec uehementiā, nec celeritatē habeāt. Singulas seorsum, nunc clarius nūc ob-
scurius & per conjecturam. Clarius, ubi symptoma aliquā cōfessio, aut delirium, ut
inflatio uētris inq, aut mordicatio corruptorū, aut stomachi aliqua cōpressio, aut delirium, ut
a pomis uinosis: aut uomitus, aut alui deiectio humidior & largior. Hæc scilicet non per signa, sed
ipsam aperte demonstrant substantiam comestorum, q̄, nisi horum quid adfit, nec à uino signorū
aqua frida est, quæ offendit, uel pota, uel intempestiuie in ipsa lotos. At uero, ut hæc securius om-
nia confirmare possis, metuentium & angore correptorū pulsus magno indicio sunt. At, si prius
dictis postea hoc semper addas, ægrotū aliter, ac præscriptum sit, fecisse, magis confirmatam præ-
stabis, & suspiciendā prædictionē, ut subinde fidē adstantes non habeant, nec ex pulsibus credant
tale quid dictum esse, sed conciorum aliquē detulisse ægroti peccatū. Tāgendi autē accurate sunt
pulsus, deinde, qđ indicant signa, proferēdū, ac tum denuo sunt tangendi, animaduertendūq; ec-
quid ægrotus commotus sit. Qui si omni sit perturbatione liber, uide, nunquid cōmemoratorū si-
gnorū aut omiseris, aut parum probe ppēderis. Si vero sit pturbatus, atq; uideatur angi, uel uere-
ri, caue mox signo adhibeas fidē: frequēter. n. fit, ut nō quō cōscij sibi talis admissi sint, angantur
ægroti, sed, q̄ ita ferē sint cōparati, ut statim expauescat: at his mox pulsus cōsilit. Qui uero planē
in culpa sunt, q̄ tu diu de eo confirmes quicq; tā diu metus proprius pulsus appetet. Atq; peccata
quæ hactenus exposuimus, omnia aut inflāmationibus, aut scirrhis, aut siccitatibus, aut uiscerū p
frigiditatē cōstrictionibus augēdis, alterationē, quam diximus, inducunt. Neruorum uero origi-
nē si quid occupet tale, affectum conuulsuum creat: sic appello illos affectus, qui ante mortē ne-
cessario cōuulsionis aliquod habent symptomā. Qui qđ moriūt uero, ēt calidi, contra, ac illi, q̄
corripiūt syncopa: hi. n. uehemēter etiam frigidū uiuūt adhuc. Quibus uero neruorū propaginē
occupa-

A occupavit conuulsus affectus, cum plane iam expirauerunt, diutissime permanent calidi. Horū pulsus omnium statim primo occursu exercitatis in tangendo tensionem produnt, & motū ueluti conuulsiū detegunt. Quòd, si quis, cui commemoratus pulsus est, ab alio plura deiijciat (id quod euenit ex iecinoris scirrhis) non amplius hi hāt pulsū longum, sed aut moderato assimilem longitudine, aut ē breuiorē. Iā hoc quoq; in omnibus duris pulsibus, pariterq; paruis operē pretiū est nosse, citissime uibratos eos effici: & qui uibrati non sunt, vel de vitalis facultatis imbecillitate, vel de remissione usus, vel amboriū concursu non recipere illos eū motū. Nam, siquidem usus magnam distentionem postulet: uisq; efficere uitalis ualeat, sed unum refragetur corpus arterię, qđ attollī in magnam distentionē per duritiam nequeat: uibrō in eum statū incidit. Nulla præterea ratione fiat arteriæ uibratus motus. Quocirca hic pulsus, q; uideū uibratione uacare, aut extremā imbecillitatem facultatis, aut exolutionem usus declarat maximam. At, uibratus si sit, contentio-
nis continuo non nihil annunciat facultatē obtinere, nec pulsuum usum generandorum semel es-
se exolutum: nec uero deuenit ad maximam paruitatem, sicuti diximus propositum pulsum face-
re. Ad eundem modum, si pulsus citra uibrationē longior iusto sit, angustiorq; & humilior, nō lō-
gissime tñ de natura in singulis hic diuerterit, sed aliquantū, attendendū est, durus ne sit & non ui-
bratus, aut plane duritia liber sit: si. n. durus sit, sed absq; uibratione, frigiditatem, uel facultatis im-
becillitatē indicat, vel utrāq; simul. Hæc discernito ex consequētibus: nam, cui talis pulsus ex fo-
la refrigeratione sit, statim adiunctā tarditatem habet, raritatemq; cui ex imbecillitate facultatis,
sociā sibi remissionē habet. Quod, si iam usus constet immotus, tantō erit pulsus celerior naturali.
& crebrior, quantū à modo deflexerit paruitas. Sin autem, quo facultas sit imbecillior, eo exolu-
tior usus sit, pulsus esse similis in utraq; differentia moderato uidebitur, nec celerior, nec tardior,
uel crebrior, vel rarius: at, si excedat aliud, pro excessu ratione, sicut ante est dictū: si uero simul
& durus & uibratus sit, significabit eosdem affectus, à quibus diximus supra durum pulsum consti-
tui, verum non imbecillam facultatem tamen, vt in illis, neq; exolutum usum. Quanta uero ntrius
que sit noxa in facultate, declarabit uehementiæ & remissionis differentia, unā cum quātitate ui-
brationis: in usu uero, dřia celeritatis & crebritatis cum uibrationis item quātitate. Reliqua ex an-
te dictis ēt conijcio. Haud aliter, si non paulum nec multū tribus differētijs de natura deflectat, sed
si mediocriter & modice, ex dictis discrimina notato. At sāpe in eiusmodi pulsibus, ijs dico, q;
pusillam à natura in longitudinem, angustiam, & humilitatem habet mutationē, non modo nihil
animaduertit duritiæ, uerum mollitudine ēt prædicti sunt insigni: id quod & huic accedit de causis
Cenere ijsdem: variatus autē quātitate in singulis. Siue, n. propter facultatis imbecillitatem minus
moderato pulsus fiat, facultatis ostēditur maior offensio: siue p p exolutionē usus, maius & huius
esse uitium: quo. n. tunice mollitudo ad distentionis magnitudinē est promptior, hoc causam, que
moliatur paruū pulsum, declarabit esse maiorem. Sanè, imbecillitas facultatis quam sit magna, sa-
tis ex quantitate remissionis apparebat: huc cumulus accelsit, qđ nunc diximus. At, usus exolutio-
in quantum inciderit uitium, ex solis, quæ diximus, signis inuenit: de quibus dicemus ēt inferius
nonnihil, ubi connectemus mutuo pulsuū genera: in præsentia. n. hoc non instituimus, sed cū ex-
ponere de genere quantitatis distentionis coepissemus, simul alia attingere sumus coacti. Quare
redeamus ad primum institutum, ac ad reliqua genera transeamus: neq; n. q; alios item ex tabel-
la pulsus percurramus, causam arbitror ullam esse: verū eadem ratione, & uia, quam instituimus
in longo, angusto, & humili, reliquos singulos explorabimus. Ac primū remouebimus, q; p p cor-
poris habitudinem longitudine, vel latitudine, vel profunditate uariant, ut non magni tm, vel par-
ui uideantur: deinde causas considerabimus, per quas aut iusto maiores fiunt, aut minores. Atque
de genere pulsuum quidem, quod consistit in quantitate distentionis, satis in præsentia.

Celer & tardus pulsus, quid denotent.

C A P. 5.

D Ostac de illorum in celeritatem & tarditatem mutatione, quod ipsius motus est arteriarum
genus in primis proprium, agemus. Porrò sumendum hic quoq; est ab distinguenda homo-
nymia initium. Nā dicitur celer pulsus, nunc ut cum moderato comparetur, nunc ut cū quolibet
alio. Præterea ipse ille moderatus interim absolute dicitur, quem in optima conspicimus natura:
interim de unoquoq; homine, qui inculpata sit sanitate. Hic ex comparatione absolute moderati
estimatur docetq; quod nam sit temperamentum: ac celerior quidem calidius: tardior frigidius
declarat temperamentum. Verum solam plane non est inuenire mutationem in celeritatem, &
tarditatem, nec in sanis, nec in aſſectis corporibus: nam qui calidore est temperamento, quā ſim-
pliciter moderatus, si pulsum habere videatur celeriore, eū habet necessario ēt maiorem: &, cui
pulsus est aliqua occasione solito celerior, omnino etiam maior est. Neuter tñ, est horum neceſſa-
rio crebrior: siquidē crebritas illis, vbi calor accumuletur copiosior, accedit. Itaq; cum celeritate
modo magnitudo, modo etiam crebritas coniuncta est: atq; etiam interdum sola crebritas: cum
aliquem pretereunt, qui maximam, quæ eo tempore contingat, distentionem obtineat, dein
de reuerſi parem offendamus magnitudinem, sed celeritatem maiorem: huic enim simul cre-
bratatem neceſſe est increuſſe. Qnōd, si quem relinquamus, qui uſum habeat pulsuum exolu-

Quarta Clasſis.

0000 4 tum

DE PRAESAG. EX PVLS.

tum, ac reuersi in celeritatē pulsū inueniamus auctū, tū nō auctus tm̄ celeritate est, sed & cerebri E
tate plane, & magnitudine: quādoquidē vsus exolutio in raritatē clarius, deinde in tarditatem, po-
stea in paruitatē, pulsū cōuerit. Et itē quoq; mutationes in paruitatē pulsū, partim ex mode-
rato statim in raritatē simul mutātur, subinde ēt in paruitatē, ubi amplius vsus sit imminutus: par-
tim ex statibus nō naturalibus nūc aucto vsu, sepe vñā cū mutatione in paruitatē, interim cū rari-
tate, nōnūq; cū mutatione in vtraq; nunc diminuto usu mutationes sūt pulsū in tarditatem
cū raritate & paruitate. Habes primas & simplicissimas pulsuum mutationes in celeritatē & tardi-
tatem: harumq; cause præcedentes & externæ eadē inueniuntur rōne, atq; illæ, quas de magnitu-
dine, & paruitate exposuimus. Mistæ uero mutationes atq; cōpositæ, cū uehementia & remissio-
ne, vel duritia, vel mollitudine cōstant. Quæ ēt examinandæ sunt atq; discernēdē eadē uia, ratio-
neq; quā, cū de longo, angusto, & humili disputaremus, declarauimus, quo cognoscamus, quæ
causa sit, quamobrem in celeritatē, uel tarditatem pulsus uariauit: potest enim, uti diximus,
ob vsu auctum pulsus in celeritatē creuisse: potest etiam ob mollitudinem arteriæ, & fa-
cilitatis robur. Sed, n. cū nō variet mollitudine, duritia, uehemētia, remissione, solus mutationem
vsus induxit: at, si cū horū aliquo, cā inqrenda & exploranda p̄pollens est, sicut ante declarau-
mus. Exempli gratia, si simul & celerior esse, & mollior uideatur, animaduertēdum est, tanto ne ce- F
lerior sit quāto mollior, an magis. Nā, si quāto est mollior, tanto ēt celerior sit, alterationē ab so-
la mollitudine mutuauit: sin multo celerior, q̄ mollior, nō a mollitudine tm̄, sed & ab vsu aucto: cō-
tra, si multo mollior, q̄ celerior, quanto mollior est, tm̄ detraxit solius usus exolutio. Ad hunc mo-
dum, si pariter celerior & uehemētior sit, nū tanto celerior sit, quanto uehementior, cōsiderādum
est. ita, n. celeritatis solū facultatis robur causa sit: sin celerior, quā uehementior, quo celerior est,
hoc de vsu aucto accepit: at, si uehementior multo, quā celerior, nō robur tm̄ facultatis, sed ēt fri-
giditas aliqua alterauit pulsus. Si iā celerior simul & mollior, uehementiorq; appareat, singula-
ri experientia opus est cognituro, vtrum tanto celerior moderato, quanta ex ambabus causis fa-
cta accessio est ex mollitudine & cōtentione, an non tanto. Nā, si tanto, ob illa sola est immuta-
tus: si magis, accessit incremētū usus: sin minus, ēt propter usum exolutum. Eadem ratio in pulsū
mutatione in tarditatē ineūda est, ex usu ne dntaxat exolutio, an ex imbecillitate facultatis, an
ex duritia istī orū orta alteratio sit. Ac ob vsu solū variasse p̄babile est pulsū, si qn̄ nec durior,
nec imbecillior inueniat: ob facultatis infirmitatē, vbi quanto languidior sit, tanto ēt tardior: atq;
ob duritiā itē inst̄orum, cū tanto sit tardior, quāto durior. Sin at multo tardior moderato uidea-
tur, q̄ lāguidior, in eū statū ex imbecillitate & frigiditate incidit, causamq; in eo exuperantem ex G
collatione reperies ad naturalē & moderatū. Si, n. numeris fortè quinq; de natura remissio defle-
ctere uideat, & quindecim tarditas: p̄stare in eo pulsū constituendo frigidā causam, nō imbecilla-
tē facultatis esse causam, dicēdū est. Sin quindecim tarditas numeris appareat, decē autē remissio,
in huius pulsi cōstitutione frigiditatē excellit imbecillitas. Si vero minori excessu sit tardior, ma-
iori vero sit languidior, ex facultatis imbecillitate, & calore quoq; is natus sit. Ac magnitudinem
quidē utriusq; cause ex proportionis excessu inuenies. Atq; hoc memoria tenendum est, hæc om-
nia dici amoto ascitio motu. Pari modo, vbi cōmutatione in tarditatē inueniāt aliqua durities,
attēdendū est, ex sola duricie mutatio, an ex ambabus, incitat. Si, n. quanto tardior sit pulsus, tan-
to ēt videat durior, alterationis sola durities causa est: si uero multo tardior, q̄ durior, nō modo du-
rities, verū ēt frigiditas: atque inuenias ad eundem modū hic fortiorē causam, atq; declaratum est
paulo ante. At, si magis sit durior, q̄ tardior, non nomine duritiæ tm̄, verū calorū ēt, talis euasit: &
vero hic quoq; ex p̄portionis excessu p̄spicies cause vtriusq; magnitudinē. Iam vero, si tardior
simul & durior sit, atq; lāguidior, exercitatū hic quoq; oportet esse, q̄ sit p̄specturus, an tanto tar-
dior sit moderato, quātū accessit ex vtrisq; causis imbecillitate & duritiæ, nec ne. Etenim, si tāto, ob
illas est solas mutatus: q̄ si magis, adiūcta iā est usus exolutio: si minus, ēt propter usus incremētū. H

De quatuor generalibus differentijs, quæ sunt in distentione.

C A P. 6.

Quando iam satis de his tractauimus, quod ad hunc locum attinet, hic disputationem ali-
quantisper sistamus, ac prius, quam aliud genus in manus sumamus, quædam faciamus, vt
commemoremus & ad superiorem & insequentem sermonem accommoda. Nam, quatuor cū
sint in distentione arteriæ generales differentiæ, prima eademque ante cæteras pulsuum propria,
quæ in qualitate consistit motus: altera, quæ in quantitate distentionis: neque hic nos, neque in
primo De pulsuum differentijs libro de priori magis propria, verba fecimus, quod cognitu diffi-
cilius sit, sed de illa, quam dignoscant tyrones clarius, & quæ ideo sit ad denunciandum aliquid
utilior. Hæc habet extra ordinem illud quoq; præter alias omnes, vt complecti septem & uiginti
videatur pulsuum differentias, sint vero revera tres: nam in cæteris quidem omnibus generi-
bus, quoniam natura sunt differentiæ, tot apparent. Reliqua sunt in distentione duo genera pul-
suum, alterum facultatem, alterum artetiæ indicat tunicam, quod quidem est postremum, im-
moverò nec proprium, nec affine, sed genus pulsuum aduentitium. Habent autem hoc duo hæc
genera, ut causam semper, à qua generant, ostendant aperte: duo illa genera superiora non per-
petuo:

A petuo. Etenim duobus obuenit generib. posteriorib. vt ab vna vtrunq; cā constituatur, primis vero duobus, vt ab oībus causis, quas tres frequenter demonstrauimus esse: quo ēt in generibus duo bus primis difficilior est oratio, ac pluribus ad causam inueniendā distinctionibus indiget. In reliquis duobus cum genus est causa vnum vtrōbique, tum vero quantitatis notitia certa.

Cause continentēs vehementis, languidi, mollis, & duri pulsus.

CAP. 7.

Vehemens pulsus a facultatis semper robore fit, ac, quo sit vehemētor, tanto robur significat maius esse facultatis: languidus ex facultatis imbecillitate, ac, quo sit languidior, hoc facultatē quoq; imbecilliorem esse demonstrat. Haud aliter durus pulsus efficitur ab arteriæ tunica dura, mollis a molli. Præterea quantitas pulsus duritiae & mollitudinis, arteriæ declarat q̄titatem duritiae & mollitudinis. Sed vero, qui medius est inter durum & molleū, qui etiam vocatur moderatus, primus natura est inter eos, solusq; naturalis. At inter lāguidum, & vehementem hac ratio medius est nullus: q̄ languidus sit oriundus ex facultate imbecilla, & a natura descissente, vehemens autem ex firma, & recte habente. Verum alio modo, vt ante retulimus, medius sit aliquis inter languidum & vehementem: modus autem dignoscendi per tactum adhibitum est. Nam, cum a pulsu euertitur, vehementem eum vocamus: cum ille euertat pulsum, languidum: vbi neutrum

Bfit, mediū dicimus hunc sortitum locum esse inter languidum & vehementem: qui quidem nō alter, atque languidus, p̄ter naturam est. Alterationes pulsum quādā in remissionem, & vehemētiā, & solae fiunt frequenter, & ab una causa: cum. n. tunica arteriæ vna cum v̄su in naturali constent statu, & non nihil facultatis contentio alterata sit, languidior hic, q̄ vehementior priore, pulsus redditur: de alijs vero generibus cum eo nihil mutatur: atq; hoc pacto solae fiunt, & ab una causa. Alio modo ab vna quidem causa, sed non solae. nam, ubi dissoluta ad modum facultas sit, vel contenta, ut nondum a causis alijs continentibus sit immutatus, mutari pulsus ab una causa accidet, genus vero non vnum cōmutatum esse. Nam, si longe facultas imbecillior sit, nō languidum modo, uerum etiam paruum pulsum creabit: &, quia paruum, statim etiam crebrum: at robustissima cum vehemētissimum, tum etiam maiorem excitat pulsum, simulque, si nihil variet v̄sus, rariorem. Mutatio iam pulsum in duritiem, & mollitudinem, siquidem ab una causa procedat, omnino aliquod unā de alijs generib. mutabitur: q̄ si sola cōstet, ex concursu plurium causarum constituitur. Simul autē & sola, & ab una causa nequaquam fiat, nisi minimo planè spatio discesserit de natura, vt quām minimo fiat pulsus durior, pari tamen magnitudine: at sic nec celeritas mutabitur, nec crebritas. Verum, apertior si fiat, maiorq; durities, non poterit pulsus non esse minor

Ctantoq; etiā crebrior, quāto minor. Si vero simul & durior facta sit tunica arteriæ, & calor increuerit, hoc pulsus moderato durior erit, quo arteriæ tunica: at magnitudine æqualis moderato: modo, quantum calor mediocritatem excesserit, tanto tunica arteriæ naturali sit durior. Quando iā de his quoq; satis dictum est, quantum requirit præsens argumentum, deinceps de præcedētibus & externis duorum generum, quæ nunc explicauimus, causis agemus.

Cause præcedentes, quæ robur augent & opprimunt.

CAP. 8.

Causæ præcedentes, quæ robur facultatis augent, partim in ipso insunt corpore, ac humores. quidā sunt semicocti & crudi, qui iam concoquuntur: & naturæ ad iudicationē impetus: nif̄ hic sit etiam in eodem genere: ad hæc ira. Partim extrinsecus adueniunt, ut vinum, cibus, exercitationes modicæ: & ēt quæ intemperiem corrigunt ipsius corporis, & cordis, & arteriarū, siue illi cibi sint, siue potus, siue ēt medicamenta. Dissoluunt uero facultatem inedia, vigiliæ, sollicitudines, mœrores: vacuationes immodicæ per aluū, vel per vrinas, vel uomitū, vel uterū, uel profluuium sanguinis: uehemētes dolores, uel singulares, *ut quē stomachicū affectum uocat, qui syncopam inducit. His adiunge oīa, quæ cordis, uel arteriarum creant intemperiem, siue in corpore illa contineantur, ut in succis, uel solidis partibus: siue foris ēt his antecedant: quippe hæc dissoluunt oīa facultatem, immodice humectando, desiccando, calfaciendo, refrigerando, digerendo. At uero, quæ cause præcedentes, & externæ pulsum duriorem efficiunt, supra exposuimus, cum de lōgo simul, & angusto, & humili dissereremus. Nihil est ergo, cur easdē hoc loco recensemus: sed, tantum si mollis causas addiderimus, finem hic faciemus libri.

Cause præcedentes & externæ mollis pulsus.

CAP. 9.

Mollem reddunt arteriam humidus cibus, ac frequentiores balneæ, somni multi, mollior uita, & uoluptates: atq; hæc quidem intra septa manēt naturæ. Præter naturam, in comate, lethargo, aqua inter cutem, & si quæ sunt alia, quæ arteriarum tunicas imbuunt larga humiditate, maxime pituitosa, de quibus infra, cum de morbis dicam, prolixius agam. Nunc iā tps est, ut hūc librum finiamus, si in summam, qui in eo sit fructus, subduxerimus, est autem hic. Præsentē dispositionem singularum causarum continentium pulsus primam indicant: qua cognita præcedentes & externæ causæ deprehenduntur † ipsius primæ } inter illas: atq; in hoc constat præteriorum præsagio: futuorū uero ex ijs, quæ dispositiones comitantur, petuntur præsagia, quorum quē admodum unumquodque potissimum fiat, in sequentibus libris declarabo: prius in secūdo tamē forū, horum commenatariorum, quod restat adhuc, instituimus persequi.

*In græcis est
ai μετά τίνος
is tōntos γινό^{υεται} i. cū qua
dā proprietate
te euēnientes

† Al. tñ e tpo.
tñs e utōv. i.
mutationis ip-

GALENI DE PRAESAGITIONE EX PVLSIBVS LIBER SECUNDVS.

AGRVMENTVM LIBRI

Psæsagatio ex pulsibus, qui in contractione arteriæ, in tempore quietis, in inæqualitate, in ordine, ac in ordinis perturbatione intelliguntur.

Quid celeritas, & tarditas contractionis significant.

CAP. I.



E primis quidem, & quasi maxime elementalibus pulsibus, qui in distentione arteriæ dignoscitur, differuiimus superiore libro: nñc de reliquis, exorsi a contractione, tractabimus. Habet quatuor hæc quoq; genera pulsuū quot scilicet distentio: uelocior etenim & tardior, maior minor, vehementior languidior, si naturam ipsam species rei, contractionis motus sit: & hercule è arteriæ corpus aut durum efficitur aut molle, quare & ob id pulsus durus vel mollis efficitur: haud dignoscas tamē horum generum, pter tarditatem vñā & celeritatē, ullum: immo ne has quidem vbiq; sed in illis pulsibus, vbi sensu cōtractio animaduerti possit: vt in primo libro De pulsibus dignoscendis docuimus. Iam etiam in libro de usu pulsuum arteriæ functione demonstrauimus cōtractionem esse nō secus, ac distentionem, vtraq; enim naturalis * caloris tuetur mediocritatem: distentio veluti inspiratio quædā excessum ardoris refrigerando, & ventilatione, quod extinguitur, incendendo: cōtractio in modum expirationis fuliginem expurgando. Ergo celeritas cōtractionis indicio erit, fuliginosorum excremētorum ingentem colligi copiam, expurgariq; id tē poris, quādo cinq̄ue inueniatur: tarditas cōtra, nec eius multum excremēti coaceruari, eoq; nec requirere euacuationem. Magna n. copia per putredines humorum aceruatur, quæ febres accendunt necessario: cum corpus bonos humores habeat, pauca omnino: in alijs statibus, qui medij inter hos sunt, proportione singulorum statuum: inter edendum & dormiendum, plus: per vigilias, & inedias, minus. Eadem plane ratione pro ciborum natura: in illis, qui praus, humores gignūt, plus: in his minus, qui probos. In febribus ad eundē modum, in accessionibus, plus: alijs tēporibus minus. Adeoq; plus ex crassis & lentis humoribus, cuiusmodi pituitosi sunt, & quos appellant crudos: ex biliosis minus, & melancholicis; medio modo ex sanguine, qui s. etiam putreficit in inflammationibus: vnde oriuntur febres cum alijs, tum illis, quarum adeo est immodicum incendium, ut cutem deurant, & affectum generent, quem carbunculum vocant. Eiusdem ferè naturæ sunt herpetes depascentes, quos appellavit Hippocrates "edentes: scilicet in omnibus his affectibus putrescent humores. Alio āt iam modo illi, qui putrescent in asperis arterijs, succi: pulmonem. n. suo vitio contagiunt, ac putreficit tēporis progressu, hoc etiā uiscus. Ac cōtrahūtur" in asperas arterias vel per destillationem de capite, uel ex pleuride, vel peripneumonia, vel pulmonis affectu, uel angina, vel ex empyemate transumpto. Originem hinc ducunt putredinis, quod minus probe expuantur: nam, vt sunt vitiosi, & locus calidus, maturam desiderat euacuationem. Subinde etiā fit, vt, cum pulmonis rumpatur vas aliquod, immittat sanguinis in asperas arterias aliquid: qui quidem putrescens diuturnitate, excitat tabē: quo etiam deuenit celerius, quem vasa exulcerata emittunt. In oībus his, quos collegi, affectibus, alijsque, qui putredine sint aliqua humorum prædicti, arteriarum motus, quo introferuntur, augetur & in quantitate, vt arctius illæ cōtrahantur: sed hoc quidem sensu planè non dignoscas. At celeritatis clare animaduertitur incrementum, facileq; viro experto in hoc opere, qui nec ingredi quidem ad experiendū prius possit q; quæ de dignoscendo prodid: mus, didicerit: quorum nos nihil ex priscis medicis docuit ullus H sed progrediuntur quidā vsq; ad verisimilem orationem, commētationes. s. Herophilias quādā de pulsuum rhythmis conscribendo: aliqui inanem loquacitatem vocant eam meditationem, penitusq; eam repudiant: veritatem autē neutri cognouerunt, q. s. in celeritatem & tarditatem distentionis contractionisq; respicere oportet, quarum multa valet vtraq; indicare; vt summatim nunc declarauimus, explicaturi posthac, cum de morbis agemus, latius.

Quid crebitas & raritas indicent.

CAP. 2.

Nunc quidem ad crebitatem me, raritatemq; conuertā: quarum duplex est vtraq; q; etiam quietibus contigit arteriæ duplicitibus esse. vni ab distensione ante contractionē, alteri post contractionem ante distensionem. At quiddam ambabus est cōe, aliquid proprium vtrique: Cōe, quod duabus de causis abbreviantur, vel quod prior productus sit motus, vel quod sequens, anticipet: contra protenduntur, si vel breuior fuerit prior motus, vel si remoretur posterior. Vtrique proprium, quod denotare solent: illud autem ab ijs planum est significari, quod ex produc:to altero motu, vel anticipante altero, potest prodi: aut contra ex abbreviato altero motu, & morante altero. Quando enim syncerus calor, paucissimisque inquinatus exrementis disten-

A.1.; fo. 10.
t. l.c. 19. fol.
271.g

A distentionem concitat maiorem, simulq; celeritatem: contra, qui confusus excrementis est, putridus, contractionem: ubi ex { anticipatione &} magnitudine distentionis pulsus crebrior fiat, calorem purum indicabit multum in corpore increuisse: ubi vero, q; maturius incipiat contractio, impuri copiam, atq; excrementis referti calor arguet. Nec aliter, cū rario pulsus externa quiete sit, si quidē ob distentionis * celeritatem, refrigeratū calorem demōstrabit esse: sin ob morā contractionis, fumosa imminuta esse excrements: in quiete interna ē diuerso, si ex productione cōtra distentionis, creber sit pulsus, suppūlularē abundantia fumosorum excrementorū: si ob maturiorem distentionis exorsum, auctum calorē esse. At vero cū rario in hac quiete pulsus est, si ob immunitam contractionem, pauciora annunciat excrements: imminutū calorem esse, si ob distentionis morā. Quod si coniuncta ambo sint, vt & protendatur motus prior, & alter anticipet, siue i. breuitate & in externa hoc quiete, siue accidat in interna, cōpositum declarauerit affectum ex illis, quorū sigil forte melius. * ταχύτης
est in impres-
sis cod. & mul-
tis etiam ma-
nuscriptis; ali-
qui tamē hūe
βρευτι.

B latim significabat utrumq; Itidem, si pulsus sit rario, in utra hēc coierint ambo quiete, cōtractionis prior motus, & multum tardans alter, erit status tum quoque duplex, atq; compositus ex utroque: quæ iam ante declarauimus: cum alteruter diminutus sit motus, tardet aut, ac multo post incipiat alter. Verū enim uero nō perinde est aperta vtriusq; quietis cognitio: externa n. clare sentitur: internā vero ne obscure quidem, nedū euidenter, sensu dignoscas: at sola ad hāc aspires cōiectura, si colligas ex impetu vtriusq; motus, præcipue in iis pulsibus, in quibus clare sensus valet affectus cōtractionem. Ac de hoc quoque genere pulsuum, quantū refert ad propositum, diximus.

Quid rhythmī annunciant.

C A P. 3.

Nunc pustulat sermonis series, ut de rhythmis exponamus: de quibus prolixius Herophilus disputauit, obseruationem potius & experientiam prodens, q; rationalem docens methodum. Nā rhythmos pulsuum per singulas ferè animaduersos actates conscribit, nec primū quibus illos in naturis obseruauerit, nobis declarat: deinde ex ipsa institutione manifestus est, q; cōfusam habuerit, nec distributam cōtractionis, atq; quietū, notitiā. Nā, si contractionē in senibus usque ad decē prima tempora extendi puter posse, planissime verā contractionem sensit nunquā. Hēc .n. interim non tam diurna est, q; distentio: interim æque diurna: interim, ut scribit ille, diuturna quidem est, non quintuplo tamē, ut autumat, sed paulo maior: Reliqua errata, & confusiones, inauditasque absurditates, quibus scripta scatent Herophili de rhythmis dignoscendis, partim ex tertio commentario De dignoscendis pulsibus, partim ex illis, quæ seorsum in Herophili arte de pulsibus scribam, cognoscas licet. Nunc uero (quia nec historiā hac lucubratione, nec confutatio Cneim complector: sed, quæ perspexi, doceo) ad inæquales pulsus conuertam orationem.

Inæquales pulsus quid significant: & primo de intermittente.

C A P. 4.

H Orum duplex est genus: quidam in uno ictu inæqualitatem habet, alij in aceruo, quā iunio res medici inæqualitatem solent appellare ὄνυχας κάνη, οὐσίας etiā. l. aceruum appellant. Igitur de inæqualibus pulsibus hoc in cōmuni omnibus sciēdum est, quod in secundo libro de pulsuum causis ostendimus, ex oppilationibus eos, aut ex compressionibus instrumentorum, aut humorum abundantia ad facultatem quidem collata, aut ex cordis inæquali intemperie cōstare: incommodiorem porrò esse vnius pulsus inæqualitatem ea, quæ in aceruo consistit. Quinetiā haud aquam moueri arteriam, quod vocatur intermittere, siue in unum pulsus, siue in aceruum inciderit, periculosum est, ut nulla omnium specierū alia, quæ inæquales sunt. At seorsum de vtriusq; generis omnibus speciebus dicendum est: incipiendum q; a pulsuum collectiua inæqualitate. Meditemur vero orationem, primum in inæqualitate collectiua, q; apertior inæqualitate sit unius pulsus. Intermittentes pulsus facultas, vel quod grauetur ab humorum copia, creat, impedita, quo minus motum debito tempore auspicetur: vel per crassitudinem, uel per copiam humorū, q; obstruat aut oscilla cordi vicinarum arteriarum, quā attrahit materiam, rurlusque emittit: aut ex oscillis quodamtenus vniuersam uasorum capedinem. Sæpe ēt foris illis, quasi vinculum sit, copia eiusmodi offunditur: nonnunquam instar oneris grauat. interdum etiā spatiā, in quibus distenduntur, occupat. Est, cum inflammatio, vel scirrhous, uel alijs id genus tumor, qui cingētia arterias corpora teneat, earum arceat distentiones: si uero ipsarum arteriarum tunicis tale quid infederit, maius est discrimē: at vero, si ipsius corpus cordis, hoc iam malum est extreum, etenim hi subito syncopa corripiuntur. At intemperies cordis non est perinde exitialis, immo uero inflammatio longe mitior: cuius quidem imbecillitas facultatis comes est, pulsus languidus, prēterq; eum affectū indicat nihil. Nam moderato cor præditum temperamentu, pulsus edit vehemētem: prauo, languidum: ac est in vtroq; excessus & defectus, prout maior vel minor sit temperamentu mediocritas, etenim latitudinem demonstrauimus habere, quā pulsus habet etiā nō minus ex maiore, uel minore intemperie. Verum paruum & languidum sola intemperies pulsum reddit, non statim inæqualem tamen: nisi cum humoribus facultas comparata contentis in ipso corde, & incontinentibus cū ipso arterijs venisque, robore ijs cedat: quod aliud nihil est, ac copia humorum facultate maior. In eiusmodi enim affectibus adiuncta necessario ad paruos ac languidos pul-

sus

DE PRAESAG. EX PVLS.

sus inæqualitas est. At cum debilitata duntaxat facultas est cordis, non degrauatur tamē ab humo E
ribus, hic o. no pulsus parui sunt & lāguidi ex facultatis imbecillitate: nulla uero illis adest inæqua
litas, nisi qn ipsum ēt corpus cordis inæquali intēperie detineat: de qua paulo post dicemus. Nūc

Al. rarissimis ad intermittentes me refero, qui rarioribus finitimi sunt, verum ab ijs secernuntur, q rhythmum
pulsus totum intermittentes perdiderunt, Quod si nō vnius modo tps, quiescat, sed diutius ēt, clari
tis intermittere uideatur: periculosiorq; hoc erit priore, quo quiescat diutius. Itaq; cū duorū
pulsuum tps arteria quiescat, haud scio, an superstes esse quisquam possit. Vnius certe tempus pul
sus, aut paulo amplius sæpenumero conspeximus, intermittentem motu arteriarum confirmatū
hominem esse, præsertim cum ætatem ageret senilem: quanquam hoc uideri absurdum possit: ete
nim, si vel sua sponte imbecillus senex est, laborantq; eius etiam ante valetudinis infirmitatem fa
cultates, quem expectemus euentum, si ad ætatis imbecillitatem, altera accesserit ex morbo? Nē
pe hac de re non est periculose, sed eo potius leue, q imbecille facultates a paruis sæpe causis,
fiat, ut offendatur: at firmæ tantum deiiciuntur a maximis. Itaque, qui habitu sunt ualente, & ad
modum diu in morbos non inciderunt, periclitantur, si incident: at uero imbecilli, quiq; assidue
obiecti, ad oēs causas sunt, facillime feruantur: q scilicet de his nemo, cum à qualibet ledatur uel
minima, expectet causam magnā: robur ualidorum oēm excipit causam paruā, ut a solis magnis F
vincatur. Quamobrem intermittentes pulsus minus habēt senes, quā iuuenes, pñiciales: mox pue
ri ab illis, q (quia cum concoctrice facultate sint ualidissima, tum corpore mollissimo, atq; facile
perspirabili) concoquant, digerantq; per halitum intempories inæquales, copiamq; humorum, &
crasitudinem. Quare etiam hi in minus periculum veniunt, quam iuuenes, cum pulsus intermit
tant, duabus nominibus: nam tum, quod facultate, que pulsibus præsidet, imbecilliore, q iuuenes
sunt, ut a minorib. causis, sicut senes superentur proclivius, tū q cōcoctrice firmiore, ut facile offen
se corrigantur. His additur perspiratus facilitas, non mediocre ad tollendos morbos momētum:
quod ēt Hippocrates cōfirmavit. Hæ si tibi rationes probātur, utaris, licet: sin securus, at, ut docet ex
periētia, rem scito ita, ut diximus, habere. Itaq; præter cæteros in pulsibus intermittentibus iuu
enes, minus his pueri, miniūne senes in periculum uocantur. Neq; uero quicquam haber admiratio
nis inæqualium perniciosissimum esse intermittentem: nam cæteri quidem uitiosi aliquatenus
sunt motus: at intermittens in motus positus est abolitione; si quidem quo tempore intermittit
pulsus, tum nihil arteria mouetur. Ac ferè, quantum inter se sanitas, mors, & morbus differunt, tā
tum naturalis motus ab immobilitate, & prauo motu: quod naturalis motus sit instar sanitatis,
vitiosus motū morbi, & immobilitas, imaginem referat mortis. Nam, qui in ipisis functionibus sta G
tuunt sanitatem & morbum, non in corporis dispositionibus, ex quibus functiones obrimus, his
non instar est sanitatis motus arteriarum naturalis, cæterum aperte dicetur sanitas: itemq; uitio
sus motus non instar morbi, sed ipse scilicet morbus: ac immobilitas extinctio quædam atque
mors, si quidem integra diutius cōstet: nam, si hactenus procedat, ut vnius pulsus uel alterius videa
tur tempus quiescere, instar veterni est, aut apoplexiæ cuiuspiam, aut resolutionis actionum uo
luntiarum. Qualia. n. hæc in aliud principium sunt quod sedem habet in cerebro: tale quiddam
pulsuum est quies aduersus principium, quod in corde situm est. Et, vt rete de illo est dictum,
apoplexiā non posse fieri, vt propulsetur, si ingens sit: sin leuis sit, non sine magno negocio: ita
ēt dicetur hic recte, quies pulsuum, si sit diurna, ut tollatur non fieri posse: sin breuis sit, non citra
negociū. Porrò diurna est, quæ excedit duorum pulsuum tempus: breuis, quæ intra duorum
pulsuum tempus manet. Quies vero temporum unius pulsus inter omnes intermissiones, mode
ratissima est, mulierq; ex ea, senes pariter, & pueri eualerunt, iuuenum aut ne ex hac quidem vilius. Verum longam raritatem quidam imperitia adducti, quod intermissionem existimarent esse,
ex hoc pulsus uitio quosdam arbitrati sunt iuuenes suisse superstites. Est quidem hæc quoq; grauis
præcipue iuuenis, non tamen planè exitialis: pueris & senibus multo etiam leuior. Porrò au H
tem mors a pulsibus intermittentibus repentina corripit, non aliter, ac ab apoplexia, utrobique
enim cordis calor extinguitur destitutus respiratione. At raritas quidem ab intermittentem pulsu
discernit prolixitate temporis: interdum etiam, quod raritas interim habet equalitatem con
iunctam omnium iectum. Intermittens autem pulsus necessario est inæqualis; nunc enim in tri
nis, nunc in quaternis, ac non nunqnam in quinis iectibus, vel etiam in pluribus intermittere inue
nitur: & quiescere vnum motus tempus, aut etiam plura. Iam simul cum illo aliquod mutatur
aliud genus, conuertiturq; ad inæqualitatem. Et hoc etiam in raritatibus diurnioribus est per
petuum, vt tardior, quam par est, reddatur motus, nunc tanto, quanto raritas, nunc plus aut mi
nus, prout, qui id pulsus uitium concitat, comparatus affectus sit. Est autem eorum pulsuum in
gens frigiditas causa generandorum, quæ occupet vel corpus cordis, uel spiritum, & sanguinem,
quem continent eius sinus, vel partem aliquam vicinam. Atque, si corpus ipsum cordis teneat
ingens frigiditas, ita languidissimos reddit pulsus & tardissimos & minimos, ut maxime hæc ui
get: quæ uero proficiscatur ex parte alia, raritatem longius, quā cætera, quæ diximus, genera à
natura auertit. Itaque quidam in illis sunt, qui cum pulsus habeant, non longe minores iusto,

In Prog. com.
t. 25. 4. 194. h

2. Aph. 42. Ex.
ord. 18. b

&

A & tardiores, languidoresque, tñ è vestigio pereunt. Mors autum minus potest declinari, cū teneat frigiditas corpus ipsum cordis: repentina porrò & in altera differentia fit. Ac moriuntur priores illi inter dormiendum potius, vt iam non amplius expurgiscantur: alteri hi cum illo modo, tum et inter loquendum: non nulli eorum, vt imperitis comode videantur habere, subito, vt qui animo deficiunt, expirant: quorum quibusdam simul prorupit sudor, aliquibus non prorupit. Hoc symptoma atq; hic affectus quosdam agrotantes, cum febre liberentur praeter rationem, ac et nō nullos sanos, potissimum in senectute, arripit. Ac raritas quidem pulsuum tantam habet pernicie: at intermittentes multo maiorem, siquidem generantur hi producta raritate: ac, cum procurantur, reuerunt per raritatem ad pristinam mediocritatem. Nemo, n. fuit quisquam, qui ab intermittentibus pulsibus alia ratione superstes esset, verum, quo modo dixi, oēs: producta enim primum admedū raritas excipit intermittentem pulsū, ab illa quiescit etiam atq; etiam brevior, dum redditum sit ad naturalem mediocritatem.

Crebri, & intercurrentes quid denotent.

CAP. 5.

Illis pulsibus, quos comemorauimus, aduersantur alteri duo, raro creberi, intermittenti intercurrentes: quos illis Archigenes arbitratur perniciores esse, a crebris falsis, q; & praecedatis & so- cij sint syncopae, atq; ab intercurrentibus, q; peripneumonicis interim, qui in statu periculoso sunt, B accident: noui nunquam item feribus, in quibus oppilatae vel compressae sunt principes arteriae. At qui, si originem respicias horum pulsuum, vanam reperias sententiam Archigenis: nā intercurrentes ex crebitate sit in equali, q; functionē obicit cor minus plenam, ac postularet usus. Iā id ipsum sit, ubi a copia humorum oneratum cor sit, aut instrumenta obstructa, aut in arctum coacta, quæ quidem causæ erant et intermittentium. Ac dissidet hac re inter se, q; repugnat in intercurrentibus, & decertat cum noxijs causis facultas, in intermittentibus hoc piget illam facere. Sanè iudicacionem sape pulsus intercurrentes attulerint: est. n. & veluti conatus quidam naturæ ad pugnandum paratae. Quod si qui ex eiusmodi iudicationibus extincti sunt, nō hoc arguit maioris periculi esse affectum pulsuum intercurrentium, q; intermittentium: multo, n. maior numerus perit ex intermittentibus, & item quoq; ex valde rarissimis, q; ex crebris. Certe quidē febres oēs valde vrentes pulsum habent crebrum, quorum extra periculum quidam sunt. Qui vero in syncopis sunt crebri, p. p. remissionem sunt periculosi, quæ perpetuo coniuncta est cum oībus syncopis. Et vero languidissimi pulsus, si qui alij, periculosi sunt habendi: quales in syncopis sunt. Oīno attendere conuenit extremitates in omnibus generibus pulsuum: nam exitiosas esse vel Archigenes fatetur. At, quæ sit exitiosissima, nec ille, nec alias gnauiter expedit quisquam, & quidem in confessu est, quæ pulsuum extremitas cæterarum perniciose videatur, genus etiam illius exitiosissimum merito existimatum reliquorum generum. Ita etiam, si cum alterum alteri comparamus, extremitatem alterius inueniamus exitiosiorem, non immerito totum genus affirmemus exitiosius esse. At crebitas quidem summa non secus, ac syncopis, adeo feribus vehementer vrentibus, quæ non prouersus sunt perniciose. Raritas vero nunquam vacat periculo, sicut nec remissio, nec paruitas: siquidem tres hæ pulsuum differentiae, cum ad summum perueniant, perpetuo periculosæ sunt, at non magnitudo, nec vero etiam vehementia: sed hec omnium sola extremitorum non modo libera periculo est verum et summum commodum est, si dignoscere eam queas. Ultima magnitudo, ubi coniuncta sit cū mollitudine morbos, periculum creat: sin cum salubri aliquo arteriæ statu, tum nihil ei subest mali: millies. n. in feribus, tutis illis quidem, at calidis, & valde vrentibus, pulsus sit, cū robusta facultas sit, maximus. Quare nec ex comparatione extremitorum pulsuum genus crebrorum perniciosus esse rarissimus, vel genus intercurrentium genere intermittentium. Cū vero huic orationi proposita esset solorum horum demonstratio, nūc at et artigit obiter alia quedam genera: nihil est factū dāni, q; accessoriū, vt si institutum sit, persecuta, ob oculos disciplinā illam proposuit de magno, paruo, vehemēti, languidoq; pulsū. Iā præstiterit et, vt reliquā illis differētiā addamus tarditatis celeritatisque. Vr. n. & hic quoq; velocium genus tardis esse securius, siquidem extrema celeritas extrema tarditate: etenim summa tarditas, non secus, atq; raritas, tū incidunt, cum calor nativus extinguit. Celeritatis procedit incrementū ab usu urgente, atq; oīno a facultate valida. Archigenes vero et hic labitur, qui formicantē pulsū habeat pro celeri: neq; is. n. pulsus prorsus celer est, neq; summum attingit crebitatis: nam leues esse crebitatis, magnitudinis, celeritatisq; extremitates hinc perspicias. Delige iuuenem sanum, ac uelocissime iube currere: tres mox extremitates citra ullū incommodū hominis vel præsens, vel imminens, deprehenderis. Durissimus iam pulsus (neq; .n. hæc prætereunda differentia est, quo sit integer & absolutus sermo) perinde est, vt molliissimus, periculosus. Nā ex scirro ille, aut inflamatione insigni uisceris, aut ex constrictione per frigus, aut ex siccitate ab ardentiissima febre profecta, aut ex ualida conuulsione: hic ex alto comare, & aqua intercuti, leucophlegmatia, unoq; uerbo ex immodica humiditate habitus gignit. Quare oratione summatim repetita, sermonis hic finem faciamus. Oēs pulsus, qui longe a naturali mediocritate discesserunt, nō sunt boni; languidissimus uero, & tardissimus, rarissimusq; omniū pessimi sunt; ab illis minimus, molliissimus, durissimus, inde creberrimus: at non celerrimus, uel maximus,

DE PRAESAG. EXPVLS.

mus, sed sunt hi modice periculosi: vnius vero inter omnes extremos optimus est , vehementissimus. Verum de his aliter sensit Archigenes, nec ullam tamen demonstrationem in sermone protulit: quam n. haberet? nec ei assentiebatur experientia: sed impositum ei est ab illis, quae paulo ante cōnumeraui. Cui ergo stat opera artis gnauiter obseruare, meditando ad ægrotos, quæ docuimus , expendat: quod quidem, certo scio, facient, qui veritatem colunt: Sed, quoniam satis hæc explica uimus, nunc iam de inæqualitate in uno pulsu dicendum est.

De intermitente in uno pulsu.

CAP. 6.

Est periculosisima hic quoq; oīum intermittens. Hēc fit, vbi distētionem interpellat quies: cuius multæ sunt species, omnes illæ quidē periculose, sed mutuo plus vel minus dissidentes. Vbi enim vehementior secundus motus sit priore, commodius est: vbi languidior, periculosius. Iā tardior itē, signum est periculosius: celerior, cōmodius. Hi. n. pulsus generātur, cum simul & certa natura, & impeditur ab insalubribus causis. Ergo cū reiçere illas quodāmodo valeat, atq; veluti vinculo aliquo soluta, motum a quiete p̄stet priore potiore, signū est cōmodius, cum deteriorem periculosius. Melior autem motus est vehemens, & celeris, languido, & tardo. Atvero prior motus alterum nihil excellit penè in magnitudinis, & paruitatis differentia: potest enim simili parique affectu, nunc præcedens quietem pars motus maior esse, nunc insequens, nunc ambæ esse pares. Ceterum duritia, & mollitudine nunquam distent arteriæ duo occurſus, eò quod maius spatium requirat ea mutatio, cum vel in collectiuis inēqualitatibus raro in una consideratione pulsū offendas duritia, & mollitie inēqualem. Vibratus tamen magis alter sepe occurſus, tum in vnius pulsus inēqualitate; tum in collectiua apparet priore: quo circa imperitiores fallat fortasse, quasi durior sit. Symptoma uero est vibratio duræ arteriæ,

† Legitur in cū amplius cogitur vi distendi: atqui non sit tū re vera durior, sed violenter impulsā, vt distēdatur antiquis. *καὶ* amplius, hoc hēt symptoma. † Atqui est quidē vibratus? occurſus æquali dēterior, nisi tunica arte *εστιν οὐκ εποδη-* dēstet, *καὶ οὐκ οὐκαιρίᾳ ex causa repētina induruerit.* pessimus uero, cuius tēp^o quietis sit prolixius. Intermittēs in uno *ναθεῖται.* Atq; pulsū inēqualitas omnīū inēqualitatum est incōmodissima, causas. n. habet genere easdē, ac colle est quidē dūtiua, sed dēterior illa est multo: nam illa, si nihil aliud, at simplices motus cōfici præter ullum ob- rūs & vibra- staculū permittit: hēc ne hos quidē p̄ lege nature obiri finit, sed obstat, motuq; priuat arterias, nō in tertio quoque, uel quarto, uel pluribus ēt pulsibus, sed in ipso statim primo. Quę igitur dixim^o de illa, hēc sunt ad hanc omnia transferēda, sed cū accessione, unaq; hac diuersitate, q̄ presentem mortem denunciat. In hoc genere pulsuum caprīzans est, cuius exposuimus naturam, aliorumque omnium in libro primo De eorum differentijs.

Quid significant pulsus, qui in una distensione duos habent ictus.

CAP. 3.

Porrò aliud puluum genus est in una distentione inéqualium, qui in cōi habent binos iectus, causam tamen non habent cōem. Ceterū horū sunt, ut declarauimus in secūdo libro De puliu[m] causis, tres, unde generantur, cause. † De duabus in illo libro diximus: nunc uero etiam, com-
memorandi gratia, dicemus de tertia, de qua tm iam dictum est, inæ qualē eam esse intemperiem ipsius corporis cordis, uerū totam citis explicationem in hunc locum reieciimus. Nunc iam locus est eius declarādæ: atq; etiā reliquos omnes pulsus inæ quales, quia oratio cohæret, qui ipsius corporis cordis succedant inæ quali intēperiei, hoc sermone percurram: inducamq; hic rursus orationem ab apertissimis inæ qualitatibus, quas collectivas appellant. Corpus cordis facultatem quan-
dam obtinet, quæ distendit, & contrahit, non temere illam quidem, nec fortuito à natura dona-
tam, neq; ociosam, sed, sicut alijs locis demōstrauimus, tuendi gratia innati caloris. Hæc in cōtra-
ctionibus fuliginosum excrementū effundit, in distentionibus allicit refrigerium. Itaque, cum ex
æquo calidum, uel frigidū, uel purum, uel turbidū sit, oēs eius partes pari impetu ad functionem
contendunt, ubi uero aliæ calidores, aliæ frigidiores sint eius partes: ac hæ omnino mundæ, illæ
abundantia excrementorum confusæ: non eodem omnes impetu ad munus feruntur, sed hæ an-
teuertunt, illæ cunctantur. Atq; hic maiore numerū, & ualidius ad opus contendentem, paucio-
res imbecillioresq; consequuntur: neq; enim diuelli illæ, neq; distrahi ab se mutuo, quæ unius in-
strumenti sint partes, possunt. Ut autē plures, & maiori ui ad actionē properantes, uniuersum cor
excitant: ita contrā, ubi pauciores sint, quæ ad motum properant, quæ consistunt, plures; uniuer-
sum in longiore quiete continent. Iam uero etiam motus qualitatem ex prepollentibus in se par-
tibus cōparat totum uiscus: nam, calidores si motui præsint, maturior simul, & celerior, majorq;
fit distentio: si frigidæ, senior, tardior, atq; minor: ac subinde motus principatus maiori numero
partium defertur: læpe etiam magnitudini vſus: quæ n. mire quippiam desiderant, hæ expeditio-
res ad opus, & intentiores sunt, etiam si numerum æquent non requirentum: Qutim igitur longe
alteræ plures sint alteris pro illarū ratione mouetur ppetuo uiscus, & agit: at, si paulo alterè alte-
ris, vel plures sint, vel planè pares, non possunt perpetuo alteræ esse superiores, sed vicissim uincunt,
atq; uincuntur: itaque uarios efficiunt, & inæ quales totius uisceris motus. Sint n. exempli
gratia, plures, at non multo, partes frigidæ calidis: hic primam actionem necesse est minorem, tar-
diorēq; esse: nec non quietē in harū uictoria longiore, q; si superarent calidæ. Iam etiam altera
cordis actio uincentibus frigidis fiat: à qua iterū quietes. Quin etiam tertia, & quarta pterea actio

&

A & quies ex frigidarū vjctoria obeatur, quid partes calidiores, quibus maiore, pariterq; celeriore atq; crebriore motu est opus, nō ne deficent eo, quo indigēt? Itaq; interea fient calidiores, ac nō nihil impertient caloris etiam vicinis: quo minus cordis primus status seruabitur, siquidē & plures fient calidiores partes, & magis, quā antea, calidæ: Quod quia perpetuo fit, erit aliquādo, cū hē ēt victuræ cōtraria sint, ut & maturius se ad opus conferant ob vflus stimulū, ipsamq; reddant actionē celeriorem, atq; maiorem omnibus prioribus motibus, quibus præerāt frigidæ. Accidet igitur interea, vt, quæ excellebant, iusto fruantur refrigerio: quæ uero erant frigidiores, largius iā refrigerentur: itaq; diurnitate immutetur iterū totius cordis status, ut uincant frigidiores. Nam, cū abunde calidiores fruantur refrigerio, ipsæ vero frigidiores præter modum refrigerentur, unaq; finitimi frigiditatēm impertiant, non poterū sic frigidiores nō fieri plures: simulq; interim motum totius cordis necessē est denuo ad taliū vsum fingi, fieriq; eius raras, tardas, & paruas distensiones, quales posuimus primo fieri. Proinde, q̄ retulimus paulo ante de illarū immutatione, hēc nunc cōmemorentur iterum: simulq; de reditu in pristinum statū, quæ diximus ante, ad memoriā reuoca: nam ita demū probaturum mē puto tibi pulsuum cōtinentem variationem, dum intē peries illa in corde consistat. Eodem modo, posteaquā ob fumosorum excrementorū multitudi-

B nem intemperie inæquali viscus corripiatur, in colle ctiuā inæqualitatem motus pulsuum erumpet. Neque uero mirum est, vel inæqualitatem vnius pulsus fieri ob cordis intemperiem: etenim partes arteriarū calidioribus eius partibus * oppositæ, & calidiores fient alijs, & dilatabuntur magis, celeriusq; mouebuntur: frigidioribus * oppositæ, & ipsæ erunt frigidiores, & mouebuntur tardius, & minus dilatabūtur. Cum vero * oppositū fuerit totum vas calidioribus cordis partibus, tū celerius mouebitur, tū magis distendetur hoc, quā illa, quæ frigidioribus * obiecta sunt. Et etiā præ ter cor, intemperaturæ quædā arteriarū peculiariores, inæqualitates illas commemoratas cōcitat magnitudinis, prauitatis, celeritatis, tarditatis, raritatis, crebritatis: q̄ si longe de natura deflectat, ēt vehemētiae, & remissionis. Iam uero etiā in ipso corde, omnibusq; præterea arterijs, ex visceris illius inæquali intēperie plures in vna distētione motuū differentiæ prodibunt, partim illā ad celeritatem concitantium, partim sustinentiū & morari cogentiū adeo, vt etiā in medio interim ascensu subsistat. Id quod & illis usū venit, qui in itinere vel alio quoquis modo alteros cunctātes trahunt: retracti. n. ab illis inordinate frangunt impetū, & interpellant, vt nō eodem semper modo mouētur, immo resistant frequenter. Qui si obnūtētes, ac retrahentes trahant, non modo eorum impedīt motus, vt uel tardius, vel nequaquam interdum procedant, uerum ēt retrahuntur aliquādo rursum. Atq; hæc quidem cordi, & arterijs omnia accidunt per inæqualem intemperiem.

Caprizans pulsus, & Dicrotus quid denotent.

CAP. 8.

C Aprizans aut ex genere est illorum quidem, qui in quiete intercipiuntur: nonnunquā tamē eiusmodi cordis affectus cōsequitur: vt ēt dicrotus, qui ex genere est intro retractorū: comitatur tñ nonnunquā & ille cordis inæqualē intemperiem: atq; adeo, cum collectus sit in multis eius partibus ingens excrementorum fuliginosorum aceruus. Nam, si vnā cōtingat, vt quædā oīno sint præcalidæ, aliæ sumosa fuligine præfocentur, ad contrarios prosilient motus: vt alteræ distentionē moliantur, alteræ considant. Itaque, siue quia, dū distendit arteria, partes, quæ contrahunt, actione sint functæ, succedit contractio interim distentioni vel citra externam quietem, siue quia, dum contrahitur, partes, q̄ * contrahunt, actione sint functæ, † Quorum vtrunque pluri bus modis fiet. Aut. n. planè vincet secundus motus priorem: aut aliquātum retrahet, victor autē prior modum institutū cōplebit: ut tres numero differentiæ fiant, & in distentione, & contractio- ne, prima, cū distentionē, priusquā mensurā impletuit, contractio excipiat: altera, cū prorsus cōplæ succedat externa quiete perdita: tertia, cum distentionem motus contrarius nōdum absolu- tā retrahat, qui debilior redditus reliquū finat cōpleri. Haud aliter etiam contractionem distentio-

D nunc absolutā consequitur, nec permittit consistere: nunc ēt, priusquā confecta sit, impeditam, & vīctā cōcipit: nonnunquā retrahit nonnihil, superatur tñ. Hi motus arteriarum sūnt interdū, vel extra affectū cordis, aut p p earū inæqualē intemperiem, aut facultatis imbecillitatem, aut pp̄ter duritię tunice: de quibus, & si sermonem iam ante habuimus in secundo libro De causis pullū, tñ hīc exponam, sed summatim: si huius primum admouerimus, quod de inæqualis cordis intemperiem modo explicauimus, in hanc nos cōmentationē produxisse, cum q̄ ēt tum inuestigaremus de ea, & spenderemus longa experientia, sicut alia omnia, quæ dixi, & sum dicturus. tum q̄ nihil dum in illis commentarijs attulismus de facultatis essentia. Neque enim prius hoc decretum, quā omnibus particularibus reperissim cōsentiens, pronunciare fui ausus. Nunc, q̄n essentiam fa- cultatum persuasi sumus nihil esse præter qualitatem temperamenti, omniaq; & in dignoscendo, & præcognosendo, & curando, conuenire cum hoc decreto animaduertimus, non absurde nos arbitramur fecisse, qui pulsus hīc comitantes cordis inæqualem intemperiē explicauimus. In quibus sūnt nonnulli, ut dicebamus, qui etiam absq; illa constent. Itaque dicrotus quidā est pulsus vibratus, quem primo quidem unum bis ferire putauī, verbis deceptus Archigenis, geminis ip- sum mallei ictibus ad incedem assimilans. Cū enim durum quiddā resultare ab altero duro sta- tuissem,

* κατ' εὐθὺν.

† Additur ex antiquis succe- dit disten- tio- contractioni citra internā quietem.

DE PRAESAG. EX PVLS.

tuissem, à quibus adductus sum circa notionē rei in errorem, ex ijsdē in dignoscenda ipsa sum lapsus. At, postea quām incumbens semper, & instans sedulo, ut contractionem dignoscere, tandem arteriam manifesto sensi modo molle, & nō vibratam considerare aliquantum, moxq; distentionē cōficerere, posthac affectus obseruauī, qui habent eos pulsus: & tandem aliquando à multa obseruatione, hæc potui cōperto, qua nunc expono, affirmare. Sanè mihi videtur etiā Archigenes accurate pulsus bis ferentes obseruasse, sed parū bene eos declarare: & affectus quos comitantur, ignorare. Neq; enim ita nude eos, neq; mallei geminis ictibus ad incudem assimilaret: neq; præteriret, vnde orocedant, originem. Id quod etiam nos multo post tempore assecuti sumus, nec nō huius commentationis alia complura. † Tuq; rem esse ita cōmperies, si aliquam diligentiam induzmodi res ī cas, & studium ad opus conferre, quale nos adhibuimus: nā abīq; eo, nec cognoscere de illis quicquidem poteris quam veri valeas, & ipse operam ludas. Tres ergo affectus hactenus, originesq; bis ferentiū pulsum inuenimus: Vnam vibratorum, hac sola re ab illis distinctam, q; cum breuem pulsus longitudinem habeat ex vtraq; parte arteriæ, obscura uibratio sit; quamobrem dicrotus, non vibratus videtur. Alteram, in qua non vibratus est pulsus, sed arteria dura, adeoq; facultas imbecilla, vt à corporibus incumbentibus degrauetur, tñ aliqua parte sita ad cutem attollatur libere: hanc enim cū solam sensu p̄cipiant tangentes, erit aliquādo pulsus dicrotus, vbi præ oneris leuitate exilientem illam partes vtrinq; confidentes, nec cōsequentes retrahant, à corporibus impositis grauatæ: q; id circo, nec sensibilem cōcitant motum, nec quem cōcitant, hūc cōcitant similiter parti arteriæ cōspicuæ, cæterum cunctantem, & morantē: interea enim fit, vt ab illis, q; prius exiliit, retrahatur, cū dura est arteria, nam alioqui in eiusmodi affectibus non fiat retractio. Atq; hi quidem duo pulsus tum dicroti sunt, tum duri. Tertius, qui ex intemperie nascitur, haud est dicrotus, sed bis modo pulsans, neq; necessario durus: quem si velit quis dicrotum appellare, nihil refert: hoc tantum me minerit, nō esse similem corporibns duris, q; à duris repercutiantur: sed, vt paulo ante diximus, cōcertanibus fit mutuo duabus facultatibus, & quæ diffendit, & quæ contrahit cor. At, quibus in morbis, quibusq; de causis, & affectibus ad inæqualē cor intemperiem deueniat, nihil est, quod nunc dicam, sed in proximis commentarijs explicabitur. Tātum hoc loco satis sit, inæqualem intemperiē cordis, quæ quidē ipsum corpus teneat visceris, comitari pulsum bis ferentem: cōsequi et illum, qui perdidit externam quietē: ad hæc illū, cuius impeditur distētio. Præterea demonstravimus, illos quorū motus interpellatur quietē, comitari oēs inæqualem cordis intemperiē. Quinetiam citra interpellatam distentionem, q; inæquali repræsentantur tarditate, & crebritate, planē etiam hi præter alias, à quibus gigni eos demonstrauimus, & hanc causam obtinebunt, de qua ser Gno habetur, inæqualem cordis intemperiem: si quando interf se adeo contendant, calidæ partes cum frigidis, ut subsistere interim necesse habeant calidæ retentæ a frigidis, interim celerius frigidæ moueri a calidis attractæ.

Vndosus & Vermiculans, quid annunciant.

CAP. 9.

ALiud ad superiora genus est inæqualitatis in uno pulsū, quod nō raro animaduertitur, nec in paucis affectibus: immo præter cætera frequenter, atq; in multis. Inuenitur hoc tūm, cū arteriæ propinquior pars principio prius mouet. In quo genere undosus, atq; uermiculans pulsus sunt, quos mollis arteria, & facultas non ualida constituunt. Ac uermiculans non modo non ualidā, & sed & infirmam facultatem denunciat. Vndosus interdū hoc ipsum duntaxat significat, non firmam esse, non statim tñ infirmam: interdum etiam mediocriter firmam, cum præsentim decretoriū sudorem promittit: in humidis, n. inuenitur, & pituitosis morbis, cum ipsa solida corpora nimia humiditate imbuta emollita sint: id quod potissimum accidit in morbis lethargicis, & febribus quotidianis, illisq; etiā, quæ palustres, & halituosas} appellat. Iam etiam tarditatem, & raritatem, magnitudinemq; in his omnibus acquirit pulsus: qui si præterea altitudinem, & uehementiam noctis sit, decretorum sudorem significabit. Magis hic sperandus est, si plures uehementes, & alti apparent, quam contrarij. Qui si æqualiter apparent, salubrem simul, & breui sudorem promittunt, maxime si indicia apparent concoctionis morbi: si quidē liquet utique nec inflammationem ullā, nec scirrum, nec constrictiōnē ex frigore: nec immodicam siccitatem, nec affectum conuellementem corpus hoīs, si undosus sit pulsus, tenere, q; nec indurescere in eo pulsus, nec tendi arteria possit: etenim molli omnino, ut modo dictum est, ea est opus: quo, cū robur, quod excitat, & diffendit, claudicet alicubi, illuc hæc decidat, atq; uelut undē formam efficiat. At, dura, & cōtentā et sicubi, infirma, quæ ipsam attollit, facultate, cesserit, ea ipsa tñ pars unā cū illis, quæ ex utroq; latere sunt, attollit. Proinde in dura arteria, ne si quādo reperias quidē eiusmodi pulsum, ut, prior semper eius pars prius diffendatur, undosus, tum uel uermiculans fiet, uerum potius inæqualitatē habebit, q; consistit in prima, & ultima parte arteriæ, quæ mouetur, tunicæ. Vndosi & uermiculantes cū hoc habent, tum uero cumulum obtinent quasi undarum formam, qui in humido occurruunt affectibus, cum nullum scirrhus uiscus teneat, nec inflamatio. Verum enim uero, & in aqua inter cutē, præcipue quæ anasarca, & leuophlegmatis uocatur, talem pérpetuo pulsum

A sum, reperies, nisi, quia induruerint scirrho quædā viscera, acciderit (quod frequēs est) aquā intercus. Nam eā quidem, quam suppressa hæmorrhōis, vel mēstrorū suppressio commisit, attendimus exactos sāpe vndosos, & vermiculantes pulsus comitari: quandoquidē frequenter in eiuscēmodi aqua inter cutem nullū indurescit scirrho viscus. Itaq; vt de integro sermonē summatim resumā, undosus pulsus ex humida molliq; arteria oriū, simulq; ex facultate modice affecta: vermiculans ex molli quidē, versū ex debilitate insigniter facultate. Quamobrē ēt sine febris ferē solet largis uacuationibus succedere, sanguinisq; pfluuijs, & alii fluoribus, cholericis, ualidis purgationibus, vomitibus vehemētibus, vrinis copiosis, deniq; mensū immodicis profluuijs, ad hæc uacuationibus per hæmorrhoidas, sanguinisq; ab vtero profluuijs. Iā fluorē etiam muliebrem, quē uocat, sudoresq; prauos, hic pulsus excipit. Et vero etiam hos, quibus immoda humilitate compuertit pulmo, id. s. temporis, cum eorum iam laboret facultas. Verum, si qua tñ cum affectum inflamatio consequatur, additur illis durities, neque amplius videntur vermiculantes. Proinde nec hēticas, quas vocant, febres (in quarum numero marcidæ sunt omnes, & quæ tabi sunt adiūctæ) cōsequuntur pulsus vermiculantes: consecuturi omnino, quod ad affectam attinet facultatem, nisi B coniuncta hisce affectibus siccitas, arterias redderet duras. Attamen habent illi prorsus huius genis pulsuum inæqualitatem, ubi fuerit insigniter facultas debilitata, ob quam in priore arteriē parte diximus prius apparere motum: quod esse Erasistratus perpetuum confirmat: verum secus feres habere cernitur, vt nunc declarauimus.

Decurtati quid significant.

C A P. 10.

Post prædictos pulsus sunt illi, quos decurtatos appellāt. Horum duplex est genus, alterum in una distensione arteriæ, alterum in aceruo. Quod in una distensione fit, facultatis imbecillitatem unā cum corporis gracilitate arguit. Est autem admotis digitis arteria tangenda: deinde, si animaduertāt interea in arteriæ primis partibus maior pulsus, vel vehementior, vel vterque: in postremis minus, vel languidior, vel ambo: primus digitorum applicatorum est attollendus, perspicendumq; utrum simile illi, qui ante erat, quam hic sustolleretur, sequentes digitū motū percipient, an vehementiorem, & maiorem: nam languidiorē quidem certe uel minorē, vbi eleuatus sit primus digitus, omnino sentire nequeas. Ergo, si motum similem digitū sequentes sublatū digitū sentiant, sua sponte arteria decurtatam distensionem habebat: quod nobis infirmæ facultatis erit vestigium, quam in illas docuimus ex corde influere. Nam, illa quando bene comparata est, vsq;

Cad finem arteriarum omnino contentio, quæ attollit eas, similiter permeat: at in pulsibus decurtatis paulatim exoluitur, tantoq; efficitur solito imbecillior, quātum est à principio remota. Quod si eleuato tu primo digito, postea motum percipias, quām antea, validiorem atque maiorem, declarat ille quidem etiamnum facultatis arteriæ debilitatem, sed minorem certe quā ille, quē prius diximus: quod illic facultas exolueretur discedens à principio: hic maneat, quātum in ipsa est, par, sed grauata ab inieictis digitis imbecillus moueat arteria: quod quidem minus habet periculi, neque enim ita ipsius cordis, vt arteriæ, q; tangimus, ostendit affectum: alterum ipsum potius debile esse cor significat, quod protendere non perinde, ac prius, ab se actionem ad extremas usque partes animatis queat. Quare in hoc genere pulsuum, ut exquirere ad unguem possis totū arteriarū affectum, varie admotis opus est digitis. Nam, arteriam digitū applicati si premant, ab oltus esse pulsus in hisce affectibus apparebit: sin attingas leuiter, imaginem præbebit pulsus decurtati, & vel duobus duntaxat digitis, uel tribus, vel etiam quatuor occurrentis. Hoc ex gracilitate animatis accidet, & facultatis imbecillitate: quod quo sit gracilis, hoc plus arteria appareat: quo crassius, hoc minus: Et ex facultate item, quæ quanto est firmior, tanto plus, & tanto minus, quanto imbecillior est. Atq; in ea ratione tangende arteriæ, cum sublatō primo digito non iam similis

Hæ sunt illorum quasi continentes quedam causa. Precedētes autem multæ sunt cuius que, quæ ēt expeditæ, & ad manū sunt habendæ illi, qui quicquam sit præteriorū exploraturus. Pulsus, qui bis ferit, ex inæquali proficiscitur ipsius corporis cordis intemperie. Tactu vero ad di- gnoscendam contractionem planè est opus exercitato: cuius si ruditis dignoscendę, nihil inter hunc pulsus tibi, & illū intererit, q̄ in ascensu subsistit, & quiescit paulisper. Dignoscetur, si quid habeat roboris: nam, qui vndequaq; est remissus, huius latet contractio. Sed fit plerunque, vt omnibus pulsibus, qui bis feriant, adsit contētio: neq; enī: ad eam altitudinem perueniant, si omnino deficiantur contentionē: aut, multo molliores sint, quam conueniat, necesse est, vt languidi simul, & non parui appareant: qui quidem etiā in lethargicis affectibus animaduertuntur: at tum quiescentē paulisper nequeas distinguere à bis feriente: pinde nec ipso quidē affectus, ex hoc qui dē discernere poteris. Aliud tñ est indicū, quo poteris: atq; hoc propriū est signū uitioꝝ temperaturę ipsius corporis cordis. Nec causa est, quin breuitatis gratia, ut pulsus aliquem vel febrē he

C ñticam, ita inæqualitatem nos hecticā, appellemus: si cui minus nomē probetur, stabilem illam vo- cet: stabilis est, si deinceps permaneat par. At vero, si cetera simul oīa indicia febrē hecticā esse de- clarent, multo hercle dignoscere certius inæqualē intemperiem tenere visceris corpus. Sed hæc ex plicauimus in differētiis febribus. Oīa deniq; sunt reliqua animaduertenda, præsentia, præceden- tia, & externa. *Nā cū peripneumonia, suppuratio, pleuritis, phthisis, deniq; aliquis illic abscessus exortus sit, vel asthma, vel morbus quispian ex distillatione, vel cruentum sputum, aut reiectio dū est ουσιών. partis alicuius pulmonis, aut breuiter quoduis, vnde redundantia, vel crassitudo, vel lento humo- rum obsideat pulmonē, accurate considerandū est, ecquid ex arteriarum obstruktione pulsus in- æqualis fiat. Sin horum nihil sit, ipsum est viscus explorandum, præsertim si anteacta ægroti vita, nec crassis succis, nec lētis uideatur corpus implesse, à quibus aut foris offusis, aut obstruentibus ar- teriarū oscilla, inæqualitas cōcitetur, nā, si quid horum, uti docuimus, uel inflamatio, uel omnino tumor præter naturā illic exurget, aut affluentia humorū grauet facultatem, incidunt pulsus in in- æqualitatem. Quare, si nec adsint indicia, quibus noscuntur hi affectus, nec hectica inæqualitas, & stabilis duret, intemperies existimanda inæqualis in cordis corpore esse: q̄ cum ēt sit duplex, altera in succis eius proprijs, altera in partibus solidis: illa ex succis profecta, unā cum totius corporis pal-

D pitatione fit: hæc ex solidis partibus absq; palpitatione. Quare, si quis hæc, q̄ retulimus, ediscere, cū arte cupiat, que de hecticis febribus scripsimus, colligat diligenter ex commētarijs De febribus & libro Ue marcore: Atq; his, signis cordis inæqualis intēperies dignoscitur, & distinguitur à simili- bus affectibus. Si qua sit alia intemperies visceris, ut aliam ipsum corpus temperiem habeat, aliā sanguis, & spiritus, qui sunt in eius sinibus, inæquales pulsus nunquam efficit, sed ex affectuum confusione medium quendam statum fortuntur. Confusiones affectuum modo prorsus inter se contrarie sunt, modo non prorsus. Prorsus dico affectus contrarios inter se, temperamento: ubi, quo calidior moderato alter sit, hoc sit frigidior alter, non prorsus, ubi alter plus altero desle- xerit. Potest etiam, si eiusdem ambo generis sint, in quantitate esse differentia, cū uel calidius cor ipsum sit materia in sinibus contenta, uel cum materia multum, cor autem parum à naturali statu recesserit, & frigidius item corpus cordis potest esse, uel materia. Hi concursus non perinde omnes dignoscuntur conspicue: licet tamen interdum obscuros aliunde colligere. Prima com- memorata mistio, in qua cordis corpus præter modum calidum est, materię autem frigidiores, differentijs tribus constat. Aut tanto illud calidius est, quanto hæ frigidiores: aut multo illud calidius, quam hæ frigidiores: aut minus illud calidius, q̄ hæ frigidiores. Prima differentia pulsus

DE PRAESAG. EX PVLS.

repräsentat ad vnguem moderatum tum magnitudine, tum celeritate, atq; crebritate: ad remissionem autē tantum permutatur, quanto spatio naturalem temperaturam viscus reliquit. Equidem aī aduerti in hisce subinde affectibus, insigne etiam incrementum celeritati accessibile: non tā hoc conspicuum perpetuo est. Atque hoc, alterum indicium maius tibi videtur suppeditaturum: quantum enim corpus ipsum arteriæ descuerit à moderato temperamento, coniūcere est ex celeritate: nam proclivius ad motum est calidius corpus, si reliqua sint paria. Quare si, quòd corpus ipsum cordis in naturali statu constans, vel à materia, quam continent ventriculi eius, aut consuetudine pulmonis inflammati, vel alia quapiā parte uicina calfiat, pulsus refrigerij gratia in magnitudinē, celeritatē, crebritatem commutentur, prima tū erit in magnitudinem mutatio, altera in celeritatem, tertia crebritatem. Sin calidius sit partibus se contingentibus, quæ in naturali statu sunt, celeritas motus primū increscit, deinde magnitudo. Vnde, cum pulsus manifestum incremetum celeritatis percipiamus, magnitudinis verò atq; crebritatis nullam mutationē, magnopere in hoc corpore descuiisse ad calorem cor censemus, vicinaq; ei ad frigiditatem. Iam simul pulsuum insignis remissio, & conspicua in eiusmodi corporibus animaduertitur. Quòd si nec celeritas clara, nec remissio sit, exiguo calore corpus visceris puta auctum. Hæ febres cōpluribus medicis imponunt: F nimirum; & febre ipsi se liberos esse ægroti affirment: neque febrē, quia parua est, + & quia uiscus incaluit, } corpusq; uisceris calor } inuasit, aduertunt. Sed de hoc frequenter diximus. Breuiter non est magna febris ulla hec̄tica, maxime si paucum calorem uiscus habeat. Qui igitur calor in uniuersum corpus derivatur ex corde: hic sensum solus inducit ipsis inæqualitatis fastidiosę, quam obrem balnea desiderat, ut alij fastidiosi omnes, & inæquales ex lassitudine, uel adustione, lotione intermissa, uel exercitatione: & plerique scilicet letantur balneo, recreariq; se dicūt: depulsam enī inæqualitatem esse totius corporis, nec magnopere quicquam se offendit, balneo referunt acceptum: & sanè non laeduntur forsitan horum quidā. Verum huius loci non est ista meditatio: in febriū. n. curationibus de omnibus his disputabimus, siue separatim usum fuerit eas, siue in methodo medendi, tractare: nam ad præsens institutum solam dignoscendi uiam tractabimus. Sanè uideatur quibusdam perplexa, & incognita, si quando, nec differentia ulla pulsuū { à naturali statu} deficiat, & se ipse ægrotus febrem nō dicat percipere: at inæqualitatē, quæ una molesta erat, balneis procurauit. Et, ut rem difficiliorem faciam, ne ex urina quidem petere in eiusmodi affectibus firmā notitiam semper licet: sed est etiam ferè anceps, colore, & sedimento similis naturali. Sex centos tales in pestilētia diuturna conspeximus ubi medicos, cerneret nihil plebe præstatiōres, G immo uero imperitiores multo non nullos experiente plebeo. Vulgus enim ferè, si nihil aliud, at expirationē ægrotorū uideas obseruare, quæ si foeteat, peiorē cauam expectant. At illi quidem usu tale signum in pestilentibus febribus inuenerunt: tu non usu modo, sed & ratione æstima. Iam os etiam attendunt. Quòd si illic aliquid coloris pestilentis cernant, eos peste confirmant labore. Evidem medico hæc puto clariora esse, quām uulgo: partim enim illi colorē erysipelatosum, partim calorem habent depascētibus herpetibus assimilem, diffusum per plures partes scilicet, quām à primo. Et, si manū thoraci exercitatus medicus admoueat in explorando febrili calore ne tū quidem prætereat eum affectus. Inspicienda porrò præ cæteris vrina est. Etenim cōturbata quorundam eorum uideatur esse, & aquosior: ac non nullorum multo, quām pro natura, tenuior, atque hæc quidem certissima est: nec non, quæ naturalibus "undequaq; similis est colore, & crassitudine, hæc etiam ad secundam spem certissima est: quæ si sublimamento probo sit prædicta, multo etiam est certior, si quidē sedimentum sit candidum, læue, & æquabile. Præcipue uero sublimamentis animus est adhibendus: nam quædam, quæ subliuida quodammodo sunt, latent: & item alia, quæ aranearum latas telas referunt in modum lanæ congestæ. At, si quid tale animaduertas, aut nullum planè sublimamentum innatare urinis, in peiorē partem hæc interpretare, si contraria uideas, quæ retuli modo, non potest fieri, ut male affectus homo sit. Ex his igitur di- H scernas, utrum inæqualitate quapiam affectus sit, an pestilens morbus, & exitialis, qui hec̄ticam febrem habeat, eum prehendat: præterea ex ijs, quæ balneum consequuntur, etenim cibum respuunt, & sitiunt præter modum, ac frigidam postulant. Etiā oculi illorum sunt accurate inspiciendi: nam inter lauandum manifeste redduntur calidi, & flammei: quidam postea tales permanent, quos plane sciens teneri peste. † At in pestilentia, qualis nostra memoria fuit, & uiget etiamnum, nunquam experiri quisquam homo possit. Sciendum tamen nonnunquam incidere sine peste has ipsas febres: ut de illis prodiderunt omnes insigniores medici, uocantque pestilentes: de quarum tota natura disputauit latius in differentijs febrium: nam hoc quidem loco, non quemadmodum quis optime febres dignoscet, tractamus, sed quemadmodum ex pulsu optime. Quinetiam dixi fortasse plus æquo de febribus ex ipso cordis corpore excitatis: quare ad pulsus nos referamus, & quod residuum est, de febribus hec̄ticis perseguamur. Etenim sunt, ut docuimus, pestilentes non paucæ inde usque ab initio hec̄ticæ: distantiae ab omnibus alijs febribus, quæ ex magna putredine oriuntur. Præterea etiam mœrorem interdum sequuntur, & iram à primo quædam hec̄ticæ. Alter nescio, an ulla febris inde usque ab initio

† Hæc nō sūt
in quibusdā
codi. antiq.s.

A.1.4.f.1.s
4.c.2. fol.
434.d
A.1.4.f.2. c
1.c.8. fol.
446.b

† At pestilen-
tia, qualis no-
stra memoria
fuit, & uiget
etiam, nun-
quamfiat, qua-
so, ut homines
experiāntur.

A initio fiat hec̄t̄ca. At tēporis diuturnitate multis alijs succedūt, quas dilucide distinguit, ēt si cum alijs cōnectant̄, sicut declarauimus, perpetua æqualitas, & alia, quæ in libris De differentijs febriū docuimus. Notitia autem ex pulsibus, q̄uo nuper diximus, initio adhuc, atq; primis diebus nō facile paratur, cū speciē adhuc cōem habeant cū diarijs febribus: uerum elapsō triduo iam clariores fiunt ēt pulsū indicio. Siquidē aperte hæ celeriores, q̄ deceat, pulsus habent: atq; ut inter eas nihil intersit aliud febriū quidem certe calore manifeste secundum thoracem p̄reditæ sunt: pulsusq; tanto sunt languidiores iusto, quātū calor creuerit. Hactenus de febribus, in quibus cor tanto, q̄ natura postulat, calidior est, quanto quā continet, materia frigidior. Materiæ addamus securitatis gratia corpora illa omnia, quæ cor attingunt: puta ex uisceribus pulmonem, ex membranis cum illam, quæ cor uestit (*τεριναράνιον* uocant) tū quicquid thoracem prope cor interfepit. Etiā consuetudo huic visceri intercedit cum aere, quem continent tegumentū, quod cor circūjicit: nec non cū arterijs, & uenis, quarum penetrare maxima ostia cernis ad sinus eius. Hæc oīa nō aliter, atque materia, pulsū cordis immutat, vocēturq; breuitatis gratia oīa, quæ recensuimus, uicina cordi.

Qui sint pulsus in ijs febribus, cum cor calidius sit, quam uicina ei frigidiora, vel è contra.

CAP. 5.

B Einceps de illis febribus dicamus, in quibus cor calidius est, quam uicina ei frigidiora: nā in huiuscmodi affectibus pulsus celeriores simul, & maiores, & crebriores, languidioresq; iusto erunt: longius tñ ad remissionem, & celeritatem, minus ad crebritatē, & magnitudinem, diuent à natura. Stabilis, & constans harum generatio est, ut cæterarum hec̄ticarum. Quòd si nō ita longe uiscus à natura desciscat ad calorē, ac uicina ei lōgius ad frigiditatem, minores pulsus in his & rariores erunt: celeritate uel similes erunt naturalibus, uel tardiores: similes, si non multo frigidiora uicina sint: tardiores, ubi multo longiore intervallo hæc ad frigiditatē à natura deflexerint, q̄ ad calorem cor. Remissio hic ēt quantitati caloris respondebit. At vero, si frigidius iusto sit ipsum cordis corpus: materia porrò, reliquaq; uicina, illo calidiora: erunt & hic tres numero differentiæ, & uariabunt pulsus in unaquaq; sicut superiores. Primum æque refrigeratum sit cor, ut in caluerunt uicina: tardior æquo erit is pulsus, si insignis fuerit alteratio. Huic responderet "remissio: nam magnitudine nihil de natura decedet, nec vero ēt crebritate, qđ aīaduerti possit, aut insigniter. At, cū nō multum de natura est discessum in vtranq; partem, diffīcillime, ut ante dixi, exploratur discriminē: atq; in his præsentim corporibus obscurū est, qnorū ignoramus naturalem statum, nā, hunc si prius nouerimus, poterit ēt anima duerti breuis mutatio, si quis versatus sit in exploran-

C dis pulsibus. Vt autem paulo ante, cum visceris & calidioris, & vicinorū ei frigidiorum consideraremus pulsū, febrem diximus esse hec̄ticam: ita nunc, si uiscus sit frigidius omnino, q̄ naturalis modus permittat, & uicina calidiora, febricitabit quidem homo, non hec̄tica tñ, quam vocant, febre, sed vel diaria, vel ea, quæ putredinem humorum consequitur. Signa vero sunt propria vtriusque. Diariae quidē febris coniuncta cū frigidore corpore cordis, vbi ex æquo de natura utrunq; deflexerit, pulsus nihil magnitudine à naturali differt: nec ēt crebritate pene quicq; quod perspici possit, nec itē celeritate, nisi vtriusq; insignis fiat mutatio: lāguidior vero tanto erit, quanto uiscus frigidius. Eius autē febris, q̄ ex putredine humorū sit, par quidē perpētuo est naturali. & ipsa pulsus magnitudo: nō par autē perpētuo ullū ex alijs generibus, sed, ubi parum quidē à natura recesserint, nihil, q̄ effatu dignū sit, à naturali pulsus euariat, ubi uero plus recesserint, aperte in contraktione pulsus celerior fit, sicut superior in distētione: ita ēt clare in externa quiete crebrior, & languidior appetat tāto, quātū refrigeratū est cor. Contra, iā magis refrigeratū cor sit, q̄ uicina incaluerūt, ac febris sit diaria: horū pulsus manifeste languidiores erunt, & minores; tardi nō perinde aperte, sed q̄to uicinis sibi si frigidius sit corpus cordis: iā ēt rari ac parui proportione erunt. At uero febris sit ex humorū putredine: horū pulsus languidus erit perinde ut superior, sed illo ēt minor in

D istentione, tardiorq; ac contractio naturali celerior erit, ac magis ēt incidet id in illa tempora ac cessionis, in quibus est initiū & incrementū: nā in uigoribus quidē minus, ac minus ēt in remissionibus. Porrò autem tertiu genus cōmutationis ponatur, hoc est, minus ad frigiditatem cor declinuisse, quā ei uicina ad calorē, ac febrem esse diarium: pulsus habebit hoc corpus tāto q̄ par est, imbecilliores, quanto corpus cordis sit intēperantius: atq; maiores, & celeriores naturali, sed maiores, quam celeriores: adhac crebriores erunt. Hæc oīa sunt accipienda pulsibus nec in duritiam nec in mollitudinē aperte mutatis: nā, si hic, sint ēt mutati, discessus eorū ad mollitudinē, oīno magnitudinē, & raritatē augebit, addet ēt, & tarditatē: discessus at ad duritiae, cōtraria, nimirū paruitatē, & crebritatē, addet interdū & celeritatē. Evidē iā oīs mihi video febriū, quas ex pulsibus sumas, differentias percurrisse: siquidē sanè earū essentiā recte in cordis nimio calore posuimus. Iā inter febres affectus non paucos aliquos attigimus contrarios febribus, in quibus cordis affectus frigiditas est. Præterea de mistis affectibus diximus, quorū ex cōtrarijs inter se cōplicatis mistio cōstat. Iamq; transeundum alio mihi erat: sed qñ in magnā dissensionē, nefcio quo pacto, qui de pulsib. commentati sunt, inciderunt, propter eos visum mihi est, q̄ hoc in libro iā tradidimus, in quo de febribus ex pulsibus dignoscendis tractauī, summātū repetere. Immo, si uerum fatendum est,

DE PRAESAG. EX PVLS.

potissimum hoc propter Archigenem statui facere: nam, cum habitus sit diligentissimus in com-
mentatione de febribus, nihil nos propè, non aliter ac Erasistratus, docet. Népe eorum, qui nihil
docent, duplex est institutū: quidā ad proprietates, quæ exprimi nequeant, confungiunt: alij pro-
ferunt quidē nomina, tñ nec, q̄ significant, obseruant, nec, quā illis significationem attribuant, in-
terpretantur. Nanq; durus pulsus, quem perpetuū Archigenes febricitantibus confirmat esse, no-
men duntaxat est, nec rē denotat ullā, nec plane, nec liquido intelligi potest. De quo pulsu in li-
bris De differentijs pulsuum latius disputauimus, & ēt in libris De dignoscendis ijs: maxime autē
in ijs commentarijs, quibus interpretamur simul, & examinamus, quæ in libro De pulsibus Archi-
genes scripsit. Sed hic tamen etiam operæ pretium est non nihil de ijs summatim exponere.

De Propria nominum significatione, & metaphora.

C A P. 6.

VT singula alia nomina apud omnes Gr̄ecos singulas res indicant, ita ēt, quæ occurunt sensi-
bus, his nomina quædam posuerunt: separatim, quæ differentias auditus significant: sepa-
ratim, quæ dīas odoratus, vel gustus, vel tactus. neq; igitur alijs tribuunt albū, nigrum, flauum, ru-
sum, pallidum, fuscum, cāruleum, reliquaq; colorum nomina, præter quam sensu uisus obiectis:
neq; ēt alijs austерum, dulce, amarum, acerbum, astringens, saltum, saluginosum, præter quam ijs
quæ gustantur: nec iam ullis alijs calidum, frigidum, siccum humidum, molle durū, verū ijs, quæ
tanguntur, omnes attribuunt: Nam, si alio traducas hēc nomina, illa usurpatio vocatur metapho-
ra. Habēt verò, & alia itē metaphoras ex similitudine aliqua, & conuenientia: ex qua similitudine
pedes, vertices* lateraq; mōtis dicūtur: nā, ut aīalium infimæ partes pedes sunt, uertex oīum supre-
ma, sic in montibus p̄missum est poetis supremas partes vertices vocare, & infimas pedes. Si quis
igitur, cū de aīali loquatur, & pedes dicat, vel latera*, noluerit pedes more omniū accipere, neq;
latera, ut institutū est, sed ita dicat latera accipiēda esse, quō de mōte Brilleſo dixit Callimachus,
Brilleſi* latera sunt oræ, quam tenuere.

fanè quām ridiculus sit, duplii vtens, & reciproca metaphora ab improprijs ad propria. Haud ali-
ter, si, cum de moribus, aut uino durum dicitur per metaphoram, de corporibus, quæ tanguntur
disputans, nolueris, vt solēt omnes, nomen interpretari, uerum sicut vinum dicitur durum, aut ho-
mo, aut mores. Huic simile est, si, cum sermonē habeas de rebus visibilibus, atq; album dicas, pro-
beas ex omniū instituto accipi, sed, qñ febres aliquas Archigenes albas appellauit, ita esse etiam in-
telligendum colorem album. At, quemadmodum quidem non videbitur is fanus esse, si, quod p̄
prie nomen colori tribuit, transferre duplii metaphora ad eum ab improprijs studeat, sic fanè, q̄
de tangibili corpore sermonem instituit, & per metaphorā vult nomen durum accipi. Etenim in G
ijs, omniū, fit orationibus, vt nihil auditores proficiāt, cū & prohibeātur proprie dicto, necq; cquā
intelligere aliud possint. Quem enim aliū accipias colorem prolato albo, consueto prohibitus, &
accipere ex metaphora albarum febrium iussus? Sic item durus pulsus, quem Archigenes in re tā-
gibili induxit, nisi propriam significationem habeat, nimirum hanc vulgarem, sed ut ille ex meta-
phora uinorum vult, prorsus obscurus est atq; incognitus, talisq; vt si scindapsus dicatur. Etiam
posset quoquis aliud nomen proprio febrium pulsui tribuere, & aliquid uideretur dicere, apud ho-
mines. s. in distinguendis significationibus imperitos, simplices autē, & ad id credēdum adductos,
virum, s. senem, q̄ tam clarus esset, artemq; multum illustrasset, non facturum vñquam, vt talē ob-
scuritatem temere sermoni induceret, ut nomina proferret, nullius significationis. Iam uero, si q̄s
pulsus febricitantis amaru dicat esse: ac nomen amarum, vt ad gustum referimus, interim velit ac-
cipi, nihil fanè, quod clarius intelligamus, habebimus, quam si acerbum, uel austērum, uel acidum
audiremus pulsū esse: q̄ ex omnibus his res molesta, & præter naturam repræsentetur, quæ aut
sit illa, non declaretur. Quāq; in eiusmodi metaphoris à proprijs ad aliud non proprium tra-
ductio sit, res, & permissa oībus, & vulgaris: at in significatione duri pulsus, cuius author Archi-
genes est, quæ nec cōcessa est, nec usitata, nec oīno fuit, aut poterit esse, intelligere oportet nos si H
gnificationem, ad illam, quæ proprias est, ex metaphoricis reuersos: qñ ita nōmē quidem audias,
artem intelligas nullam. Verum quid sermonem de his producam, cum alias diffusius de his dispu-
tauerim? At superiora summatim repetamus, ac de omnibus febribus dicamus.

De febribus per pulsus dignoscendis.

C A P. 7.

TRIA esse, in summa, genera illarum, alio loco docuimus: quemadmodum uero quodq; ex pul-
sibus dignoscatur, declarabo hoc loco. Omnes diariæ in magnitudinem, celeritatem, crebri-
tatemq; pulsus, quantum in ipsis est, mutant: nam, si concurrat alijs affectus, mistam oportebit
esse mutationem ex illo, & hoc, qui comittatur febrem. Pari modo, febres hecīcæ pulsus in eas-
dem differentias conuertunt, quantum in ijs est, ampliusq; in his mutatur celeritas. At, quæ or-
tæ sunt ex putredine humorum, in uigoribus utrunq; habent motum celerem, & distentionis, &
contractionis: præterea crebritatem ex æquo mutant cum externæ quietis, tum internæ: in ini-
cio accessionis non perinde, sed magis augent contractionis celeritatem: in incrementis cū
hanc, tum etiam externam quietem plurimum concitant, ut pulsus in illa creberimus uideatur.
Habes pulsus, qui soli febrium per se proprii sunt: reliqui omnes, qui febricitantibus accidunt,
alium,

A alium potius affectum, q̄ febres, sequuntur. Quorum ēt affectuum sunt duo genera, aut facultatis, aut instrumentū uitium: quippe ad causas inueniendas, quae mutant pulsū, tria hēc sunt animaduertenda, instrumentū, vsus, & facultas: demonstrauimus enim, quę ex singulis horum generibus de natura deflectētibus accidere pulsib⁹ oporteat. Quo minus est mirum, si inter se se p̄aeclari isti medici dissident de febris proprijs pulsib⁹, errentq; omnes, ut, qui nec genera partuerint pulsū, & profectas ex facultatis, uel instrumētorū uitio alterationes pulsū arbitrētur proprias ipsis febrib⁹ esse: Ut inuadētis accessionis quidam crebros, & paruos, alij adhēc lāguidos, iam nō nulli etiam inæquales, sunt qui tardos etiam, contra alij celeres, posuerunt indicia. Tametsi quædā febres incompressas, ut isti vocant, inuasiones faciunt, in quibus pulsū prima mutatio in magnitudinem, & celeritatem fit, mox his succedit augescentibus crebitas: reliquorum pulsū, quos memorauī, in illis nullus appetet, nec initio accessionum, nec in incremento, nec vigore. Verum hos rigor, nec horror, nec ferē vlla inæqualitas, quin ne frigus quidem partium extremarum, vel superficiei externe, nec vellicatio, aut grauitas, aut compressio stomachi una incessit: plerosq; vero, uel unum de his, uel plura comitantur: nonnullos paulo post uomitus, qui aperte declarat, ex eo, q̄ in ventriculum uitiosi succi cōfluxerunt, quosdam illorum vellicatos esse, alios compressos, aliquos naufeasce. Clarissime n̄, recedit in plerisq; initis de tota superficie externa sanguis, cō

B fluit que in viscera: unde compressiones, & obstruktiones fiunt, distentionesq; arteriarum p̄acipuarum, p p̄ quas "initijs talium accessionum cōiuncti sunt pulsū inæquales: quemadmodum ēt languidi ob stomachum, & facultatem affectam. Ad hunc modum fiunt, & parui ob imbeciliatatem facultatis, & ob frigiditatem: & iā tardi quoque ex ingenti frigiditate. Verum contractionem perinde, ac distentionem, nullus horum tardam fecit: sed hoc perpetuum est, & p̄ ceteris p̄prīū inuasioni febris ex putredine humorum ortæ, ut arteriæ contractio efficiatur celerior. Et, si quis in cognoscēda contractione est exercitatus, perpetuum hoc, & constans initij accessionis signū hēbit, ubi contentione aliqua, ut frequenter admonuimus, pulsus p̄editus sit: nam in languidis cōtractionem docuimus dignosci non posse. Hoc igitur ēt, atq; etiam exercitandum tibi est, siquidem cognoscere ad vnguem velis initium accessionis: quemadmodum autem ingredienda ea sit exercitatio, copiosissime in libris De dignoscendis pulsib⁹ declarauimus. Certissimum est hoc signum, illiq; maxiime est fidendum, aperte ad dignotiones conspicuo. Evidē in multis, quorum antea pulsū nunq; tetigerā, nec per sanitatem, nec per egritudinem, hoc fretus uno signo nunq; sum lapsus. Nam ceteris quidem oībus, siue frigescat totum corpus, siue os uenriculi (quem per abusum vocamus stomachum) siue deferatur sanguis in profundum, vel ex mero, vel metu,

C vel alia de cā, similis tarditas est pulsus, & in arteriæ distentione, & contractione. Iā ei ēt coniuncta est in vtraque quiete raritas: in solis vero inuasionibus febrium, ut distētio interim tardior fiat priore, certe contractio celeritatem nanciscitur. Ad hēc restringit externas quietes, vt hic pulsus crebior euadat: at non internas, sed vel perinde, vt in priore, vel paulo rario id t̄pis v̄. Compara randa vero est prior quietis, quantum ad tactum, p̄ati: hocq; memoria tenendum, cōstatam esse eam ex fine contractionis, & initio distentionis, atq; ex interposita inter has quiete: tum expendendum, quantum vtrinq; ei ex parte motuū delitescente accessit: id quod exponendum est comparando cum contentione. Nam, si eque pulsus contentus nunc sit, ac ante fuit, quanto t̄ps sensibilis quietis longius fiat, t̄m ēt est putandum esse re uera protractam quietem: si languidior, quā prius, effectus est, arbitrandum est, & ob hoc partem absconditam esse motuum, q̄ quieti, quam sentimus, ad verā inueniendā detrahenda est. Nam, si paulo pulsus, q̄ ante, languidior appareat, multo aut̄ rario, veram quietem puta esse productā: sin multo remissior, & rario pulsus, ut sensus iudicat, minime censebis protensam esse veram quietem: eodem modo, si, cum paruam remissionem asscutus pulsus est, insigniter tibi crebitas uideatur aucta, contractam arbitrare veram quietem. Itaque, in quibus languidior pulsus est factus, tempore, quo exploramus, aīaduer-

D tendum est: in quibus vero pari est contentione, in his facile, vti diximus, si animū aduertas, interna quies dignoscitur. Proinde, cum nihil pulsus variet, nisi in contractione sit celerior, id habe initij accessionis signū perpetuum: simulq; sit hic pulsus in externa quiete crebrior, natura incumbente ad excrementum fumosum propulsandū: quamobrē celerius cōtrahebatur. Ac sic quidem celeritate tantum contractionis, cum primum id generatur, variare à priore pulsus v̄: paulo post etiā fieri creber in externa quiete, q̄ citius arteria considere incipiat. At diarię febres non habent hoc, quod putredine humorum vacent: nec iam etiam hecticæ, q̄, nisi alter cum ijs affectus casu coeat, ne incipiunt quidem unquam. Ita, in quibus prefertim febrib⁹ quæritur accessionum initium, tenere nos hoc indiūlsum signum debemus. Quod si primo die, cum recens de sanitate homo in morbum incidit, pulsus tangamus, statim nobis genus ēt febris hoc signum ante oculos proponet: vna enim inuadere cum febrium accessione, quę putredinis alicuius humorum comites sint, prohibent. Iam in differentijs febrium docuimus in eodem genere, quo hunc, pulsus esse, qui ab inflammatione excitantur: sed a pulsib⁹ ab humorū putredine concitatis hi sola duritia discernentur, siquidem pulsū ortorū ex inflammationibus durus est occurrit. Quare, si durum

A. l. 4. f. 1.
t. 2. c. 1. fo.
417. a.

DE PRAESAG. EX PVLS.

durum occursum, quem efficit cōtēto arteriæ, discernere ab eo vales, quem generat frigiditas & E
 duritia, tres p̄tādicere hinc causas p̄teritas poteris, potum frigidæ, meracius vinum, inflammatio-
 nem: quā non solum ante causam suisse accessionis, sed permanere etiā dicemus: frigidæ, atq; lar-
 gioris meri potum antecessisse eum quidem, sed, quem concitauit, affectum adhuc durare. Ac in-
 durescunt quidē ex nocuis frigidæ potionibus arteriarū tunicae, & ab uino immodice poto desic-
 cantur, nam si neruorum simul principium lādat vinum, ēt intenduntur non aliter, atq; illæ, quæ
 conuulsionem prænunciant. In inflammationibus vero absque propria tunicae duritia tēduntur,
 vocaturq; pulsus tum ēt dūrus ob uim ictus: non induruuit tamē per se arteria, q̄uo cum vel desic-
 cata sit aliqua ratione, vel magnopere perfrigerata, vel affectū cōparauerit scirrhosum. Atq; hēc
 quidem si distinguo: Quæ primo die nequaquam obtinent istud signum, a febris putridis sepa-
 rabis, ac vel diarias censebis, vel hec̄ticas. At' febris hec̄tica rarissima a primo existit: quin tñ id tem-
 poris possit nasci, nihil causæ est, sed uidimus ēt nonnunquam tales. Reliqua harum omnia signa
 alio in opere explicata sunt, vbi de differentijs febrium tractauimus. Quæ vero pulsus suppeditāt
 nunc persequemur. Nec magnus pulsus, nec uehemens tēcum hec̄ticis febribus vñquam concur-
 runt, sed si alterutrum habeant horum, non sunt hec̄ticæ: si simul utrunque hēant, planè sunt dia- F
 riæ, si quidem eorum contractio, quemadmodum diximus, non properet. Propria. n. est eius, quæ
 consequitur putredinem humorum, celeritas: cuius singulas dīas in commentarijs, quorum me-
 mini, sum persecutus. Hæ sunt, vt summātē commētērem, omnes, quæ circulatim accedunt, at
 que omnes continuæ, vbi tertium diem superent. Eiusdem generis sunt, quæ inflammationes co-
 mitantur. Ac in declinationibus celeritas contractionis dissoluitur, p̄fāsertim cum ad integritatē
 aut prope eam peruerent: initio accessionum generatur, cum aliqua ratione humores intendā-
 tur, ac per incrementum augetur, vbi prope iam attigerint vigorem, succensis humoribus, ferue-
 scētibusq; ingens incrementum suscipit distentionis celeritas, contractionis permanet par cele-
 ritas: vbi iam vigeat plane febris, in illa accessione ad summātē celeritatem distentio peruenit, &
 diminuitur celeritas contractionis. Verū plerique medici, p̄cipue qui sensu negant contractionē
 percipi posse, longe absunt ab signo, quod exposuimus, oīum febrium ex putredine ortarū,
 initijq; in illis singularū accessionum. Non nulli, sed sanè pauci, obscuram imaginem rei vñr con-
 spexisse: quam obrem adeo confuse, atque obscure scribunt, vt, qui coniçere valeat, quid dicant,
 sit nemo. In his Archigenes est: quod videbis, si librum eius de pulsibus legere velis, & commenta-
 rios de signis febrium, aut certe horum compēdium: & vero nos ēt libros eius de pulsibus vna cū G
 interpretatione obſcurorum locorum expendimus, atque examinauimus octo commentarijs. At uero mihi quidā videntur optime dixisse (si adiecerimus sermoni quādā distinctionem) pulsuū
 ex vtraque parte mutationem initij accessionis esse nunciam. Quam adiunctam distinctionem
 volo, ea hæc est, si mutatio citra aliam occasionem acciderit. Occasiones autem partim externæ
 sunt, non medicis modo, sed plebi etiam perspectæ, cibus & potus sumptus, quiuis motus, & ani-
 mi affectus iratorum, aut metu percitorum, aut angore, aut quomodolibet aliter commotorum:
 partim ex ipso corpore originem ducunt, de quibus paulo ante verba feci, vbi horroris, rigoris,
 refrigerationis, atq; confluentium in ventrem mentionem facerem. Nam, si laboranti tale nihil
 acciderit, repentina, in quaīcunque rem sit, mutatio accessionē p̄emonet: si celerior maiorq;
 pulsus fiat, calorem ad arteriarum fontem suppullulare: si tardior vel minor, frigiditatem. Itemq;
 consentiet crebitas cum caloris abundantia, contra cum frigiditate raritas. Et remissio etiam,
 quamvis alio ex symptome oriatur, peculiaris est accessionum initij: quod in ventrē tum confluant
 humores vitiosi, atq; offenso eius ore facultatem afficiant. At pulsuū inæqualitas, quæ ferē
 inuadit vna cum accessionibus, cōpressarum, vel obstrūtarum mō arteriarum, aut copiæ humorū
 ad facultatem relate, est signum: quæ etiam ratione accessionis possunt accidere. Quæ igitur H
 pulsuum mutationes sunt, cum cordis calor augetur, vel confluent intro humores, aperte hæ
 videbuntur accessionis initij annunciare, siquid em, vt diximus, ab alijs occasionibus sint remo-
 tæ; quæ uero, cum crescit frigiditas, hæ non ēt necessario uidebuntur febris accessionem nunciare
 sed, si hic quoq; alias omnes occasiones secludamus, declarabit frigiditas nobis ianiamq; febrem
 iri accensum: suffocatur. n. tunc, q̄ materia, quæ in profundum confluit, mire sit frigidior, ut peri-
 culum sit, ne semel principium extinguatur. Qualia exempla extra corpus multa conspicuntur,
 si quando materiam simul & multam, & quæ non facile succendatur, affatim in modicum ignem
 coniçiamus: nam statim periculum est, ne extinguatur: si non extinctus sit, sed restiterit, paulo
 post succendere totam materiam incipiet, caloremq; generabit, primo fumosum, tandem etiam
 flammeum, dum prorsus deuicta materia puram excitet flammat. Nam, ab ea flamma, quod de-
 fluit, non fumus, sed fuligo est. Græcis duo noīa sunt αὐθαλος, & λιγνίς: utrunque enim materiæ
 adustum excrementum, quod in sublime fertur, significat: quod vero decidit, cinis & fauilla.
 Ita finge in febris, ubi aceruus materiæ humidæ initio accessionis ad cor peruererit, primum
 mortis periculum esse, quod periculum maxima mutatio pulsuum in raritatem, tarditatem, par- I
 uitatemq; prænunciet. Nam, si his insignis * remissio successerit, extemplo peribunt: sin autem
 absit

A.1.4.f.1.t
 3.c.11.fo.
 431.h

A absit remissio, contendit natura hanc superare, atq; arteriarum motum maiorem, celeriore, celerioremq; excitat, vt vterq; motus celerior quidem fiat, sed clarior contractionis: increscatq; hic breui manifeste, dum augescat accessione: tandem, vbi materiam superauerit, calor quasi flamma inceditur. Atq; hic est vigor accessionis, vbi fuliginosum excrementum expiratione & contractione arteriarum natura expellit: quod vero est veluti cineritium, non perinde, quia crassum est, pot excernere, sed per insignes quosdam meatus educit: hoc in partibus inflammatis pus est, in ipsis uasis sedimentum urinæ. At de his in commentarijs De dñis febrium latius diximus. Pulsus autem illas mutationes singulis temporibus accessionis, necesse est, habeant. Iam etiam in initio, vt diximus, non male quidam mutationem eorum in utranoq; parte statuerunt. Sed ad oīmodam illorum signorum certitudine, danda opera est, ut scias discernere pulsuum oēs alterationes ex alijs occasionibus: in quas, quanquam uitet, frequenter incurrit Archigenes. Itaq; in uerbositatem, & institutionis confusionem incidit, cum, proprijs, & perpetuis singulorum temporum signis cōmiserat ea, quæ frequenter consequuntur: quamvis in minimo situ sint, si methodo percipientur: nam pulsum calorem motus distentionis declarat, atq; eum, qui est ueluti sumosus, contractionis. Ceteræ pulsuum alterationes, aut ob facultatis, aut ob instrumentorum fiunt mutationem: harum autē vtraq; ex causis quibusdam præcedentibus, quæ ferè alias et externas comitantur. Ac, quo fit sermo clarior, appellabimus, quæ ex corpore procedunt, causas, unde vel facultas, vel instrumenta alterantur, præcedentes: harum ipsarum, quæ positæ extra corpus induixerunt alterationem, causæ sunt externæ. Harum nos methodum omnem in alijs commentarijs, quos inscribimus de causis pulsuum, exposuimus. Itaq; nihil miri est, si expedita hæc quis memoria complexus, meditatusq; uia scientiam pariente ad prompte dignoscendos quosquis pulsus, causas interim, quæ præcesserunt in ægrotis, inueniat. Atq; hic quidem finem sermonis faciamus.

Pulsuum mutatio ex intemperie siccitatis, & humiditatis cordis & arteriarum. C A P. 8.

D e intemperie humiditatis, & siccitatis, quæ cor teneat, ipsasq; et arterias & singulas separant, & omnes in coī, deinceps agam: de quibus etsi ante ego non nihil attigi, tamē orationis seriem, q̄ tractari hæc separatim postular, ac si dixissemus nihil, ita absoluemus. Nam cor quandoque, si siccus euaserit, q̄ naturalis status fert, vna omnes secum arterias alterabit: quandoq; uero in una hoc parte animalis arterijs, vel in pluribus accidet: est, cum sint contra quidem, ac cor, affectæ, quod ad se ipsas pertinet, arteriæ, sed tamen etiam recipientiæ eius affectionem, ut confletur illic mediis quidam affectus in humiditate, & siccitate: sicut ante in calor, & frigiditatis intemperie explicauimus. Causæ sunt præcedentes, quæ arterias indurent, aqua sulfurea, & aluminosa: & (ne multis) quæcumque vim hahent exiccati, non aquæ modo, sed & medicamenta, diu parti cui piam corporis applicata: cuiuscunq; arterias hæc intemperies tenuerit, ipsum pulsus reddit duriorum. Maxime uero in plerisque atrophis, cum arteriæ partium nutritione defectarum fiunt duriores, tum pulsus creant duriorem. Cor ipsum ad intemperiæ inducit vixit, si diutius siccō utraris: præterea medicamentorum exiccatum elus & potio, in quibus est vinum merum, defectus cibi, vel alia qua piam de causa, vel ob famem publicam: interim etiam ob potum, vt in longis navigationibus: adhæc immodicus labor, leniū, sollicitudo, tristitia, diutinae vigiliae, febris hectica, præ cæteris marcida. Hæc igitur, quæ memorauimus omnia, nunc singula, nunc bina, nunc terrena, nunc plura coniuncta, cor siccus efficiunt, tanto que, quam par est, duriorem pulsus, quanto sit siccitas maior. Causæ humidæ intemperiei sunt œdemata, quæ partes diutius tenuerunt, aqua inter cutem, leucophlegmatias, qui item cor alterat: deniq; omnia principium uiscerum œdemata, cum arterias humectant, & cor, tum pulsus efficiunt molles. Pulsuum causæ mollitudinis medicis, nec insignis hæ sunt: ciborum copia humidiorum, multum ocium, somnus longus, balneæ a cibo. Durorum pulsuum ante demonstrauimus esse paruitatem, mollium magnitudinem; iam D etiam has consequi celeritatem, & tarditatem, adhæc crebitatem, & raritatem. Declaramus præterea aliarum causarum coniugationes: causas nunc dico primas & quasi continentis generationis pulsuum, ysum & facultatem. Itaq; accidentium cordis ex intemperie nihil iam reliquum est. At non tamen tumores in illo excitantur, qui pulsus alterent in duritatem, quemadmodum in cæteris visceribus inflammationes, & scirri: prius enim pereat homo syncopa correptus in illorum tumorum ortu. Omnia igitur, quæ cordi accidunt, quæ pulsus mutant, retuli: quamobrem hic finire hunc librum certum est mihi: ac progreſſo ad quartum, omnium aliarum corporis partium exponere affectus, quicunq; intemperiem, & tumorem præter naturam comitantur, ac qui singulos pulsus consequitur.

GALENI DE PRAESAGITIONE EX PVLSIBVSE
LIBER QVARTVS.

ARGUMENTVM LIBRI

Explicatur præsagatio ex pulsibus, qui reliquis affectis corporis partibus,
tracto in consensum corde, oriuntur,

Quid tractandum hoc libro: ac de communi precepto animaduertendo
in cordis, & arteriarum alteratione.

CAP. 1.



Vartus hic liber nobis est de præsagitione ex pulsib. singulorum pulsuum positorum expeditimus authores affectus. In tertio singulorum affectuum proprios pulsus inuestigauimus: cœpimus at ab ijs, q̄ cordi accidunt, in quibus sunt oēs febres, ut in libris, quos de ijs scripsimus, probauimus. Qd̄ reliquū est adhuc, aliorū oīum partiū affectus, q̄bus cor consentiens commutat pulsus, omnes ordine explicemus: cōtra F hamusq; in methodum eos, quomodo ante fecimus alios. Atq; hoc pri-
mum de oībus in cōi est sciēdum, totius corporis pulsus prius, quam cō-
sentiat cor parti prius affecta, in omnem alterationem fieri non posse ut
trahantur: in parte aliqua, licet offendit cor non sentiat, arteriarū motus uariare posse. Postea q̄ iā huius admonuimus, primo loco instrumentorum respirationi seruentū affectus exponamus, deinde nutritiū, mox capitū, postea artū, & ppatularū animatis partiū, postremo genitaliū.

Pulsus, quos creant pulmonis affectus.

CAP. 2.

¶ trahantur
A partes aīalis respirationi seruentes duæ duntaxat sunt, pulmo, & thorax: nutritionis multo plura, q̄ duo insīra, iecur, uentriculus, intestina, lien, renes, vtraq; uesica. Celerrimā cordi, & oīum maximā noxā dat pulmo: sedem habet. n. omniū ei coniunctissimā, eiq; vasis q̄ maxime affinis est, & cōfluxum habet per maxima ostia in vtrunq; sinū. Quamobrē, qñ euaserit solito calidior, continuo & cor calficit: si frigidior sit, nec hoc* intercalatur: nam humiditatis, & siccitas intemperiem non perinde, ac illas, sed citius ēt has tñ, q̄ cetera insīra, cordi imptit. Tū plethorici in ipso morbi, maximē cū erysipelas, uel inflāmatio inuaserit uiscus, cordis statim functiones alterant. Et affectus quoq;, quos in ipso cōmittit fluxio pituitosa, in cōfessionē secū cor trahunt. G Sed ab intemperie initū exordi endū est, q̄ absit à fluxione: ac primum in manibus sumā eā, quae ob calorē fit. Ergo, si a pulmone excalfacto cor paruū calorē contraxerit, pulsus efficit, qui comites esse vsus pulsum amplificati solēt: q̄ affectus si diuturnior sit, in periculū uocabitur illud, ne in febrē hecūcā incidat, cuius nos aī indicia declarauimus: atq; perinde pulsus alterabuntur, siue solū per se cor intēperatū sit, siue consentiat pulmoni. Iā ēt respirationis forma in eodē erit statu, siue febrili intēperie cor solū affectū sit, siue pulmoni consentiat. Maiorem tñ in toto sinu thoracis æstū percipiet, q̄ ex pulmone laborat: atq; calidam planē aīam reddet, si tietq; at altero magis, & calidioribus erit fauibus, atq; lingua, eaq; fere sicciorē: q̄ si malū ingrauescat, inficietur lingua atro colore, quā oīno asperam hēbit. At, si pulmo sit refregeratus, cor, quod ei consentit, pulsus primo in eā adducet alterationem, quam ante consequi ostendimus usum qui exoluitur: t̄pis longitudine, cum frigiditatem hecūcā contraxit, pulsus excitabit, quos huic, si polleat, attribuimus. Ac nimirum cetera conueniunt his, quibus solū cor est refrigeratum, cū illis quibus pulmo: alterū n. necessario alteri consentit: quibus uero refrigeratus est primus pulmo, hoc hāt extra ordinem, ut sentiant frigidam respirationem. Iam, si siccitate intēperatus pulmo fuerit, à primo pulsus per nihil alterabit, tandem consentiente illi corde, duriores efficiet. His fauces, tametsi nihil sitiant, H prompte arescant. Humida intemperies vuidas reddit fauces, sitim extinguit, & t̄pe ad molitudi nē pulsus traducit. Hēs pulsus simplices intēperaturas: ex his cognoscē compositas: nā ad aliud p̄ero genus, quod ex fluxione dixi oriri. Cōem hēt hoc oīum inæqualitatem pulsū: obstruuntur n. facile, & constringuntur, atque comprimuntur per eas fluxiones principes arteriæ: nec minus ob eā humorum copiā, q̄ ad facultatem refertur: q̄. s. tam coniunctum pulmoni cor sit, & conslūxum hēat per magna ostia. Ac inæqualitas quidem cōis est oīum fluxionum, quæ impingunt in pulmonē, eaq; nunc maior, nunc minor est pro crassitudine humoris, & abōdantia: minor, ex subtilibus, & paucis: insignior ex crassis, & viscidis, copiosisq; fluxionibus efficitur, q̄ hæ obstruat cōprimantq; ac grauēt magis. At alteraciones pulsuum in ceteris dījs, ex calidioribus fluxionibus, quales ab copioso calore: ex frigidioribus, quales excitari ante ob defectū docuimus; Durores, q̄ oportunt, sūt per siccā intēperie, & inflāmationes, atq; scirrhosos pulmonis tumores: cōtra molliores ob cœdematosas affectiones. Iā nec respirationis unū genus est per intēperie, & fluxiones. Frigidæ intemperies paruam, tardam, raramq; respirōnē creat, nō aliter, atq; pulsus: at fluxiones frigidæ pulsus similiter mutat: respirōnē, nec paruā, nec tardā, nec raram reddit. Quia enim coar-

ctatus

Actatus pulmo est, paucus spiritus recipitur, qui q̄ naturæ non satis efficit, fit ut altera actio statī celeris efficiatur, & magna. Quę folę dispnoeæ h̄nt (quod declarauimus in libris, quos de ijs cōscripti mus) vt thoracis distētioni q̄ritas attracti spūs aduersetur: maxime. n. thorax dilataſ, sed nō attrahit spūs plurimū, vti cū a pt̄us pulmo, nec obstructus esset. Genus igitur respirādi ōes fluxiones idē h̄nt: at nō eadē ōibus suffocatio, sed calidiores comitatur potius, q̄nq̄dē largiorē attrahi spiritū natura tū postulat: nā solā intemperie nullum suffocationis periculū excipit. Iā pulsus ēt præter superiores differētias in aliā incidit, ex eo, q̄ fluxio nūc in ipsas impingat solas asperas arterias, nunc in lœues, & venas: vel inter eas occupet cunetas intercapedines. Si arteriæ tñ asperæ sint op̄letæ, nihil pulsus duritia variat: sin lœues, q̄a totius aīantis arteriæ intēdūtur, pulsū efficiūt duriorē. Oedemata, tñ abest, vt induret eū, vt ēt molliat, diurnitate arteriæ tunicas humectādo, nec q̄cq̄ itēdēdo: id q̄ i tumorib. inflammatijs, & scirrhosis vsu uenit. Quare noli expectare pipneumo niarū, v. P. asthmatis, v. l. aliorū pulmonis morborū, cū affect⁹ teneas pulmonis: nā istōnē p noīa pri mā h̄rē signatiōis cōtrouersiā, altera numeri morborū ignorōnē, multis ſēpe locis d̄ clarauius.

Pulsus, quos creat thoraz affectus.

C A P. 3.

B Ed ad thoracis morbos eadē via, & rōne progrediēdū nobis est. Intēperaturæ easdē alteratio- nes induunt, ac paulo ante illæ pulmonis: tumores pro multitidine, & genere singulorum humorum, qui efficiant eos. Variant aut, q̄ citius cor, & magis pulmoni cōsentiat: minus atq; tar- dius thoraci. Alia p̄terea erit varietas, q̄ interim affecta pars thoracis sit musculus, interim ſuc- cingens costas tunica: maior ſiquidē tensio est, vbi duræ partes, & ſpissæ intumescat: vnde ēt pleu ritici ſp duriorem pulsum, q̄ peripneumonici, habet. At æqualis est maxima ex parte pulsus i tu- moribus, qui conſiſtunt ad costas, non, vt in pulmonis tumoribus, omnifariā inæqualis: neque. n. magnis vasis, neque vicinitate propinqua cum corde coniunctus est thorax. De genere dyspnæ: hoc loco nihil necesse habeo dicere, vt in pulmone oportebat distinguere: nā modo cor offendit, tur primum, modo pulmo. Exposita est enim & facilis eius affecto thorace cognitio.

Qui pulsus fiant affecto iecinore.

C A P. 4.

I Ecinore affecto pulsus ex intēperie variat, vt ſuperius docuimus. Si excitati ſint tumores præ- ter naturam, cōueniunt fere ēt in his, ſed minus ex inflammationibus indurescant, q̄ ex thoracis in flammationibus: & tanto quidem, quanto, quam ex pulmonis, magis. Nunq̄ ēt ex thoracis, vel ie cinoris tumore fit mollis pulsus, eo q̄ nec innascit his inſt̄is cedema pituitofum. Compactior. n. Thorax est, quam qui eā fluxionem admittat iecur non cōpactius modo, ſed & innata facultate al- terat pituitā: at iecinori proclivius cor, eti remotius, q̄ thorax fit, vinculo cauæ venæ consentit.

Septo transuerso affecto, qui fiant pulsus.

C A P. 5.

C Onsētit porro, & septo trāſuerso p̄ oībus alijs thoracis partibus, q̄ ex ipfa caua vena i hoc venæ inſeruntur: tensionem vero nulla perinde alia pars infert arterijs, p̄cipue ſi neruosa eius pars affectat. Ac, ſi ab ſolis excrementis in ipſo existentibus, citra febres intēdatur, dolor & dyspnæ: à primo cōſequt: poſtea putrefientibus excremētis febricitat: Si ex fluxione, quæ in cumbit in ipm, oīno hæc fit uel flauæ bilis, uel calidi ſanguinis, & tenuis, oportet: nam crassum ſā- guinem, & pituitā lentam propter densitatē nunq̄ recipiat. Hi delirabunt neſſario, pulsūq; ha- bebunt inſigniter durum, itaq; ēt paruum: quia vero ambo hæc, & calor est copiosus, p̄inde cre- berrimū quoque. Pulsus iā affecto septo transuerso citra febrem, durus est, & paruus, nō multo tñ crebrior, ſed vel admodū parū, vel nulla ex parte, in eā incidit mutationem. At vero oīa, q̄ ma- gnis pleuritidibus aecidunt, r̄ndēt ſymptomatibus partis neruofæ ſepti trāſuersi, tum quōd ſuccin- cingens costas tunica muleis neruis p̄dita fit, tū q̄ adhæreat septo transuerso, membranisq; thora cē interſepientibus, p̄ quas ad cor cōtinuantur. Ac maximum ſanè indicū exitialis pleuritidis eſt, ſi D pulsus fit magnopere durus, itaq; paruus ēt, & ob ambo hæc, calorēque, creberrimus, pleuriticus cū tali pulsu nemo eſt ſeruatus ullus. Hic minus, q̄q; bus inflamatū eſt ſeptū trāſuersum, delirant, proprius. n. principium emittunt nerui ſepti transuersi. Verum, q̄n de pulsibus dicere inſtitui, non eſt mihi in cæteris ſignis immorandum: in commentarijs. n. de locis affectis, latius de his diximus.

Qui pulsus fiant ventriculo affecto.

C A P. 6.

V Entriculus affectus intēperie, pulsus ita, ut ſuperiora, immutabit: ob tumorem vero quem piā, ſi is ſane in fundo cōſtiterit, morē aliorū: ſin ad eius os is cōſtiterit, pulsus ob neruorum multitudinem erit durior, non ita durus tñ, vt ex ſepto transuerso: multum. n. concedit huic, tametsi non cedat neruorum magnitudine, ſed q̄a hi nerui inſigni ſenu ſunt p̄diti: molles ſunt. n. & magni, atq; ex ipſo principio ſunt enati. Verum, quia carnoſa eſt corporis ſubſtantia, duritia infe- rior eſt & ſuccingēte, & ſepto trāſuerso: quæ corpora contenta ſunt, & dura, ſpiffaque: vñ, cum in tumescunt, vehementius tēduntur: p̄terea illorum nerui nō ſecus, atq; ipfa inſtrā, duri contenti q; ſunt: ventriculi (vt diximus) molles. Quare ex ſepto transuerso, & ſuccingente tunica duriflīmi, itaq; ēt parui ſunt pulsus, q̄ ſi calor quiſpiā cum ijsdē, ut in inflammationibus, & febribus, ſit coniunctus, ſimul creberrimi. Ex ore ventriculi nunquā ita durus pulsus fit, q̄ nec ipſi nerui, nec pars ſit cōtentā: verum parui, & ſubinde crebri, quia p̄ p eximium ſenſum defatigatur quam primum,

&

* In græc di-
Eto hac non
babentur.

* περὶ ὅπους
ὑούνον, eſt in
impressis, in
plerique anti-
quis eſt.
τερπὶ ζυτού-
μενον, i rei qua-
ſire.

* ἀντοιαν eſt in
textu: ſed for
τετροιαν, i. no
titiam legen-
dum eſt.

DE PRAESAG. EX PVLS.

& deiciti facultas. Exposuimus. n. quos pulsus dolor, p̄fertim si facultatē lādat, efficiat. Ac, quem- E admodū ob dolores, q̄ afficiunt vētriculos, statim debilitatur facultas, ita nec copiā humorum susti net ne paulis p̄ qdē, sed degrauatur, & defatigat, pulsusq; efficit inæquales. Diximus in superiorib. libris, facultatē copia materiæ degrauatam, q̄ pulsus comitetur, atq; ēt q̄ debilitatā: q̄ offensiones facultatis cū vētriculi os ambæ comitetur, iure pulsus reddit īterdū languidos, paruos, crebrosq; interdum inæquales cum in illis tribus. q̄ memorauit, generibus, tum vero in celeritate, tarditate.

Qui pulsus fiant affectis ceteris nutritionis instrumentis.

C A P. 7.

F Ibidem. gues aut̄ exquisite, si parum p̄ intermittens, rursus tetigeris. Caliditatē. n. a medicamento ortā, p̄ p̄ qā pulsus increvit, sp̄ magis, ac magis exoluti cōtingit progredeñt̄ t̄pe; intendi at̄ eām, qā paroxysmo fit. **k**De cōsuetudine at & more, sciendū, quosdam quidē insuetos esse, formidolososq; ad medicamentorum potionē, nō nullos at̄ cōstretos: similiter & de morib. Quidā. n. infidiatores sunt, aīoq; tenentur, ut cunctos tanq; nihil firmi scientes redarguant, quidā uero simplices sūt & modesti. in his ergo suspicandū nō est, quicquā clā factū esse. in infidiantib. uero suspicari oportet G

L Ibidem. **l**In primo aut̄ de causis pulsuum libro ostēsum est, ubi paulo augēat caliditas, in magnitudinē quidē euidenter increscere pulsū; in celeritatē verò nō euidenter: vbi amplius aucta sit, magnitudinē quidē assumere, sed & in celeritatem euidenter increscere, & aliquid ēt frequentia adipisci: quemadmodū vbi plurimum aucta sit, & usus ḡnationis pulsuum supra maximā sit diastole, in magnitudinem quidē nō increscere, qā ad extremū auet̄ sit, sed celeritati quantū p̄t una cum frequentia addere: & ubi nō ampli' celeritatem intendere possit, frequentiam incitare. **m** Si uero ægrotō cuiusq; minorē, quam fm naturam est pulsū hēat, maior postea fiat sine externa motio-

M Ibidem. e ne: huic caliditas amplior priorē facta est. **n** De minori at̄ eadē est rō. minor. n. se ipso fit, uel facultate imbecilliori redditā, uel instris duriorib. uel usu exoluto. Sed neq; facultas imbecillior euasit nūc, alioqui oīno lāguiditas una cū paruitate esset: nec corpus arteriē durius, ita. n. nō solū minor sed ēt durior esset pulsū. si p̄est ergo usum tm̄ alteratū esse. Et sanè ex maiori, quā sit is qui fm naturā est, pulsū, talē necessario factā esse uersionē, notū est ijs, qui memoria tenet̄ eā, qā ostensa sunt in primo de causis pulsū libro. Nā, & qā ex naturali statu in paruitatē fit uersio ob frigiditatē statī ēt rāriorē ip̄m efficit, & tardiorē, & qā ex magno supra modū aucto moderati fit imminutio, statī ēt celeritatis & frequentia aliquid detrahit: ppterēa qā, qui multū supra naturalē statū auctus fit, i H trib. generib. mūteñ. Qui ergo de magnitudine tm̄ detraxit pulsū, cetera at̄ immutata seruat, paulo maior est eo, qā fm naturā est. hic. n. solus ex paucō caliditatis augmento cōstat. Aliorū uero, qā in magnitudinem alterant, nullus, nisi simul celeritatē assumat, uel frequentiam, talis euadit. Qui uero usque adeo est alteratus a caliditate, ut non magnitudinem solum, sed & celeritatem immutet & frequentiam, contrarium iter tenebit p̄ easdē ḡne alterōnes. quare non solū minor, sed & tardior & rārior erit, quā pri. Dū at̄ calefit, magnitudo euiderat primū, postea celeritas, deinde fre-

N. Ibid. ca. 2. 3. 105. f quētia ip̄a aduenit. Dū refrigerañ, cōtra, raritas, qādē euiderat primo, fo tarditas, ultimo paruitas. **P**Tot. n. sūt, qā refrigerōnem efficiūt cāe, quot qā calefaciūt. Etenī aer frigid' extrinsec' occurrit, quēadmodū, & aq; frigidā, uel lauacru, uel medicamentū corpori inunctum, refrigerat, uel ēt longa aliqua q̄es, & ueluti latebra, frigid' efficit corp': Et eorum qā intro recipiunt̄ ut aer, qui inspiratur frigid', & alimētū pituitosum, & medicamētū aliquā frigidū, & aq; frigidā usus īmodicus: & ex aī affectib. diurnus timor: & ex humorib. qā corporē cōtinēt, qācūq; frigidī tēperamēto, q̄escen-

O Ibidem. g tes prius, cōmori nūc sint, aut oīno ualidiores aliquo mō facti sint calidis. Hēc at̄ distingue oportet eo mō, quo de causis calefaciētib. dixim: **Q**Ipsa qādē essentia magnorū & parorū pulsū fm circulū arteriē cōsistit, ubi lōgitudo par ppterū seruat, nō tm̄ apparet par, sed aliqua pars occulta. Ac dictū qādē est de hac re in fo de causis pulsū libro. bis. n. de eisdem dicere non est necesse.

Quid

A Quid indicet pulsus rarus, frequens, intermitens, intercurrens, extremitas in singulis pulsuum generibus, & caprizing pulsus, dicrotus. Inequalitatem vel in situ partiū, vel in motione consistere. CAP. 33.

A 2. de p̄cog.

ex p. 2. p. 109.

Q Voniā autē de magnis & paruis pulsib. qd significēt dictū est, aīā in plentia ad sermonē de frequētia, & raritate trāseūdū est. Pura ergo, & minime excremētosa caliditas, diastolē efficit maiore simul, & velocorem: q verò putredinosis turbata est excremētis, systolē. **C** Vbi uero ex magnitudine diastoles pulsus fiat freqntor, auctā esse signat caliditatē multā in corpore purā: vbi autē, q maturius incipiat systole, impuræ & excremētōsæ caliditatis copiā indicabit. Simili mō, si rario pulsus fiat fm externā qetē: si qdē ex breuitate diastoles, refrigeratā esse in aīali caliditatē ostēdit: si uero, q tardet systolē, minora reddita esse sumosa excrementa: fm internā uero qetē, ē cōtra. si sanē ex eo, q p̄ducta sit systole, pulsus freqns euaserit, copiā subnutriri fumosorū excremētorū: si uero p̄ p̄ea q maturius incipiat diastile, auctā esse caliditatē: rursus autē fm hāc cādē qetē rario cū sit pulsus, si sanē ex eo, q imminuta sit systole, pauciora reddita esse excremēta ostēdet: si verò p̄ p̄ea q tardet diastile, imminutā esse caliditatē. **D** Duplex autē est pulsū qes, lōgi qdē t̄pis, q duorū pulsū t̄pis excedit: breuis autē t̄pis, q est intra duorū pulsū t̄pis. **Q** uies verò tēporum unius pulsus, inter remissiones est moderatissima: ac multi ex ea seruati sūt tū fenes, tū pueri: ætate

D Ibidem. c. 4

C Ibi. p. 110. g

B autē florēs ex hac nullus. verū ex ignoratione qdā lōgā raritatē, intermissionē esse opinātes, existimāt, seruatos esse quosdā ætate florētes ex tali pulsus prauitqte. Est qdē & hāc grauis, ac p̄cipue ætate florētib. nō tñ pñciosa oīno: in pueris sanē & senib. adhuc ēt magis mitis. Mors porro repētina ex intermittentib. euénit pulsib. quo mō ex apoplexia. extinguit. n. in utriusq; caliditas q in corde est, respiratione priuata. Ac raritas qdē ab intermissione pulsū distincta est, plixitate t̄pis: interdū verò ēt, q raritas cū æqualitate aliqñ cōsistat oīum p̄cussionū: intermitētes uero pulsus ne-cessario inæqualis fiat: interdū. n. p̄ tres, interdū p̄ quatuor, aliqñ p̄ qnq; p̄cussions, vel ēt plures intermittere inueniēt: & qescere unū t̄pis motionis, uel ēt plura. **E** Quæ igit̄ est in ipso cordis corpo-re refrigeratio magna, eatus ēt pulsus lāguidos efficit, & tardos, & paruos, quaten' & i p̄a dñi at. qero ab aliqua alia parte p̄ficiſcīt, raritatē plus, q̄ alia p̄dicta ḡna, a naturali statu aīouet. Vbi ergo corpus i p̄m cordis, refrigeronē suscipiat, mors in evitabilior est. **F** Ac raritas qdē pulsuum est vñq; adeo pñciosa. **G** Huic verò cōtraria est, freqntia: sicuti & intermissioni, intercursio, nā intercurrens pulsus ex inæquali fit freqntia: p̄ p̄ea, q̄ s̄pē numero actionē suā minus plene ac vñs postulat, cor obierit. Iā id i p̄m fit, ubi vel cor a multitudine grauat, vel instra sūt obstructa, aut angusta ta. q̄ sanē, opinor, & intermitētiū erāt cāz. **H** Enim uero multoties intercurretes pulsus crism attu-lerūt. est. n. veluti conatus qdā naturæ ad certamē separati. **I** Qd̄ si ex hmōi er. fib. perierūt qdā, nihil hoc facit, ut grauior sit intercurretiū affectio, q̄ intermitētiū. multo. n. plures ex intermittentib. p̄cunt: eadē ēt rōne ex ualde raris, q̄ ex freqntib. Et. n. febres oēs perurētes freqntē hāt pulsū, cū tamē aliq̄ ipsarū piculo uacēt, q̄ aut in syncopis sūt freqtes, ob lāguiditatē, q̄ a nulla uaq̄ syncope separat, sūt piculosi. Pr̄stiterit at cōsideremus de excremitatib. q̄ in. i. b. pulsū generib. sūt. Ac extrema qdē freqntia nihilo minus q̄ syncope laboratib. inest ijs, q̄ perurēter febricitat, nec ex eo toto tamē pñciosa se hēnt. Raritas autē nō est vñq̄ sine piculo, sicuti nec lāguiditas, nec paruitas. Et enim tres hāc dñia pulsū, cū ad extremū pueniūt, ppetuo sūt periculosa. extrema autē magnitudo, ubi una cū morbosa mollitudine cōsiftit, periculosa est. ubi autē cū aliqua salubri tunice arterię cōstōne, nihil absurdī hēt. **K** Vñ autē & uelociū pulsū genus minus piculosū eē, q̄ tardorū. si quidē extrema ēt celeritas, minus q̄ extrema tarditas est periculosa: extrema. n. tarditas, sicuti sanē & rari-tas tūc accidūt, ubi innata caliditas extinguitur. Incremētiū autē in celeritatē & ob uisum urgente fit, & oīno a facultate ualida. **L** Archigenes uero & hic ēt fallitur, q̄ formicatē pulsū suspicatur ce-lerē esse. neq; n. celer oīno est, neq; ad extremū uenit freqntia: sed oēs pulsus, q̄ a naturali sym-metria multū recedūt, nō boni sunt. At certe lāguidissimus & tardissimus, & ratissimus, oīum est deterrimus: post hos autē minimus, & mollissimus, & durissimus: p̄oitea freqntissimus. At non ce-lerrimus, neq; maximus: sed hi sunt modice periculosi. Solus autē ex extremis optimus est oīum, vñhemētissimus. **M** Et sanē caprizās pulsus ex genere est eorū, q̄ q̄te intercipiūt: inæqualibusq; int̄periebus int̄rdū superuenit: sicuti & dicrotus ex genere qdē est eorū, q̄ intro retrahūt: co-mitatur tñ & ipse interdū inæquales cordis int̄peries, & tū magis, si fuliginola excremēta multā in multis ipsius particulis sint. **N** Ipsa at inæqualitas cōsiftit in situ partiū, ex eo, q̄ arteria sursum, vel deorsum, antrorsum vel retrorsum, dextrorsum uel sinistrorsū, traducta esse uideatur: in motione uero ex eo, q̄ citius uel tardius, maturius uel serius, uehementius uel languidius, diuturniori t̄pe vel breuiori, sp̄ uel nullo mō, moueat: in singulis at partibus, ex eo q̄ intersectus p̄spicue sit, ex q̄bus est & caprizās: simili mō, ex eo q̄ recurrit, ex q. b. est & dicitur, ō. Et caprizās qdē est ex ijs q̄ scđ in unā diastolē sūt inæquales: q̄do q̄ post qetē est scđ a motio, & oīor & uehemētior prio-re sit. **O** Tradidimus at in tractatione de dñia pulsuum huius nomenclaturā cām. q̄ At ea quidem, q̄ in uno pulsū intermitit inæqualitas, grauissima oīum est inæqualitatū; nō sinit. n. simplices mo-tiones fieri fm naturā: sed impedimento est, ac priuat motione arterias, nō per tres aut quatuor, aut per aliquos adhuc plures pulsus, sed in ipso statim primo; & mortem propinquam minatur.

E Ibidem. h

F Ibid. 111. a

Gc. 5. p. 111. a

K Ibidem. b

L Ibidem. 111. a

M 2. de p̄cog.

ex p. c. 8. p.

112. c

NLib. de pul.

ad Tyrone

c. 7. p. 43. f

O Lib. de dif-

ferentijs p. c.

29. p. 52. d

P Ibidem.

Q 2. de pr̄-

cog. exp. p. c. 9.

p. 111. f

SYNOPSIS LIB. XVI. DE PVLS.

Synopsis eorum, quae hucusque dicta sunt, in pauca capita redigit: docet q̄ quomodo pr. et sagiendum sit, E quis erit morbi finis, salus an mors: quo tempore erit salus vel mors: quis erit modus salutis uel mortis. Et ex consequenti tradit regulas dignoscendi, utrum uirtus uitalis ex sua ipsius ratione infirma sit, an a multitudine grauetur: & utrum crisis bona uel mala futura sit: & num per excretionem, an per abscessum.

C A P. 34.

- A 4. de p̄cog.
ex p. c. i. p.
111.e
B Ibid. ca. 11.
121.f
C Ibidem.
D Ibidem. g
E Ibidem. g
F 4. de p̄cog.
ex p. c. 12. p.
121.h
G Ibid. p. 122.a
H Ibidem.
I Ibidem.
K Ibidem. b
L Ibidem. b c
M Ibidem. d
N Ibidem.
O Ibidem g
P Ibidem.
- A** Cea qdē q̄ proposita sunt oīa, jā finē hñt. nā cū singularū particularū affectiones cūctas p̄ currem̄, qualē nā pulsū vna qq; versio faciat, declarauim̄. b Nūc uerò in pauca capita sy- nopsis ipsorū redigere conemur. Pr̄sentiū igit̄ dignotio, est affectū inuētio: p̄teritorū at dignotio, est inuētio cárū, q̄ affectiones faciūt. Si iḡ uniuersæ affectiones a nobis abūde distictæ sūt, tra- ditæ q̄; sūt oēs effectrices causæ ī alijs tractationib. nihil iā restare amplī v̄r ijs, q̄ necessaria sūt ad p̄cognitionē uel p̄teritorū, vel p̄sētiū. Qd̄ at futurop̄ cognitionio ex p̄sentib. fiat, s̄ap̄ī qdē iā, & p̄ ea q̄ superī dicta sunt, oñdimus, & nūc et̄ necesse est, ut totū sermonē p̄ capita p̄curram̄, initium sumētes a dignotione eorū, q̄ futura expectam̄. c Ac vnū qdē & primū est, quorsū terminabitur morb. ad p̄niciē ne an ad salutē. Alterū ab hoc, ī quo p̄cipue hoc erit t̄ pe. Tertiū ab his, q̄snam mod̄ erit mortis, aut salutis. Oīum at horū p̄cognitionio ex affectionib. est. ex ip̄sis. n. (ut oñdimus) & morbi idea, & facultatis infirmitas, ac robur dignoscitur. d Hec at si inter se conferantur, ea q̄ fu- F tura sūnt p̄cognoscūtur. Morbi. n. cognitionio ex loco affecto est: facultatis at, ex eucreasia, & dyfcre- fia solidorū corporū. e Hec at si inter se cōferant, si qdē uigorē morbi ferre p̄t facultas, necesse est seruari hoīem, si nihil extr̄fescus sit erratū: si uerò nō p̄t, oīno moriet. T̄ps at, ī quo p̄dictorū vtrū- que erit, ex hisce p̄cognoscit. Qui su p̄stites futuri sunt, eo t̄ pe seruabūtur, in quo natura morbosā affectionē p̄fectissime su p̄abit. Moriētū aūt eo t̄ pe, quo morb. adeo erit naturæ superior, ut ali- qua ex actionib. ad uitā necessarijs pereat. At uero et̄ mod̄ tū mortis, tū salutis ex eisdē p̄cognoscet. Actionū. n. ad uitā necessarij, q̄ percūt, nōnullē qdē facultatis uitalis suffocationē inferūt, nōnullē uerò p̄sternationē, nōnullē at qd̄ alterutri p̄portione respōdēs. Ac illē qdē, q̄ suffocatio nē inferūt, ex respiratorijs sūt affectionib. nōnullē uero & in ipso corde p̄tin̄ cōsistūt. Quæ ue- ro p̄sternationē inferūt, ex stomachicis, quas uocāt, sunt affectionib. ob quas syncope corripium tur: & insu p̄ ex iecoris affectionib. diuturnis, ob quas nō alūtū: & ex dolorib. diuturnis, aut uehe- métib. itēq; ex hecticis oīb. febrib. Aīalis at facultatis imbecillitates magnis cerebri intēperieb. comitan̄: eiusdē vero quasi suffocationes, impletionib. uētriculorū ipsius, & obstructionib. mea- tuū, q̄ ī iplos penetrēt. Quare q̄cūq; ex q̄site oīa dignoscit, hic et̄ futura p̄fectissime p̄cognoscet. Ante oīa at uitalē facultatē, quē pulsus facit, q̄uo se habeat dignoscere oportet. f Nonnunq. n. ex G sua ip̄sī rōne infirma est, nōnunq. uero a multitudine grauat, & tria inæqualitatū gñha cōstituunt fm magnitudinē & paruitatē, fm celeritatē & tarditatē, fm frequētiā, & raritatē. g Si ergo pulsus vehemētes & magni, plures contrarijs ex istāt, min⁹ facultas a multitudine fatigata est: si uerò par- ui & lāguidi, magis. Ex pulsib. at fm unā p̄cussionē inæqualib. tū quos intersecto q̄ete motu, tū quos cōtinuo p̄manēte, dixim̄ fieri, oēs hi robustorē esse facultatē indicat, q̄ oēs ij, q̄ lāguidio- re & tardiorē motū faciat. h In tali iḡ pulsū cōstōne, alt⁹ pulsus mōstrabit naturā superiorē iā eē multitudini. i Altior uero simul & uehementior, tū robur idicat facultatis, tū motionē minime i- peditā. Inspicere at tūc motionē systoles oportet: hīcq; criseos morē discernere. k Melior. n. crisis subseq̄ solet, celeritate systoles multū cxoluta. Si uero & alia coōctionis signa, q̄ ī libris de crisib. scripta sūt, adsint, optimā crisi talis p̄mōstrat cōstō. Si uerò celeritas systoles parū exoluta sit, vel nōdū uideat cōco& eē morb. fiet qdē crisis p̄ excretionē, nō tñ bona oīno. Scīdū at ē, nō eādē eē facultatē vitalē, & nutritiū, naturalēq; illa. n. folū puls⁹ gignit: nālis at, & qd̄ familiare ad au- tritionē, trahit, & qd̄ eiusmodi nō ē, excernit: vnaq; et̄ nimīrū retinet, ac alterat id qd̄ familiare ē. Vitalē certe nec ī stirpib. est īuenire, nec in aīalib. q̄ frigida sint, ut sūt ostrea, & q̄cūq; petris vel q̄ busdā alijs solidis corporib. adnascunt. q̄cūq; at aīalia calida sūt, & p̄sēti sāguinea a p̄tissimā & H uehemētissimā hāc hñt facultatē. m Naturalis porrō facultas crises efficit, & quaten⁹ hui⁹ pticipes sūt arteriē, sūl p̄fluū abijciūt. Per alterā at facultatē, pulsatricē ī q̄, cui⁹ sole arteriæ sūt pticipes, ex cernū ī systolis fumosū excremētū: quēadmodū ī diastolis attrahūt, q̄ ipsas refrigeret. n Aequalis sp̄ at magnitudine ē diastile ipsi systole, nisi forte qdā, digitis admotis. repēte mutatio fiat. In hoc tñ differunt, q̄ mō q̄ ad īterna fit motio supereret, mō q̄ ad externa. siq; motio, q̄ ad īterna fit, supe- ret, fumosā aliquā in arterijs esse caliditatē signat: si uero q̄ ad externa, igneā, & purā. Ac ob hāc q̄ dē cām pulsus alt⁹ excretionis est nuncius. Copia uerò excretionis tū ex eo, q̄ plethorica p̄fuerit signa, tū ex p̄senti flāmea caliditate p̄cognoscit. ob hancq; eādē caliditatē puls⁹ magni apparēt & alti. Pessimē iḡ excretionū sunt illē ī qb. pulsus, nec magn⁹ est, & uelox ī systole appetet. o Vbi verò incōcoctus, existat morb. si pulsus tenoris uacuus sit, p̄culū īminet syncopes. Vbi at pituito sīt morb. sit, quādo ex inæqualib. pulsib. mutatio in plures uehementes, & magnos fit, p̄ absces sū erit crisis. p Vbi verò cū pulsu q̄ excretori⁹ ex q̄site sit, unā et̄ adsint hemorrhagica uocata signa, ex narib. sanguis erūpet: ubi hēc ipsa adsint, ex alia quadā regione: quemadmodū in libris de crisib. per diexodum dictum est. Et hēc quidem sunt quē de pulsibus in Synopsis proposueramus.

F I N I S.

A



G A L E N O A S C R I P T V S L I B E R D E V R I N I S

B

Iosepho Struthio Polono interprete.

Maxima diligentia restitutus græca fidei.

ARGUMENTVM LIBRI

*Quid ex urinæ substantia, colore, odoreque, ac ijs, quæ in ipsa continentur,
in sanis, & ægrotantibus iudicandum.*

Quæ prima sunt, ac præcipua urinarum differentiae.

C



Rinarum differentiae multæ quidem particulatim existunt: primæ tamen, ac præcipue sunt duæ, humor. s. & † ea, quæ humori inhærent. } Humorē autem (græce χύμα) uoco id, quod re ipsa urina est a uerbo κύωσαι, i. fūsum esse, ipsum deducens: inhærentia uero ea, quæ diuersimode in urina apparent. Rursus uero humoris ipsius differentiae in totidem secantur partes: duæ siquidem sunt, substantia nempe, & color. Vtrunque autem horum in diuersa partiri licet: substantia enim alia est tenuis, alia grossa, alia mediocris. Eam uero, quæ mediocris est, cum secundum naturam se habeat, diuidere non licet: ceterum tenuis & grossa bisariam diuiditur.

Vrina quidem tenuis, aut mingitur tenuis, & permanet tenuis: aut mingitur tenuis, sed turbatur.

*Quid indicet urina, quæ mingitur tenuis, & manet tenuis: & quæ
mingitur tenuis, sed turbatur.*

C AP. 2.

Prior quidem extremam indicat cruditatem, natura enim nondum coctionem tentauit: altera autem, quæ ex tenui redditâ est turbida, indicat naturam iam primo aggressam esse coctionem. Et tenuis quidem urina, ita diuiditur, idq; quod diximus significat.

*Quid significet, quæ mingitur grossa, & permanet grossa: & quæ
mingitur grossa, sed redditur clara.*

C AP. 3.

A T grossa simili modo, aut mingitur grossa, & permanet grossa: aut mingitur grossa, sed redditur tenuis. Prior quidem indicat uigorem agitationis, q; est in humoribus grossis, & flatus, cum qua adeat, uel affuturus est dolor capitis, propter conturbationem, ac evaporationem humorum. Altera autem { cessare } ebullitionem grossorum humorū, sed tamen naturam inciperet refectionem eorum, indicat. Et hæ quidem sunt humoris, quod ad substantiam, differentiae.

Vrinarum differentiae a colore.

C AP. 4.

C Vm uero in priore partitione mentionem et fecerimus dñiarū, q; a coloribus capiunt, iā dein ceps eas exponamus. Prima igitur est urina alba, hanc sequitur pallida, deinceps rufa, quarta est flava, post hanc rubra, ultimo nigra: & extremæ quidem sunt duæ, alba & nigra: reliquæ at mediae inter has. Est igit pallida proxima albæ: rufa autem lōgius distat ab alba, propior pallidæ: è diuerso at, rubea proxima est nigra, lōgius distans à rufa, & a pallida: flava at peculiarem, ac propriam hæt misionem, ita ut gemini coloris esse uideat, partim rufi, partim rubei. † Quare in libro De crisi, nō abs te hmōi urinā ad splendorē uergere diximus: } splendorem. n. a rufo, nitorē at, a rubeo, accipit. Ergo ordine quodam mutuo a se inuicē urinæ hæ colorib. differunt, alba, pallida, rufa, flava, rubea, nigra. Fit at pallida, cū modicum cholerae serosa humiditati accedit: rufa at fit, q; plus cholerae addit. rubea fit a sanguine: nigra uero a nimia exustione, & ab alijs causis, ut paulo post diceret: alba at indicat extremā cruditatem. Hæ igitur sunt chymatis, seu humoris, simplices dñiae in substantia, & colore. Reliquum est, ut cōplicatas, connexasq; dicamus, quales. s. sint: quæ deinceps simul connecti possunt, quæ item non possunt: & si connectantur, quid significant.

Galenus in primo commē
tario in librū
De humorib.
com. i dicit se
librum unum
De urinis cō-
scripsisse: sed
an hic, ille sit,
aliorum sit in
dictum.
† πάτερ τις οὐσία
νον. quam di-
ctionem hic ī
terpres uertit
inhærentia. et
residere. & se
dimētum seu
sedimen.

Quarta Classis.

999

De

† Quare & in
libro De crisi
bus splenden-
tem ipsam ap-
pellavit Ga-
lenus: iure. n.
splendet.

GALENO ASCRIPTVS LIB.

De tenui, & alba urina.

CAP. 5. E

Sit igitur quo ad subam suam minime cocta, talis vero est tenuis: cui ita permanenti tenui, annectatur color exquisite alb. ut sit ea tenuis, & alba: haec urina multa signat. Aut enim imbecillitatem virtutis ostendit, sicut in senibus, & in morbis diuturnis: in pluribus, ut plurimū apparent urinæ tenues & albae. Tales et in non nullis, qui natura imbecilles vires habent, vñr. Interdum signat obstructionem renū, quod cognoscet ex dolore loci affecti: aut obstructionem hepatis, ut in ijs, qui quartanis affliguntur febribus & grossitie. n. sua melancholici humores obstruetes vias, solent hmoi urinas efficere. Indicant vero tales urinæ, & aliud summum malum: si. n. in cauponide, & vrente febre paret, indicat appareat urina tenuis, & alba, signat phrenitum. Cum. n. febris ipsa vrens indicium faciat plenitudinis, & abundantia biliosi humoris, urina vero non tingitur, manifestum est, quod biliosus humor non retinetur in vasis, sed levitate sua ceterum insilit. Siq; igitur nondum adest phrenitis, urina extente tenet, & alba, febre vero cauponide, praedicimus phrenitum futurum: si uero adest phrenitis, urina vero eiusmodi est, praedicimus mortem, ut plurimum: neque n. poterit virtus cerebri seruari, cui ingruit tantus acutæ mordacisq; cholerae impetus. Haec igitur significat urina tenuis & alba. F

Quid significet tenuis & pallida.

CAP. 6.

Sit iterum urina, quo ad substantiam, cruda, i. tenuis: quo ad colore autem, modice cocta, ut sit pallida: talis debilitatem virtutis significat. Quo ad colore enim concoxit, quippe cum hoc facilius sit: nondum uero quo ad substantiam propterea, quod hoc difficilius est.

Quid indicet tenuis & rufa.

CAP. 7.

Sit urina tenuis, cui annexatur color rufus: talis melior quidem est priore, est tamē cruda, quo ad substantiam. Quid indicet tenuis & flava.

CAP. 8.

Sit urina tenuis & flava: haec non solum cruditatē indicat, sed et defectū alimenti: id quod in iuuenienti reperitur. Interdum ostendit calorē multum in profundo, biliosum succum gignere, id quod in febre tertiana, indicat & uigilias, ac animi perturbationes. Haec omnia flava urina efficit.

Quid significet tenuis & rubea.

CAP. 9.

Proponatur iterum urina cruda, quo ad subam tenuis, sed rubea: talis nunquam reperitur. Si. n. rubeus color in urina a sanguine fit, sanguis uero a coctione, coctio autem subam ingrossat, manifestum est, quod rubedo in urinā cum tenuitate consistere non potest. Quod, si aliquā reperiatur tenuis urina cum rubore, color ille exquisite rubeus non est, sed est quiddam ichoroudes. G

Tenuis nigra.

CAP. 10.

Vltima autem est connexione tenuis & nigrae: haec etiam nunquam reperitur. Color. n. niger fit propterea, quod melancholicus humor per urinas purgatur: aut fit a frigiditate nimia, aut a nimia sanguinis adustione: haec uero tria grossitatem sibi uendicant.

Quomodo tenuis cum nigro non potest consistere.

CAP. 11.

Quod autem tres, quas diximus, urinæ nigrae dñe, grossam sibi substantiam uendicent, manifestum est: in remissione. n. febris quartanæ, & solutione melancholiae, urinæ apparent nigrae. Redduntur autem nigrae propterea quod humor nigrae bilis per has expurgetur, qui sua substantia terreus est, & grossus: quare, & urinas efficit grossas. Simili modo, & haec urinæ, quae ex affectione adustioneq; sanguinis nigrae fiunt, grossæ sunt. Si enim ustio nimia exiccat humiditatē sanguinis, constat, quod etiam grossam efficit eius substantiam: quare manifestum est, quod & urinæ grossæ fiunt: a languine enim, & coloris immutatione accipiunt, & substantiae usi sanguinis grossitatem referunt. Frigiditas uero, quia ingrossat materiam, etiam urinæ substantiam faciet humoris similem. Ita igitur urinæ fiunt grossæ, ut docui.

Grossa alba.

CAP. 12. H

Et de conexione substatiæ tenuis cum diuersis urinæ coloribus, haec q; diximus, sufficient. Superest, ut de altera substatiæ differentia differamus. Sit igitur urina grossa, cui ita permanenti grossæ color albus accedit: talis urina magnâ esse in corpore crudorum humorum copiâ indicat.

Grossa rufa, grossa flava, grossa pallida.

CAP. 13.

Proponatur grossa, & pallida: haec non potest in connexionem uenire: neque etiam grossa, & rufa, neque grossa, & flava, simul consistere possunt. Colores enim hi propter defectum materiae fiunt, ac debilitatem virtutis: grossa autem à contrarijs fit causis. Quare manifestum est, quod grossa, aut pallida, aut flava, simul cum grossa permanere nequeunt.

Grossa rubea.

CAP. 14.

Sit urina grossa, & rubea, huiusmodi enim urina reperitur: significat plenitudinem sanguinis, sat fit in synochis febribus.

Grossa nigra.

CAP. 15.

Sit grossa urina, & nigra: talis at reperitur, & significat evacuationem humoris melancholici: id p multoties fit indeclinatione quartanarum, & in solutione melancholiae. De urinis uero nigris, q; fiunt aut ab adustione, aut a frigiditate, postea dicemus. Et hec qd; sunt grossi cū ijs quos diximus, coloribus connexiones. Iam uero incipiamus agere de ijs, que inherentia uocauimus,

De

A *De eo, quod residet ab urina, & est album, planum, inaequale.*

CAP. 16.

Esto igitur primum album, supremum locum occupans, planum, sed inaequale, id est uno die coctum, postero die non coctum: tale debilitatem indicat uirtutis, quæ non potest ex aequo omni tempore materiam concoquere.

Album non planum inaequale.

CAP. 17.

Si uero album quidem, & inferiorē locum tenens, nō amplius tamē planū, sed diuulsum, hoc deterius est priore; illud. n. ostēdebat naturā sustinere inaequalitatē multis interiectis diebus: hoc uero in una coctione, id quod deterrimum est. Et, ueluti Autumnus propterea malus esse dicitur, q̄ est inaequalis: si tamen inaequalis fiat quarto, uel quinto quoq; die, minus est malus, si uero una die, longe peior est: sic & sedimenta diuulsa peiora prioribus sunt, quoniā indicant naturam in una coctione defecisse ob distractionem: distrahitur uero natura a flatibus, qui inter succos intercursant, ac dirimunt continuitatem teorum adeo, ut reddant illos rebelles. Si igitur supponamus sedimentum habere se secundum naturam, quō ad colorem, & locum, præter naturā autem in substantia, quis dubitabit longè deteriorem esse defectum substantiae?

Non planum aequale.

CAP. 18.

B **S**it igitur prius, aequale diuulsum: tale proculdubio malum est: indicat. n. copiam grossorum, flatuosorumque humorum in profundo, qui a natura extenuari non potuerunt.

Non planum inaequale.

CAP. 19.

Sit aliud diuulsum inaequale. i. alio tpe tale apprens, alio diuersum: hoc priore est melius: indiscat siquidem flatuosos succos esse paucos, quos natura cito discutiet, & tenues reddet. Et minus sane est inter opera naturæ aequalitatem malum esse, inaequalitatem bonum: quod merito sanè ita evenit: mala. n. si eandem perpetuo uim habeant, deterrima sunt. Sicut & pulsus arteriarum, si semper & continuo intermittens existat, deterrimus est: si uero aliquādo intermittens, aliquid non intermittens, minus est malum. Eodem modo sedimentum diuulsum inaequale, minus malum est sedimento diuulso, & aequali. Et hæc q̄dem de hac complicatione dicta sufficiant.

Suspensum album, planum, aequale.

CAP. 20.

Sit aut alia complicatio, hæc. Sedimen, quo ad colorem, sit coctum, & sit album, nō obtinens tamē locū inferiorem, sed mediū, planum in substantia, aequale in tpe: tale indicat coctionē, sed tamen non perfectam: id. n. non est hypostasis, loco tamē solum differt ab hypostasi. Causa autem diuersitatis loci est abundantia flatus, qui immiscetur succis: si. n. flatus haud exacte per coctionem fuerit extenuatus, sed ob crassitatem inclusus fuerit intra sedimen, flatus ipse trudit illud, atq; attollit, aut ad supremā superficiem: & tum uocatur nubecula: aut ad mediā regionem, quod tum uocatur suspensum. At uero, si nulli sunt omnino flatus, ipsum grauitate sua deorsum fertur, uocaturq; hypostasis. Et de suspenso quidem id mihi dicendum fuerat.

De hypostasi & nubecula.

CAP. 21.

Tria hæc igitur, q̄ diximus, diuersa sunt tñmodo situ: situs aut variatur p flatū: flatus aut gnat, tur coctione: coctio uero, qñ pfecta fuerit, flatum attenuabit, & resoluet: ppteræ hypostasis pfecta perfectam indicat coctionem. Si aut uentositas illa præ grossitie extenuari, resoluiq; nō potuerit, relinetur in humorib. q̄ erit vestigium coctionis humorū non eq̄ dem pfectæ, sed manifestæ, & mediae inter crudos & coctos. Hæc autē, si non multa fuerit, ppellet sedimentum ad regionem mediā: si multa, ad locum supremum, sietq; nubecula. t̄ q̄ ēt signum est coctionis: quod cunq; n. fuerit, qđ ab urina residet, coctionem signat, eā tamen minus bonā, si multum & grossū fuerit. Clarum est igitur, q̄ ex situ sedimentorū nihil pius discimus, quā modum & mensurā eorum, q̄ indicantur. Si. n. nigrum erit id, qđ residet, signū est malum: minus uero est malum, si solū id nigrum est, qđ in medio iacet: ac multo minus ēt, si nubecula: si uero id, qđ in infimo est, ueluti hypostasis, lōge est pessimum. Sufficiat uero hæc dicta de situ, qui neq; bonum, neq; malū signat, sed modum & mensurā boni & mali. Cum aut in eo, qđ residet, quatuor nobis consideranda sint, color. s. locus, substantia, & tēpus: superest, ut de colore iam dissetamus, cum de substantia, tempore & loco, iam satis dixerimus. Color autem alias est naturalis ei, quod residet, & est albus: alijs præter naturam, qualis est niger {fusca seu} liuidus, pallidus, rubeus: de quibus iam agamus.

Color rubeus quid significet.

CAP. 22.

Sedimentum rubeum fit à sanguine ichoruode: significat autem coctionis defectum, non tam martem: cum. n. succus is sit benignus, & amicus naturæ, {magnum} periculum inferre solet: quia uero indicat cruditatem, ob id etiam morbum diuturnum: id autem ex eo, qđ dicturi sumus, intelliges. Humores quidam generantur ex phlegmate, sicut phlegma, & ichor: quidam generantur una cum sanguine, sicut flava bilis, & nigra bilis. Quando igitur in urina sedimentum uideatur rubeum, indicium est, quod ab ichore colorem accepit: ichor autem fit ante, q̄ sanguis fiat (neque enim natura perfectam sanguini tincturam dedit) manifestum est, q̄ nondum coctus est: ad hoc autem tempore indiget natura, ut sanguis coquatur. Quid igitur significet sedimentum rubeum, iam diximus.

Quarta Clasiss.

9999 2 Quid

DE CRISIBVS.

Quid significet nigrum.

CAP. 23. E

SEdimētū aut̄ nigrū aliqñ frigiditatis est indicū, interdū caliditatis: discernet vero alterum ab altero hoc mō: Si ānc̄essit liuidus, postea subsecutus est color niger, indicationē facit frigiditatis: si verò ānc̄essit croceus, subsequit̄ vero niger, caliditatē indicat. {Et quatuor qđē in eo, qđ̄ residet inq̄ siuimus, colorē dico, & locū, & sūbam, & tps: oīum aut̄ horum syncrisin fecimus.}

Liuidum autem frigiditatem indicat, & internitionem virtutis.

CAP. 24.

De speciebus urinarum oleaginearum. CAP. 25.
Exoleagineis vriniis alia est elæochroa, alia elæophanes, alia elæodes. Prima principiū indicat colliquationis adipis totius corporis, est uero ea colorē olei retinens. } Elæophanes aut̄ hērē mixtionē taliqd magis simile oleo, qđ̄ supra vrinā iſidet, signatq; augmentū colliquationis. Elæodes ē, quæ tota sui sūba, & vñquaq; est ueluti oleum, q̄ indicat statū, & summū vigorē colliquationis. Sūt aut̄ hæ vrinæ ēt ex colliquatione adipis renū. Extat tñ cautiones, q̄ bus hoc discernas, quarum me minit Hippocrates in Aphorismo de resolōne adipis renū, ubi dicit. "Quibus hy postasis pinguis, ac simul tota, ijs renū vitū signat. Ipſemet docuit discernendi modum, cū addidit, ἀθρόν. i. simul tota. {In renū. n. colliquatione celeriter adipes excernunt. } In colliquatione autē totius corporis F adipes colliquati paulatim, i. tarde, & nō uniuersim, cū vrina exeūt. Quia. n. recipitur adeps à venis mēbris uicinis, deinde ab ijs, q̄ cōtinuātur, & rursus ab alijs, & alijs, & tandem a renib. & à vesica, patet multo post tpe excerni: adipis vero ī renib. colliquati, p p uicinitatē transitus, celerrima est excretio, & non paulatim. Hoc igitur ē, quod dixit Hip. simul tota. i. celeriter. Hēc de oleagineis.

Quid significet hypostasis oroboides. CAP. 26.

CVm autem caro ip̄a liquatur, facit hypostases oroboides. i. similes orobis: quas ut bene discernas, aīum aduerte ad coctionem, aut cruditatem, aur febrem acutam præsentem. Si. n. adest febris, totius corporis est passio: si vero non adest febris, est uitium renū. Et rursus, si adest cruditas urinarum, totius corporis uitium est, si coctio adest, hypostases uero orobinae appareat uitium indicat renū. Nec sine causa cruditas incessit, quādo morbus est totius corporis, ea enim uasa, quæ coctionem conficiant, male affecta sunt: in uitio autem renū cruditas non adest, renes enim non sunt instrumenta coctionis urinæ. Hēc de colliquatione carnis & adipis.

Quid significet hypostasis petaloïdes. CAP. 27.

Qvando solida mēbra male sunt affecta, abraduntur primū superficiariæ partes, & reddunt urinas petaloïdes. i. squamosas: sunt tamē, & hæ aliq̄do à uitio uesicæ. Discernes aut̄ hoc eis G ijs, quæ iam diximus de uitio renū: si. n. adfuerit febris, totius corporis est uitium, si non adfuerit febris, uitium est uesicæ, si cruditas adsit, totum corpus est affectum, si coctio adsit, uesica.

Quid significet pityroïdes. CAP. 28.

Qvando febris, profunda corporis uasa corripit, ac dilacerat, hypostases fiunt pityroïdes. i. surfuraceæ, quæ strictiores quidem sunt squamosis, sed grossiores: id uero etiam uitium uesicæ aliquando indicat. Discernitur autem hoc eo, quo diximus modo: si enim adfuerit febris, uitium est totius corporis: si minus, uesicæ.

Quid significet crinnodea. CAP. 29.

Posteā quam uero febris ip̄a longe lateq; maiori in, quā in superioribus uitios, solida mēbra corripuerit, facit solidiora sedimenta, quam erant illa, quæ speciem furfuris referebāt, quæ uocantur crinnodea { i. farinæ, siue etiam spumæ similia. } Hēc uero duo significant, aut crematiō nem sanguinis, aut liquefactionem solidorum nimiam. Et, siquidē alba fuerint, quæ resident, solidorum membrorum est uitium: si uero tubea extiterint, sanguinis crematio.

Quid significet ichorosaurina, & quæ sandarache similis est. CAP. 30.

Indicat hepar esse ulceratum, cuius substantia dislolutur. Et partes quidem huius sedimenti subtiliores habēt colorem ichorosum: crassiores autem sunt similes sandarachæ, quæ ut plurimum H portendunt mortem infirmis: aut si superuixerint, hydropem. *Quid significet fætida.* CAP. 31.

Fætida vrina indicat putrefactionem, & internitionem virtutis.

Complicationes humoris, & sedimenti. CAP. 32.

Restat uero nobis speculari de humoris urinarij cū sedimentis connexionib. ac dicere, qđ̄ signifent. Hæ. n. conexiones, quas hucusq; explicauimus, erāt uel solius humoris urinarij, quas primo loco edissemus: uel soli' sedimenti, quas ledō loco exposuimus: Nūc at, & humoris, & sedimenti simul connexiones complicemus: & exponamus, quid signet q̄libet complicationis dīa.

De tenui, & albo. CAP. 33.

Proponatur igitur primo urina non cocti humoris, qui est tenuis, nec cocti coloris, qui est albus: in tali urina nūnquam potest existere sedimentum: tenuitas. n. significat defectum materiæ, ex qua sit id, quod residet. Ad hēc in tenui, quæ permanet tenuis, esse sedimentum, simulque esse urinam pallidam, aut rufam, aut flauam, est impossibile: in ijs. n. natura priuata nutrimento conuertit se ad colorem faciendum. Quare si uolumus confidere connexiones humoris urinarij cum sedimentis, tenue abijciamus a proposito, proponamus uero grossum.

Grossum

A

Grossum album non planum.

C A P. 34.

Sit vero vrina colore alba, substantia grossa: in hac potest residere sedime, quod sit album, sed non planum, id est diuulsus: in talibus enim crudorum succorum copia colligitur: quæ licet coctionem coloris admittat, substantiæ tamen minime.

Grossum rubeum non planum.

C A P. 35.

Sit alia grossa, cui inditus sit color rubeus: pallido n. rufo, & flavo, ob eas, quas diximus causas, grossum connecti non potest: si igitur rubeo misceatur grossum (id quod saepius accidit in synochis febribus) signum est cruditatis, & in humore, & in sedimento, tum quo ad substantiam, tum quo ad colorem utriusq; humoris scilicet, & sedimenti.

Grossum nigrum non planum.

C A P. 36.

Sit vrina alia grossa, & nigra: hæc non cocta est, nec colore, nec substantia tā humoris vrinarij, quam sedimenti. Et hæc quidem sunt connexiones vrinæ grossæ, quæ remanet grossa.

Mediocris substantia cum quibus coloribus esse possit.

C A P. 37.

B It vero urina, quo ab suam, mediocris, cui annatur color aliquis: hæc alba esse non potest, si n. alba est, cruda est. Esto tamen, appareat vrina mediocris substantiæ, & alba: mirū profecto sit, quo natura mediocrem suam faceret, colorem uero nō decoqueret, cum illud maioris sit negotijs, & difficultatis. Mediocre igitur cum albo consistere non potest: raro autem cum pallido, nisi abundans humiditas aliunde cholerae aduenerit. Color quoq; rufus, aut flauus cum mediocri vrinæ substantia non potest communioitem habere: q; si aliquando habeat, in illis tamen nihil residet: proinde & has vrinarum cum hypostasi complicationes, ut inanes, omittamus.

Quæ vrinæ sunt male.

C A P. 38.

Vrides, seu liuidæ, nigræ, carentæ, nimium grossæ, rufæ supra modum, imp̄ mixtæ, rufæ simul tenues, carentes hypostasi, prauæ sunt: fastidæ, pingues, oleagineæ, & cæ, quæ excedunt copiam potus.

Nubeculae & hypostases male.

C A P. 39.

L iuide, nigræ, *obscuræ, variae, diuulse, & hæc, quas ante uocauimus criminodes, sanguinolentæ, biliosæ, & exustæ, phlegmaticæ, & foetidæ: Vrinæ uero, in quibus nihil residet, sunt omnino prauæ. Hæc igitur species vrinarum significant plurimas causas diuersorum morborum, eorumq; augmenta, declinationem, discretionem, concretionem, coctionem, cruditatem, modū insuper periculorum, quæ futura sunt. Considerare autem medicus debet in his omnibus multitudinem, & uim causarum, ac exuperantium, quo delictum omne cuitetur.

De differentijs urinarum in hominibus sanis.

C A P. 40.

In morbis febrilibus utilissima est vrinæ indicatio. Qm autē oē, qd est pter naturā, cognoscitur per id, qd est fm naturam, idcirco urinarum notitia incipere debet ab ijs, quæ scdm naturā se habent. Optima igitur vrina est in ijs hoibus, qui sani sunt, & bonam corporis habitudinem sortiti sunt, subrufa, aut subflava, mediocris crassitie, tali colore permanēs, quali mihi est, hypostasim retinens planā, æqualem, albam per oē tps, multitudinem autem pro mensura, & ratione potus. In mulieribus tamen vrina fm naturā albioris coloris esse debet, q; in uiris, h̄eq; hypostasim maiorem: In puerili vero ætate necesse est grossiore hypostasim, pp edacitatem puerorum, & motus eorum importunos, ac inordinatos. Qn autem Hippocrates dicit "hypostasim planam, vult signare nō diuulsam, sed continuam: qn dicit æqualem, vult signare tum eam, q; per omnem tps similis est sui ita, ut, si vno die sit cocta, postero die nō sit cruda: tum eam, quæ sedimentum, & humorem vrinarium habet totum sibi æqualem. In vrinæ naturali consideranda sunt hæc, substantia, color, & ea, quæ humoris adhærent, qualis est nubecula, suspensum, & ea, quæ in fundo est, hypostasis: quod si aliquid horum in vrinæ immutatum fuerit, indicium erit cruditatis in venis.

D

Qualis urina optima est in ægrotantibus.

C A P. 41.

Optima in ægrotis vrina est ea, q; simillima est urinæ sanorum hoīum, subpallida, aut subflava, hñs hypostasim albam, planā, æqualem. Ab hac uero iā defecit, q; suspensum hēt albū, planū, æquale. Adhuc vero magis deficit, q; nubeculam habet albā, planā, æqualem. In quibus n. flatus est in profundo grossus & incoctus, si paucus is fuerit, pmittit materiā ad matellæ fundū deferri. si vero abundauerit, effert hypostasim ad superficiē summā vrinæ, & facit eam, q; dicunt nubeculā. Quanto igitur flatus p̄ualuerit, & magis dissecuerit, ac magis in altum sustulerit hypostasim, tāto minus cocta dicetur esse vrina. In tertianis tamen exquisitis, & in ephemeras febribus, sola nubecula, aut suspensum ad solutionem morbi s̄p̄ificat: interdum sufficit & solus color urinæ bonus.

Quod non omnis hypostasis alba bonum indicet.

C A P. 42.

Saepe aut̄ albus color eorum, quæ in urina residet, decipit idiotas ita, ut nelciat malam esse hypostasim, q; illis ū bona: ac ē diuerio bonā esse, quæ illis ū mala. Accidit n. aliquā ut albus humor, & crudus excernatur simul cum urina, ac in imo subsideat, instar bone hypostasis: aliquā affe cto hepate, aut renibus, pus cum urina excernitur, & subsidet, ita ut indoctos decipiatur. Sed hoc discernetur primum per dolorem, qui p̄cessit in renibus, aut in hepate, aut in aliquo membro alio, qd solet per urinas expurgari: deinde per foetorem, quem obtinet pus. Crudus aut̄ humor discernetur a bona hypostasi per inéqualitatem substantiæ eius, quod inheret: neque n. humor

Quarta Clasfis.

999 3 crudus

In Prog. cō.,
t. 26. 4. 200. b

DE CRISIBVS.

crudus permanet sibi cōtinuus, sed diuidit in exiles, & minutas partes veluti arenulas, neq; planus E est oīno, sicut uera hypostasis. In bonis autem urinis primum, qđ apparat, est nubecula: deinde factio aliquo descensu appareat id, qđ uocatur suspensum: in fine autem e posteaq; iā carminata est & subsidet in p̄fundo, facitq; hypostasim, nimurum cum iā pfecte cocta fuerit. At in crudis humorib. a principio statim delabitur multitudo nō pauca in p̄fundum matellæ, interim & totius urinæ color est malus: deinde paulatim concocta, & extenuata multitudo attollitur in medium humoris, facitq; suspensum. Posteaq; uero maximopere extenuata, coctaq; fuerit, insidet in superficie humoris urinarij, faciens nubeculā, q̄ idiotis imponit, ut opinentur morbum labi in deterius.



F

G A L E N I D E C R I S I B V S L I B R I T R E S

Nicolao Leoniceno Interpretate.

Denuo etiam ab Augustino Gadaldino ad optimoram exemplarium
Graecorum ueritatem multis in locis emendati.

ARGVMENTVM LIBRI

Agit de temporibus ægritudinum dignoscendis, siue illa quidem præsentia sint, siue futura: ac signorum omnium naturam explicat, quibus uniuersa iudicationis morborum prænotio consistit.

G

Quid hoc opere agendum.

C A P. 1.

Siue subitam in morbo mutationem, siue ad meliorem statum inclinationem solā, siue agitationem, quæ eas antecedit, siue omniem morbi solutionem, siue cā tantum, quæ bona sit, Crisim uelit quis appellare, nō est mihi, nisi obiter, hoc in loco distinguere propositum: sed, quo pacto hēc omnia quispiā optime præcognoscat, percensere institui. Optimum autem prænotionis eorum principium, quod etiā futuri status: sic autem appellatur vehementissimum totius ægritudinis tempus.

Quot morbi tempora: ac quibus ex rebus perperam a veteribus se iungebantur, C A P. 2.

Sunt enim omnia eius tempora quatuor numero, principium, incrementum, status, declinatio. Quædam uero ægritudines ob earum malignitatem, atq; ob ægrotantis imbecillitatem, statim in tempore incrementi hominem occidunt: sicut & quædam aliæ in ipso statu. An vero etiam in declinationis tempore aliquis morbus possit occidere, non sine ratione quæsum est: sed de hoc procedente sermone determinabitur. Has autem quatuor partes quidam etiam tempora uniuersæ ægritudinis appellant. Eandem autem ob causam tempora etiam uocant uniuersalia, ut quæ à H particularib. differant, in quæ singulæ accessiones diuiduntur. Definiuntur autem non diērum (uel horarum) vt quispiam existimauerit) numero: neq; enim fieri potest, ut morbus, qui in quatuor diebus sit finitus, æqualia habeat tempora partium cum eo, qui usq; ad quadragesimum diem debeat extendi. Et omnes quidem hucusq; consentiunt. Quomodo autem iudicare, atq; distinguere huiusmodi tempora oporteat, non etiam in hoc omnes inuicem concordant: sed non nulli quidem, si anticipent, aut subsequantur accessiones, considerant: hi uero ad earum longitudinem respiciunt: alij ad magnitudinem, quam etiam vehementiam nominant: quidam & hæc ipsa in remissionibus considerant: deinceps inuicem altercantur: cum liceat, quæ diximus omnia, coniungere, ac præterea alia, quæ dicentur: hac. n. uia uix quispiam exquisitam faceret constitutum tem poris conjecturam. Si uero quidpiam ex his indiscutiblum prætermittatur, tantum præcognitioni nocebit, quantum uel magnitudinis, vel uirium, quod prætermittitur, obtinebit.

De ratione status, & incrementi uniuersæ ægritudinis dignoscendi. C A P. 3.

Nunquid igitur morbus augeatur, non ex eo tm conjecturari oportet, q̄ accessiones anticipent: sed et earum longitudinem oportet annotare, & magnitudinem quoque, ac morem, qui

A qui cum symptomatib. verbi gratia, vel sine his, euenit: sicut et in intermissione: & de declinatione haec eadem existimo consideranda. Voco autem intermissionem (Græce διαλειμμα) qñ febris in quietem desierit: declinationem, oēm eius partē, q̄ statum ipsum subseq̄tur vsq; ad secundē accessionis principium. Nā anticipatio sola p se ipsam nō est sufficiens signum incrementi, q̄ s̄pē morbi p̄prietatem cōsequitur potius, q̄ eius incrementum: cum & quartani, & tertiani, & quotidiani qdā circuitus vsq; ad integrā solutionem ita anticipare uisi fuerint. Cōsueuerunt autē medici, tales formulas typosve, anticipatēs noīare: sicut alias vocat̄ tardantes, q̄cunq; statim ab initio futuri t̄pis aliquid posterius assumunt. Sed & in his plus, q̄ p̄portio exigit, vel anticipare, vel subsequi, alterū incrementi, alterū declinationis, v̄r̄ esse indicium: simpliciter autē anticipare, vel subse qui, neutrius. Cōuenit autem non solum aduertere, nunq; secunda accessio cōsuetā anticipauerit horā, sed nunq; etiā lōgitudo t̄pis eadem, aut magnitudo æqualis: aut, q̄ nunc adest, sit malignior aut simplicior. Hæc ipsa et̄ sunt in intermissionib. & declinationib. inspicienda. Longitudinem quidem t̄pis facillimum est cognoscere: magnitudinem uero, q̄ & uehementiā uocat̄, & mōrem, quem etiam modum appellant, tum ex p̄pria morbi specie, tum ex suū puenientib. ei symptomatib. spectanda censeo. Ex p̄pria quidem morbi specie, ea q̄ p̄prium ipsius cōplent naturam, cōtemplando: ueluti, exempli causa, in pleuritide, ad lateris dolorem pungentem, & febrem acutam, & tussim, & spirandi difficultatem: Ex suū puenientib. verò symptomatib. si multa, si diurna, & ualida, atq; maligna etiam extiterint: aut cōtra, pauca, ac breuis t̄pis, & parua, & simplicia fuerint. Sic & intermissionis, ac declinationis t̄ps, si lōgius p̄cedente, vel breuius: aut toleratu difficilius, vel facilis: aut si q̄ ex accessione symptomata remanserit, aut oīa cessarint. Si. n. ijs, q̄ diximus, adsint peiora, morb. augetur manifeste; si uero meliora, declinat. Sit. n. accessio cōsuetam anticipet horam: longior etiam fiat, atq; uehementior, malignior q̄; & cum multis, prauisq; symptomatib. c̄pturbet: si etiam, ut declinationis t̄ps breue fiat, neq; exquiste toleratu facile, neq; oīno à symptomatib. accessionis liber: neminem futurum arbitrör, qui de huiusmodi ægrotantib. q̄rat, nunquid morbus in eis ad magnitudinem crescat. Rursus vero fiant oīa his cōtraria, nimirum ipsius insultus initium tardet: lōgitudo q̄; accessionis ac magnitudo imminuat; malignitas mitiget: & ea, q̄ suū pueniunt symptomata, minora simpliciora q̄; fiant, uel neq; oīno suū pueniant: intermissione etiam uel declinatio toleratu facilis, lōga q̄; succedat, oīa q̄; delect accessionis symptomata: nā & hæc manifestissima sunt declinationis indicia, sicuti priora augmenti. Cum uero, q̄ ad accessiones ambas p̄tinent, æqualia fuerint: morbum cōsistere demōstrant. Nunquid igit̄ plus, q̄ erat op̄portunum, a nobis est dictum? aut aliquid ab Hippocrate p̄termissum, ubi docet, quo pacto quis-

C piam ex circuitib. inueniat ægritudinis incrementum? Ait. n. " Accessiones esse inuicem cōferendas: si citius fiant, uel nō: si lōgius t̄ps, uel nō; si deniq; magis, uel nō. Hoc. n. uerbum, citius uel nō, nihil aliud ostendit, nisi utrum accessio horam consuetam anticipauerit, uel tardior facta sit; Illud autem, in longius tempus uel non, nunquid longius perdurauerit t̄ps, an breuius. illud uero, magis uel non, reliqua oīa, quæ a nobis explicata sunt, in se cōprehendit; nam, & magnitudinem, & morem ipsius morbi, & superuenientia ei symptomata, eorumq; insuper numerum, in eo, qd̄ dicuntur, magis ac minus, cōprehendi existimes; sic & declinationis (ut q̄ & ipsa sit totius accessionis pars) magis ac minus ex eisdem inuenire oportet intentionib. Incrementi itaq; & ascensus, & augmenti/ his. n. oībus nominib. secundum ægritudinis t̄ps appellant) si citius fiat accessio, si longiori t̄pe duret, si magis etiam, indicia sunt; sicut his cōtraria, declinationis signa ostendunt, si uidelicet tardius fiat accessio, si breuiori t̄pe duret, sitq; oīno p̄cedente debilior. Statum uero indicant, si in eisdem permaneant ac persistant. Et quidem s̄pē in morbis nullum sensibile t̄ps inuenitur huiusmodi, sed habente adhuc quartu (si ita contigerit) accessione indicia augmenti, quinta superueniet accessio, declinationis principium; qm̄ uidelicet status momentaneus extiterit adeo, ut nemo, cum adesset, agnouerit, sed, ut exquiste dignoscatur, primum declinationis tempus sit necessarium. Simile quiddam etiam accidit in morborum augmentis; nā interdum prior accessio principium simul habuit, & ascensum, & statum, s. in prima sui parte principium, deinde ascensum, pōstremo uero statum: deinde secunda accessio manifeste uisa est declinare. Sed p̄sente quidem secunda accessione, tunc demum cognoscere, qualis fuerit illa, q̄ p̄cessit, præter id, q̄ unusquisque medicus id facere potest, rem etiam maximi momenti in usu medicinæ destruit, p̄cognitionem scilicet, de qua plenius in libris De arte curatiua diximus. Generosi autem medici, atq; arte Hippocratica digni est officium, futurum statum p̄cognoscere, cum omnem uictus rationem, ad ipsum inspiciens, instituat. Eadem ratione principium morbi atq; augmentum, non, ubi iam perfecta sunt, cognoscere, sed multo antea p̄stabit p̄cognoscere.

Et primū igitur morbi principium iuxta fm significatum, in hoc circumscribit pe prius dicebam: & hoc est, quod inquit: In lateralē morbi patientib. sputū si statim appareat, incipiēte ^{1. Apho. 12.} Ex. ord. 5. a morbo, ipsum breuiorem facit. Nam, cum principium triplex dicatur, fm unum quidem modum de primo insultu, qui simplex est, & latitudine caret: secundum alterū uero de eo, quod ad tertiu extēditur diē, qđ solum mihi somniare vñ Thessalus: & præter hæc ēt id, quod tanquam pars accipitur totius morbi, qđ manifestæ coctionis signa definiunt: de oībus his Hippocrates uerba facit, quemadmodum ex ijs, quæ antea scripsimus, liquet. & in sequentibus commentarijs manifestius ostendetur. Quod uero iuxta secundū significatum principium ostenderit, cum dixit, id sputum, qđ in lateralem morbum patientibus appetet in principio, breuiorē facere, neminē latere arbitror. **B** sed hoc ēt in sequentib. distinguemus. Quo pacto uero qđ spīā aut iā præsens atq; perfectum id, qđ tanq; totius pars morbi accipitur, cognoscere queat, aut iā finitū præcognoscere, mihi iā uideor demonstrasse. Nā iam perfecti principij manifestū & firmū est signum, coctionis manifesta: finituri aut, & ipsius morbi natura, & tps anni, & ætas laborantis: ex superabundanti at & regio, in qua ægrotat: & modus eius, qui antecesserit, uictus, cum nondum morbo correptus eset. Specialiora uero indicia futuri finis primo ægritudinis tempore, coctionis indicia sunt. Et, quo pacto hæc præcognoscere oporteat, qđ maxime futura sint, dicetur quidem diligentius & in ijs, qđ sequuntur: diceat aut & nunc, qđ considerare oportet, quantū distant præsentia cruditatis signa ab ijs: quæ aderunt in manifesta coctione: & quisnā sit in morbo motus, hoc est, utrum acute, aut tarda, ac ueluti succensus moueat. Ut ilissimum uero ad hæc, immo uero summopere necessarium est, exquisite scire dignoscere, quantū inuicē superant ac superantur & coctionis, & cruditatis signa: nā & cruditatis signa non parvam inter se hñt dñiam, adhuc aut magis & coctionis. Si quidē integrē cruditatis indicia in primis quatuor diēb. permaneāt, longū erit huic morbo principij tps: si uero obſcurę mediocriter in ipso apparuerint, longū quidē & hoc erit, sed non priori similiter: si aut parua fuerint cruditatis signa, futuri ēt principij tps paucum erit. His addenda sunt & illa, quæ ab Hippocrate dicta sunt, longioris tpis esse significativa, de quibus in sequentib. nobis plenior erit sermo. Nunc uero gratia exēpli huius aphorismi meminerimus: Frigi^di¹ sudores cū acuta febre, mortē significant, cum mitiori uero, morbi prolixitatē. Nā, si in primis diebus, prævalentibus adhuc cruditatis signis, aliqua talia signa apparuerint, principij tpi addent: & liquet ēt, qđ tps ascensus longius erit: atq; eadē rōne status post multū tps occurret: sic at & morbi solutio.

De reliquorum temporum perdurazione, ac quid sequentibus

C A P. 20.

Quare non solum primi temporis in primis diebus aliquam habebis artificiosam coniecturā sed ēt sequentium. Exquisitius at & magis ipsa præcognoscet, si succendentibus quartanarijs mente in adhibueris. Nam primus, qui obscurum coctionis signum ostendit, ipse manifestius reliquum principij tps indicabit: cum iam hoc tibi sine ulla dubitatione constabit, qđ uniuersum illud tps, in quo nullum est manifestū coctionis signum, primum est ex quatuor morbi temporibus quod nos principium nominamus. Nā, si ad hoc respexeris, nihil erit amplius difficile inuenire, si in tot primis diebus ab ijs, quæ primo die apparuerunt, tot iam abscesserint, quot adhuc erunt reliqua transigenda usque ad manifestam coctionem. Inde autem ascensus incipit, sed in hoc vel aliqua defecta crisis apparebit; quemadmodum paulo antea in ægroto, qui lateralem morbum patiebatur, ostendi: uel, si morbus expectauerit integrum statum, sic & crisi integra erit. Sæpius uero neq; ulla sit crisis in status tpe, sed paulatim morbus soluit, longo tpe coctionē recipiēs. Quo pacto aut, antequā fiant hæc, futura præcognoscere oporteat, in sequentibus commentarijs explicitabitur: nā in ipsis liquido ostendā, quando in ascensibus, quando ēt in statibus, morbus crisim hñat, & quando sine ulla oīno crisi paulatim coctus dissoluatur. Et clarū est, qđ hmōi solutionem neq; crisi nomino: si qua uero vniuersa fiat permutatio, & multo magis adhuc eā agitationē, qđ ipsam præcedit, ita appellare consueui. Equidem harū quoq; præcognitiones in sequentibus dicā. Melius n. est nō solum, qđ in hoc tpe integrā morbus habebit solutionē, sed ēt, utrum cum magna aliqua certatione, uel sine vexationē, atq; periculo aliquo, intelligere. Hæc igitur oīa in sequentibus commentarijs ostendentur, & præterea bonarum, & malarum crisiū præcognitiones, perfectarū quoq; ac imperfectarum. In horum vero oīum principio præponam ipsorum morborum inuidentium dignotiones. Qm. n. & ab ipso morbo diximus oportere qđā de tibis vniuersalib. nosse, ac præterea at pe anni, & ab alijs, qđ diximus: nisi corū oīum statim a primo die aliquā habentius cognitionē, simile qđā multis medicorū iuniorum patiemur. Nam, sicuti illi vtrunque

igno-

DE CRISIBVS.

ignotorum, alterum per alterū monstrare conantur, vel qđ notius est, per id, quod minus notum E est: sic & nobis accidet, nisi uniuscuiusq; morbi formā statim a primo die aliquo mō dignoscamus. Optimū igitur est, si in ipso primo die dignoscamus, & hoc millies iam fieri posse probauimus, & tertianos & quartanos & quotidianos circuitus in primo statim die agnouimus: si uero aliquando in hoc manifeste dignosci non possit, tunc conjecturam aliquam artificiosam habebimus, ex qua b. nam uictus rationem instituere incipiemos: exactam autē notitiā assequemur in secundo die, vel omnino in tertio, uel in quarto. Et hoc igitur ipsum melius fuerit ostendere, & præbere indicia eorum, quorum a primo die statim exquisitam possumus habere cognitionē: eorumq; ēt, q̄ cōiectura quadā nō inartificiosa dignoscere speram: sed exacte ī tertio & quarto discernim'. Rur sus igit ab his primo auspicati ī eo libro, reliqua ēt singula, q̄, pmisim', cōuenienti ordine, p̄leq̄mūr.

G A L E N I D E C R I S I B V S L I B E R S E C V N D V S

ARGVMENTVM LIBRI

Ostendit, quibus indicijs morborum naturam cognoscamus, ex qua potissimum praefens, ac futura in ipsis mutatio præsentitur.

F

Quid agendum hoc libro, ac quales auditores adhibendi.

C A P. 1.



¶ Al. ex antiquis At, cum maximū, ac summoperene cœssarium ad cognitiones, ac præcognitiones annotauimus. Et, qm̄ eas ex multis fieri demonstrauimus, quorū, hæc oria de unum est ipsius ægritudinis natura, quo pacto & hanc optime quispiam posset internoscere, ad monstrauerimus. n̄ digne ex prima accessione & quotidiam febreim, & tertianam, & quartanam, & semiterterianam, & cā sc̄ere præsentia morbo quæ ab ardore καύσος appellatur, plurimosq; alias morbos prænoscentibus, ex ipso opere huius rū temporā, rū p̄ contemplationis habuit experientiam: quod, si nunquam talibus prædictionibus interfuit, & quū cognoscere fūt, hunc neque admirari de ijs, quæ dicemus, antequam ueritatem in ipsis experiatur, sed neq; ēt tura deinceps damnare, priusq; uniuersum sermonem n̄um auscultauerit, atq; ulū ip̄o explorauerit. Audire uniuscuiusq; quideratq; intelligere ea, quæ dicuntur, omnibus commune est; ita n. a me clare explicabuntur ip̄is in ziones, rū p̄ cognitiones. li erit q̄ facile: q̄ si ip̄e p̄ se ipsum explorare uoluerit, non æq; expeditum. Verū & in pulsu dījs scripsimus. & exercitatū esse oportet, atq; oīum artis operationū sufficientem habere experientiam: ueram. n. sta uetus interpres: & ita uidetur legē. dū, neq; n. in primo lib. de crisib. tradidit de cognitione, uel p̄ cognitione cuius que agritudo- nis, sed temporiis agritudo- num.

De adhibenda diligentia in natura morborum iūm simplicium, tum comp̄itorum dignoscenda.

C A P. 2.

H

Dicendum iā igitur, quo pacto quispiā in primo die morbi naturā exacte dignoscatur. Diem at per totū hunc sermonē nostrū in eo accipiemus significatu, ut non solū lucem, sed noīem ēt complectatur: sicuti & mensē ex triginta diebus constare dicimus: non id t̄ps tm̄, quo Sol super terram fert, appellantes diem, sed ēt illi t̄ps noctis adjacentes: sic. n. annum quodammodo dicimus trecētos & lexagintaquinq; dies cōpletei. Sicuti autē de diei noīe, & de eius significatu distinximus, eodē, vt arbitror, mō de ægritudine ostēdere oportet, q̄ est dispositio quædā præter natūram laedens operationes, & q̄ duplex s̄pē vna consistit. Hæc vero utraq; in libris de morborū dījs sunt demonstrata. Simplicē itaq; dispositiō nemo, qui perspicaci sit intelligentia, in primo die ignorabit, hēt. n. propria indicia: eam uero, quæ commissa est, non omnibns per initia continet agnoscere. Neq; uero absurdum est ad duplicitis dispositiōis cognitionem duobus opus esse diebus: sicuti, si triplex fuerit, tribus: at uero unam simplicē ignorare dispositiōē absurdū, & maxime turpe. Oportet itaq; in oīibus simplicibus dispositiōibus exercitari, ut singulas seorsum, & iam perfectas noscamus: nam, nisi in hoc accurate antealaborauerimus, neq; incipientem & parū adhuc existentē agnoscemus: sicuti neq; oliuā, uel ficū nu p̄ terra pullulantē poteris

vñquam

A vnquam internoscere, si iam perfectas plantas ignoraueris. Quod uero hoc est maius est, neq; ipsas iam perfectas simpliciter cognoscere sufficit: sed, nisi iam perfectas præcognoueris, nullā ex ijs, quæ nuper natæ sunt, separatum internoscere: nō tñ neq; statim, neq; q̄ primū, cū in istas incideris, sed, sicuti ex perfectis singulas non semel, neq; raro cōspicatus, sufficiens ad prōpte cognoscendū factus es, eodē (arbitror) mō te oportet & ex ijs, q̄' nu p̄ natæ sunt, singulas non semel, neq; bis, sed s̄epius contēplando, sufficientē ipsarū h̄re notitiā. Quare, si qd eorū, q̄ in hoc loco scribuntur, ad exercitationē referre tentaueris, prima autē te experientia fefellerit, non propterea statim desperaueris, quasi id assequi nō possis: neq; à meditatione recedas prius, quā s̄epissime in eadē exercitatione p̄ stiteris. Neq; n. q̄ sagittandi artē meditatione assequi student, licet s̄epius in principio aberrent a meta, uides id suum exercitiū intermittere, aut p̄ p̄ aberrationē aīo cōtristari. Qñ igitur sagittādi artē, minimā existentē, adeo ut ēt a mancipijs cōmode pertractet, nemo statim incipiens assequi integre pōt, qd de Arte Asclepiadū existimare oportet, q̄ tam multa indiget contēplatione, & tā exquisita, ac laboriosa in operibus exercitatione? Si qdē unus ex eorum numero fueris, q̄ pro rebus pulcherrimis, atq; honestissimis laborare institueris, primū oīa, q̄ dicentur in singulis morbis, B diligenter perdisces: deinde in ipsis operibus exercitaberis: deinde ita de his ferre sñiam tētabis, nū quid uere, aut falso dīctuū sit. Quòd si (ut diximus) otiosam, & secordē uitā egeris, vel laboriosā quidē, sed circa deterjora, diuitias, honorē, & ciuilē potentia ueritati p̄ferendo: melius tibi fuerit, neq; hanc contēplationē attingere, ne in plenū coeno puteum aquā puram infundas: nā & aquā corrumpes, neq; puteum quicquā iuuabis. Simplicē igitur morborū singulorū dispōnem (iam, n. ad ueritatis amicū me conuerto) primo ipsam p̄ se ipsam cognoscere studeas, ac circa hoc te exerceas, non ex ijs solum, q̄ ipsi extrinsece adiacent, qualis est contēplatio multorū: sed primū quidē, ac maxime ex ijs, quæ s̄im propriā insunt subam: deinde iam ex ijs, q̄ s̄epius accidunt: vēluti in ea febre, quæ tertiana nō sāt, non hoc tñ aduertas, si tertio quoq; die fiant accessiones in infibricita TETAPTAIO tionem desinentes: nā si duæ tertianæ fierent, aut duæ quartanæ: duæ quidē tertianæ quolibet die, per tertium aut duæ quartanæ, accenduntur: quare vel duas tertianas unam putabis quotidianā, vel duas quartanas unā tertianam. Sed formam ipsam febrium te inspicere iubeo: neq; n. in insul tibus accessionū similes sunt, neq; ascēsibus, neq; statibus, neq; remissionibus, neq; in caloris qualitate, neq; in motu arteriarū, neq; in ijs, quæ superueniunt, accidentibus. Si ergo neq; tertianam ipsā p̄ se ipsā, neq; quotidianā, unq̄ inspicere licuisset, incerta foret earū dignotio: sed qm & ter Crianā separatim datur cōtēplari, exorsam, & progressam, & perfectam, & solutam: eodemq; modo quotidianam: non admodum difficile est ab una quotidiana duas tertianas distinguere.

De tertiana exquisita, accessione prima dignoscenda, ac reliquis morbis separanda. CAP. 3.

A Ge igitur primum incipe exercitari in ueris, atq; exquisitis typis. Neq; n. aliud quicquā frū stra scripsit Hippocrates, neq; illud etiam, q̄ exquisita tertiana in septē circuitibus, quod lōgissimum est, iudicatur. Quę nam igitur est h̄ec tertiana exquisita? nullum. n. eius indicium scripsit Hippocrates tale, ut etiam vulgaribus esset manifestum. Sed, si ego te manuduxerim, facile intelliges, quam uocet exquisitam tertianam: si uero te per uolumina circumuolui permisero, ante quām commode introducāris, non modo nihil utile disces, neq; de tertiana, neq; de aliquo alio morbo, sed infinita erunt, quæ obaudies. Cum igitur legeris in aphorismis, morbos, "qui tempore 3. Aph. 21. æstiuo maximè abundant, esse febres continuas, & adurentes, & tertianas plurimas; primum ad uerte, ne hoc ipsum male accipias: quòd æstatem intelligit, non, quæ prēter naturam se habet, quam aliquando ait fuisse in Cranone, cum pluvię violentę per estum toto tempore descendissent sed, si ordinem aliquem ac modum in singulis temporum statibus annotasti, tu nunc ad memoriā reuoca, quòd hyems quidein prē omnibus anni temporibus humidissima est ac frigidissima: con-

D traria uero ęstas ipsi est calidissima, atq; siccissima. Si uero contra hyems quidem sicca, ęstas uero humida fuerit, temporum status haud secundum naturam se habet. Neque igitur ęstiuę ęgritudines tempore ęstatis, tunc abundabunt: neq; enim existimare debes, quod propter annū temporum appellations, singulæ ęgritudines accidunt, tales scilicet uel tales, sed propter ambientis aeris temperaturam: nam, quālem hic naturam habet, ita etiam nos afficit. Secundum hoc igitur aiebat Hippocrates, Cum uer autumno simile factum fuerit, autūnales ęgritudines expectare oportet. Calidam autem & siccā temperiem æstatem habere oportet, quando exquisite suam naturam seruauerit. Sed, si hoc ita se habeat, liquet, quod ęstas, quę maxime talis existit, plurimas affert febres tertianas. Nunquid igitur status temporis calidus & siccus magnum prouentum febrium tertianarum efficiet: regio autem calida & siccā non etiam plus, q̄ frigida & humida, earum dem ferax erit: hoc etiam omnino clarum est. Sed nonne & ęgrotantis temperatura? hoc quoq; est necessarium. Quòd si uictu calidiori ac sicciori etiam vñis fuerit, hoc est laboribus, atq; uigilijs, & curis, atq; tristitius; cibisq; paucioribus ac biliosioribus, nonne etiam in his ipse se ipso bilior reddetur, & ideo calidior & siccior? nam, quod ex causis calidis, ac siccis flavia bilis aggregari consueuerit, didicimus ab Hippocrate, tum ex multis aliis, tum ex ijs, quibus eam abundare ęsta te dicit. Hæc à me dicta sunt, & iam tertianæ febris generationem didicisti. Quæ enim in æstatis tempore,

4. Aph. 59.
Ex. ord. 33. g

3. Aph. 21.
Ex. ord. 24. a

2. Epi. sect. 1.

3. Aph. 4. Ex.
ord. 20. c

D E C R I S I B V S

tempore, eoq; præcipue calido, & sicco aduenerit, cum ēt regio talis fuerit, & laborantis natura si E milis, & victus, qui antecessit, ad idē spectauerit, hæc pōt esse febris tertiana. Et nos quidē huc vſq; biliosam febrē sermone genuimus, nondum aut̄ tertianā, & id iure. Nā si febres continuas, & adu rentes (quas Græci *ναύστος* vocāt) & tertianas plurimas, & æstas ipsa, & aliæ, quas antea commemo rauimus, causæ singulæ faciunt, communis est vſq; ad hæc cum febribus adurentibus tertianę generatio. Sed & hoc ita se habere v̄r: & ipsa tertianæ accessio ab acutissimis maximeq; adurenti bus febribus nullo modo relinquitur: sed hoc differt, q̄ in hac per totū corpus bilis defertur, atque ideo uehemens fit rigor, bilisq; superuenit uomitus urinæq; ac sudores biliosi sunt, dictū uero de his alibi est: in alijs uero adurentibus febrib, quæ nullā hēnt intermissionem, flauæ bilis humor in valis una cum sanguine contineri ostendebatur. Atq; hæ ipsæ à tertianis differunt, quamvis eundem, qui eas facit, humorē habeant, q̄ in his quidein intra uenas continentur: in illis uero, cum uehementer moueatur, per singulas corporis partes disseminatur, quò fit, ut delationis impetu ipsa per se ipsam expurgetur. Eadē causa est, cur febris sudoribus, atq; vomitibus finiat: in aduren tibus aut̄ febribus singulæ accessiones ad infibricitationē nō perueniunt, q̄n qui earum causa est, humor non expurgatur. Sed, q̄n in his bilis uehementius agitur, ac ueluti effervescit, cumq; im pulsā à natura inualecente, per totum corpus vadit, tunc rigor superuenit, & febris soluit: nā à F febre adurent (inquit Hippocrates) habito, superueniente rigore, solutio. Quòd uero non modo causa frigida, sed & acris, & calida rigorem faciat in libro de causis accidentiū ostendimus, adden tibus nobis, eos, qui calido, atq; acri medicamento ulceri imposito uehementer morsi sunt, atq; inde rigorem experti: & qui superfluitatibus pleni fuliginosis, deinde balnea ingressi, horruerūt. Sic. n. & febricitantes, & q̄ uehementem cruditatem patiuntur, & omnes, quorum corpus super fluitatibus acribus redundauerit, siue balneum, siue loca uehemētius à Sole calefacta, ingressi sue rint, siue quoconq; alio citato motu agitentur, statim quidē uidemus horrere, &c, si diutius in eisdem persisterint, ad rigorem concussumq; perduci: q̄m. s. ubi ad balnea, atq; exercitia uentū est, qui interim humores conqueuerant, uehementius moueantur: hi. n. ōs agitati, & per sentientia corpora violenter delati, stimulāt, pungunt, ac feriunt, atq; hinc sensum inæqualem, rigorem, cō cussumq; inuehūt. Hæc quidem igitur alibi dicta sunt. Tertiana uero febris, quæ ex flaua bile mo ta ortum hēt, rationabiliter statim ab initio rigorem affert non mediocrem, hoc ipso primum à quartanario rigore differentem, q̄m pūgi v̄r, ac vulnerari corpus, talis. n. est in tertianis febribus ri goris sensus: sicuti in quartana febre uehementem frigefactionem hēt, qualis per gelu tempore hyberno sentitur: nam, & illud ostensum est, q̄ in quartana febre atra bilis redundat: sicuti in quo G tidiana, pituita. Tertianam itaq; exquisitam febrē fieri non contingit sine rigore uehementi pun gente, ac feriente carnem. Quartana autem febris non primo statim die cum rigore inuadit uehe menti, nam progre diente ipsa, atq; auēta, unā ēt rigor augetur, sensusq; ægrotantibus adeſt, non quasi pungantur, sed refrigerentur, & ueluti cōtundātur vſque ad ossa: nā ita eos audire licet dicē tes, quod uideantur ostocopo. i. ossium lassitudine detineri, & carnē habere confractam imaginē tur. In quotidianis autē non antecedit rigor, neq; statim ab initio, neq; in progressu, sed solum p refrigeratio. Nunquid igitur hæc sola sunt tertianarum febrium indicia, uel neq; etiam pulsus ullā habent cum quartanis similitudinem? hæc enim paruos, & obscuros, & tardos, & raros adeo pul sus faciunt in inuasionibus, sicuti nulla altera diſpositio: tertianis uero parui q̄dem, ac obscuri, tar dique, ac rari, cum inuadunt, pulsus necessario adsunt. verum tarditas, ac raritas non parum abijs abeſt, qui in quartanis accidunt: nam in quartanarū principijs uidebitur tibi arteria quodammodo eſte alligata, atq; ad interiora retracta, neq; liberum habere ascensum: in tertianis uero, neq; aliquid tale percipitur, tarditasq; pp̄e accedit ad eum, qui secundū naturam est motus. Cum ue ro quartanæ febres inuadunt, quāuis ægrotus iuuensis fuerit, talis fit motus arteriæ, qualis in æta te decrepita. His igitur oībus legitimæ tertianæ deprehenditur accessio: ac præterea certus ordo, H atq; æqualitas pulsib. inest: neq; .n. in his aliqua in uno motu adeſt inæqualitas, neq; ēt in colle ctione: quamvis hoc rarū fit, & quod paucis accessionum principijs solet accidere. Iam igitur hæc febris, cū primū inuadit, neminem eorū latebit, qui sæpius ipsam sunt contemplati: sed adhuc mi nus in ijs, q̄ uocantur ascensus, atq; augmenta: nam èqualem & liberam habet celeritatē, statim que ad magnitudinē, atq; uehemētiā excitatur, hisq; oībus frequentiam respondentem, neq; ipsi vllum adeſt inflammationis signū. Iam igitur, & sitim inuehit, & hominem exurit, & paulo post in uigore consistit: calor èqualiter quaq; uersus extendit, nihiloq; plus thorax extremitatibus ca let: & si manū imposueris, in primo occurſu quidē fit calor multis, atque acris, quiue veluti quo dā cū vapore afferat: paulo post vero à manu superat, nō vti in febrib. malignis adurētib. accidit: cōtra. n. illæ grauiores, ac molestiores, quāto diutius pdurāt, apparent. Et iā bibēdi tps adeſt ægro tati: & statim post potū plurim⁹ vapor calēs p cutē exhalat, sudoris nūcius, bilisq; su puenit uomitus, vēterve soluit, & biliosū mingunt. Nūc ergo vel quiuis exquisitā tertianā agnoscat. Su puenit. n. sudor vaporosus, ac calidus, quēadmodū in balneis: totū uero ipſis corp⁹ èqualiter sudat: ta lisque est pulsus, qualis in iis, q̄ bñ valētes exercitātur, & balneātur, velox. s. ac magn⁹ & uehemēs,

4. Aphor. 58.
Ext. ord. 33. 9

Aac frequens: erat aut & statim ab initio aequalis: sed præter hęc omnia, etiā ad infibricitationē definit, vniuersum accessionis tps ultra xij. horas nō extēdens, nā hoc tps lōgissimum est in veris tertianis: sēpius aut aliquā septē horas accessione continet, nonnunquam citius, aut tardius, sed nō multo, finitur. Hanc quidem febrem si nondum noueris tertianam, sed expectaueris deliram illam appellatā diatributum, iam neq; esles Thessalicus asinus, sed potius lapis. Si vero ēt ipso ægrotō mingēte, urina subrufa, vel subflava: & crassitudine mediocris, apparet: ac paulopost, uel albā nebulā, vel suspensionē bonā fecerit: iam nō etiā lapis simpliciter fores, sed is, q molaris appellatur, siquidem hanc tertianā esse ignoraueris, & exquisitam tertianam, & quæ ultra quartū circuitū non progre dietur: rufiore uero urina existente, neq; suspensione aliqua, neque nebula in primo circuitu apparet, ad septem circuitus extēdetur. Inter oēs aut tertianas illa simplicissima est, quæ, cū omnia illa nuper a me dicta exquisitæ tertianæ signa cōmonstrauerit, in urinis ēt subsidentiam albam, & lauem, & aequalē, statim in primo fecerit die: neq; iij. hoc ultra tertium progredietur circuitū. Age igitur, post q diximus omnia exquisitæ tertianæ signa, quandam ueluti ipsius genealogiam per capita facientes, iam ad aliud trāsgrediamur. Accessio quidē incipit cū uehemēti rigore, faciēs, quales diximus, pulsus: deinde paulo post auger: properat q; ad statū cū ijs, q diximus, omnibus: dein B de soluit eo, quo diximus modo. Ipsius uero generatio, & tēpestatem aridam, & calentem reqrit, & ut summatim dicam, æstiuum tps: & tatem iam cōsistentem: & naturam biliosam, q in labōribus, uigilijs, curis, & inedijs extiterit: & si libet, his ēt adde id, quod cōsueuit Archigenes propter lapideos istos methodicos adscribere, sit. s. ne præfens tēpestas multas tertianas populariter tulērit, ut artificiosis indicijs uulgarē qdē, uerā tñ, coniecturam adiungens, fidem præcognitionis adaugeas. Nūquid per Deos nondum ēt dicemus hanc esse tertianam, sed lanificorū diatributum expēctabimus, q delirus Thessalus inter mulieres educatus, sub patre flagitiose lanas pectēte, male au-debat dicere, in Hippocratē, & reliquos medicos ueteres superbe inuehens? Quj omnia medicinæ theoremeta stantia, ac firma pronunciauit, tertianam febrem inuadentem nequit agnoscere, sed diatributū expectat; hoc siquidem admirabile est, quæ quidem non erant certa, hæc certa dixit esse, omnia autem, quæ uere certa erant, ignorauit. Sed huius quidem uetulæ, nec meminisse cōuenit.

De exquisitæ Quartanæ dignotione.

C A P. 4.

Postquā uero exquisitam tertianam iam patefecimus, ad exquisitā quartanam transire tps est. Cuius principium quale sit, iā diximus antea, q uidelicet nihil simile habeat in rigore, ac pulsibus cum tertianæ circuitu: nūc reliqua transfigamus. Sed neq; illud ratione caret, ut pulsus, q in accessionibus sunt, quamuis antea memoratos, iterū repetamus: si. n. cognoueris pulsū ægrotatis naturalē, uel in altero ipsius morbo p initia accessionis assueris, nihil amplius expectabis, quin febrem inuadentem quartanā esse pronuncies, nam eximia quædam ad tarditatē, ac raritatem cōuersio fit. Ego quidem nōnullos meos familiares, quorū pulsus exquisite cognouerā, iam ingruente accessione contemplatus, q tale principiū nullius alterius, q quartanæ febris, fore contingeret, pronunciaui, atque id euenit. Tu uero, si artis, quæ circa pulsus uersat, magnā non habes peritiā, deinde raritas, ac tarditas eorum te moueat, securius tñ ac exquisitiū uelis discernere, præcepta Hippocratis hoc in loco ad memoriā reuoca, q tpe æstiuo tertianas febres, autumnali uero quartanā abundare dixit. Primū uero hoc ipsum considera, nunq; autūnus frigidā, & siccā, & inæqualem habuerit temperaturam, & tūc magis sperabis, quartanos circuitus in ipso fore freqūētiores: post hæc, si regio ipsa talium febriū sit ferax: & si ægrotantis natura atræ bili obnoxia sit, talisq; ratio uictus antecesserit, quæ huiusmodi humorē aggregauerit: & si eo tpe quartanę febres populariter fiant. Hæc aut cū illis, quæ deinceps dicētur, obsignabis, si homo lienosus fuerit, uel febres erraticas passus fuerit, uel si augmentū & status maxime cōtraria fuerint tertianis febribus, & secundū caloris motū, & pulsuū, & præter hęc omnia, si tenues, & albae, & aquosae urinę fuerint: hæc omnino tertianarum urinis diffimilimē sunt. Tertianā quidem à quartana, qui primo statim die nescit distinguere, neq; omnino medici meretur nomen.

De Quotidianis.

C A P. 5.

Quotidianā aut à tertiana discernere facilis est: neq; n. primo statim die cum rigore inuadit, sed & progressu tps perfrigeratio potius, quā rigor, ipsiis aduenit: neq; ullus ordo, aut cōqualitas pulsibus assidet, cum primū accessiones fiunt. Nouimus aut, quod & in augmentis, motus uel locitas, magnitudo, atq; uehemētia, quæ omnia tertianis perspicuo adsunt, quotidianis non adsunt sed neq; deurunt laborātes, neq; denudare corpora, & pallia iactare cogunt, neq; multum, aut frequentes respirare, ac ueluti flāmā ex ore efflare, frigidūq; potū expetere: uerū isti, cum febricitant, minime sitiūt, urinęq; ipsiis in primis diebus tales lunt, quales quartanis incipientibus adsunt: atq; in primis diebus minime sudant, sed progrediente tpe hoc ēt illis aduenit. A tertiana quidem ad eo manifeste differt, ut nihil cū ea simile habeat. Ad quartanam aut propius accedit: sed & ab hac differt manifeste, primum quidē & maxime pulsibus, quos in ægrotis familiaribus quispiam exāete deprehendat: sed & rigore etiā, atq; alijs extrinsecis omnibus, propter quæ accidit: nam & natura eget humidiorē, uitaq; ociosa, & cū repletionibus; sic igit & in pueris maxime exuperat; ac perrarum

3. Aphor. 21.
22. Ext. ord.
21. c.e.

D E C R I S I B V S

perrari est, quia & os uentriculi, vel hepar in ipsis male afficiatur: sed & cruditates antecedunt plurimae, & coquendi morae, & acidi ructus: & cum primum febrire incipiunt, praecordia ultra naturalē habitū ex toto intumescunt, magna vero ex parte instantur, ac distenduntur: color his cū palliditate albus, etiā cū accessio ad statū uenerit: taliumq; egritudinū hybernū tps ferax est, & status temporis humidus, & eiusdem naturae locus. & accessionū principium sub uesperam inuadit. Ita quidem quotidiana, tertiana, & quartana, primo die inuicem discernuntur.

De dignotione febrium simplicium continuorum.

C A P . 6.

AT uero continuas quidem, sed q̄ idem genus cum prædictis hēnt, quispiā exercitatus neq; in primo die agnoscere, ac inter se distinguere impos erit: secundo uero, neq; si ēt fuerit imperitus, si quidem mentē adhibuerit. Dico autē febres cōtinuas idē hēre genus cū singulis intermittentib. cū tertiana quidē exquisita, exquisitā ardente: cū quotidiana uero eam, q̄ quolibet die facit accessionē, sed nunq; definit ad infibricitationē: sic & cū quartana illā, q̄ quarto quoq; die similiter. Nā exquisita febris ardēs, cū oīa alia seruet ex q̄ sita tertianae indicia, eo solo differt, q̄ neq; cū rigore inuadit, neq; ad infibricitationē definit. Quæ uero quotidie accessionē facit, qn & anni tps, & aeris statū, ætatē, & naturā corporis, & uictus rōnē antecedentē, ac præterea pulsuū formā, calorēq; eundē habuerit cū ex q̄ sitis quotidianis, non puenerit aut ad infibricitationē, idē genus cū illis obtinet. Eodē mō, & q̄ quarto quoq; die accessionē facit, ad infibricitationē aut nō definit eiusdē est ḡnis cū quartana: & palā est, q̄ neq; rigor in ea accessiones antecedet, neq; sequēt sudor: sicuti ēt in febre ardēti horū neutrū, neq; statim ab initio, neque deinceps usq; ad crisim, fieri pōt. In his iḡ dñoscendis quispiā prius se exerceat, atq; inuicē distinguere studeat simplices, atq; impermistas alijs, q̄ sint diuersi generis, febres: quas ob hoc ipsum legitimas, atque exquisitas ueteres medici nominarunt. Nam, quæ ob solā flauam bilem febris accenditur sine aliquo uisceris affectu, si quidē manente adhuc intra uasa bile accendatur, exquisita febris ardens est: si uero per totū corpus deferatur, tertiana. Sic &, si ab atra bile fit febris, cū mouetur, quartana est: cū firmata est, illa, quæ quarto quoque die excrescit. Sicuti, si ex pituita oīa habeant, uel quotidianæ sunt, vel quæ singulis diebus accenduntur. Nam, quæ ad infibricitationē definit febres tertianæ, quartanæ, & quotidianæ, eandem hypothesim cum continuis, de quibus diximus, habent: uno solo inter se differunt, q̄ per uenas, vel per totum corpus in eis deferuntur humores: quare & reliqua ipsiis comparia adiungit: q̄ uero cum rigore, uel non cum rigore, & uomitibus quibusdam, uel sudoribus fiunt, & sine his, differentiam habent. Continuam quidem nomine febrem, quæ ad infibricationē, ante quā ex toto soluatū, nō definit, et si declinatio aliqua sensibilis appareat. Cum vero neque declinatio aliqua sensibilis fiat, semper uero à primo principio febris usque ad crisim similis perseuerauerit, erit & hēc ex genere febrium deurentiū: ab iisdē uero acutie differt. Sed neque in primo die, neque in secundo possibile est huiusmodi febrē p̄noscere, neque alioq; est utile: sufficit. n. genus agnoscere, q̄. s. biliola sit, atque deurēs, & peracuta: neque. n. si ēt synochum ipsam non minauerit, ut quidā medici faciūt appellationis rōne a febrib. deurentibus toto genere differt: sicuti neque ob id, q̄ tres synochi differētias agnoscentes, proprium singulis ipsoruū nomē imposuerūt, has quidem παρακυστάς i. increcentes, illas uero ἐμοτόνους: & ακρασιερό. i. in eodem uigore, atque tenore perseuerantes, alias παρακυστάς i. decrescentes, nominātes. Iam ex hac diuersitate appellationum differre secundum genus est existimandū: quare neque ad p̄sentē tractatū eorum dignatio plurimum cōfert: hæ. n. oēs in prima septimana iudicantur. Hic uero in p̄senti est necessariū aliq̄ totius morbi cōstitutionis, ac crisis in primis diebus assumere cognitionem. Si. n. tertiana pura fuerit, intra septimum circuitum: si uero exquisita febris ardens, intra primā septimanā necessario iudicabitur. Oīno autē diurne sunt, & quotidiana intermittens, & illi adhērens continua, sicuti, & quartana, & q̄ per quartū excrescit. Quare tria erūt uniuersa simpliciū febrium genera: singula uero ipsorum in duas primas dīas fecabūtur: uel. n. intermittentēs, vel continuę febres erunt: & primo die dignoscētur, alię statim in primo accessionū insultū, alię uero in ascensiū, quedam in uigore, quedam in primis declinationibus, uel febre uacantibus intermissionibus.

De ratione compositarum, & commixtarum febrium dignoscendarum.

C A P . 7.

Quod morbus compositus fuerit, non eque facile dignoscitur: at hic maxime intelligentia, atque exercitatio est necessaria. Intelligentiam igitur propriam suapte natura possidēs, vel inimime possidens, quispiam accedit: exercitationē autem ea, quæ nunc dicetur, meliorem nemo reperiat. Oportet enim ad hēc exercitari, ut simplicem febris speciem agnoscat, atque ita deinceps ad compositas transgredi. Dupliciter uero genus febris compositum constituitur, in prima quidem sectione, uel quia eē, quas diximus, febres citra alicuius membra passionem commiscēt: uel quia ex membra cuiuspiam inflammatione accenduntur. Nam in utraque harum differatarum alteram rursus sectionem fieri contingit. Nam, quæ citra membra passionem consistunt, dupliciter commiscēt: aliquando implicate, nonnunquam uero (ut quis dixerit) per se totas confusē: sic membra quoque inflammata: nam & ex ipsis quedam quidem ueluti complūcantur tantummodo, quedā uero ueluti confusionem quandam habent dispositionum. Primum igitur

Aigitur exercitari oportet ad hoc, ut complicationem cognoscamus, deinde ipsam confusionē, à febris incipientes. Febres quedam complicantur vnius generis cū alijs eiusdem generis, vel vnius speciei cū alijs eiusdem speciei: contingit vero non nunquam, vt etiā differentes. Nā quotidianæ tertianis, & his quartanæ, & quæ eandem speciem seruant, inuicem plerūq; cōplicantur: quo fit, vt idem homo tres habeat quartanos circuitus: sed hos quidem non est admodū difficile agnosce re. Quandoq; vero aliqua ex intermittentium genere cum continua, difficillimā, vixq; explorabili facit mistionē: de qua deinceps dicemus, si prius oēs, quas proposuimus, simplices dīas trāsegerimus. Nam, sicut febres, ita & patientia loca mistionē recipiunt, vel quia differentia membra pro priam singula febrē accendunt, vt exempli gratia, lien, & iecur: vel qā dispositio mixta, veluti inflammatione cum erysipelate, aut erysipelas cum inflammatione, miscetur. Sed in his oībus mistiōibus dignoscendis exercitari oportet, quando iam exquisite oēs earū formas simplices tenuerimus. Alia. n. est forma febris phreniticæ, & peripneumonicæ, & pleuriticæ, & hepaticæ, itidem & aliarum omnium febrium, quę ex inflammatis quibusdam particulis accenduntur. Sed & aliæ rursum formæ sunt earum, quę ex erysipelatibus accidūt. Et febris ardens maligna, vel pulmonis, vel hepatis, aut vētriculi erysipelatibus superuenit. Distinguere autem oportet in singulis ægrotanti bus, primum quidem, si sine loci passione sit febris, vel ex humorum putredine, vel quia solus spiri tus sit alteratus: deinde, si membrum affectum febris sit causa, & quę nam sit eius dispositio. Vbi vero horum notitiam exercitatione comprehendenteris, tunc eorum omnium mistionem inuenies.

*Cur abstinuerit Galenus ab enarratione singulorum morborum: ac
unde ea doctrina sit petenda.*

CAP. 8.

NUnquid igitur à me nunc exiges, vt vel de patientibus locis, vel de omni febribus cōplicatio ne, recensem? at ipse rursus operis damnabis prolixitatē: hoc. n. admirandum plurimi hominum patientur, ut pauca discere expertant, & nihil prætermittere. Decem igitur Archigenis de febribus significazione uolumina cū dicunt esse longa, solum legere cōpendiū instituunt, neq; hoc ipsum oēs, sed sunt, q & eo aliquid breuius postulent: sunt, q & illū dānent, qm librum integrum de febris notione conscriperit, atq; ideo hūc nolunt attingere: neq; quicquā audire, aut discere, quantū Erasistratus in febris notione aberrauerit. Cum uero exigunt sibi aliquid de febribus enarrari, primā statim differentiā non admittunt, q uidelicet quædā ex locoru passionē, q dam aut sine illa, consistant. Idem aut circa crises patientur, si quid prætermissum fuerit, reprehēdentes, uerborū tñ damnantes prolixitatē: quamuis hæc, quā accusant, duplex sit, ueluti hoc loco distinguam: quarum utrāq; cum ipsi uituperent, magis tñ sermonum carpunt breuitatem: hanc quidem, ut q aliquid ex ijs, quę sunt necessaria, prætermittat, uel saltem obscuram tradat doctrinam: prolixitatē uero, quę oīa enumerat opportuna, atq; una falsas aliorum opiniones refellit, longas esse nugas autumāt: eosq; q solū utilia docent, collaudant: rursusq; aduersus eos, qui hæc tñ dicunt, objiciunt contrarias aliorum opiniones: temeritatemq; reprehendunt, si sine demonstratione simpliciter proferentibus sibi fidē uelint adhiberi: neq; uero ēt illos tolerant, qui in docēdis utilibus sermonem extendunt. Quare neq; mirandum, si eos, qui de crisibus sermones habent eodem modo accusabunt, breuitatē quidē uituperando, ut quę obscure doceat, & multa prætermittat: neq; plura audire sustinendo, atq; insuper, q paulo ante dixi, reprehendendo. Nā & de patientibus locis Archigenes tres libros conscripsit, optime qdē oīum, qui circa eandē materiā ante fuere uersati. hæc igitur si in p̄sente tractatū transferre tētare, atq; his p̄terea addere, quę à nobis inuenta sunt, prolixitatē operis accusabūt: & si ēt de febriū differētijs oīa hoc loco transfigerē, multo ēt magis uiderer ipsis esse prolixus. Quod igitur nullus scribēdi modus mordacitatem possit effugere, tam est antiquum, q ēt Plato huius rei meminit. His aut ita se habentibus, mediā sermonis formā eligere optimū mihi uisum est. Quid aut est medium? quod ego nūc mihi uideor attingere, omnia illa demonstrans, quę oportet eum de necessitate cognoscere, qui recte præuisurus sit morbi solutionem, qualis & quo tempore futura sit: non omnia quidem hoc loco transgens, sed ea enarrans, quę à superioribus obscure sunt tradita: quę uero prætermissa, hæc addēs: quęcunq; autem manifeste, ac recte sunt à ueteribus scripta, trāscribere, aut ijs, quę sunt ab eisdē male dicta, contradicere, ut longum opus euitare ualeam, su p̄fedi. Postquam igitur, dū in primo libro aphorismū Hippocratis exponeremus, ibi ostendimus, q ex ipsis morbi natura non paruā liceat occasionem accipere ad futura p̄noscenda: mirum uero multis uideatur, si in primo die q spīa morbi speciē agnouerit, quod nos demonstrare tentauimus difficile quidem forte esse, nō tñ impossibile, uiāq; quā hoc facere oportet, exposuimus: hic mihi à sermonis prolixitate abstinere uisum fuit, atq; eos, qui uellent hæc exquisite cognoscere, in Archigenis cōmentarijs de locis patientib⁹ exercitari iubere, atq; insuper in commentarijs de febribus significazione & typis. Nam & forte nos in eosdē typos tractatus edemus, ut ea, quę à ueteribus inuenta sunt, transfigamus, ac quedam, quę non recte scripta sunt ab Archigene, subtrahamus, omniaq; dilucide aperiamus. At in p̄senti in illis oportet exercitari.

In

DE CRISIBVS

*In quo ad summum diebus commixta febres dignoscantur: ac quot
sint genera febrium.*

E

C A P . 9.

Rursus igitur, quantum huius interest operis, repetentes transigamus. Interest autem viam trahere exercitationis de compositis morbis, qualem nuper de simplicibus fecimus. Exquisitas non febres, siue intermitentes sint, siue continuae, statim per initia noscere datur: quae vero exmissione aliarum variantur, atque adulterantur, difficile quidem est in die primo, non tamen impossibile agnoscere: plurimas quidem in secundo, vel tertio, vel oīno quarto die exquisite possumus inuenire. Nulla non est neque species, neque genus morbi, quod cirea tertiam, vel oīno quartam diē, cuius natura sit non euidetur innotescat. Inuadat igitur febris aliqua horrida simul, atque oīno inaequalis in pulsib. atque in eo, qui per totū corpus tentitur, calore, ut sepe proprius statū esse existimetur, vel medium augmenti obtinere: rursus vero horrida fiat, & pulsus minores, & obscuriores, ac tardiores & ratiōres habeat, & calorem quidem ab extremis partibus recedente, circa vero vētrem atque thoracē redundantem: hanc non absq; ratione quispiā hemitritae. i. semitertianam fore speret, vel potius iā esse: a multis vero in tertio die noscetur. Sed haec quidem mixta est ex biliosa & pituitosa febre, de quibus antea sermo habebatur, non iam inuicem complicatis, sed per se totas confusis. Quae autem ex cōplicatione fit, quadrupliciter consistit, uel tertiana quotidiana cōmista: vel ea, quae quotidianē accessionē hēt continua, illi, quae per tertium continua est: vel tertiana ei, q; singulis diebus accessionē facit, continua: vel quotidiana ei, q; per tertium diē continua est. Nec vlla ex his mixtionib. in primo die exquisite cognoscit: secundo uero instanti die agnoscere facile est; ac multo magis tertio: raroq; est, ut quarta dies ad id sit necessaria. Fiat n. (sita contigerit) in primo die accessionē una cum rigore, deinde calida atque deurens febris accendatur, stomachi fastidiū afferens, ac sitibunda, atque ad statū celeriter properet, pulsus æquales hās, magnos atque ueloces, vehementesq;, atque frequētes: sit autem una cū pulsibus & calor æqualis oīno, deinde cū vomitu & sudore finiatur, & quædā infebricitatio succedit: iā manifestū est hūmōi accessionem esse tertianæ periodi propriā. Fiat autem & in sequenti die quotidiana accessionē (neque n. de eisdem millies dicere est necessariū) hic mētē adhibere oportet ad horas accessionum, ut aliqd de die tertio prænoscas. Nā, si tertianæ febris accessionē circa primā horā fieri debeat, circa undecimā autem quotidiana, sic quidem manifesta erūt vtriusq; principia: & magis, si longiori interuallo disiungantur. Si vero vtriusq; eadem hora inuaserit, erit oīno mixta accessionis forma: & ei, qui diligētius inspicere quinerit, quædā apparet facta confusio quotidiani & tertiani circuitus: distinguit autem eos manifeste quartus dies, cū tamen ab artifice ēt in secundo cognosci possint. Adhuc autem perceptione difficilior est intermittentium cū cōtinuis mixtio, ut pluribus oīno impossibilis videat: simul n. & febrē intermitte, atque haud sine febre hoīem esse, ex tali accedit commixtione: quo nihil minus possibile esse uī: sed, si quis & hic exquisite possit cognoscere utriusq; febris naturā, manifeste comprehendet, q; neque huiuscmodi mixtio est impossibilis. Nuper igitur quædā muliercula in paribus diebus horridam accessionem hēbat, semitertianæ exquisitæ propriam, in imparibus uero, mane alteram quandam, ea, quae præcesserat, longe minorem: ut altero die semitertianæ febris accessionē super accessionem aduenire uideretur, q; in tali febre fieri consuevit: circa octauā uero horā diei altera inuadebat accessionē cū rigore uehementi, oīa tertianæ febris indicia exquisite afferēt: iā uero hac confracta sudoribus, ac bilis uomitibus hora tertia noctis, mox extendebat ad diei paris horā secundā: & cū iam infebricitationi appropinquaret, rursus horrida, atque inæqualis illa accessionē succedebat, quam in paribus diebus fieri diximus: deinde p totā diē maligne cōpressa, ac deinceps adauicta, uix occidente Sole ad statū pertiniebat: ac declinare incipiebat hora quarta noctis: deinde mane rursus sup abundantes reliquias additū augmentum non ualde inæquale, usq; ad octauā horam intendebat: & eum iam manifeste statū obtainere febris uideretur, iā febrem hanc febris exquisite tertianæ accessionē altera suspiciebat. Hāc nos febrē statim die secunda ex cōplicatione semitertianæ febris, atque tertianæ saētā agnouimus: longe uero certiorem tertius dies præbuit cognitionem. Atque in spem uenimus, alterum circuitum, qui erat tertianæ febris, cito finem habiturum, alterū in longius tēps debere, p tēdi: quod ēt contigit. Et tunc aperte uisum est in reliqua parte ægritudinis solam superesse semitertianam: quae principiū quidem totius circuitus in pari die faciebat, in die uero impari suū paccē debatur. Tales quidem mixtiones non est uniuscuiusq; dignoscere. Si qua uero febris in primo die exquisite tertiana deprehēsa, deinde die sequenti similem priori omnino fecerit accessionē, haec longe tolerabilius est, duplex existens tertiana. Sic autē & due, & tres quartanę sepius inuicem cōplicat, quas accessionum forma à quotidianis distinguit: neque n. q; singuli, diebus accessionē fiat, hoc sufficiens signum est ad febres quotidianas iudicandas, sed febris ipsius, & accidētium forma. Oportet igitur in unaquaq; re primum τεχνολογια. i. artificem fieri (quemadmodum nominabat quidā ex nostris præceptoribus) deinde sic ipsa aggredi opera. Artificē autē fieri est quidem primū, & maxime totius artis subiecte materię, simplices uires agnoscere, mox ipsarum etiā mixtiones, quot & quales sint: nam de medicamentorum cōpositione, atque usu eadē est doctrinę uia, quē admōdu in commentarijs de ipsis scriptis ostēdimus. Cū at duplex materia medicis adsit, altera in qua aduenit

A uenit finis, quæ est ipsa hōium corpora: secunda vero auxiliorum, a quibus, vel ex quibus fit finis: ea quidem, quæ est de medicamentis tractatio, ad secundam materiam attinet: at, quæ nunc instat, ad primam. Nunc. n. discere oportet in ijs, qui de febribus sermones habentur, & triasunt oīa, q̄ ex humorum putredine febrium accenduntur genera: quædam. n. ex flava bile, hæq; plurimæ sunt: quædam vero ex atra: quædam ex pituita consistunt. Hic uero sermo haud parui momenti est, quidnam patientibus diētis humoribus, febris accendatur, neq; .n. his scđm naturam se habentibus. Sed in hoc sermone ē illud ostensum est, q̄ non sit admiratione dignum, si ex frigidis natura humoribus putrescentibus febris accenditur: & q̄ oīa aliarum febrium uarietas ex horum fit cōmiftione: sed & quæ ephemeræ, & hecūca febres dñr, alia duo ḡna sunt, ab ijs, quæ acutæ febres, noīantur, separata: & q̄ febris acuta, uel aliquo dictorum humorum putrescente, uel membro inflammationem patiente generatur: & q̄ inflammationis uocabulum non scđm antiquam cōsue tudenit sit audiendum. Hæc vero oīa multis digna admirōne vñr: quemadmodum, & id qđ pau lo ante dicebamus, si queat vnquam intermittens cum cōtinua commisceri: sed nihilo minus hoc, si nulla infebricitatione egrotanti adueniente, solum intermittentes misceantur. At & hoc manife stē ostendimus non tertianis tm, vel quotidianis intermittentibus, sed ē quartanis accidere: cū

B .n. plures inuicē complicantur, siue eiusdem generis sint, siue diuersi, scđa sēpē numero anticipat aduenire, anteq̄ prima in infebricitationem desierit: deinde rursus tertia eidem succedit, antequā & hæc ad infebricitationē perueniat. Hoc vero maxime accidit in longioribus accessionibus: nam in ijs, quæ intra primum interstitium desinunt (ita autem uocant duodecim horarum spatiū) uel multos necesse est complicari circuitus, uel eā, quę ex intermittentibus componitur, febrem, im posibile est ad continuitatem peruenire. Multas vero earū, quæ ita complicantur, febrium medi ci, qui circa talia nō sunt exercitati, siquidem acutiores uideantur, oēs uocant semitertianas: si ue ro tardius moueantur, erraticas. Cum. n. semel p̄tātem acceperint putandi in semitertianis suppressiones multas fieri, & erraticis inordinata principia, oēs sic febres, in quibus non inueniunt cō positionem, semitertianas, vel erraticas appellant, cum tñ s̄ q̄ pius manifestissimam hēant proportionis s̄ militudinem. Sicuti adolescens, qui circa autumni finem, cum in prima die circa quā intam horā cōepisset febricitare vna cum rigore breui, deinde, cū paululum sudasset multo vesperi, mox circa horam septimam noctis, priusq̄ exacte febris desisteret, febricitare rursus incepit cum rigore breui: deinde paulum sudauit in scđ o die, ac circa decimam horam itetum similiter accessionem habuit, & statim similiter sudauit in nocte: deinde tertia die hora scđ a cōepit febricitare simul

C um rigore, anteq̄ prioris diei declinatio in quietē desineret. Nobis igitur oēm febris formam diligenter considerantibus, visa fuit trium complicatio tertianarum; nam, & quæ primo die cōperat hora quinta, & quæ sequēti nocte rursus hora septima, & quæ in scđ o die hora decima, & pulsus, & caliditatē oīa propria tertianis hēbant, sicuti ē rigores, atq; sudores. Nulla uero ex his ad quietem perueniebat, qm̄ sequentis ipsam tertianæ accessionis principiū anticipabat, sicut, sit nul la alia febris successiſſer, horis tribus, aut quatuor homo sine febre perstisſer. Trium vero tertianarū complicatio in scđ o statim die nobis visa est manifeste: q̄ autē anticipando accessiones facerent, tertio die primum cognouimus, nam hora scđ a febris inuasit, non quinta, quemadmodum in primo: tertiani vero circuitus indicia omnia, ijs, quæ in primo die apparuerant, attulit manifestiora. Ab hoc vero die deinceps obseruantes, oēs inuenimus accessiones, duabus, aut tribus horis anticipantes. Quare & illa, quæ prime proportione rñdebat in circuitus successione, quinto die oriente Sole facta est: septimo vero multo celerius veluti circa horam noctis nonam: deinde, quæ post hanc, scđ m eandem proportionem in hora noctis septima: &, quę secuta est, hora quarta: at que ab hinc rursus, quæ succēdit, quarta: & quę post hac, quinta: deinde iterum sexta; deinde octa uia hora, accessione a principio decima facta est. Scđ m vero similem huic proportionem, & alię due

D post septimum periodum non solum anticiparunt, sed ē tardius aduenerunt, quando & mihi, & reliquis oībus manifeste apparuit, qui semitertianam febrem esse putarunt, quantū sua opinione aberrassent. Nam accessionum prolixitate ad octo horas cōtracta, ipsoq; accessionis insul tu non amplius anticipante, sed potius retardante duabus iam horis, tunc accessiones ad infebricitationem perfectam deuenerunt. Et sic iam paulatim a longitudine dementes, cessauerūt, primū quidē, q̄ leuissima erat, deinceps, quę magnitudine scđ a erat, & tertia vehementissima inter ipsas: quod & ipm non mediocre fuit indiciū, q̄ statim ab initio tres tertianæ extitissent. Sed cuius gratia hæc oīa dicunt, ad hoc rursus redeo, q̄ oporteat exercitari, ut ex q̄site noscamus oēs simplices dispōnes, adeo ut cū solē consistunt, primo die facillime ipsas agnoscamus: inuicē vero, & sibi ipsiis complicatas, ēt si non in primo die, saltē in scđ o, vel tertio, uel oīno quarto, exacte discernamus. Nos igitur haudquaquam latuerunt tres istæ tertianæ in secundo die, non ob aliam cām, nisi q̄ ea rum naturam ex q̄site noscebamus. Tale. n. quid accidit in morborum notitijs, quod nobis omnibus in tota uita contingit: nam eos amicos, qui nobis familiarissimi sunt, ex longo interuallo statim, ac primo intuitu agnoscamus: si uero quempiam semel, aut bis tantum uiderimus, uel s̄pē qđē, non tñ continue, non iā-ēquè istum, neq; ex longo interuallo, neq; primo intuitu statī

DE C R I S I B V S

agnoscimus, sed nonnunq̄ diu ambiguimus, ac dubitamus, nunq̄d iste, Coriscus, an Socrates sit. Ita & in morbis res ipsa se hēt singuli propriū habēt characterē, quē q̄spiā s̄epius contemplatus, prom pte dignoscit, ac p̄cipue quū simplex, ac solus fuerit. Earū igitur febribū, quæ sine loco patiente ex humoribus q̄busdam putrescentibus accendūtur, tres sunt primi, ac simplices characteres, & earum, s. quæ ex pituita, & quæ ex atra bile, & quæ ex flaua, ortū habent: quas si q̄spiā ex q̄site dignoscere studuerit, singulas seorsum, ac solas, iā nō amplius difficulter earū mīstionēs inueniet.

*De febribus, quæ ex patientibus locis accenduntur: & quo pacto ex uno
indicio multa possunt demonstrari.*

C A P. 10.

Eorum vero, quæ ex locis inflammationē patientibus accidentunt, iā forma composita est: qdā .n. loci indicia præ se ferunt: qdam aut̄ eius, ob quam cōsistunt, causæ. Veluti in morbo laterali, locus qdē patiens est membrana, q̄ costis subtēditur &, cū inflammata sit, necessario dolorē inueniet, qm̄ neruosa est; sed hunc pungentem, & longe extensem, qm̄ pars illa, quæ patit, membrana est: tales .n. sunt sentiētium membranarum dolores. Et qdem, qm̄ eadē pars unū est ex spirandi instrūtis, necessario aīal difficilem hēbit respirōnē. Qm̄ aut̄ cordi proxima est, facile aliqd inflamminis ei impertiet: q̄ si hoc est, febricitabit aīal: Sicut i, qm̄ pulmoni proxima est, facile suum illi communicabit affectum: cū præsertim adeo rarum, ac molle sit membrum, ac oēm subam humidam faci le possit admittere. Tussit igitur statim homo, non tamen oīno statī sputet: sed, siq̄dem multum, ac crassum ab inflammatione defluxerit, cum tussi expuet: si vero paucum & tenue, irritabitur qdem necessario, ita vt tussis moueat, non tamē expuet antequam collectum simul, atq; concoctum ad multitudinē, crassitudinemq; peruererit. Sed hoc qdē ipsius dispositionis indicū est, non āt membra patientis. Nam, cum passio ex q̄site angusta fuerit, & veluti alligans in se ipsa uniuersū fluxum cohibuerit, tūc facit morbos laterales, qui aptysti. i. siue sputo noīantur, sed, cum satis relaxata fuerit, atq; ad pulmonem dimiserit, tunc isti magis tussiunt, atq; expuunt: hoc igitur formā inflammationis, non āt patientem indicat locum. Nunq̄d uero magis pituitosus sit, vel biliōsus, humor is, q̄ inflammationem facit, ex sputaminum forma cognoscet: nam & spumosa, & flaua, & rufa, & rubra, & pallida, & nigra expuūt. Ex ijs vero, quæ qdem spumosa sunt, fluxum magis pituitosum ostendunt: flaua aut̄, biliōsum impermisiū: q̄ vero rufa sunt, amaram qdē & ista referunt bilem, sed non paucam serolam superfluitatē cum bile comimixtam esse significant, & multo ampliorem, quando pallida q̄s expuerit: sic & nigra melancholicum fluxum ostendunt: sicuti quæ colore magis quodāmodo rubida sunt plurimum qdē sanguinis, minimū aut̄ amara bilis in eo, q̄ inflammationē facit, humore contineri significant: atq; ideo inter oīa sputamina, hæc sunt mitissima, sicuti nigra oīum pñciosissima. Et qdem in hisce oībus accidentibus magnitudines disponis magnitudinem indicabunt: breuē āt dispōnem indicabūt accidentium paruitates. Non igitur oīum oīa, propria indicia sunt, sed singula unū quoddā peculiare demonstrat. Nā, quē & duarum, vel trium rerum signatiua esse vñr, si ea diligenter perq̄sieris, altero qdem suorum accidentium patientē locum, altero uero dispōnem, altero ipsius magnitudinē, altero eorum aliquem casum, q̄ subsequuntur, significare reperies. Pulsus igitur lateralī morbo laborantium, hēc omnia indicat, sed non eodem modo oīa: sed, qua qdem vna cum tensione durus est, neruosum esse locū patientem ostendit: qua uero serrē similis est, dispōnem esse inflammationē: qua vero velox simul & frequens ac magnus, ad inflammationem conseq̄ febrem: quam uero singula, q̄ diximus, maiora aut̄ minora existunt, uel magnā esse, uel paruam ostēdunt dispōnem. Mihi uero hēc exempli ḡa dixisse sufficiat: neq; .n. nūc de locis affectis agere proposuimus, sicuti neq; de febribus, uel typis, uel causis. Sed horū singulorū memini, simul qdē uiā quandam uolēs ostēdere, qua sit in ipsis exercitandū, quam si q̄s hēat (& si nos propriū de ijs, q̄ diximus, tractatū non scripserimus) possit per se ipsum ex ijs, q̄ ab alijs scripta sunt, si mō perspicaci ingenio fuerit, & diligētiā ahdbuerit, id quod supereft, inuenire: simul autem, & utilitatem singulorum, quē dicta sunt, ostendere uolens, commemoraui febrium differentias & typos, & dispositiones, & causas, ipsasq; patientes partes.

Febrium diuisio, & quid unumquodque genus suapte natura portendat.

C A P. 11.

Nam in his omnibus exercitatum esse oportet, qui debeat diligenter in primis nouisse diebus ægritudinis formam. Vel enim simplex est febris, uel composita: uel cum loco patiente fuel ephemera, uel hec̄tica. Quod si simplex fuerit omnino, humoris indicia affert, ex quo genita est: si uero composita, ex quot simplicibus febribus composita est, totidem numero humorū multitudinem indicabit. At, si hoc indicet, illud ēt significabit, nunquid morbus diu durabit, an cito finietur: nam, si humor pituitosus extiterit, necessario diuturnus erit: longe uero magis, si atræ bilis naturam afferet: at si ad flauam bilem pertinebit, non erit diuturnus. Sic, & locus patiens, q̄ qdem motu multo exercetur, calidus est ac rarus, & principatum gerit, acutiorē morbum futurum portendit: qui uero neque in motu continuo est, frigidusque ac densus & sine principatu est, ad longius tempus extendi debere significat. Eodem modo, & dispositio, siquidem difficulter motum habuerit, frigidiorque fuerit ac densior, diu duraturum: si autem facile moueat, calidiorque fuerit ac rarius, cito solutum iri. Eodem modo, & de causis iudicandum est. Quare, si quis

*Antiquus ī
terpres addit
uel sine loco
patiente.*

dili-

A diligenter agnouerit totam morbi hypothesim, non paruum habet ad prænoscendum momentum. Eas igitur, quæ cum magno, & cito se inclinante certamine fiunt, morborum solutiones (quas præcipue crises nominari dicebamus) febrium earum, quæ ex calidis humoribus acciduntur, prius esse est existimandum: post has, earum, quæcunque membrorum sunt, principatum habentium, facile mobiles, & calidæ dispositiones. Ephemeræ vero & hecticæ febres, & sine magna perturbatione, & minime subitas faciunt permutationes: sed, quoniam & has per abusionem aliquando crises appellant, de ipsis etiam deinceps aliquid dicetur. Nunc uero finem imponere statuimus præsenti sermoni, ad unum omnia, quæ ante diximus, caput redigentes.

Epilogus eorum, quæ hæc tenus ostensa sunt.

CAP. 12.

SVbitas in morbis transmutationes si velis prænoscere, necessarium tibi prius est, principij & ascensus, ac status, & declinationis hæc dignotionem, & prænotionem. Hæc autem dico, & ex ægritudinis forma, & regione, & anni tempore, una cum illis, quæ his correspondent: ex circuitu etiam proportione, atque ex mox apparentibus. Ex morbi quidem forma, ad has tres simplices & primas febres inspiciens, ad eam scilicet quæ ex pituita, & quæ ex atra bile, & quæ ex amara generatur. Prius igitur in ijs dignoscendis exercearis, quæ ex q[ui] sitæ sunt, atque legitimæ: sic n. aliquā poteris et compositas inuenire. Tunc vero ex q[ui] sitæ sunt, atque legitimæ, quæ & etas, & anni tempora, & regio, ac constitutio, natura, & antecedens virtus, & p[ro]pterea quoq[ue] accidentia & oīa simpliciter, quæ ante dixi, humoris formæ conuenerint. Manentibus igitur in uenis humoribus, continuæ ex ipsis febres generantur: si vero moueantur, ac per totum corpus deferantur, hec, quæ cum rigore, atque horrore incipiunt vehementi, cum sudore vero oīo ad infibricitationem desinentes. Est aut ex ipsis tertiana quidem, & quæ per tertium acceditur, breuis tempus: sicut quartana, & quæ per quartum acceditur, longi: minus vero, quam hec, longa, quotidiana, & quæ singulis diebus facit accessionem. Si has noueris expedite discernere, haudquaquam difficulter eas, quæ ex quorundam locorum passione consistunt, inuenies. Nam in omnibus infibribus particulis humorum impactio, quæ locum bene difflari prohibet, statim quidem humores putrefacit, simulque calorem quendam paruum excitat, qualis & in reliquis omnibus putreficitur. Huius igitur caloris character, cum simplex fuerit, eam alicui, quas diximus, febrium {simplicium} necessario assimilat: vel potius (si uerū uelimus dicere) una ex ipsis est, uel ad amarabilem, uel ad atram, uel ad pituitam attinens. Audiisti aut Hippocratem quodam in loco dicente, quæ hos uocant acutos morbos, quorum febres maxima ex parte

Continue sunt. Quare, si scorsum, ac per se singulas febres nosse meditaberis, haudquaquam difficulter, neque cum pulmonis, aut splenis, aut hepatis, aut uentriculi, aliqua inflamatio affuerit, formam ipsius agnosces: totiusque morbi, usque ad solutionem, longitudinem præcognosces. Oīo. n. fluxus, qui inflammationem efficit, vel flauæ bilis est, vel atræ, vel pituitæ. Si igitur imperfictæ, multæque flauæ bilis fuerit, tunc facit erysipelata, & eos, qui herpetes noīantur: sicuti nigri cancri, & phagedenas, aut elephantes, aut aliquæ ex his adeo curatu difficultibus morbum: quæcumque, vero ingruente pituita in tumorem attolluntur, hec oedemata nuncupantur. Simplex igitur & solus unusquisque horum quos diximus, humorū, quamlibet harum, quas commemo rauimus, facit exquisitam ægritudinem. Sanguini vero permisus, atque confusus, deinde in particulam aliquam incumbens, uel scirrhosas, uel oedematosas uel erysipelatosas facit inflammationes: scirrhosas quædem melancholicus: erysipelatosas uero biliosus: oedematosas pituitosus. Cum uero ipse secundum naturam se habens sanguis, impactus in loco fluxioni obnoxio putruerit, hic quidem affectus inflammationis est: simplex uero ex ipsa febris acceditur, similis maxime ephemeris, quæ ex inflammationibus inguinum } accidunt: nam & inguinis inflammatio ex bono sanguine fit. Liquet autem, quæ cum hic putrescere cœperit, non amplius bonus remanet, sed iam ad amaræ bilis naturam transit. Atque in hoc illud serua tur de omnibus

Ditur, triplex esse genus uniuersum simplicium febrium: quæ enim ex sanguine putrescente fit, iam glandulis inflammati, et sic ubique infeccio. Sed, sicuti, quæ scit & uinum, & mel, & aqua seorsum ex q[ui] sitæ discernere, neque horum ignorabit temperaturam: eodem (vt arbitror) modo neque facultatem habuit eas, quas antea diximus, febres singulas exquisite noscendi, earum missionem ignorabit. Quare in omnibus talibus principio illud optimum est, tres istas febres posse exquisite discernere, quotidianam, tertianam, & quartanam: si miles. n. ipsis omnino sunt continuae eiusdem generis adiacentes. Non igitur ad plures, atque obscuras intentiones, sed ad paucas, & manifestas, omnē tibi redegredi excretionem: in his. n. exercitatus, haud quaquam difficulter in primis diebus characterem ægritudinis perspectum habebis.

Quarta Clasiss.

1111 2 De

De vieti. rat. i
morb. ac. cō.
1. to. 8.7.108.
h. Et 1. Epid.
cō. 3. t. 3. 3.
118. f

+ Babonibus.
& intelligi.
tur de omnibus

DE CRISIBVS.

De dignotione febrium ephemeralrum.

CAP. 13. E

Duo quidem genera febrium quo pacto quispiam ab initio cognoscatur, exposui: dico autem duo genera febrium, & quod occasione membrorum quorundam patientium, & quod ex putredine humorum tantummodo acceditur. Reliquum est, ut de tertio febrium dicamus genere, quas ephemeras appellari dicimus. Sunt autem haec tantummodo spiritus passiones, absque humorum putredine, aut membra inflammatione, nisi inflammatis inguinibus accidentantur. Earum autem generationis occasiones sunt, vigiliae, ac cruditas, & tristitia, & timor, & ira, & curae, deustioque; ac refrigeratio, lassitudo, & ebrietas, & quaecunque similia sunt. Quo igitur & has in prima die cognoscere oporteat, deinceps exponam. Cöiter quidem omnium pulsus ad celeritatem, & frequentiam promouetur, & sæpenumero ad magnitudinem: exquisite autem seruat eam, quæ secundum naturam, & æqualitatem, atque molitatem, & ordinem. Sic & vrinæ, nonnullæ quidem suspensiones, nonnullæ vero subsidentias bonas habent, quædam autem nebulas: omnes uero bene coloratae sunt: sicuti & color in omnibus uaporosus est, sed quibusdam statim quidem in primo contactu, quibusdā uero posterius. Atque oībus ipsis absunt maligna accidentia, de quibus docuit nos Hippocrates in Prognostico. Hæc igitur cōia signa sunt oīum febrium ephemeralrum: propria vero singulis, quæ a me dicta sunt et in 1. lib. artis curatiæ ad Glauconem: nunc uero inchoabo sermonem ab affectibus animæ, à cura, & timore, & ira, & tristitia. Siquidem remanentib. adhuc animi affectib. consideratio fiat, ex pulsibus maxime tentandum est facere dignotionem, quemadmodum in lib. De pulsibus scriptum est: post autem et ex alijs inuestigandū. Quod si illi quidem affectus sedati fuerint, dispositio uero remanserit: debile quidem, & hic in pulsib. indicium inuenies illarum, quæ febrem antecesserunt, passionum: tibi autem et sine pulsib. reliqua omnia sufficient. Cöiter. n. omnibus urinæ rufiores. Adeſt autem ijs quidem, qui ob tristitiam febricitant, acritudo potius, quam multitudo caloris: sicuti ijs, qui ob iram, contrario modo. Sed & tenuitas corporis in ijs, qui tristitia, quam in ijs, qui cogitationibus uexati sunt, manifestius appetet, & oculorum concavitas, & quædam insolita decoloratio. Et hæc quidem cōia oīum et aliorum, qui quocunque modo cogitationib. impliciti fuerint, indicia sunt: sed præcipue ex oculis discernendi sunt: licet. n. ex his et in sanis animi affectu coniecture, in ægris autem manifestissima signa sunt ei, qui inspiciendi habeat facultatem. Sic quidem illos, quæ p. p. disciplinas, aut p. p. meditatione aliqua cogitauerunt, ab ijs, quos tristitia corripuit, discernere oportet. Eos autem, qui nimium vigilarunt, distinguit & decolorationis modus, nam subtumida ipsis facies inest: & oculorum motus* manifesti, uix. n. attollunt palpebras: & humiditas oculorum: sicci. n. contristatis fiunt, & cogitantibus. Concavitas uero cōe omnium accidens est, tristitia, vigiliae, curarum, non tamen & iræ: huic. n. neque oculorum concavitas, neque decoloratio manifesta: & calor et amplior, & qui celeriter ex profundo efferatur: & pulsuum magnitudo non diminuitur, quemadmodum in uigilijs, tristitijs, & cogitationibus. Quare iram quidem ab ipsis ualde manifeste distingues: illas uero inuicem, quemadmodum antea diximus. Eorum uero, qui ex lassitudinibus febricitant, cutis est siccior, plusquam in aliqua alia febrium ephemeralrum. Sed hoc quidem omnib. qui ex lassitudine febricitant, commune est in eo accrescens tempore, quod usque ad statum protenditur: at eo tempore, quod statum sequitur, plurimis quidem, quicunque non supra modum fatigati sunt, humiditates quædam, vel vapor calidus ex profundo attollitur: quibusdam uero etiam in ijs, quæ statum subsequuntur, temporibus siccitas remanet. Fit vero hoc maxime ijs, qui supra modum fatigati sunt, vel deusti, uel refrigerati una cum lassitudine. Et pulsus etiā non eodem modo in utrisque se habent: parui. n. ijs, qui supra modum sunt fatigati: magni uero alijs sunt. At, quæ ex densata cute febres oriuntur (densatur autem, uel frigescere, uel qualitate acerba subito ipsam inuadente, veluti accidit eis, qui aqua aluminosa se balnearunt) haec solum ex omnib. febribus passio adstricta sunt. Licet autem ipsis ex tactu dignoscere, sicuti & aridas febres, quæ ex lassitudine fiunt: neque enim uel harum densitas tactum lateat exercitatum. Sed et caliditatis motus in ijs quodammodo inaugescit: nam in primo manus iniectu mitis appareat, acrior vero postmodum euadit, si perduraueris. Sed neque vrinæ rufæ in talibus, neque corporis moles collapsa, quare neque oculi concavii, et siccii apparent: sed sunt quibus et humidiiores et prominentiores, qui secundum naturam esse videbuntur: pulsus vero non, quemadmodum in tristitia, er curis, et vigilijs, atque immoderatis exercitijs, minores. Earum uero febrium ephemeralrum, quæ ex inflammacionibus inguinum acciduntur, pulsus maximus sunt, et uelocius, atque frequenter, calorique plurimus, & post statum statim ex profundo humiditas quædam attollitur calida quidem, sed suavis. nam acrimonia, & mordacitas minime omnium his febribus adeſt: & rubida facies maxima ex parte ipsis inest, & in maiori tumore, & vrinæ subalbæ. Communis uero his febribus ephemeralrum indicia. De hec tis autem non est præsentis temporis sermo: nulla enim earum in primis diebus, sed in progressu temporis fit: quare de his quidem in sequentib. differemus; hic vero libro finem faciemus.

CALENI

2 VENDE TIBI
A G A L E N I D E C R I S I B V S

LIBER TERTIVS

139

ARGVMENTVM LIBRI

Agit de fine omnium tum salubrium, tum lethalium morborum: ac de futuræ in eis
crisis temporis, & modi præcognitione.

In morbis sex inesse genera mutationum: & quo pacto singula
ipsarum appellantur.

CAP. 1.

Propositorum nostrorum est, sicuti & prius dicebatur, omnis in morbo mutationis præ-
sentis quidē dignotiones, futuræ uero præcognitiones, dicere. Quia vero sex mo-
rdis istæ sunt, tentandū est de singulis separatim scribere, hac prius facta memora-
tione, q̄ sex sunt in morbis mutationū differentiae: uel. n. subito ad sanitatem ueniunt,
uel subito interimunt, uel paulatim horū utrumq; contingit, uel mistim. Paulatim
quidē, uel. f. morbo marcescente, uel ægri uirib. dissolutis: mistim uero, q̄n subita quidē aliqua ad
melius, uel peius cōmutatio facta fuerit, deinceps uero usq; ad omnimodā solutionem, uel mortē
reliquū totum emarcuerit. De prima igitur, quæ repēte fit, permutatione dicamus, qm omnium,
quas antea diximus, optimia est, atque ideo ipsam per excellentiam crisim nominant, quoniam
natura, quæ præter naturam sunt, superante exquisite perficitur. Ex alijs autem permutationibus,
quæ quidem ad subitam mortem, mala crisis est: quæ uero aliquam effatu dignam faciunt muta-
tionem, non tamen integrā solutionem, imperfectæ crises uocantur: sicuti & quæ sensim mar-
cescente uel uirtute, uel morbo contingunt, & hē solutiones simpliciter, non crises nominantur.

Quæ indicia præcedere soleant excretiones, & abscessus indicatorios. CAP. 2.

Sola igitur subita ad sanitatem conuersio, simpliciter crisis nominatur. Et quidem oīno fit per
manifestas quasdam excretiones, aut effatu dignos abscessus: quicunq; enim aliter quiue-
rint, malignius retrocedūt. Antecedit autem huiusmodi excretiones, & abscessus non me-
diocris perturbatio in corpore egrotantis. Nam & difficiles tolerantie, & uigilæ, & deliria, & gra-
ues somni, & difficiles anhelitus, & uertigines tenebricosæ, & difficiles sensus, dolores capitis, col-
Cli, & stomachi, & multorum aliorum membrorum: non nullis uero aurium sonitus, & uani ante
oculos apparent splendores, & lachrymæ inuoluntariæ effluunt, & urina retinetur, & labrum agi-
tatur, aut aliiquid aliud tremulum fit, obliuio, & præsentium ignorantia, & uehemens accedit ri-
gor, & plurimum accessio consuetam anticipat horam, & multis ęstus, sitisq; intolerabilis sequi-
tur: clamant, & saliunt, sicuti furentes, neq; possunt in eodem situ recumbere: deinde repente mul-
tus sudor erumpit, aut uomitus aliquis non paucus insequitur, aut uenter subito soluitur, aut abū
dans fit fluxus sanguinis: aut hēc omnia simul contingunt, unde non parvus inuadit timor inspi-
cientes. Et quispiam homo vulgaris, cum istis adesset, ipse re cogente ita pronunciauit, q̄ iudiciū
tunc de uita egrotantis ageretur: neq; enim medicorum aliquis primus inuenit id nomen, sed om-
nino necessarium fuit, ut, qui præsens esset, conturbaretur, atq; ideo exclamaret, & crisim, id est iu-
dicium, rem ipsam nominaret. Decet autem medicum generosum neq; turbari, neque futurum
euentum ignorare: melius autem fuerit, si se ad prænoscendam futuram crisim exercuerit: neque
enim ista dignatio, quæ habetur de præsentis crisis euentu, multum distat a præcognitione eius-
dem futuræ, sed ex eadem contemplatione utraque perficitur.

De præsentibus optime crisis indicijs: & quæ ex quibus locis excretiones, & abscessus,
quos, & quarum partium morbos finire soleant. CAP. 3.

Et iam hæc omnia dicta sunt, partim quidem in primo libro de diebus iudicatorijs, partim
in duobus libris, qui istum antecedunt: dicam uero, & nunc omnia summatim, quæ & præ-
sentem crisim, quo euasura sit, ostendunt, & futuram præmonstrant. Primum quidem & maxi-
mum inter omnia, est considerare coctiones ex urinis, & alii excrementis, & sputaminibus: si-
quidem ego millies cum, dum crises fierent, interessebim, neminem unquam uidi intereuntem,
qui præcedentibus coctionibus crisim habuisset. Non tamen æqua omnium signorum digni-
tas existimanda est, sed in morbis quidem thoracis atque pulmonis præcipuae sputamina sunt
animaduertenda: non tamen urinarum contemplatio negligenda: sed & alii excrementsa sunt
inspicienda. Si uero tantum febricitent sine alicuius uisceris passione, aut cum inflammatione he-
patis, uel renum, uel uesicæ, uel splenis, maxime urinis animum oportet adhibere: sicut, si circa uē
triculium passio sit, primum excrements alii: deinde neq; urinæ sunt negligendæ. Semper. n. cū
febris affuerit, uel ex sola humorum putredine accensa, uel ex membro inflammationem patien-
te, præcipue urinas inspiciendas censeo, atq; deinde coctiones agnoscendas, sicuti & prius defini-
uimus. Primum quidem, & maximum instantis bonæ crisis indicium sunt coctiones. Scđm aut,
q̄ ab aliqua die indicatoria antea indicent, cui annexa est diei iudicati potētia. Deinceps at inspi-

D E C R I S I B V S

cere, oportet, & specieē morbi, & morē: specieē quidē, si tertiana, vel quotidiana, vel febris ardēs, vel E
pleuritis, vel peripneumonia: morē aut̄, si moderatus, & mitis, vel prauus atq; malignus. Deinde
si formae morbi excretio respondeat. Si. n. sit febris ardens, vel sanguis ē naribus profluet, vel post
vehemētē rigorē sudor multus, & calidus p̄ totū corpus emanabit, aut p̄ vomitū, aut per aluum
biliosa excernent̄. Ita & Tertiana uomitibus, & excrementis alui biliosis, & sudoribus multis to-
to corpore fluentibus, iudicabit. Plurimum aut̄ pituitāe in quotidianis febribus excernetur, & mul-
ti in toto corpore sudores fient. Iudicat & Phrenitidē sudor bonus, & præcipue si ex capite mul-
tus, & calidus fluxerit, sudante simul reliquo corpore: contingit aut̄ aliquā, q̄ ē per sanguinē ē na-
ribus fluentē phrenitis iudicatur. Nō tñ Lethargus aut Peripneumonia fluxū sanguinis amant.
Inter ipsas autē Pleuritis medium obtinet locum: minus. n. q̄ febris ardens, & phrenitis, magis at̄,
q̄ peripneumonia, atq; lethargus, profluvio sanguinis soluit. Soluit aut̄ Lienis, & Hepatis inflam-
mationes sanguis ē naribus profluens, cū hæc uiscera una cū acutis febribus habent inflammatio-
nes. Et oēs, quæ in præcordijs sunt, calidæ, atq; acutæ inflammationes fluxu sanguinis iudicantur.
Oportet autē per directū fluere sanguinē, ex dextra q̄dem nare, hepate paciente, vel locis in dex-
tris præcordijs positis; ex sinistra aut̄, liene, & locis uiciniis. iuuat aut̄ & sudor bonus oēs, q̄ sunt in
præcordijs, inflammationes calidas, & acutas. Hepatis vero deuexæ quidem partes inflammationem F
patientes tribus præcipue modis crisis obediunt, fluxibus sanguinis ē nare dextra, & sudoribus bo-
nis, & urinis abundantibus. Conuexæ autē partes excrementis alui biliosis, atq; sudoribus, nonū-
quā vero & vomitibus: magis autē expetunt per urinas expurgari, q̄ deuexæ hepatis partes, oīa
ea, quæ vel in partibus renū, uel vesica laborant: sicuti loca, quæ ad thoracem, & pulmonem per-
tinent, sputaminibus. Sudores vero oībus febribus proprij sunt, & præcipue incendentibus. Iuuat
aut̄ non parum, & effurentes inflammationes, quando (sicut & antea diximus) vira cū concoctio-
nibus emanauerint. Iudicant aut̄ & quotidianas febres, simul vomitibus, atq; excrementis alui pi-
tuitosis adiunctis. Et quartanas ēt, si atra simul ac varia excernuntur: Semiterianas vero, si biliosa
simul, & pituitosa. Parotides autē iudicant Lethargos, & reliquos oēs capitū affectus. Alij q; decu-
bitus, oēs febres diurnas secure iudicare consueuerunt. Sed nondū de diurnis morbis dicere
proposuimus, nam repentinæ mutationes acutorū sunt: quorū optimam, qualis fit, nunc enarramus, q̄ videlicet omnino sine coctione non est, & q̄ in aliquo die iudicatorio fit, ac præterea ab ali-
quo indicatorio p̄indicata fuit, & ēt crisis motū } facit morbo conuenientē. Præter hæc autē hor-
tor hoc loco, vt ægrotantis ætatē, atq; naturā, nec non antecedentem victimum, locumq; in quo
ægrotat, & anni tps, atq; p̄sentē t̄pis statum, consideres. Si. n. quēadmodū morbus forte est bilio- G
sus, hæc ēt singula æque biliosa sint, oportet bilem crisi ex purgari: sicut, si pituita superabunda-
rit, pituitā oportet euacuari: vatis autem humoribus superfluentibus, variā ēt oportet esse euacua-
tionē. Cum vero hæc vniuersa bene tibi fuerint explorata, tunc euentus iā tibi sunt considerandi.
Si enim, dum ægrotans iudicatur, febri soluat, atq; alijs accidentibus liberetur, & melius fuerit co-
loratus pro ratione euacuationis, cum melioribus pulsibus, & ad surgendum robustior, hec opti-
ma crisis est: si vero ex his aliquid desit, tantum ab optima deficit, quanta est eius, quod deficit, uis.

*Defuturæ crisis optime, ac diei, in qua solvendus, aut iudicandus
est morbus, præognitione.*

C A P. 4.

Sic quidem dignoscere oportet optimam crism p̄item: futurā vero, hoc modo. Morbi natura
consideranda est, an ad amaram bilē pertineat, vel atrā, aut pituitā, uel mistas hēat significatio-
nes; scripta aut̄ sunt in libro p̄cedente horum indicia. Post hoc autē, tempus anni, & laborantis æ-
tas, & temperatura; & quæcunq; alia eius ordinis sunt: de quibus paulo ante sermonē habuimus:
vnde facta de uno mentione, reliquorū ēt, si vel silentio prætermittantur, meminisse oportet, nam
longum esset oīa sp̄ percurrere. Post hēc autem, accessionum circuitus sunt considerandi, si vel
per tertium, uel per quartum, uel per singulos dies eueniant: vel nullo mō eueniant, sicuti in ijs ac H
cidit febribus, q̄ proprie synochæ noīantur. Si. n. p̄perauerint, ac sp̄ proportionabiliter anticipa-
uerint horam, & multo uehementius infestauerint, & per tertium occursauerint, cito crism iub
secuturam denunciant: si vero lente moueantur, atq; eadem inuaserint hora, & singulis diebus
fiant, post longius tempus crism futuram denunciant. Præterea (quod sane maximum est) coctio-
nes inspicere oportet, & harū p̄cipue effatu dignis transmutationibus mentem adhibere. Si. n. in
diebus indicatorijs fiant, indicia sunt, q̄ sequentes iudicatorij dies ægrotum morbo liberabunt.
Summatim. n. (ut in p̄ecedentibus sermonibus diximus) vniuersa morbi constō per quatuor di-
cta genera manifestatur: de quibus diximus, Hippocratem in aphorismis differuisse, in hunc mo-
dum: "Accessiones autem, & constōnes ostendunt morbi: & anni tempora & circuitum adinui-
cēm incrementa, siue quotidie, siue alternis diebus, siue longiore t̄pe, fiant. Deinceps ita inqt: Sed
& ex post apparentibus: ueluti in morbo lateralī, sputum si statim iuperueniat, incipiente morbo
quidem breuiorē facit: si uero mox apparuerit, longiore. In primo autem libro de signis mox
apparentibus, quæ quidem signa morbi coctionem ostendunt, plurima diximus: & quo pacto ab
ijs, quæ signa, & accidentia iudicatoria uocantur, differant, explanauimus. Si igit̄ ea memoria
retines,

A retines, spero te facilius p̄cognoscendi, ac dignoscendi optimæ crisis facultatem ex hoc sermone adepturum. Reliquæ n. crises coniectura quadam artificiosa præcognoscuntur, optimâ uero critim (quam etiam solam critim simpliciter vocari diximus) non per coniecturam, sed firma præcognitione cōprehendes; omnia n. signa in talibus morbis statim ab initio secura uidetur. Cum igitur talia integre fuerint, in primo quaternario critim futuram denunciant; sicuti Hippocrates in prognostico hisce verbis ōndit: "Mitissimæ n. febres, q̄ securissimæ signis fiunt, quarto die finiuntur, vel prius. Neq; n. cōtingit febrem oīa signa securissima h̄ntem, neq; illam in qua sunt omnia maxime perniciosa, alteram quidem non solui, alteram autem non occidere in primo quaternario ægrotantem: veluti, si hæc quidem parum ab extreme perniciosis discesserit, illa vero a maxime salubribus, hm̄i febres septimum diem non contingit transcendere. Si uero critis vehemens, & cum cōficitatione futura sit, aut potius moderata: vel neque critis oīno, sed solutio simpliciter, non amplius ex perniciosis signis, & salutaribus, sed potius ex alijs, præcognoscitur. Duo aut sūt & horum genera, magnitudo, & motus morbi: in quibus primis diligenter oportet exercitari, ut ipsa noscamus, & facile à more, ac idea morbi distinguere valeamus. Sed ideam ipsam quo quidē pacto dignoscamus, in secundo uolumine diximus: nā tertiana, & quotidiana, & quartana, & se-

B mitertiana, & pleuritis, & peripneumonia, & phrenitis, sunt species morbi. Si vero benignus, aut malignus sit morb, ex subsequentib. īpm accidētibus noscitur: quæ oīa fere Hippocrates in p̄gnosticis enumeravit. In his aut annumerare oportet coctionis, & cruditatis signa: magnitudo uero & motus morbi, ab his diuersa sunt. Eebiles qdem, & paruæ febres qñq; valde malignæ sunt: & aliæ calidæ, atq; incendentes, vt stomacho angustiam, & calorem, & sitim intolerabilem afferat, nihil tñ habent nonnunq; periculosum. Dictum aut & prius est, q; siue vehementiam, siue magnitudinem morbi quispiam velit noiare, nihil differt. Ab hisce uero oībus differt motus, & ex tépore partium accessionis comprehenditur. Cum n. vnaquæque accessio quatuor h̄at partes, principium, augmentum, statum, & declinationem, vel has omnes breui t̄ pe febris percurrit, vel tardo: vel nonnullas quidem citius, nonnullas vero serius: Si omnes igitur celeriter peragat, manifestū inde fit, q; ad critim properat: Et omnino huiuscmodi febris est de numero intermittentium: ne que n. contingit, vt illa, quæ oēs celeriter peragat, amplius continua permaneat: sicuti neque, vt, q; in oībus partibus prolixitatem seruat, sit intermitteſ: Liquet autem, q; eam quidem, q; ad infebricationem desinit, uoco intermittentem. Continuae vero febris, oīno conuenit, vt pars aliqua, aut

C duę, vel omnes longe sint: Eius quidem, quæ proprie synochus noīatur, longus est status: magis autem tota h̄ec febris status est. Eius vero, quæ non est synochus, non tamē definit ad infebricationem, cum status alijs téporibus longior existit, motus est velox: q; si breuior, tardus est motus. Cum igitur morbi idea, & magnitudo, & motus, & mos fuerint distincti: & ideā quidem ex proprijs accidentibus cognita, magnitudo vero ex eorundem quantitate, motus vero ex tempore accessionis partium, mos autem ex accidentibus superuenientibus, his quoq; adiuncta consideratio net pis anni, & naturæ, & regionis, & similiū; nunquid morietur æger, aut saluabitur, ad h̄ec tria respiciens inuenies, ad ideam, & morem, & magnitudinem, sed maxime morem inspicere oportet. Vtrum vero per critim terminabitur morbus, aut non, primum quidem ex motu, ac magnitudine inspicias: deinceps autem ex idea ipsius: deinde ex anni tempore, & ex alijs, quæ eiusdem sunt ordinis: & ex superuenientibus quidem accidentibus, non omnibus, sed ijs, quæ paulo ante memoraui, quæ uel una cum criti ab initio inuadunt, vel paululum anticipant, quæ ipsa iudicatio signa proprie noīamus. Nam, cum superuenientia accidentia trifariam diuidantur, in ea, q; quæ morem morbi natura ostendere apta sunt: & in ea, quæ affutram proxime critim denunciant, & quæ non solum signa sed etiam causas crisis posuimus: primum quidem ex his simplex est ge-

D nus, nam quædam ipsorum prauia, quædam vero bona perpetuo existunt: secundum vero, & tertium non semper neque idem facere, neque ostendere, aptum est, sed secundum morbi tempora variatur. Diximus autem latius de omnibus his in primo libro. Doctrinæ igitur manifestioris gratia, ducatur ad exemplum aliquis ægrotus, qui primo die habeat signa manifestissima salutis: huic n. omnino in primo quaternario finietur morbus. Vtrum uero persolutionem, vel critim, magnitudine & paruitate distinguitur; siquidem magni iudicantur omnino: qui autem parui, soluuntur solum. Sed dies critis ex motu inuenietur. Nam, si febris synochus fuerit, ac nullus error acciderit (nam semper huius oportet meminisse) in quarto die sperandum est critim futuram. Si vero continua fuerit, magnitudinem ac motum inspicere oportet. Contingit n. in tertio vel quinto die critim fieri: in tertio quidem, si morbus sit magnus, ac motum uelocem h̄at: in quinto autem, si neque uelde magnus sit, neque uelociter moueat: oportet enim critim in idem tempus concurrere cum accessione. Et ita raro accedit, vt leuiori die fiat critis: vt videatur bis tantum Archigenes in toto tempore uitæ suæ id obseru: sse, ego uero ad hanc horā semel solum. Et causa est quēmadmodū diximus in libris De diebus iudicatorijs) vt critis s̄epius ex quarto die ad tertium, & ad quintum transmutetur. Nā morbus, qui tam subito critim h̄et, oīno per acutus est; in omnibus autem morbis peracutis necessarium est febres, vel synochos esse, vel con-

D E C R I S I B V S

tinuas quidem, sed q̄ per tertium exacerbantur. Synochi quidem raro eueniunt : &, vbi nullus sit **E**
 error, in quarto finiuntur per crisim, natura propriis circuitibus ad crisim perueniente : rarū uero
 ēt est, ut nullus sit error. Continuā aūt febres, quae in accessionibus crisim h̄nt, tertio die, uel quin
 to rationabiliter finiuntur: nam, si q̄nq; etiam quarto iudicentur, ratione eius accessionis, q̄ t tertio
 die fit, id patiuntur: quæ. n. circa horam vndecimam, si ita contigerit, diei tertij accessio inuadit, vel
 tertia nocte, uel quarto die inuehit crisim. Cū igitur primo die (rursus. n. eadē repetēda) signū ali-
 quod coctionis manifestum apparuerit, reliquis ēt omnibus periculū nullum portendentib. tunc
 proculdubio sciens, q̄ in primo quaternario morbi solutionē subsequi sit necessarium. Quōd si
 ēt eius magnitudo inspecta sit, ulteriore habebis notitiā, q̄ cum crisi finietur. Ex morbi autem
 motu te sperare oportet, q̄ crisis uel tertio die fiet, vel quarto, uel q̄nto: si quidem celer sit motus,
 tertio: si uero quodammō tardior, in quinto: si uero febris fuerit synochus, in quarto. Adiuuat mo-
 tus celeritatem morbi magnitudo, & anni tēpus, & regio, & ætas, & quæcunque alia amarē bili cō-
 ueniunt: tarditati autem motus insunt contraria. Aestate. n. adolescēs natura calidior, post mediā,
 & labores, & cibos, & potus biliosos, tertiana crisi occupabitur, & p̄sertim si is, q̄ antecesserit, t p̄s
 status admodum squalidus extiterit, & p̄ns etiam: & locus, in quo ægrotat, fuerit natura calidior: si **F**
 uero & tertianæ crises tunc abundauerint, adhuc certior est conjectura. Quōd si oīa contraria cō-
 uenerint, & motus morbi tardior, neq; magnitudo ualde effatu digna, & t p̄s anni fuerit hybernū,
 æger aūt uel natura pituitosior, uel iam declinantis ætatis, sperandum crisim ad quinti diei acce-
 ssionem peruenturam: adhuc autem magis, si locus natura frigidior, atq; humidior extiterit, & prē-
 sens t p̄s status cōsimilis, & quintanaæ crises abundauerint: & reliqua his proportionabilia, ueluti
 ocium, repletio, & esus ciborum pituitosorum a plurimo t p̄e. Rursus igitur aliis ægrotus subij-
 ciatur, qui nullū hēat signum coctionis manifestū, neq; in primo die, neq; in secundo: neq; tamen
 perniciosum, sed omnino oīa sint citra periculum: saluabitur quidem & hic, sed in primo quater-
 nario non liberabitur integre. Oportet igitur mētem diligenter adhibere, nunquid aliquod signū
 manifestū coctionis ostendat: nam, si hoc fiat, necesse est, ut in septimo die æger liberetur, mō inte-
 rim nullus errot admittatur. Si uero per crisim, uel sine crisi salus sit secutura, hoc ex morbi magni-
 tudine noscitur. Liquet enim, q̄ si magnus fuerit, omnino per crisim morbus finietur: q̄ si etiā mo-
 tus uelocitas adiungatur, multo magis id fiet: ut, si etiam aliquis error, non magnus tamen, circa
 ægrotantē factus fuerit, oīo per crisim, & sic sperandū crisim in septimo euenturā. Quōd, si non
 multum uelociter moueat, aliquis uero error circa hoīem interim fiat, ad nonū diem crisis trāf-
 fertur. Rursus itaq; supponamus aliquem salubri morbo laborare, qui die septima aliquod coctionis **G**
 signum habeat manifestum: hic, si morbus magnus extiterit, & celeriter moueat, unde cimo
 potius, quam decimo quarto die, crisim patietur: q̄, si minor fuerit, neque celerem motum habue-
 rit, decimoquarto magis, quam undecimo. Simul uero cum aliis est distinguendum, si & iuuenis
 fuerit, & natura biliosus, & tempus æstiuum, & in loco calido ægrotauerit: & prior victus, & que-
 cunque præsenti attinent statui, ad calidius declinauerint: oīo iste diē undecimo crisim habebit:
 quemadmodum, si oīa contraria ijs, quæ dicta sunt, affuerint ægrotanti, in quartodecimo. Quōd
 si nonnulla quidem affuerint, nonnulla uero non, atq; interim aliquis error inciderit, fieri nō pōt,
 ut crisis die undecimo subsequatur: s̄p̄ius uero, nec die decimoquarto, quādo magis fuerit erratū.
 Sed, si nullus error acciderit, mista uero fuerint accidentia, hic opus erit medico exercitato, ac p̄-
 spicaci, ut ea, q̄ uim maiorem habent, signa distinguat: & illi, q̄ ab ipsis ostendit, crisi fidem adhi-
 beat certiore in hisce adeo ambiguis præcognitionibus. Si autem, neque in ipso septimo die, in
 alijs certe inter septimum & undecimum, id quod futurum est, exquisite discere licet. Nam, si ma-
 gnitudo, uel uelocitas motus morbi in eisdem diebus intendatur, ac coctionis signis effatu digna
 accessio facta fuerit, hmōi ægrotus die undecimo crisim patietur: sicuti, si contra se habuerint, in **H**
 quartodecimo. Subiectatur rursus ægrotus, qui in morbo salubri in primis diebus tardiorē febris
 motū habeat, neq; cum nimis uehementi calore, ueruntamen adsint cruditatis signa: q̄ quidem in
 tra quartumdecimum diem hic non liberabitur morbo, iam manifestum est.. An uero in illa ipsa
 die, uel postea, ex morbi temporibus distinguendum est: nam principij quidem signa si diu permā-
 serint, diurnum fore morbum significant: Augmenti uero si in quarta, uel in septima dieappa-
 paruerint, sperandum est aliquid in quartodecimo, sed in vndecimo determinabitur. Nam, si hæc
 tria in eo die coniuncta fuerint, & motus velocitas, quæ sufficiens sumperferit incrementum, &
 febris magnitudo, ac præterea manifestum coctionis indicium, fiet crisis in quartadecima: adhuc
 aūt magis, si & anni t p̄s, & ætas, & ægrotantis natura, & quecunque alia his sunt proportionabilia,
 ad crisis celeritatem contulerint. Si uero solum manifestum coctionis signum die vndecima appa-
 reat, neq; tamē morbi magnitudo, aut motus uelocitas, festinauerint: tunc ultra diem decimum
 quartū crisis differet. Sed, si quidē anni t p̄s, & etas ægrotantis, & qcunq; alia his sunt proportiona-
 bilia, ad frigidius declinauerint, sperandum non est morbi solutionē ante uigesimum diem secu-
 turā. Quōd si mista quoquo modo signa affuerint, & dies decimus quartus coctionē insigniter au-
 xerit, die decimo septimo crisis occurret. Si uero neq; die quartodecimo aliquid nouatum fuerit,
 tunc

A tunc ad septimum decimum diem est respiciendum: si n. in eo aliquod signum apparuerit, id fidissimum erit, quamvis valde exiguum fuerit, uigesimoque die crisim futuram praemonstrabit.

Quod maxime facit ad crisis præcognitionem, futuri status morbi prænotio: ac non posse hominem morbi ui, in declinatione ipsius interire.

CAP. 5.

Quodvero haec crises vniuersae, quas numeraui, omnium optimæ sint, hoc est securæ, atq; perfectæ, & certæ, si quis ea oia, quæ a principio dicta sunt, asseditus est, nulla amplius egebit demonstratione. Cum enim post signa optima, atq; exquisitæ coctionē factæ fuerint, necesse est, ut optimæ sint: qm & sola coctio crisis celeritatem, & salubrem securitatem ostendit: neq; n. vel alio cōcipi pot, q, post morbi exquisitam coctionem, crisis mala sequatur. Exquisita uero coctio fit tpe status: atq; idcirco ab initio ipso nos admonuimus, nulli alteri exercitationi tā esse intendēdum, q ad morbi statum p̄noscendum. Nam, si forma uictus ad illum instituitur, & crisis optima in illo sit, atq; omnium crisium ipsa est regula (quæ n. huic proximior est, altera magis distante potior semper est) in nulla re adeo exercitandus est medicus, q̄tum in status præcognitione. Esto igitur, ut in die quartodecimo spes sit fore statū, &, aut ob morbi magnitudinem, vel motus velocita-

Btem, vel pp aliquod aliud extrinsecum irritamentum, crisis die undecimo anticipet: neq; ipsam pfectam, neq; oīno bonā, quimus sperare: sed hoc tpe oīno timēdum est, præsertim si neq; in totū morbi periculo uacat. Quod si salubris apparuerit, verendum est, ne crisis uel cum grauib. fiat accidentib. uel nō perfecta, uel oīno reuertatur: adeo magnā hñt uim coctiones, ac p̄ pe a et morbi statutus. Et quidem, si morbi in hoc tpe crisim non habuere, fieri non pot, ut in declinatione habeant: quicunq; n. status tempus iemel præterierint, hi sine crisi perseuerant, & paulatim soluuntur. Et nullū est mortis periculum tpe status elapso, quantum iudicio assequi possum: & tñ quidam sunt, qui putant se uidisse ægrotos in declinationib. perijſſe. Sed, si experientia uel rationi credere oportet, noui ipsos alia ratione, q̄ morbi, interijſſe: oēs siquidē errorib. interiere, præcipue quidem suis ipsorum: sed & aliquā medicorum. Sic quidem experientia testatur, neminem unquam ui morbi in declinationibus perijſſe: sed adhuc magis ratio: neq; n. possibile est, ut post q̄ causæ morbosæ iam coctæ sunt, ac iam natura superauerit, æger moriatur, modo recta curatio à medicis adhibetur. Vbi enim natura superior euasit, & debellavit, & restitit uehementiori morbi conatui, & quæ infestabant, expugnauit (hoc enim est ipsa coctio) fieri non potest, ut deinceps succumbat. Quod, si à morbo natura non uincatur, mortem subsequi nullo modo contingit, siquidem nihil

Caliud mors est, nisi omnimoda naturæ prostratio: ubi uero ipsa perdurat, dominatur, ac uincit, hominem necesse est liberari. Ex omnibus igitur nos ratio cogit, in id maxime esse incumbendum, ut eam morbi partem p̄noscamus, quam statum uocant: nam, si moriturus est æger, aut non, nemo præcognoscet, nisi status tempus præcognoverit. Tunc enim primum mori egrotantem est necessarium, qn uires morbo succubuerint: siue autem uires, siue naturam dixero, idem te nunc intelligere oportet: & quidem, utrum prius superabitur, sciri non potest, si futurum penitus fuerit incertum. Nam, si crisis intra unum diem esse debeat, saluabitur æger, antequam uires à morbo prosternantur. Si uero ante uiginti dies (ita enim contingat) non possit status aduenire, fieri potest, ut interim natura fatigetur, adeo ut, cum egroti omnino similiter habere uideantur, alter quidē saluetur, alter moriatur, ob status futuri tempus. Si quis uero nos alium modum sciret edocere, quo morituros a saluandis possemus distinguere, non esset fortassis ad hoc status necessaria p̄cognitio: sed cum alia uia, quam nuper dicta, inuenire nequeamus, egrotis similiter habere apparetibus, quis saluabitur, quisve morietur: maxima ex hoc præcognoscendi status necessitas oritur. Hippocrates igitur ita inquit: "Coniectura assequi oportet, an æger cum eo uiectu usq; ad morbi statum perdurabit: & utrum ipse prius deficiet, neq; cum eo uiectu perdurabit: vel morbus an-

1.Aph.9.Ext.
ord.4.g

Dtea finietur, & obtundetur. Videntur quidem, & Diocles, & Plistonius, & Praxagoras, & Philotimus, atq; omnes, ut ita dixerim, probatissimi medici nihil aliud melius inuenisse ad iudicandum, nunquid æger saluabitur, aut morietur: qui uero oīa bona artis deteriora fecerunt, ij neque aliquā aliud sapientius excogitauerunt, & hoc maxime neglexerunt. Quis n. eorū est, qui aut morbi magnitudinem, aut naturæ robur cognoscere studeat, aut futurum statum p̄cognoscere? Et quidem sine horum trium exacta dignotione nihil de salute inuestigari cōtingit, nō magis, q̄ hoc, nunq; aliquis portando oneri sufficiat, sciri potest, hominis robore, oneris magnitudine, & uię longitudine antea non perspecta: nam egri uires portanti onus, morbus uero oneri, tēpus aut, quod usque ad statum extenditur, longitudini uię respondet. Quo pacto igitur de egrotante sciri potest, nunquid sufficiat, si nulla status p̄cognitio habeatur? Ex omnibus igitur ratio cogit nil tam studiose esse discendum, q̄ futuri status p̄notionem. Sic n. neq; conueniens uiectus adhiberi potest, si hic non præcognoscatur, neq; de egri salute, uel morte alio modo manifestam haberit notitiam contingit. Sed neq; de crisi, nunquid futura sit, aut omnino non erit: & si fiat, qn, & qualis erit scripi potest, si præcognitio status non habeatur. Quare maximum hoc erit artis opus, & ceteris omnibus anteferendum, ad præcognoscendum futurum statum exercitatio. Sed, quomodo hoc fieri potest, antea diximus: nunc uero, quod nuper dicebamus, repetendum.

Epilogus

DE CRISIS BVS

Epilogus eorum, que faciunt ad salutem, uel mortem prænoscendam.

C A P. 6. E

Si Cognouerimus ex magnitudine morbi & uiribus ægrotantis, & tpe status, nunquid libera-
bitur aut morietur, colligere ita aliquid poterimus de crisiſt pe, & mō. Si qdē morb. salubris
inueniatur, & neq; eius acumē, neq; magitudo festinēt, neq; error aliq; circa ægrotū admit-
tatur, status tps, crisis expectat. & hæc qdē optima crisis est, fit. n. morbo iā cocto. Si uero uel pp
morb. magnitudinē, uel motus celeritatē, uel pp aliquod aliud irritamentum ante statum crisis
venire cogatur, tanto hæc optima deterior erit, qto statum anticipauerit. Quod si neq; usq; ad sta-
tum sufficere possit, necessarium est ægrotantem ex hoc morbo interire, non tamen omnino pro
pe statum: contingit enim & multo celerius, & statim circa morbi totius initia. Crisis. n. uel in sta-
tu uel parum ante ipsum fit: Mors autem in tribus temporibus, principio, augmento, & statu.

De tribus conualeſcendi, & quatuor moriendi modis.

C A P. 7.

CVM vero res plures sint, concedant mihi sophistæ manifestioris doctrinæ gratia, singulis p
prium nomen imponere. Et, si hoc ipsi non concesserint, longe eis ualere iuslīs (neq; n. ipsiſ,
sed:js qui ueritati student, hic sermo componitur) ita consideremus. Si quis subito morbo libera-
tur, oīno huic aliqua euacuatio effatu digna contingit uel per uomitum, uel per uenris exone ra-
tionem, uel sudores, uel urinas, uel sanguinis è narib. profluuiū, aut ex sede per hemorrhoīdas, aut
in mulieribus per purgationem menstruorum. Sed & parotides non paucos in tempore opportu-
no liberarunt, & ad genua, & ad pedes, & ad aliud quodpiā membrū ignobile decubitus. Et quidē
antececidit his oībus atq; affidet, non modica in ægrotantiū corpore pturbatio: delirant. n. & diffi-
cilem habent anhelitum, & stomachi angustiā, atq; alia, quæ prius diximus, patiuntur. Vnus qui-
dem hic modus est morborum solutionis, quæ non modo nos crisim nominare instituimus, mani-
festioris doctrinæ gratia, sed oēs ēt q nos antecesserunt, eodē noīe crisim nominabant. Alter ue-
ro modus est, q hæc qdē oīa seruat, uno āt tm modo differt, q a non integre a morbo liberat. No-
minatur vero, & hic nonnunquā quidē crisis simp̄ler, sicuti & prior, aliquando ēt cum additione,
crisis imperfecta, uel crisis defecta. Quicunq; āt morbi paulatī finiuntur, solvi qdē in præsentia di-
cuntur, per crisim autē finiri nequaquam, quis aliquando per abusionem hoc ēt crisim nominari di-
xerimus. Sed nunc singulis triū eorū, quæ diximus, claritatis causa, sit propriū nomē impositū: Cri-
sis qdē simpliciter, morbi solutio subita: Defecta uero crisis, subita morbi diminutio: Solutio āt
simpliciter, quæ in longiori tempore, & paulatim facta est. Sicuti uero uel effatu digna euacuatio
vel oīno decubitus cum veloci perturbatione necessario in crisisbus fiunt: ita in solutionibus neq;
agitatio aliqua, nec euacuatio, neq; decubitus accidentunt. Tres qdē hi sunt modi cōmutationis
morborum, cum à morbo liberari debet ægrotus. Tres uero alij proportionaliter oppositi istis exi-
stunt, cum moriturus est. Vel. n. subito moritur unā cū turbatione, & agitatione, & quibusdam ex-
cretionibus vel decubitibus effatu dignis. Vel mortem non subiit quidē ex istis, sed multo dete-
rius euafit. uocentur autē hæ duæ crises non bona, cum nihil referat, siue hoc modo, siue malas cri-
ses nominemus: seorsum uero, prima quidē perfecta, secūda uero imperfecta: Tertia vero species
malæ permutationis, q paulatim fit usq; ad mortem, maratmus. i. marcor, nominetur. Hæc igitur
tria alij tribus opposita sunt. Quartus modus est subitæ mutationis ad peius, sine magnis excre-
tionibus, vel decubitibus: quā neq; crisim appello. Quod igit huius modum ab alijs differre dicim⁹,
quos cū agitatione, ac perturbatione, & effatu dignis excretionibus, aut decubitibus fieri diceba-
mus, inicuiq; manifestum est: differt. n. fine his fieri accidentibus, quæ prius iudicatoria nomina-
tiūimus, atq; absq; excretione vel decubitu: & fieri cum illis. An uero recte, vel non, huic mō
mortis nomē crisis detrahimus, hoc est de noīe, nō autē de re ipsa, contendere. Ego āt quatuor modos
docui inuicem differentes, & singulis propriū nomen manifestioris doctrinæ gratia, imponendū
censui. Si q; vero melius, vel manifestius licet nominare, de eius nuncupatione minime disceptau-
rimus: docere vero vtile aliquid haudquaq; in isto consistit, sed in dignoscendo hos singulos mo-
dos, cum adsint, & futuros prænoscendo. Neq; ēt, si horum modorū causas explicare tentarem, de
inde q spiam eisdē causis tanq; non recte habentibus contradicens, putaret se aduersus ipsos mo-
dos differere, recte opinaretur. Cognoscere. n. q tot sunt modi, quib. sanētūr, aut moriātūr ægrotā-
tes, ac quod dictis nominibus nominātūr, atq; ubi præsentes fuerint, ipsos dignoscere, futuros ue-
ro præcognoscere, hæc ipsa ad medendum conferentia sunt: atque expedit quidē nomina con-
cedere, dignotiones uero ac præcognitiones experientia explorare.

*In Asclepiadem, & reliquos sophistas, qui naturalia principia negantes,
crisisbus, & reliquis naturæ operibus detrahēbant.*

C A P. 8.

SI uero conantibus nobis, unde hæc inueniamus, edocere, quispiam in contradictionibus exer-
citatus, qualem habitum admirabilis Asclepiades acquisiuit, impeditat, ac sermonem meum in-
ter rumpat, meminisse oportet, q hic istud agens, non rem ipsam, sed q de ea uerba dicuntur cauī-
latur. Neq; enim, q nullę repentinę turbationes fiant aliquando circa corpus ægrotantis, pōt asse-
rere Asclepiades: neq; q sepius post ipsas effatu dignę excretiones non euenant: neque quod ma-
gna ex ipsis non sit facta in ægrotantibus permutatione: neque quod huiuscmodi res non uocetur
crisis:

Acrisis: sed q̄, certante natura cōtra causas morbos faciente, ista non fiant, hoc demonstrare tentabit, non parū quidē etiā hac in parte delirans, propter admirabiles tumores atq; meatus, quos ipse supposuit: Quorū causa neq; nouit potentias illas, quib. aīal gubernatur, neque, q̄ hæc oīa ad salutem faciunt tam in sanis, q̄ ēt in ægrotantibus: neq; q̄ ipsæ sunt, q̄ morbos iudicant. Sed, cum pos sit quidem in rebus sensui occultis huiuscmodi sermo nugari, nihil tñ, quod ad artē medendi pertineat, attingit: neq; n. dignoscere nos crisii modos, neq; prænoscere, talia sophismata prohibēt. In multis quidem igitur s̄epius delirabit Asclepiades, & quicunq; non norunt, naturas esse morborum medicatrices: at nunq̄ poterū modū salutis, aut mortis præcognoscere. Atqui quo pacto turpe non est medico, instantे crisi, more vulgarium perterreri, quē decuit non solū præsentem crīsim, quorsum euasura esset, intelligere, sed etiam futurā præcognoscere? Evidēm hīc oīa, quæ ad crīsim attinent, vel futura prænoscere, vel iam præsentia dignoscere, ex alijs principijs haud in uenio, q̄ ex ijs, q̄ supposuit Hippocrates. Etenim, q̄ ea, q̄ sunt in corpore, concoquātur, vel non concoquantur, Hippocraticis, nō aut Asclepiadicis dogmatibus congruit. "Et, q̄ natura multas portentias habeat, per quas animal gubernatur, vnum quoddam est Hippocraticum dogma, & sine hoc præsentem cōtemplationē scientia cōprehendere minime possumus. Neq; n. numero infini

1. Epid. cō. 2.

t. 46. 4. 112. c.

Et 1. Aph. 22.

Ex. ord. 10. b

Et in libro

De humorib.

Btōs expectare oportet signorum concursus, tanquā in singulis ipforum propriā obseruationē assē qui possimus, sed potius oīa particularia ad hāc vñā redigere intentionem: de qua verba faciens, coactus sum facere de sophistis mentionem: qui non mō nihil opportunum inuenire student, sed ēt, quæ bene inuenta sunt, conantur facere deteriora. Et nō melius foret, cum nos intuētur, & diē ipsum, in quo crīsim morbus subibit, prænoscentes: atq; insuper crisis modum prædicentes: ac iā præsentem ēt, quem finem fit habitura, dignoscentes: tali contemplationi descendæ intendere, ex qua huiuscmodi facultas comparatur: neque more vulgarium perterreri, quorsum euasurus sit morbus, ignorantes. Ego quidem s̄epius expertus sum tales medicos, qui de præcognitione nostra sunt admirati, qñ in ægrotis succendentē inspexerunt, atq; discere satagentes: sed, qñ quispiam ipsos docere cōperit, aut quippiam de cōctione, aut naturæ robore differuerit, vel de re aliqua alia, sine qua de crisi cōtemplatio consistere nequit, qñō, inquiunt, mihi suadebis, q̄ sit natura quæ dāvel, q̄ omnia agat ad animalium salutem? vel q̄, eadē natura expellente superfluitates, quidam à morbo liberantur? vel, q̄ calidum in aīalibus sit efficacissimum? vel q̄ ex calido, frigido, sicco, & humido, corpora animalium sunt temperata? Aduersus quos ego dicere soleo: Tu quidē ò uir, cōpisti tanq̄ discipulus, audis autē tanq̄ contradictor. Neque enim tibi sufficit artis operū, quorū te

In libro D^s

alim ento.

Ccepit admiratio, doctrinā perdiscere, sed ēt eius principiā iudicare conaris nō solum ut medicus, sed ēt ut naturalis: & tñ tibi satius fuisset contrario modo de principijs iudicare: multo enim presta re arbitror, miranda opera, quæ ex illis principijs sequuntur, inspicientem, ab eisdem operibus fidem aliquā de ipsis principijs assumere. Fides siquidem artium contrā se habent, q̄ inuentiones: creduntur enim ex operibus, inueniuntur ex principijs. Mihi quidem opus aliquod artificiosum inuenire est impossibile, nisi veris utar principijs: quare mihi necessarium fuit naturalem sciētiā diligenter perdiscere: tibi vero, iam artis operibus adiuentis, viam discere sufficit. Quare, nisi tibi suppetat tempus, vt, tanq̄ naturalis, oīa discere possis, tñ saltē tibi ratiocinari adsit, quōd nulla altera sit præter istam, quæ te faciat futuri præ cognitorē: q̄ nulla necessitas vrgeat ad principia sciētiā comprehendēda, cum iam frui possis ijs, quæ ex scientia proueniunt. Qui enim primus studuit hæc inuenire, magno in periculo fuit, ne frustra tempus contereret: neq; enim uerum aliquod ex falsis principijs contingit inueniri. Sed, cum tu ab inquirendi labore sis liber: &, quæ iam bene inuenta sunt, addiscere concupiscas, superuacaneum foret principiorum scientiam complecti, si præ fertim ad hæc tempus minime suppetat, neq; cupidio te teneat, aliquid eorum, quæ de sint, inueniendi, sed tibi solum sufficit inuentis recte vti. Tu itaq; supponens aliquam esse uitalē potentiam

Dstude, vt agnoscas eius ita in robore, sicuti in imbecillitate, dispositionem: Vbi vero in his exercitū fueris, stude deinceps omnes morborum tam in magnitudine, quām etiam in more, differentias prompte dignoscere, & post hēc futuri status præcognitionem perdiscere: Vbi vero hēc omnia didiceris, tunc te exerceas in cōprehendēdo per exquisitam coniecturam, quantum morbum quantum virtutis robur, quanto tempore possit perferrere: multum vero ad hoc te adiuuabit in operibus exercitatio. Prius vero, quām ea omnia, quæ dixi, diligenter didiceris, nihil ægrotos intuendo proficies. Sed quomodo hēc omnia, perdiscere oportet? nō aliter, quām sicuti prius à nobis dictū est. Etenim, quōd oporteat, & magnitudinem morbi inuenire, & morē, insuper statum, exerce recensui. In vnaquaque autem potentia, vel imbecillitatem, vel robur in alio libro, vbi de multitudine agitur, antea narravi. Ex illo igitur eorum, dignotiones exquisite discere oportet, vti vero ad medendum, vt in alijs edocui: neque minus & nunc ad eam, quæ habetur de crisibus, contemplationem.

Quibus morbi temporibus salutem, vel mortem contingat inuenire.

C A P. 9.

SIcuti enim, qui omnia signa bona p̄fere, in primo quaternario integrē liberabitur: eodem (vt arbitror) modo, qui omnia mala, hic intra primum quaternariū morietur. Sed qui quidem liberabitur

DE C R I S I B V S

liberabitur, oīa morbi tempora vniuersalia pertransit, principium, augmentū, statum, & declinationem, q̄q̄ nonnullis fieri non videatur declinatio, ubi repentinæ crises aduenerint: nam paulo post de istis dicetur. Moriturus autē ad declinationis tempus pertingere minime pōt: non tamen necessario ēt ad statum perueniet: contingit, n. ipsum in augmenti, & principij ēt tēpore mori: crisis vero subire non est necessarium, & maxime si in principio morbi moriatur. Hoc autem accidit, ubi natura plurimum à morbo superatur: tunc, n. neq; certare aduersus ipm aggreditur: sine certamine aut̄ crisis non fit. Hic igitur est quartus modus mortis, qui nulli salutarium assimilatur. Nemo si quidem subito morbum eusit sine crisi: multi vero sine hac subito intereunt: plurimiq; in accessionum principijs, illi præsertim, qui propter materiæ multitudinē, uel crassitudinem, aut inflammationis magnitudinē, exitialiter laborant in declinatione uero propter uirū imbecillitatē moriuntur. Hoc siquidē plus, q̄ quicq̄ aliud, p verissimo habeti oportet, q̄ in accessionum particularium declinationibus plurimi pereunt: quod nonnulli videntes, idcirco opinantur ēt vniuersalis declinationis t̄pe posse aliquē mori. Verum non ita res se habet: ubi, n. morbi status præterierit, natura quidē iam superior eusit, neq; n. alirer morbus declinasit, nullus autē modus mortis tunc aduenientis excogitari potest, præter q̄ ex errore. Sed de hoc haudquaquam nunc considerare propositumus, sed an morbi ratione mori contingat. Neq; igitur hoc vidi vñquā fieri, neq; id in F uenit ratio; sed particularibus accessionibus declinantibus multos s̄epissime interire vidi. Neq; rō nē sequentibus mirū vñ, naturæ vim imbecillam in principio quidem accessionis, & augmento, & statu posse perdurare, cum adhuc habitus ipse in vñ veluti cōpressus contineatur, t̄pe uero declinationis ē contrario se mouente calore, hoc est ā medio ad extrema retrocedente, naturæ habitū spargi, atq; dissolui. Horū itaq; nonnulli subita morte opprimuntur, vt præsentes existiment deficiere aīo eos potius, q̄ mori: quidam vero paulatim, non subito interierunt: incipientes quidē oēs ā statu accessionis: ita uero latēt multos ut admodū celeriter, ac citius, q̄ sperassent, ā statu ad declinationē transire videantur. Sed manifestissime ex pulsibus cognoscuntur: neq; n. paruo intersticio differunt, qui mortis rōne citius, q̄ sperabatur, ad quandā falsam declinationem perueniunt, ab ijs, qui vere declinant: in vtrisq; n. subito febrilis calor dissoluitur, fit vero hoc ex causis maxime contrarijs, siquidem naturæ robori maxime contraria est imbecillitas. Vehementior igitur fit cōtinue magis pulsus, & equalior, atq; ordinatior in bona declinatione, expellit: n. natura fortius oēm subito febrilē calorē: Debilior vero atq; inordinatior, & inæqualis est pulsus in mortalibus declinationibus: nam unā cum aliis tūc calor febrilis expirat, atq; hinc species melioris exoritur: deinde paulo post, vel cum ad leuandum ventrē surrexerit, animi defectū incurrit: & nōnulli pan G eo ac tenaci sudore effuso moriuntur, uel etiam sine surrectione. Sic quidē in particulariū accessionū declinationibus sine crisi moriuntur: in principijs uero, propter subitum humorū ad interiora motum, ueluti suffocata atq; extincta natura, non aliter, q̄ si lignorū uiridiū acerū super flamas paucas affatim coniicias. Reliquis est igitur mortis sine crisi modus, exitialibus morbis, t̄pe status ā uehemētia accessionis natura superata. Sic, & in augmētis plerunq; moriuntur, non alio modo, q̄ status rōne; oīno. n. qn̄ a uehementia morbi natura superatur, rōne status moriuntur. Contingit uero aliquā, & in augmentis accessionū, led rarius hoc accedit: atq; idem est modus cum illo, q̄ fit tempore status. Tres igit̄ sunt omnes mortis modi ijs, qui sine crisi moriuntur. Primus quidē in principijs accessionū: q̄ in magnis inflammationibus plurimum contingit, quæ membra occupat principalia: vel ob humorum multitudinē, crassitudinē, ac tenacitatem, q̄ subito intro confidunt, vt spiritus meatus exacte obserent. Alter vero iam t̄pe status, ā morbi vi natura superata. Alius vero iam reliquis in declinationibus, qui rarissime accedit vigore vitali soluto. Horum vero nullus contingit cum crisi, neq; n. morbū depellere in hmōi mortis modis ab initio natura tentauit, ubi vero tētauerit, sed succubuerit, malam crisis, talē euētum appello: & fit omnino, vel cū excretiōibus, vel cum abscessibus effatu dignis, simul cum reliqua omni perturbatione, de qua diximus. H

Crisis ad mortem præognitionem, summa arte atque prudentia indigere:

& quaratione ipsam intelligere contingat.

C A P. 10.

Huiuscemodi vero crisis p̄cognitiones minus stabiles sunt, & valde prudente, & arte instru-
cto atq; exercitato medico indigent: primum quidem nunquid futuræ sint: secundo an hoc
die certo: deinde si statim hominem interficiat, vel tantummodo nocebunt. Sed prius exercitati
oportet in optimarum crisis p̄cognitione, de quibus prius locutus sum: deinde in ijs, quæ nō
sunt optimæ, bona tamē: ac deinceps ad malas descenderē. Sicut enim in his est plurima incerti-
tudo, & coniectura, ita in bonis scientia, & firmitas præualet. Determinati siquidem sunt, atq; ordi-
natū naturæ motus, cū valida fuerit, & materiæ dominatur, & suis proprijs rationibus operatur;
indeterminati vero, atq; inordinati, atq; ideo incogniti, quando succibit. Sed, si qdē integre supe-
ratur, neque ab initio crisis facere tentat, neq; omnino resistere. & si paulum omnino turgat ad
pugnam, statim succumbit. Causa vero huius intempestiui assultus est morbi uiolentia, irritatrix
quædā existens, & acuta: videtur siquidē natura nihil hmōi posse tolerare, sed statim properare ad
expellendum, id quod infestat. Sicut & ex ijs, quæ uentrem aut stomachum mordent, torquent,
frige-

A frigefaciunt, & grauāt, siue quouis alio modo stimulant, licet aperte inspicere: q.n. supernatant p
vonitus expellere tentat: q uero inferiora occupant loca, per sedē excernit. Et hoc est quidē ma-
ximum signū crisis intempestiuae. Quæ n.in t pe opportuno fiunt/ quod sane idem est, ac in statu,
& coctionibus) ēt si nullū adsit irritamentū, in calidis, & magnis morbis videmus accidere. Quæ-
cunq; uero π, ο: η: γνωται. i. prumpunt / vocat autē sic Hippocrates oīa, quæ ante statū ad crisis
ruunt) ob aliquod irritamentum id patiuntur: & tanto deterior fit crisis, q illa, quæ in statu fit, q-
to magis anticipauit. In exitialibus autē morbis eodē modo res se hāt: neq; .n. crisis status tēpus ex-
pectat, aut admodū raro: sed maxima ex parte in augmentis interficit, vel in principijs. Et, si ali-
qua dies indicatrix futuram crisis p̄rōstendit, simul malam futuram p̄rōstēdit. Age. n.in quar
to die uisa sit primum nebula in urinis nigra, vel suspēcio nigra, vel tale aliquid hmōi: sint vero &
omnino alia signa, & accidentia pernicioſa: morietur quidem oīo hic ægrotus. Sed, si in impari
bus quidem accessione facta fuerit, septimo die crisis accidet: si vero in diebus paribus, in sexto. Cer
tiorem vero tibi expectationem faciet morbi motus: si. n.acute moueatur, crisis accelerantē con-
significat, hoc est, in sexta venturam: si vero tarde, ad septimam differetur. Cum vero dies indica-
trix nullum de mala crisi futura signum ostenderit, neq; eius p̄cognitio facilis est: oportet tñ h̄ic
B animaduertere ea, quæ à me dicentur signa. Et autē primum, & maximū in morbis mortalibus
signū, q fine crisi mors sit subsecutura, uirium imbecillitas; nam virtus ita prostrata, ad pugnā
contra morbum non excitatur: secundum vero, si nullum adsit signum, vel minimū, coctionis, &
præter hæc, si magnus sit morbus, atq; malignus, *atq; et celeriter moueatur. cū. n.hæc affuerint, *Quamuis in
oīo absq; crisi mors subsequetur. Mortis autem dies p̄acognoscitur, quanto superat morb. na-
turam, considerando, & grauiores accessiones inspicio. Si enim effatu dignus fuerit excessus, legatur nega-
& parum resistere adhuc vis naturæ videatur, mors cito subsequetur: si vero contraria affuerint, tive, antiqui
tardius. Sit igitur, gratia exēpli, multus quidem excessus, non tñ manifestus, an ad unū diem, vel
duos extendi poterit, hoc vero distinguetur accessionum circuitibus: quo. n.die debet accessione fie
C in illo morietur. Et, qua eiusdem diei hora accidet, iam est dignoscere facile, si meminerimus in
vniuersum eorū, quæ paulo ante diximus, in quibus morbis principia accessionum maxime affe-
runt mortē, in quibus vero status, & declinationes. Particulatim vero in singulis ægrotantibus p-
cedentium dierum recordatio, tibi plurima cōmonstrabit. Si enim ex ipsa morbi idea quispiā ne-
queat p̄anoscere, in qua parte maxime accessionis morietur, ea, quæ in prioribus diebus conti-
gere, ad memoriam reuocās, qua maxime eorū parte grauissima atq; exitialia accidentia sustinue-
runt, hic et poterit de futuris conjecturari. Sit rursus uere cognitum, quod morbus sit exitialis, &
non multa virium prostratio: primum ex hoc constat, mortem non esse propinquam: deinde in-
qrēdum est, si possit fieri crisis. Huius uero inuentio habetur ex contemplatione virtutis, q̄o se
habeat, atq; ipsius morbi motus, ac p̄terea signorum coctionis. Si enim uirtus robusta fuerit, &
morbus velociter moueatur, & aliquod signum coctionis affuerit, non extra rationē est, q̄ natu-
ra tētabit crisis. Quod, si virtus quodammodo labet, ac morbus tardum motū habuerit, nullūq;
affuerit coctionis signū, in hoc subsequi crisis non contingit. Quod autem, si morbus sit fortior
uirtute, nō necessario virtus ipsa sit debilis, nos alio ostēdimus libro: atq; inde discere oportet pro
pria signa virtutis imbecillis: oīa enim simul transfigi non possunt, omnium autem meminisse si-
mul, & nihil p̄termittere ex ijs, quæ separatim aliquis didicit, sed omnia in singulis ægrotantib. me-
moria complecti, nihil difficile, nedum non impossibile. Rursus igitur memoria repetentes ea, q̄
in p̄cedētibus differuimus, ad sequētia transeamus. Diximus, optimas crises in statibus fieri: in
augmentis vero, si salus sit subsecutura, vel imperfectas, uel non securas: in morituris autem, vel su-
bito interimere, vel magnam ad peius facere mutati onem. In principio autem morbi non fieri
crisis. Esse uero optimarum crisis exquisitas p̄cognitiones: aliarum quidem cum conjectu-
ra, & maxime cum fuerint crises ægrot. i. signo carētes: ita autem nominari diximus, quæcunq; à
nullo dierum indicantium antea fuerint indicatae. Sed, & has, et si non multo prius tēpore, saltem
paulo post futuras, p̄cognosci oportere assertimus, futuram autem p̄cognitionem ex eo, q̄ vr-
geatur, ac vehemēter irritetur natura à morbo, atq; ex subita p̄ter rationem circa corpus facta
perturbatione. Oīo. n. fit aliqua nouitas, quando crisis futura est, vel circa respirationē, vel circa
mentem, uel auditum, uel uisum, uel ferendi facilitatem, vel circa aliquod eorum, que iā sepe dixi
mus, que sane uno nomine summatis iudiciaria accidentia, & signa appellamus. Quinetiam qđ
ab Hippocrate in aphorismis dicitur: "Quibusunque crisis fit, his nox molesta, quæ antecedit ac-
cessionem: est ipsum, quod nunc nos dicimus. Quando igitur in morbo crisis ostendente, etiam 2.Aph.13.Ex.
nox molesta fuerit, & post ipsam accessione citius inuaferit cum quibusdam insolitis accidentibus,
necessae est in eadem accessione fieri crisis." ord.12.e

*De modo future crisis p̄cognoscendo, atq; ea de re Hippocratis authori-
tates, ac indicia ex pulsibus, quæ ab ipso fuere p̄termissa.*

CAP. II.

Q Valis autem erit, hoc est utrū per sanguinis fluxum, uel uomitum, uel sudores, uel per ali-
quod aliud ex ijs, q̄ sepe antea enumerauimus, deinceps explanare tentabo. Hic quoque
initium

D E C R I S I B V S

^{1. Epi. com. 2.} initium facilius ab eo, qui nobis oīum fuit dux atq; auctor optimarum disciplinarum, qui pri- E
^{1. 52. vñq; ad} mo libro epidemiorū scribit in hunc modū: "Circa caput, & collum, & dolores, & grauitates eū „
^{59. 3. 112. h} febribus, & sine febribus. In phreniticiā quidē neruorum distētiones, sed, & æruginosa euomūt, „
 & quidā ex his cito intereūt. In febribus autē ardentibus, atq; alijs, quibus adeat colli dolor, & tē „

porum grauitas, & tenebrae oculis oboriuntur, vel præcordia intenduntur absque dolore, his „
 fluuiā sanguinis sunt ē naribus. Qui vero totius capitatis grauitates, & oris ventriculi morsus, ac sto „
 machū anxiū hāt, isti biliosa, & pituitosa euoment. Magna vero ex parte pueris in hmōi affectib. „
 accidunt neruorum distētiones: mulieribus vero, & hæc, & ex uuluis labores, senioribus vero, „
 & in quibus iā superatur calor, paraplegia, atq; furores, & atræ bilis morbi. } & oculorum priua „

^{In Prog. cō. 3.} In libro aut, qui prognostica inscribitur, rursus Hippocrates in hunc modum scribit: "Quæ- „
^{t. 23. usq; ad} cunq; autem febres protrahuntur, salue affecto homine, neque dolores ex inflammatiōne ægrum „
^{30. 4. 209. f.g.} habente, neq; ex alia occasione manifesta, huic expectandus est abscessus cū œdemate, atq; do- „
^{h. & 210. a.b.} llore ad vnum aliquē ex articulis, & præcipue ex ijs, q in inferioribus locis sunt. Magis vero sunt, „
^{€.d.} & in minori tēpore hmōi abscessus iunioribus nondum xxx. annos natis. Statim autē attendere „
 oportet abscessum, si uigesimum diem febris transgressa sit. Senioribus vero minus sunt, febre ēt „
 diuturniore existente. Oportet autem expectare talem abscessum, cum febris continua fuerit: in F

quartanam vero finiturā, si intermittens fuerit, & more erraticæ inuaserit, atque oīa hæc agens „
 autumno appropinquauerit. Sicuti verò ijs, qui sunt iuniores xxx. annis, abscessus sunt: sic ijs, qui „
 xxx. annos hēnt, vel etiā senioribus, quartanæ accidūt. Abscessus uero scire oportet magis hy- „
 me fieri: ac tardius desinere, & minus reuerti. Sufficiunt quidē hæc, & valde manifesta sunt, quæ „
 de abscessibus dicta. Adiungenda autem sunt ipsis ea deinceps, q de excretionibus inquit, in hunc „

^{Ibidem t. 30.} modum: "Quicunq; autem in febre non mortali dixerit se dolere caput, aut aliquod tenebrosū „
^{vñque ad 34.} apparere ante oculos: si oris ventriculi morsus huic acciderit, uomitus biliosus subsequetur. Si ve- „
 ro rigor inuaserit, & partes, quæ sunt infra præcordia, frigidæ fuerint, celerius adhuc aderit uomiti- „
 tus. Si vero ēt aliquid biberit: aut comedenter circa hoc tēpus, multo ēt citius euomet. Ex ijs vero, „
 qui primo die dolere coeperint, quarto die grauantur magis, * quam quinto, septimo vero die libe- „
 ratur: plurimi vero ipsorum dolere incipiunt tertio die, confistantur autē quinto maxime, libe- „
 rantur aut nono, aut undecimo die. Quicunq; vero quinto die dolere coeperint, & alia secundū „
 rationē priorē ipsis affuerint, quartodecimo euadunt. Fiunt autē hæc uiris quidē, ac mulieribus „
 in tertianis præcipue: iunioribus uero sunt quidē & in his, magis uero in febribus continuis, & „
 legitimis tertianis. Quicunq; vero in hmōi febre caput doluerint, loco autem tenebrosæ alicuius G „
 ante oculos apparitionis, uisus hebetetur, uel qdā splendores ante oculos uideantur: pro oris uē- „
 triculi uero morsu, in p̄cordijs aliqua fiat extensio vel ad dextram partē, vel sinistram, neq; cum „
 dolore, neq; cū inflammatiōne: his sanguinis fluxus ē naribus pro vomitu est expectandus: id ma- „
 gis iunioribus xxx. annis: minus vero in ijs, qui iam xxx. annos hēnt, & seniores sunt, cum in ijs vo- „
 mitus sint expectandi. Et hæc quidē sufficiunt. Præter hæc autem, & illorum nihilominus me- „

^{Ibidem t. 11.} minisse oportet, q in eodem libro scribitur ab Hippocrate, "Capitis autē dolores vehementes, at „
^{& 12. 208. f.g} que continui cum febre, si quidē aliquod signum mortale affuerit, valde est exitiale. Si vero sine „
 his signis dolor ultra uigesimum diē progrediatur, & febris detineat, expectare oportet sanguinis „
 fluxum ē naribus, vel aliū abscessum ad inferiores partes. Sed dum recens dolor fuerit, expectare „
 oportet sanguinis fluxionē per nares, vel suppurationem, multoq; magis, si dolor circa tempora „
 & frontem appareat. Magis vero expectare oportet sanguinis fluxionem in ijs, qui iuniores sunt „

^{In Prog. cō. 2.} 35. annis: in senioribus vero suppurationem. Et ēt in sermone de peripneumonitis ita inquit: " „
^{t. 64. vñque ad} Quibuscunq; abscessus sunt ex pulmonis morbis, circa aures, & suppurrantur: vel ad inferiora lo- „
^{67. 204. h} ca, & ad fistulā peruenient, isti euadunt. Deinde subinferēs, inquit: Considerare autem oportet, & „
 talia hoc mō. Si febris detinuerit, & dolor non cessauerit, & sputum non processerit secundum ra H „
 tionē, neq; alii excremēta biliosa fuerint, neq; facile dissolubilia, & impermista fuerint, neq; vri- „
 na multa valde, & multam habens subsidentiā: reliqua autem signa salutem significauerint: his „
 oportet & tales abscessus futuros sperare. Fiunt autē nō nullis quidē ad loca inferiora, quibus ali- „

^{* Plegmatis.} quid autē signi- „
 ficet hoc in lo- „
 co phlegma, „
 uide 2. Prog. „
 com. 66. & in „
 expla. lingua „
 rum Hip. & „
 hoc i lib. pau- „
 conuertitur. Fiunt at his in prima periodo, & fluxus sanguinis ex narib⁹, & fortiter iuuant. Sed in- „
 lo inferioris. „
 In Prog. cō. 1. „
 t. 30. vñque ad „
 34. 199. a.b.c. „
 In Prog. cō. 2. „
 t. 34. 4. 201. b

terrrogare oportet, an doleant capite, aut oculi caligēt: si quid. n. horū affuerit, huc uergit. Magis „
 uero fluxū sanguinis ē naribus expectare oportet in ijs, qui iuniores sunt xxxv. annis. Et hēc qdē „
 ēt in prognosticis ab Hippocrate dicta sunt, indicatiā modos, fm quos crisis fit: "Quicūq; at mingūt „
 urinam tenuē ac crudā multo t pē, si quidē alia ipsis signa salubria affuerint, his abscessum ex- „
 pectare oportet ad loca, quē sub septo transuerso sunt. Hēc quidē in prognosticis breuiter di- „
 cta

Acta sunt ab ipso futurum crisis modum p̄ædocente. Addit uero ipsis multa particulatim & libro prædictionum, & epidemiorum, Veluti, q̄^a retentiones urinæ, ante rigorem: & q̄^b oculi prærūbri sanguinis fluxum monstrat. Eodem modo, & de c oculis lachrymantibus, & de d malis rubidis, & de ipsa d nare. Ac p̄æterea, q̄^e labrum inferius agitatum, futurum uomitum significat. Et q̄^f somnus grauis cum dolore capitis, & surditas statim adueniens, sunt signa parotidum. Et multa huiuscemodi alia particulatim scribit, quæ omnia potentia continentur in ijs, quæ in libro p̄-gnosticorum scribuntur. Summatim enim, nihil aliud oportet considerare in modo crisis, p̄æter naturæ inclinationem, quam manifeste ostendit Hippocrates in prognosticis, & partim quidem oris uentriculi morsum atque rigorem memorans, in quibus uomitus subsecuturus est, partim sp̄randi difficultatem, & oculorum hallucinationes, in quibus profluum sanguinis è naribus expetatur: ac p̄æter ista, distinguens de urinis, & alui excrementis, in quibus inquit: h Neque biliosa fuerint alui excrements, neque facile solubilia, & impermista, neque urina multa ualde, & multa habens subsidentiam. Si quid enim tale fuerit, manifestum est, q̄^g huc repit ægritudo, & per ista expurgatur: cum uero huc non repit, & protrahitur morbus cum signis tamen salubribus, futurum abscessum expectare oportet. Coniecturare autem in his oportet naturæ motum. Ad illoca siqui

B dem inferiora futuros abscessus inquit ijs, quibus circa p̄æcordia aliquid phlegmones, * idest inflamminis, atque caloris affuerit, quoniam ad inferiora repant ij, qui peripneumoniam humores efficiunt: hunc siquidem sermonem ueluti ad exemplum in peripneumonicis Hippocrates transfigit. Vbi uero non repunt ad inferiora, p̄æcordia quidem mollia, & sine dolore erunt semper, eger vero ad aliquod tempus difficilem habebit anhelitum sine occasione manifesta. Et manifestum est, q̄^h huic in superioribus abscessus subsequi est necessarium, hoc est circa glandulas, quæ sunt post aures: statim n. ipsis, & aliquod aliud signum aderit ex ijs, quæ in ipso capite accident, veluti grauis somnus, & surditas repentina, ac p̄æter rationem aut grauitas capitatis, & temporum, aut tale aliquid aliud. Nullum igitur indicium deficit modi futuræ crisis: sed omnia ab Hippocrate, exceptis pulsibus, dicta sunt. Multi uero priscam breuitatem assequi minime consueti, quædam deficerent arbitrantur. Nos igitur altero sermone manifeste eadem ipsis dicamus: forte n. si hoc modo didicerint, neque impossibile esse arbitrabuntur p̄æcognoscere modum futuræ crisis, neque ad-huc circa exercitationem torpebunt. Cum igitur, q̄ⁱ crisis aderit, ex ijs, quæ diximus, p̄æcognoscis: deinceps, qualis futura sit, hoc modo distinguendum est. Primum quidem, si acutus, & calidus

C sit morbus, & si crisis fiat in primis periodis: necesse est n. in talibus crisiis non abscessum, sed excretionem subsequi. Secundo autem loco, si diuturnus, & tardus: nam hi per abscessus quiescere consueuerunt: tum p̄æcipue cum urinæ tenues, & crudæ longo tempore exierint. Si n. multæ, & multam subsidentiam habuerint, rationabile est morbum potius paulatim debere coqui, non per abscessum terminari. His p̄æfinitis deinceps considerandum est, si quidem per excretionem debet iudicari, n̄ quid profluum aliquod sanguinis, vel uomitus, vel sudor, vel altii subductio erit: si uero per abscessum, quod membrum, vel quis articulus, abscessum suscipiet. In ijs ergo, qui per excretionem debent iudicari, dupliciter distinguere oportet, & futuræ excretionis signis, si affuerint; & aliorum, si non affuerint: certius enim sperabis eum, qui semper p̄æostenditur, modum excretionis, si nullum te aliud distracterit. Me igitur oportet proprium uniuscuiusque dicere: te uero in egrotantibus non hoc solum indicere, sed & singula alia considerare. Si igitur p̄æter rationem alius comprimitur, vel urina, iam prope crisi existente, rigorem sperare oportet. Si is adueniat, distinguendum est, nunquid sudor post ipsum sequatur, vel uomitus, vel subductio uentris, vel aliqua horum, vel omnia. Et primum quidem ad morbi ideam est inspiciendum. Si n. exqui sita incendens fuerit, statim certior erit & rigoris p̄æcognitio: quod n. incendit, biliosum est. L i-

D etum est autem in p̄æcedentibus, q̄^j humor iste quando uehementius mouetur, rigorem facit. Post hec autem, & illud considerandum est, nunquid urinis tm, vel etiam alio compresa, riguit. Si n. ambobus, necessario sudor multus subsequitur. Si uero urinis solis, considerare oportet, nunquid alui excrements plura, q̄^k priora, vel pauciora, ante crism exierint: si n. plura, manifestius motus naturæ ad hunc locum est agnoscendus: si pauciora, ad sudores. Si uero & uomitus signa affuerint, per has ambas excretiones iudicabitur: & vel magis per earum alteram, quæ magis p̄ualebit: vel eque per utramque, qñ equalia quodammodo indicia affuerint. Si uero signa uomitus non affuerint, solos sudores expectare oportet: & magis, qñ egrotantes delirauerint, incremente accessione, & partes exteriores calidores, ac rubidores extiterint, & vapor quidā calidus exeat, qualis antea non aderat. Quòd si pulsus vndosus fiat, & insigniter mollis, adhuc amplius sudores expectare oportet. Durus autem pulsus, uomitus magis, q̄ sudores, p̄æostendere solet: altus n. oīs excretionis indicium est, sicuti & uehemēs. Si vero magnus fuerit, motus ad exteriora potius, q̄ ad interiora, signum existit. Cum uero uterq; duplex sit, hic quidem, qui ad exteriora per fluxū sanguinis, atq; sudores: alter autem ad interiora, per aluum & stomachum: undosus quidem pulsus sudores, magnus autem simpliciter fluxum sanguinis p̄æostendet. Motu uero ad interiora superante, cum non aderunt signa uomitum, per uenit excrements crisis fiet: si uero fuerint, per uomitum

A. 6. Epid. cō.

1. t. 10. 3. 156.

g

B 1. Pror. cō.

3. t. 45. 4. 185.

f

C 1. Epid. cō.

2. t. 80. 3. 116.

a

DD Malas, na-

resq; rubicū

das móstrare

sanguinis flu-

xum non me-

mini me legis

se apud Hip-

pocratem, ne-

que in libris

Prædict. neq;

Epid. sed de

maxillarū ru-

bore leges 1.

Epid. com. 3.

t. 31. 3. 126. h.

atq; et 4. & 5.

& 7. quin & i

Coacis quoq;

Prenotionib.

Ac in ipsis

Coacis legit

fententia de

ruborib. cir-

ca nasum; sed

plane alii hu-

mescentis, nō

sanguinis p-

fluuij, signa

sunt.

E de Vict. rat.

in morb. acu.

com. 2. t. 44.

7. 122. f.

At uomitum

id significare

ibi ab Hipp.

non adscribi-

tur; sed a Gal.

in fine expla-

illius con tex-

tus.

F 1. Pror. cō.

3. t. 76. 4. 188.

g

G InProg. cō.

3. t. 30. & 33.

4. 210. c. 211.

H InProg. cō.

2. t. 65. 4. 204

h

I Ibidē. t. 66.

205. c

*Phlegmatis.

DE CRISIBVS LIBER IIII.

In Prog. cō. 3.
t. 30. 4. 210. e

uomitum potius: si uero ea affuerint, & uenter insinuiter subducatur, per utraq; fiet crisis, inæqua E
lis autem pulsus in pluribus quidem crisibus fit, & præcipue cum non fiunt sine pugna, & pericu-
lo; multo uero magis, cum biliosi humores ad uentriculum confluent, perstantibus etiam alijs
uomitus signis, quæ Hippocrates scripsit: tunc & omnino pulsus fiunt inæquales, cum stomachus
iam grauatur ac mordetur. Sed signa ex pulsibus sumpta Hippocrates, vel quia non nouerat, vel
quia nō magni momenti existimauit, idcirco nō est executus. Vomituum autem signa sunt oris
ventriculi morsus, simul cum dolore capitis & vertigines obortæ, cum ijs, quæ obiciuntur oculis,
tenebrosis, & cum agitatione labri inferioris, & multo ac tenui sputo desfluente. Hæc vero omnia
accidunt cum biliolus, & mordax humor in ventre ac stomacho collectus fuerit, & ventricu-
li os momorderit (quod etiam prisci cor nominabant) & cum ipso totum stomachum intus, atq;
infra distracterit: vnde & labrum in ipsis agitatur, & sputum tenue desfluit, & tenebrosa quædam
oculis obuersantur, & hallucinantur, & vertiginem patiuntur, & caput dolent, euaporante re ali-
qua ex humore bilioso, & præterea facta in neruis cōpassione. Propria vero signa p̄fluuij sanguinis,
quidam fulgoris motus oculis apparentes, quoniam humor est flauus: obtusiones autem, quo-
niam multus, & totus simul elatus ad superiora spiritus, meatus obserat. Ita autē & oculi lachry-
mantur ob fluxus multitudinem: quod etiam accedit in inflammationibus oculorū. Eodē modo F
rubidi aliquando videntur, cum malis non nunquam, & naribus. Proprium vero signū sanguinis
fluxus e naribus, est etiam præcordiorum tensio sine dolore: nam, & hoc non paruum indicium
est sanguinis ad superiora tendentis, sicuti etiam difficultas anhelitus: nam, & hæc sanguine trans-
fusante in thoracem fit. Si vero præcordia cum dolore extendantur, non fluxum sanguinis futurū
sed aliquam ibi adesse inflammationē significat. Sed, & dolores capitis, quamvis commune signū
existant vomituum, & fluxus sanguinis: qui tamen velut mordaces sunt, vomituum: qui vero quo-
dāmodo grauantes, atq; extendentes pulsantesque, & calidi, sanguinis fluxum proprie significat.
Sic etiam uiscerum in præcordijs existentium inflammationes, causæ sunt vnā, ac signa sanguinis

In Prog. cō. 3.
t. 33. 4. 184. d

fluxuū, quando morbus per excretionē debet terminari." Quod si ad latus diuersum sanguinem
fluere, non est bonum: secundum directum vero est bonum, vt docet Hippocrates, & experien-
tia monstrat: iā tibi facillimū est narē, ex qua fluxurus est sanguis, prædicere, vbi causam iā fluxuri
sanguinis inuenieris. Dextra enim præcordia ex dextra nare bonā crisi afferunt, sinistra uero ex
sinitra. Didicisti vero prius, & bonarum, & malarum crisi signa. Quid igitur difficile est narē,
ex qua profluet sanguinis, prænoscere, cū mēbrū patiens possis exquisite dignoscere: & crisis mo-
rem non ignores: & signa, quæ fluxum sanguinis indicant, sint euidenter manifesta? Præter hæc G
omnia, & ætas, & tempus anni, & regio, & ægrotantis natura, futurum sanguinis fluxum possunt
manifestare. Sanguinis igitur fluxus & uomitus propria, & manifesta sunt signa: post hæc vero su-
dorum. Si vero per excretionem alii crisis sit subsecutura, manifestum quidē nullum est signum,
nec proprium; sed ex eo, quod adsunt quidem crisis signa, defunt autem vomituum, vel fluxus
sanguinis, vel sudorum, colligere licet: Quanquam, etiam si nullum horum signorum adsit, non-
dum hoc tantum, sed etiam per hæmorrhoidas crises fieri contingit, & mulieribus per menstrua
Non tamen est impossibile omnino distinguere. Grauitas enim lumborum effatu digna, & dolor,
& tensio hic menstrua antecedit: hæmorrhoides vero non omnibus consuetæ sunt: quibus autē
sunt cōsuetæ, in his lolis non facile quis distinguet. Alijs autem omnibus, quando affuerint signa
coctionis, & crisis, vomitus uero signa non affuerint, vel fluxuum sanguinis, vel sudorum, omni-
no venter perturbabitur. Ita quidem distinguere oportet tum propria, tum communia mōdorū
crisiū indicia, in hisce scilicet morbis, qui per excretiones iudicandi sunt. Si vero ad abscessus co-
uertantur, communia quidem omnium indicia sunt, salutariter se habēte ægro, quod neq; morb.
soluantur, neq; urina multa, & multam habēs subsidētiā, sed cruda, & tenuis appetet: Propria ve-
ro (vbi morbus non fuerit valde diuinus) si subita difficultas anhelitus laboranti superueniens, H
mox quiescat: eamq; grauitas capitis, ac dolor subsequatur, & grauis somnus, ac surditas; huic in
glandibus post aures necesse est abscessus fieri. Si vero morbus iamdiu durauerit, neque ullum ex
his signis affuerit: sed in aliquo ex locis inferioribus, vel grauitas, vel tensio, vel inflamen, vel do-
lor apparuerit: huic abscessus ad partes inferiores est expectandus." Exemplum uero vtriusque
abscessus ex uno morbo assumens Hippocrates in prognostico, qui possunt eius sermonem dili-
genter inspicere, edocuit, quo pacto oporteat de omnibus abscessibus ratiocinari. Quare mihi
visum est hoc in loco facere præsentis sermonis finem. Si quis enim dictis ab Hippocrate, hæc,
quæ modo scripsimus, addiderit: nondum uero artem habet prænoscendi crises; in libro sequen-
ti, qui ultimus erit propositæ tractationis, spero ipsum id, quod deficit, cognitum: prudentibus
enim, & hæc possunt sufficere, neque quarto egent tractatu.

A



GAL. DE DIEBUS DECRETORIIS LIBRITRES

B

Ioanne Guinterio Andernaco interprete.

Ab Augustino Gadaldino accurate emendati.

ARGUMENTVM PRIMI LIBRI

Enumerantur iudicatorij dies: vis ipsorum ac facultas ostenditur: uia quoque ac ratio ipsorum prænoscendorum explicatur.

Qui morbi, facta crisi, reuerti soleant: ac de iudicij s iudicatorij. C A P. 1.

C



Vò solutiones morborum, qui non paulatim imminuti fuerunt, verum subito finierunt, fidè sint, excretio quèdam copiosa, vel abscessus insignis requiritur: nam, qui morbi citra hæc quieuerunt, in ijs recidiua timenda est. Quare animum diligenter adhibere conuenit, ægrumque in omni custodia tenere, nihil eorum, qui in ijs, qui fideliter sanati sunt, vel in cibo, uel in potu, vel balneis, vel motu, vel denique in alijs quibuslibet concedimus, agere ipsum permittentes. Si nanque morbus, qui quieuit, exiguis fuerit, forsitan exactam victus rationem prorsus subsederit, ut postea nunquam reuertatur: si uero malignior existat, etiam tunc, cū hoc viuendi modo usus fueris, redibit, non tamen cum summo discrimine. At, si neglexeris, parùque studiose animum aduertas tanquam fideliter soluto, multo grauior, quā a principio, euadet. Itaque morbi cuiusdam magni, & uehementis solutionem firmam signa, quæ "λυτήγια, id est, solutoria uocat Hippocrates, præcedere oportet partim sudores bonos ex toto corpore manantes, uel urinarum copiam, uel alui recremētorum, uel uomituum; partim sanguinis ex naribus profusionem, uel alias quandam eius evacuationem, uelut ex ani uenis fluore, quas οἰμογοῖς appellant, uel ex utero: partim in glandulis, quæ auribus subiacent, abscessus, aut in alia quadam ignobilis particula, aut in articulis. Cæterum, quib. nullo huiusmodi signo apparente morbus finissime uideatur, de his Hippocrates undequaq; admirabilis, communi quidē sermone huc in modum pronunciavit "Quæ sine signis finita sunt, ferè reuertuntur. membratim uero in aphorismis, & opere prognostico, nec minus in epidemijs perdocuit, quorum nam recidiua exitialis sit, quorum minus:

D item quæ nobis curare licet, & prohibere, ne reuertantur. De his sanè in alijs commentarijs finiam ipsius explicauimus. At nunc de ijs morbis, qui simul cum signis solutorijs desierunt, qui sanè & iudicari esse dicuntur, uerba facienda esse censeo, illis, qui boni quippiam de decretorijs diebus intellecturi sunt, cognitu necessaria: Etenim nunc in his excretiones uel abscessus non mediocris præcedit in æ gri corpore perturbatio. Hic siquidem frequenter spiritum debito difficilium trahit, uel delirat, uel caliginem, uel splédores ob oculos uersari putat, uel lachrymas fundit, uel oculos rubet, uel tempora grauia, uel in ceruice dolores percipit, interim uel capite dolet, uel nigra quèdam seu obscura oculis offundi queritur, uel cardiom. i. oris uentriculi morsu laborat, uel inferius labrum quasi tremulum, ac intro contractum hæt, uel rigore uehementi conuassat. Quinetiam plerisq; hypochordium attrahitur, ijdē implacidi sunt, exiliunt, frigidam expetunt, & urin se magis, ac antea, dicunt. Non nullis ipsorum accessio quoq; maturior incipit, & lōgior uehemetiorq; euadit. Ad hæc cōma, aut aliud quoddā, atq; aliud symptoma occupat. Atq; hic iā uniuersos, qd adsunt, in metu esse maximo uidere licet, audireq; dicentes, qd æger nihil ab ijs, qd in foro de morte iudican, differat. Vnde mihi quidā medicorū ne adfuisse quidē hmōi ægrotantium perturbationibus uidetur: uel non inquirerent, qd iudicationis uocabulo significaretur, neq; an

In Prog. cō. 3
t. 22.4. 209.e
Et in Coacis
prænot.

Hæc finia cū ea congruere uidetur, quæ legit. 2. Aph. 27. Ext. ordi. 16.b. Et 2. Ep. sect. 1.

Quæ præiudi cata sunt, si crude iudicata fuerit, reci diuas sunt.
Et 4. é. Qui nō sincere in dicabantur, recidiuabant Similiter 2. Prorrhe. Reci diuas aīt ex pectare oportet ijs, quibus melius habere contingat, neq; in dieb. iudicatorij neque signis bonis conspe ctiis.

Quarta Clasis.

ttt res

DE DIEBUS DECRET.

res ita fieri, possit, vel minus. Vtrum n. morborū quasdam subitas solutiones cum excretione aliqua, vel abscessu, fieri dubitant: an hoc quidem vidisse prōfitem, alia vero symptomata, quae ante paulum recensui, adesse ipsis ignorant? An hæc quoq; intelligunt, nō autē id, qd accidit, iudicatio nē appellandā esse prædicat? quod si est, nō de re, sed noīe disceptatio est. Nā fateri non cognosce re, turbationes quasdam subitas oboriri ægro, cardiogmo laborati, vel exilienti, desipienti, aliaq; id genus patienti: tum paulo post in eis vel sudore, vel sanguinis profluuo, vel alio quodam simili euéniente, securā morbi solutionē consecutā esse: hoc vel à contentione, vel à dementia extrema nihil distat: siquidem hæc non inter ea numerantur, quae raro cōtingunt, sed q potius quotidie ap parent. Nos sanè turbationē in morbo adeo subitā, iudiciū seu crism appellamus: atq; finire ipsā plerunq; ad salutē, interim ad exitū ægrotantis, affirmamus. Si porro quis aliud quippiā, non hoc iudiciū esse dicat, & deinde contentiosus sermoni meo obstrepat, is opinionē suā, non me, reprehendit. Præstabat igit scientes, quid tandem sibi velit ipsum vocabulū, de re sermonē eos institue re. Sed horum inscitiae ac contentioni ne Aesculapius quidem ipse mederi possit. Atq; hæc mihi plura, quām decebat, aduersus illos dicta sunt. Cæterū, quibus artis opera curæ sunt, cum illis iam de proposita hīc consideratione differam.

Eandem inesse differentiam in diebus iudicatorijs, qua in ipsis iudicationibus. C A P. 2. F

Iudicia, n. seu crises ipsæ omnibus diebus accidunt, sed neq; pares numero, neq; ex æquali fide. Hoc intercedit discriminis inter illas, q; alia bonæ, alia malæ, euénient: quædā cum pluribus, & difficilioribus symptomatis, & maiore certamine: nō nullæ statim ab initio tuto inuadūt. Quin et in hoc plurimū differunt, q; hæc deficiētes, illæ perfectæ sunt: nec minus, q; alia certis statutisq; diebus indicatē prius, sūt: alia repente & ex improuiso nō idiotis modo, sed et artificibus, euénient. Tot sunt iudiciorū dñiæ: tot etiā dierum decretoriorum. In duodecimo. n. & decimosexto nullū vñq iudicatu vidi. In septimo, ne vel numerare omnes adhuc possum. In sexto iudicantur, sed cū difficilibus symptomatis, & periculo maximo: ad hæc abiq; fide, imperfecte, obscure, sine notis, & ad malū. Cū igitur nō solū mihi tot annis obseruant huiusmodi, quædā dierum dñia, sed Archigeni etiā in artis operibus diligenter admodum versato, inuenta sit: in super hoc superiori, Tarentino Heraclidi, qui experientia speculationē collegit: postremo etiā Philotimo & Diocli, alijsq; veteribus: tum ante hos vniuersos Hippocrati diuinissimo: quomodo nō quis iure in dierum numero differentiā quandam statuat? Nam, quod in tot annis septimum iudicantem subinde simul & absolute, fideliter, tuto, manifeste, conspicue, & salubriter: sextū è contrario uiderim non paruum quoddam discrimen ostendit. Porro, q; ego quidem nunquam duodecimum viderim iudicantē: G alias autē quippiā raro simul & imperfecte, infirmiter, cū periculo, obscure, sine signis, & male: ne que hoc exiguum dierum dñiam indicat. Multi si quidem morbi sunt, qui in septimo die iudicant absolute, pariter & secure, tuto, aperte, cum bonis signis, & dextre: in duodecimo rari qdē adeo, ut nobis uisi sint nondum: & si cui aliquā ante nos in duodecimo die crisis euénisse uisa est, vel imperfecta, uel infida, vel periculosa, uel obscura, vel sine signis, uel oīno ad malum accidere uisa est. Voco imperfectā iudicationē, cum ex morbo quippiam relinquitur: infidam seu incertam, cum morbi recidua contingit: periculosa, quæ cum symptomatis grauibus accidit: obscure, quæ ci tra excretionem, uel abscessum quempia euidentem, euénit: Sine signis fieri dicitur, quæ à nullo priore die indicata est: mala, quod in ægri perniciem omnino desinat, nō opus est, vt dicam. Rursum absolutam uoco, quæ nihil relinquit morbi: fidam, firmam, securam, quæ non amplius reddit: Tutam, quæ sine periculis symptomatis accidit. Sic manifestam, cui excretio quædam, vel abscessus insignis ac conspicuus adest: cum bonis signis accidit, quæ à contemplatorio prius indicata est: bonam esse, quæ ad sanitatē definit, non puto quempiam latere. Verum, si hæc ita apparēt, maximam esse dierum inuicem differentiam nullus reclamabit.

Aduersus eos, qui, quod authores dissentirent, & iudicatori dies non easdem uires obtinerent, vniuersam ipsorum doctrinam euertebant. C A P. 3. H

Dicit forsan aliquis nihil verū esse eorum, quæ diximus: sed nos argētum à iudicarijs diebus accipiētes, ipsis in res medicas introducere, tāq; nothos quasdam pueros germano veroque generi assimilantes. Qua. n. remoti alia, q; argento, contra euidentia mentiremus? non. n. genere iudicarij nobis conueniunt, neq; ciues aut familiares sunt, ut ipsis sine mercede subueniamus. Quid nanque uel melius esset, uel illis, ut dectetorijs esse putentur? uel nobis, si, ut sunt ostenderimus? At, quemadmodum alia quoq; per experientiam cognita indicamus libere, iniquissimum esse putantes ueritatem occultare: sic & dierum differentias, quas crebro spectauimus, dicimus, uti uidiinus. Cum autem optimos medicos simul & homines (ambo enim sunt Diocles & Hippocrates) item alios, quorum prius mentionem fecimus, eadem de ipsis pronunciasse inueniamus, adhuc etiam magis, ut puto confidimus, tanquā uera dicentes. Verum non consentiunt uni ueris hi (inquiunt) de iudicarijs diebus, sed hi plures, illi pauciores esse dicunt: item quidam hos, quidam illos iudicarios esse pronunciat, non eosdem uniuersi, sed ut cuiq; sua est opinio. Quid igitur per deos, quæso, ad illos dicas? num, in quo dissensum est, hoc omnino non esse dicitur?

Atqui

A Atqui nondum conueneritis: nam, q̄ accuratiore experientia, inquisitione, & iudicio huiusmodi opus habeant, apud oēs in confessō est. At, q̄ nullus eorum, qui dissentunt, uera nunciet, non modo non uos, ḥ eximij decretoriōrum calumniatores, sed ne Pyrrhoneam quidem dubitationē p̄fessi, recipiunt, qm̄ hi dissensionem ~~avertirerit~~. i. quæ dijudicari nequeat, non simpliciter uniuersam quamlibet, ignoratæ rei signum esse aiunt. An igit̄ impossibile est dijudicare, q̄s de diebus de cretorijs uera, quis falsa, dicat? An possibile quidem, sed non facile, siquidē & tps longū, & diligentiā accuratam desiderat? Nā morborum initia qñq; sunt obſcura: &, utrum, in quo q̄s die crīsim inchoauit, tum esse decretoriū suspicandum sit: an quo primum solitus est morbus: consideratio nem quandam desiderat. Alius n. quispiam alterum ipsorum, arbitror, alius alterū, suspicabitur: forsan ēt aliq̄s neutrū, sed in quem plurimum iudicij tempus peruenit, cūdem esse decretoriū dicet. Quando igit̄ ad hoc ēt nobis opus est, ut frequenter ipsa inspexerimus, erat aut̄ hoc in diebus q̄busdā impossibile, q̄ raro iudicant, uel casu quopiam: non. n. impossibilis est hypothesis: si q̄s raris diebus incidat primis: dein prius, quam lōgum iudicium expectarit, de ipsis tanquam decretorijs ferat sentētiā: ex huiusmodi uniuersis necessarium est ueram dierum iudicij historiam turbari. Si etenim, in quo q̄s iudicatus est, cum decretorū diceremus, facillima sic eorū cogni-

B tio euaderet, & prop̄ oībus esse decretorijs liceret: Qm̄ vero nonsatis est raro iudicantem uidisse verum crebro: tum ut crisis sit (quemadmodum recensui) bona, pfecta, secura, manifesta, ad hac tuta, & prius indicata: constat vniuersum in soriticā dubitationem incidere. Si. n. quædā ex his, quæ dixi, adsint, quædā absint: & præsentia æquentur absentibus, vel exiguus aliorum sit excessus: liquet nos de hmōi die addubitaturos esse, decretorū, an non, appellare oporteat, siquidem oībus, quæ dixi, præsentibus, uel plurimis & maximis, adhuc dubitare summa est stultitia: quemadmodum si nullum ip̄lorum oīno pauca leuiq; potentia prædicta adfuerit, etenī hic ex nō decretorijs numerandus est. Quod si parua quædam eorum, quæ ei adsunt, & non adsunt, dīa sit; manifestum est nos ī dubitationem uenturos, utrum ex decretorijs hic referēdus sit, an minus. Ego ita que ipse ab adolescentulo qđem dies decretorios obseruare incepi, ut ex mea ipsius experientia de ip̄lorum dissensione dijudicarem: non tñ iam sanè possum de quibusdā clare pronunciare, quantum ad præteritam memoriā spectat. Tale ēt Hippocrati, uiro nimirum ueraci, diu admodū accidisse v̄r, fi qđ ex "primo epidemīon coniecturare oportet, vbi multos dies in vnum congesit, quos in prognostico & aphorismis circuncidere videtur. Demonstratum autem nobis est alibi, nec iam minus ex sequentibus clarum euadet, prius epidemīon libros Hippocratem scripsisse, dū

C theorematā adhuc experimentis exploraret, nec generatim sñiam de eis proferre auderet. Quā obrem ij, quidies iudicatorios tollunt, tanquam non existentes, qm̄ de illis inter medicos non conueniat, non adeo in artis operibus animum aduertisse mihi apparent. Nā, si aduertissent, non solum in q̄busdā diebus eis discordare, scribentes de ijs, sed ēt in plurimis conuenire ubi considerarent: & deinde experientiæ suæ meminerint: inuenirent nimirum alterius esse naturæ illos, in q̄bus consentiunt, alterius illos, ubi discrepant. Quis. n. vel septimum, uel vndecimum, uel decimū quartum, uel alios quosdā similes, non dixerit esse iudicarios? nemo opinor: apparent. n. omnes tanquam vno ore de ipsis pronunciare. Atq; si de oībus inter scriptores conueniret, forsan ipsis oībus ordine liceret sine iudicio, & in q̄sitione ueritatis imitari aliquem, q̄ primus de iudicarijs diebus differuit: cum autem in * plurimis discordent, non adhuc hmōi qđ cogitare licet. Sed mihi mirari succurrat uiros obueritatis acqrendæ studium, nempe, q̄ non eosdem uniuersi dicant, sed in quibusdā discrepent, neq; temere, neq; sine ratione mihi facere vñr. At, qui dies notas iudicationū uniuersas conseruant paulo ante à me scriptas, in ijs uniuersi pari modo conscribunt: qui uero ambiguitatem aliquam ac dubitationem hñt, inde, q̄ nonnullæ eis notæ adsunt, quædam non, haud ita simili modo ab omnibus scribuntur. Vnde coniūcere est non obscure, decretorio-

D rum dierum naturam quandam esse propriam, eximiam. Quos. n. feorū unusquisque nostrum ad talium experientiam deueniens, iudicarios pronunciauerit, ex eo quod uniuersas iudicationū notas conseruent, eosdem apud illos quoq; in confessō esse inuenias: sicuti ēt, quos experientia nemo pōt iudicare, de his esse dissensionem. Nullum igit̄ ego his maius iudicium de iudicarij dierum natura existimo, quām q̄ de ijs, qui omnes iudicationum notas hñt, has quoq; apud illos reperias, oēsq; conuenire: de quibus quis dubitet, de ijs dissentire: nam in talibus controuersia fidem ijs, qui in confessō sunt, firmam aſtruit. Præstare ergo sophistis cauilloſ aliqñ odio prosecutis, de illis, qui oēs habent iudicationum notas, omnibusq; in confessō sunt, prōpte sñiam dicere, & de reliquis considerare; qñquidem propter dubitationē, quæ in paucissimis est, * certitudinem in plurimis adeo conspicuam peruertere extreme absurdū est. Age igit̄, nos, si ueritati studemus, ipsorum iudicio integre manū admoliamur; & primos sanè tanquam regulas quasdam, omnes iudiciorum notas habentes, apponamus: secundos, his proximos: deinde tertium quendam & quartum ordinē statuamus, & cuiusq; dignitatē indicemus. Etenim hmōi cognitio ad curationes morborum, & solutiones non leue mētū adſert: ne uidelicet ijs timeamus, qui fidis diebus iudicati sunt, aut tenuem uictum præbeamus: neue perfidis dieb. iudicatos parum diligēter obueruemus.

DEC R I S I B V S

De viribus dierum iudicatoriorum: ac primo quidem de quarti,

septimi, & sexti natura.

E

CAP. 4.

PRIMUM ITAQUE E OIUM DIERUM DECRETORIORUM SEPTIMUM DICIMUS, NO NUMERO VIDELICET, & ORDINE PRIMUM, SED POTESTIA & DIGNITATE: OMNES ENIM SUMMATIM DECRETORIUM NOTAS OCCUPAT. ETENIM PLURIMOS IUDICAT, & ABSOLUTE, ITĒ CŪ MANIFESTA EXCRETIONE, UEL ABSCESSU, SINE PERICULO UEHEMENTI: & UT PLURIMUM QUARTUS EUM PRÆNUNCIAIT. NAM, SI URINÆ IN ILLO PLANÈ, UEL SPUTI, VEL DEIECTIO NIIS, UEL APPETITUS, UEL MĒTIS, VEL SENSIUS, UEL ALTERIUS CŪ IUDĀ SIMILIS, MANIFESTA CONTIGIT MUTATIO, ILLĀ VT NO SIMILIS IN SEPTIMO IUDICATIO COMITET, QUOMODO FIERI POSSET: BONA, SI AD SALUTĒ: MALA, SI AD PEIRO RA PORTENDAT? PLERUNQ; IGIT̄ BONA IUDICIA EUENIUNT IN DIE SEPTIMO: ETENIM HOC EI PTER CETEROS ACCE DIT, Q̄ Q̄ NONNULLI ĒT IN EO MORIUNTUR, & EVIDENTI CÖUERSIONE AD PEIORA PERGENTES, IN SEQUENTI QUODĀ DECRETORIO INTEREUNT. SEXTUM AUTĒ DIĒ, QUANTO PAUCIORES IN EO IUDICATUR, QUAM IN SEPTIMO, TĀTO QUOQ; MALIGNIORĒ INUENIO, UT QUI FERE EX ADUERLO NATURA SEPTIMO OPPONITUS SIT. ETENIM, QUI IN QUARTO AD PEIORĒ STATŪ RECIDUNT, PLERIQ; SEXTO MORIUNTUR. ECOTRARIO RURIUS, SI BONA CONUERSIO CONTINGAT, SEPTIMŪ CRISIS EXPECTABIT. ET, SI RARO INTERIM AD MELIORA CONUERSIONE IN QUARTO DIE EUENIENTE SEXTUS EXCIPiens IUDICARIT, INCREDIBILE EST, QUANTA CUM PERTURBATIONE, PERICULO, & METU HOC FIAT, QUASI ÄGER STATIM ADEO FATO SIT FUNCTORUS. NĀ, SI IN DELATIONE ANIMI, QUĀ CATAPLORA DICUNT, INCIDAT, F SOPORI GRAUI, QUĒ CARON APPELLAT, SIMILE QUID IPSIS OBVENIT: FIUNT Q; TŪ OMNIS SENSIUS, TŪ UOCIS, EXPERTES: & SI QUAE EXCRETIO PROUENIAT, ANIMO CÖSTERNANTUR, PULSUS IPSE RŪ CÖCIDUNT, COLOR ABIT, TREMŪT, COLLABUNTUR. AT SEPTIMUS DIES SP PRO EXCRETIONIS PORTIONE REFICIT IPSOS MAGIS AC RECREAT. ATQ; IGIT̄ SEXTO DIE MALIGNA, ACRIA, FOETIDA MAGNA EX PARTE TŪ DEIJIUNT, TŪ UOMUNT. SUDORES RARI QDĒ Q̄ EQUALES, & TOTO MANANTES CORPORE, & CALIDI: QUALES, SI QN̄ OBORIUNT, SEPENUMERO INTERCIPUNTUR. TIMOR INUADIT SPECTATÉS EIUS REI IGNAROS. INTERDŪ PAROTIDES MALIGNAE, UEL ĒT ARQUATUS, UEL ALIUS QDĀ ABSCE FUS, ALTERŪ CERTAMĒ, QUO DISCUTIATUR, REQUIRÉS, EMERGIT. † EX URINIS IUDICAS? NEC I TERIM IN HIS BONI QPPIĀ INUENERIS: ETENIM CRUDÆ, DECOLORES, TENUES, BONI NIHIL, QD̄ SUBSIDET, HABENTES, SED NŪC QUASI TESTACEŪ, NUNC ARENOsum: IN TOTŪ INÄQUALE, INCOCTUM, IPSA COPIA TM IN SEXTO DIE, QUIBUS APPARET CÖDUCENS. ATQ; HÆC HUIUS DIEI MODERATISSIMA LEUÍSSIMA Q; SUNT OPERA, SI QS SALUARI DEBET: PLURIMOS AUT CÖFESTIM IN SYNCOPEN CONIECIT, UEL SUFFOCAUIT LARGO SANGUINIS PROFLUIO, UEL EUACUATIONE PARŪ MODERATA, ITEM UEL QUADĀ CATOCHÉ, UEL INFANIA, QUĀ *υετιανή* GRÆCI APPELLANT: ALIOS IN MANIFESTA PERNICIE INIECIT, ARQUATOS INDUCÉS, PAROTIDAS NO BONAS EXCITANS, & MARCORIBUS INFANABILIbus INTERIM INUOLUENS: DEMŪ QUOD MALI GENUS NON ADFERT? MIHI QUIDEM FREQUENTER IN MENTEM UENIT SEPTIMI DIEI NATURĀ REGI ASSIMILARE; TEXTI VERO, TYRANO.ILLE SQUIDEM PROUIDET, TANQUA BONUS ALIQUIS PRINCEPS, IJS, QUOS IUDICAT, UT UEL SUPPLICIJ PARTĒ ADIMAT, UEL ILLUSTRET UICTORIAM: SEXTU UERO DIEM ECONTRARIO FINXERIS, UEL PERNICIE ILLIUS, QUĒ IUDICANDŪ ACCEPIT, GAUDERE, UEL SALUTE DOLERE, QRERE Q; UBI ANI MUM EXPLEAT, & MALE ÄGRUM, QUI IN IPSUM INCIDIT, TRACTET, & LONGA PUNITIONE INUOLUÉS EXerceat. AGÈ Igitur (TERMO, n. hic mihi sifstat prius, quā aliorū dierū DECRETORIŪ NATURĀ EXPLICEM) SI QUI ROGET ME DE SEPTIMO DIE, AN DECRETORIUS SIT: DEIN, UBI HOC AFFIRMARIM EX PARATO, DE SEXTO RURSUS Q̄ RAT, QD̄ EI RESPONDERO? NAM, SI EANDEM HUIC QUOQ; APPELLATIONE IMPONAM, PUTABIT FORSAN ALIQUIS NATURA IPSUM SEPTIMO ASSIMILEM ME EXISTIMARE: SI UERO NATURA CÖTRARIŪ, IDEOQ; EX DECRETORIJS DIEBVS EXEMERIM, FORSAN OPINABITUR, EODĒ GENERE CŪ DUODECIMO, & DECIMOSEXTO COMPREHENDI: DE QUIBUS ANTEA DIXI, NŪQUAM ME VIDELICET UIDSSE IPSOS IUDICANTES. DE HIS SANĒ, QD̄ SENTIAM, PRÓPTE, UT DE SEPTIMO DIXI, ENUNCIABO. ILLOS, n. q nullam DECERNENDI NOTAM HNT, NON DECRETORIOS DICAM: HUNC, QUIA OĒS HĒT, DECRETORIŪ ESSE: DE SEXTO NON TAM ABSOLUTAM ENUNCIATIONEM STATUERE POSSUM, DECERNIT ETENIM F̄ REQUÉTER DEMORBIS, LED DOLOSE & PRAUE. QUapropter, SI QS ME COGAT DE IPso FERRE INIĀM, NON LONGA ORATIONE USUS, UT PAULO ANTE, CUM UNIuersam EIUS NATURAM RECENSEREM, SED SUMMAM COMPLÉTENS, SEXTNM DIEM MALUM ESSE DECRETORIUM DIXERO, QUEMADMODUM SEPTIMŪ BONUM. NON TĀ SIC CONUENIT SIMPLICITER, ATQ; ANGSTA OĒNE DE RE NON SIMPLICI PRONUNCIARE. NAM H PRÆTER ALIA MEDICORUM, PLERIQ; REI IPSIUS OBLITI, DE NOMINE CONTENDUNT: NO NULLI SUBITAM IN MORBO MUTATIONEM IUDICATIONE APPELLANT: QDAM, NISI BENE ÄGRO CESSERIT, TALE CRISIM NON UOCITANT: ALIQUI HORUM UTRUNQ; IUDICIJ OPUS ESSE AIUNT. AT IUDICIUM IPsum, PERTURBATIONE (QUAM *σάλον* GRÆC Dicūt) FACIENTEM CÖSPICUE MUTATIONE IN MORBO ACUTO, EX IPSA VIDELICET MORBI NATURA, PUENIENTE, NON EXTRINSECUS, ESSE ARBITRANTUR. DEINDE MULTUM, AC DIU SIGNIFICATO CÖTENDUNT: NEQ; ID IPM INTELLIGENTES TANQUAM À REBUS MEDICIS DESCENTES, UEL DIALECTICIS, VEL GRAMMATICIS, VEL RHETORIBUS CONUENIENTEM SPECULATIONEM RECIPIUNT: SQUIDĒ DIALECTICI MUNUS EST DE NOIUM RECTITUDINE DISPUTARE; RHETORUM & GRAMATICORUM EST INSPICERE NOMEN, AN * LATINIS IN USU FIT. ATQ; HÆC NO NULLI MEDICORUM FÄCIT, TANTAM UEL DIALECTICIS, VEL GRAMMATICIS, UEL RHETORICES COGNITIONE, AC INTELLIGENTIAM HNTES, QUANTAM ASINUS LYRAE. HI ERGO MEDICORUM RES OMITTENTES, & ALIENA MALE TRACTANTES, UTROBIQ; GRAUITER PECCAT. NOS SANĀ, QN̄ QIS MEDICIS NOMINIBUS OPTIME UTATUR, ALIBI MÖSTRAVIMUS. IN PRÆSENTI CÖMENTARIO DIERŪ NATURAM INTERPRETARI STATUIMUS, SOPHISTARUM NUGAS ALIJS RELINQUETES, QUI ARTIS OPERA PARUM CURANT, SED NUGANTUR, VELUT IN ADOLESCENTIUM DIATRIBIS. LICETUR TĀM NONNIHIL IN SEQUENTIB, ETIAM DE PRÆdictis NOMINIBUS, UT ILLORUM CAUILLOS QIS POSSIT DILUCRE, HOMONYMIAS DISTIN-

*† Si uero & p
urinas quando
que iudicet,
nec ipsas bo
nas inuenieris.*

A distinguens. Nunc autem prius ipsam utilitatē explicemus, quemadmodū in oībus commentarijs fecimus, ut hunc iā tenens, eoq; fruens, ex abundantia, sophista rū nugas reprehendere condiscas. Nam, vt alia sine longa ipsorum nugacitate, artis candidati pñt edicere, oēm adamassim dierum naturam ex ipsa doctrina opere possunt consequi. Atqui in totum ab eorū loquacitate tam vulgata abstinere impossibile est: postremo quoq; in priore sermone, vel inuiti ipsam attigimus.

De ordine dierum iudicatoriorum ad uigesimum usque diem. C A P. 5.

Puta itaq; illa, vice procēmij alicuius p p speculationis celebritatem, mihi esse prælibata: utilitatem autē ipsam, & præstantiam ad artis opera nunc deinceps dicere vniuersam tēpus postulat. Quod quidem utilitas sit, etiā sine appellatione ostenditur: q; autem veritas, non statim aparet, sed ex ipsis rebus iudicationem expectat. Quare lectores hoc adhortari opportunum est, vt, postq; quēadmodū & nos oīa hic scripta multo t p iudicauimus, ipsi quoq; in ægris eadē explorauerint, tum audeant de dictorum ueritate sententiam proferre, prius autem nō. Rursus igitur initī faciamus ab ijs, quæ à principio libri incepimus: dicamusq; quæcunq; qdē prius dicta sunt, per capita resumentes, vt solum memoria teneant: quæcunq; vero nondum diximus, enarratione fusa interpretemur. Hæc autē dicta sunt: morborū solōnes, quæ subito, vniuersimq; fiunt, excretionem quandam, vel abscessum euidenter requirere. Dierum vero, in quibus eueniunt, naturas esse differentes: etenim septimum & frequenter soluere, & perfecte, & cū fide, & salubriter, & sine periculo, & clare, & cum bonis signis: sextū frequenter quidem & ipsum, sed nō septimo si militer: nam & pauciores ipsum iudicare, & solutionis modo plurimum differre: neq; n. bonas salubresq; ipsis esse, verū malitiosas plurimas: neq; si bonas solutiones, oīno & pfectas: imo neq; si perfectas, statim ēt cum fide, quia nonnunq; morbus reuertitur, exacte licet solutus esse videatur. Quinetiā cum periculo, & obscure sextū diem iudicare, idq; ei maxime propriū esse, hoc quoque diximus. Attamen sine signis iudicium nō oīno sexti proprium est, led quartus ipsius, ut etiā septimi index est. Hæc igitur præfati sumus; q; restant, nunc adiiciamus. Septimi naturā decimus-quartus maxime imitatur. Proximi his sunt nonus, vndecimus, & vigesimus. Prope hos vero decimus-septimus, & quintus, post hos quartus, hunc sequuntur tertius, & decimus-octauus. At sexti naturā nullus exacte aliorum dierū imitatur. Si aliquando aut in octauū diem, vel decimū subi- De quinto-de cimo quid di ta morbi solutio incidat, similis ferè ei est, quæ in sexta accidat, verū raro in his soluitur, nec cū fi- cendum, cum de nullā hic de ipi cū supradictis ostendūtur. Quemadmodū in his morbus subito nō soluitur, ita nec in ijs, quos haberi uidea- statim recensēbimus, duodecimo, textodecimo, & nonodecimo. Medius inter hos ordines dierū mus.

C subito non soluentiū, octauī dico, decimi, duodecimi, decimisexti, deciminoni, quos iā retulimus: & tertij, quarti, qnti, sexti, septimi, noni, vndecimi, decimiquarti, decimiseptimi, decimio-octauī, vi- gesimi, decimustertiis maxime videt mihi esse positus, nec scilicet ita rei ciendus, sicut hi, q scđe sunt notæ: nec ita soluere morbos natus, sicut ij, q primæ sunt notæ. Huiusmodi quedā dictorum dierū ad uigesimum usq; dīa est. Reliquas ordine deinceps dicturus sum, hoc primū in memoriam reuocato, quod ante paulum promisi. Nā, quantum ad artis opera attinet, longo ad inuentionē t p opus est, breuissimo autē ad doctrinam: quicqd est aliud reliquū, vel sophistarū nūgæ, vel aduersus hos controuersia est, etiā hæc quoq; deliramentum sit: p̄staret. n. ipsos despicer: propter iuuenes trā, & q aliqñ cauillationibus circuuenti, à naturali ratiocinatione recedūt, neceſſario locū habet. Igit, qd proposuerimus, manifeste iā liquet. Nam sine nominibus ēt his, iudicari, iudicatum esse, iudicium, & decretorium, differētias dierū interpretatus sum: non à ratione quadam, vel dogmate abditorū, eas introducens, verū ex solo diuturno vnu speculationē cōſtituens. Porrò, qui cunq; hoc omisso, vel qnō iudicationem definire conueniat; vel quæ ratio sit, cuius occasione nō æq; in uniuersis p̄dictis diebus iudicia fiunt, disquirit: sophistis controuersiae ansam p̄ebabit: q hmōi sermonibus cōtradicentes, rem ipsam se subuertere putant: veluti si q svidendi causis, quas

D philosophi dicunt, reclamans, se vīsum sustulisse credit: vel si q s de motu quid dicat, non habeat, vel de loco, t p, generatione & corruptione, cum sermonibus res quoq; sustulisse arbitretur. Talis est. n. de iudicio, & decretorijs diebus sophistarū dicendi facultas: q euidentis ipsum sanè amoue renon possunt, significata uero transponunt, & ad definitiones quādam reclamat, postremo placita de natura numerorum proſcindunt. Quanquā à nobis nuper scripta doctrina nihil horū attigit: atq; huius rei gratia sophistarū os obturat, utilitatem, vnumq; breuiter edocet. Parimo dierum post vigesimum differentias compendiose tractasse, nisi ratio quādam necessaria obſtitisset, quam & ipsam Empirici, qui nihil aliud recipiunt, nisi euidenter apparentia, accurate nouerunt: non tamen qui primum artem recipiunt.

Solutio rationum, quæ morborum initium, quasi inexplicabile ostendebant. C A P. 6.

H Ace autem ipsa rō, ea est, q inquirit, quod nam tandem sit morborū principiū: Etenim vigilant, cibos fastidiunt, capite grauantur, segnes, & ad motum pigri fiunt, toto corpore laſitudinē tentiunt, aliaq; id genus infinita patiuntur plurimi egrotaturi. Atq; hæc primo adueuit modice, verū ſemper magis augereunt paulatim, obambulantibus iam, & conſueta facientibus. Posteaq;

DE DIEBVS DECRT.

vero nimisquam displicere sibi coeperint, ac ab affectu vieti primū fuerint, tunc decumbūt. Vnde E perspicuum euadit, morbi principium statuere conueniens, non leuioris esse negotij: quippe ad amissim primū, insensibile esse; vbi iam decubuerit, non morbi, sed decubitus, esse principiū. Et enim, q̄ fortiores quidam sunt, maliq; patiētes, itē quōd detinētur aliquo ciuili negocio, longiusque eunt, & procul à domo deducuntur, atq; ob alias huiusmodi causas, possit quis nōdū decum bere, sed male affectus quidē esse; si mollis quispiam animo, imbecillis, timidus, & de qualibet leui causa suspiciosus, statim decubit. Cuius igitur decubitus morbi initium putandus, nemo facile inuenerit. Atqui, si neq; primum exacte principiū capere licet; neq; decubitum, morbi initiū cōsi stere, ratio est: cōstat neq; aliud tempus aliquod, uel ante decubitū, vel post eum. Siquidem priora omnia inique capientur, primo principio neglecto: quae post decubituū sunt, multo iniquius, si neq; huius tempus morbi exordium est. Huiusmodi quidem sunt addubitationes. Porrò ipsorum solutiones diuersæ sunt: Prima & maxima, Multos morbos repente inuadere, vel simul cum rigo

1. Epid. cō. 3. t. 25. 3. 124. e. 1. Epid. cō. 3. t. 19. 3. 121. e. 5. Epid. in hi-
storica Hippo-
sthenis. re, vel dolore vehementi, nullo planè sensibili symptomate eos prægressi. Morbis itaq; alijs, in q̄ bus obscura principia sunt, omissis, decretorios dies in manifestissimis experiamur. Etenim & "cē natis" facillime plerisq; & "exercitatis, lotisq; subito morbus aduenit, quemadmodum Hippocra tes quoq; de multis egris scriptū reliqt: Vt idē author de alijs ægrotis scribere consueuit, q̄ prius q̄ egrotare inciperēt, stādo in erectum fatigabantur. Et quidē hoc ipsum dicētes, antequam moribus incepisset, inscī ac imprudentes veritatē confitentur: nam morbi initium tps illud ipsis putādum est, cum manifesto febricitare incipientes decubuerint. Non n. idem sunt capitī dolor, & febris: sicut nec uigilia, & cibi fastidium, & totius corporis grauitas, vel laſitudinis sensus: verū singula hæc, diuersa quædam à febre existentia, febrem denunciant. Tu igitur ḡ sophista mentem his aduerte. Febris inuadēs, maximeq; acuta, neq; nos, neq; idiotam quemlibet latere potest. Finge autē, si noles, latere nos quoq; sed mirarer, si diutius hora ægrotantem, licet oīno sensus expers sit, latuerit. Putet itaq; inuasisse hora decima: sit autem verū initium, quod non decima, sed nona hora contigerit: quid hoc ad dies decretorios? In hoc artis medicæ opera nimis, vti vides, pereunt, q̄ ægrotantiū nonnullos hora una latuit. Hippocrates sane medicorum omnium diligentissim⁹, vniuersa hæc cum obseruasset, quemadmodum, q̄ complures repēte nullo prius oborto sympto-
3. Epi. cō. 3. t. 26. 3. 124. g. Et mate, quidā stando in rectum fatigati, febricitare inceperunt, memoriae prodidit: ita iudications
3. Epi. cō. 3. t. 82. 3. 150. f. Et à primo die, quo febricitauit hō, non ab illo, quo capite doluit, vel huiusmodi aliud quippiam pa-
151. b. t. 8. 4. sus est, accurate inspexit, quoniam in huiusmodi principijs decretoriorum dierū experientia me-
dicis est. Porrò tu, si principia ratione cōtemplabilia uis inspicere, forsitan *æuīta: etiā*, id est, perpe-
G tuæ inuætudinis, placitum attinges: at nō Asclepiadarum medicina talis est. Ratione siquidem contemplatorias illi febres neque dignoscere, neq; curare dignati sunt: sensiles autē & claras, & potissimū cū acutæ sint, in quibus, & decretoriorum dierum cōtemplationē requirimus, neq; idio tam quēlibet, neque medicū, latere possunt. Quid iam tibi vis? an in ijs, qui statim decubuerunt, obseruationē facere, vel qui stando in erectum defatigati sunt? Hippocrates etenim in vtrisq; faciēs, eosdem de ambobus decretorios pronunciauit, non vbi primum capite doluit, sed cum primū febricitauit, morbi initiū constituens: Ita etiam singuli alij, quibus ars cutæ est, non sermones falsi probabiliter contexti. Iam quidē morbi principium medicis facillime cognoscitur. Si quis vero se ipsum ab hac appellatione eximit, nondumq; persuasum habet: tū nugari non solum nos, sed etiā Hippocratem, Dioclem, reliquosq; alios, quorum prius mētionē fecimus, existimat: is Cadmeam uictoriā uincat.

Defacultate dierum indicatoriōrum aduersus sophistas.

C A P. 7.

Nos enim sophistas reprehendere nunc non instituimus, quoniam superuacuum: uerum ijs, qui ueritatem sectantur, speculationem nostram impertimus. Ponamus iam huiusmodi quendam ægrum, clarioris doctrinæ gratia, qui decima diei hora acuta febre conflictari incipiat: H vnde sophistis querere iubentes principium ratione contemplatorium, ipsi, secundū diē, an ali- quod aliud initium accessio altera in ipso faciat sensibile & clarum, obseruabimus: Dein eodem modo tertium, vt siue per triduum siue quotidie fiant accessiones, cognoscamus: hoc autem magis, siue in paribus, siue in imparibus diebus uehemētius intendatur: Esto febris continua, per tri- duū uero accessiones: tertio q̄dē die, hora vndecima: quinto, noctis hora prima accessionem ha beat: septimo noctis hora tertia: semper enim accessionem duabus horis post uenire statuamus: quapropter etiam noni diei noctis hora quinta, undecimi septima, fiet accessio. Sunto iam huic alia similia per uniuersum morbi decursum à principio ad usq; noctem vndecimam. Vndecimo vero die coloratores simul urinæ reddantur, & quasi albæ nubeculæ in ijs innatent, prius non vi- sae. Hic non mediocris spes est uerè medicis morbum in decimo quarto die discussum iri: euénit tamen subinde solutionem in dierum quendam sequentium incidere. At, hoc quo pacto fiat, fermonis de iudicijs proprium existit, eaq; de causa in illo dicemus: nunc autem de decretorijs die bus differere proposuimus. Cuius autem gratia exemplum requirebam, propius venire appa- ret. Inuadat enim quotacunq; hora decimæ tertiae noctis accessio cum totius corporis concus-
fione,

A sione, quam Græci *εγιός* nominant: fieri siquidem potest, ut horam consuetam præoccupet, aut non præoccupet: ambo enim eueniunt, magis tā alterum, vt præoccupet, cum crisis futura est. Sit iam quoq; molesta, grauisq; si placet, tota nox decimateria facta, quo certius firmiusq; iudicium fore speremus: qm̄ impossibile est eum, qui tā grauiter laborarit, in accessione, quæ decima tercia nocte incepit, non iudicari. Iam vero, vt nihil indefinitum sit, fингamus noctem grauem: inuadat accessione hora octaua cum vehementi corporis cōcussione: nullumq; aliud ex ijs, quæ in crīsibus superueniūt, symptoma adsit: pulsus fiat inordinatus, inæqualis: sed motus plures, elati, & magni appareant: huiusmodi æger, vbi accessione cum corporis concussione inuadens vigorem suum receperit, sudare statim decretorio modo in decimoquarto videlicet die incipit: sic n. euénit, si de matertia nocte, hora octaua, accessione inuadat. Itaq; iā facilius pro euacuationis ratione spiret, in ueatq; seſe, & pulsus edat meliores: tū facilis tolerātia ista comitēt: & toto die vniuersum corpus æqualiter insudet; dein ad vesperā in totum febri leuetur: talis æger tuto iudicatus est. Procedente t p̄e paulatim ipsum recreare cibis & reficere conuenit: nihil ēt timere, dies enim fida fuit, omnesq; decretoriæ notæ concurrent. Nempe, q; vndecimo die in urinis quid iudicatorium apparuit, signum est iudicij, quod ἔνθημον. i. cum bonis signis, merito nuncupatur: item nox grauis, quæ

B accessionem p̄cedit, & insultus cum concussione, pulsuum commotio decretoria, sudores boni: atq; ob hoc, clarum iudicium merito nominatur: q; sine symptomatibus horrēdis euenerit, tutum quinetiam perfectum, quod febrem perfecte discepsit: bonum ob hoc ipsum, & q; sine periculo. Quod igitur iudicio testimonium afferendum relinquitur? huic mihi animum adhibeas, q; fidele est iudicium, securum, & à metu de morbi recidia remotū. Vnde hoc accepimus? nempe q; alia singula ex uno quopiā, vel etiam duobus, vel pluribus quidē, sed non ex vniuersis factis, oriuntur: verum q; cum fide, omnibus, quæ commemorantur, indiget: in quibus diei quoq; natura est: nā, si alijs omnibus, quæ retuli, euentibus, crisis in decimum quintum incidisset, non perinde secura esset. Fides igitur exquisita iudicij à die sigillatur, ac obsignatur; atq; hic decretoriū dierum est usus. At, si quis solos ipsos omne posse existimet, is non solum plus ignorat, quā cognoscit; immo sophistis etiam contradicendi occasionem exhibet. Dicunt igitur statim: Si fidem in morborū solutionibus decimiquarti diei natura præberet, fidum ipsum esse, vel sine multis sudoribus, & salubrib. oportet. Qūo autē sermo nugax sit, ego ne vel ostendere prorsus uolui, sed singulos medico rum scholam frequentantes tantum prius eruditos esse, q; frequentarent, vt faltem cauillos, ac captiones adeo manifestas possint cognoscere. Huiusmodi siquidem nugacitas omne peruerit auxilium, neq; venæ incisionem nonnunquam auxiliari demonstrans: si nanque auxiliaretur, cur tā dem non statim eos, quibus vena incisa est, in balneum dimittimus, audacterq; nutrimus, uerum in lecto cōtinemus, & tenui uictus ratione souemus? quid, q; nec cataplasma appōnimus? etenim hoc repletos, lotos, & ebrios iuuat: quin nec clysterem, neq; ex omnibus aliud quodlibet: similis nanque loquacitas est. Sed qm̄ artem tam mirabilem, ac magnam pro Asclepiadi veteribus lanifices & telonæ tractant, oportet videlicet nos quoq; eam oppugnatā vindicare, dicereq;; Si vna quævis causa vnius rei efficiens esse, & vnu quodvis signum unius rei index esse dicat: ac quispiam ostendat hanc ipsam causam, & hoc ipsum signū minime p̄stare posse id, quod de ipsis enunciatiū fuerat, vt quæ alterius p̄ntiam semper requirant: pulchre opinionem reprehendet: si uero aut face re, aut indicare simul plura coētia, hoc aliqd dicatur, nugax est, qui seorsum ipsorum unūquodque aggreditur: non. n. unumquodq; ipsorum priuatim tanquā non sufficiens, sed vniuersa simul, subuertere conuenit. Dixeris equidem sic, puto, et si decem aliqui pondus quodlibet attollere possint; singuli uero priuatim nullum possint, ad operis totius solutionem vnum inferri. Quid iam vis? vtrum decretorios dies fidæ morborum solutionis esse causas, an signa? in utrisq; siq; dē sophis ma prompte deprehenditur. Vis, prius causas statuamus, quemadmodum & uenæ sectionem, &

D clysterem, & cataplasma, aliaq; singula p̄sidiā causas sanitatis esse dicimus? verum, ut illorum nullum adeo ualidum erat, ut sine alijs restituat sanitatē, ita nec decretorius dies. Rursus igitur, si tibi vī, non causas, sed signa dicamus, qualia in urinis, alii recrementis, sputo, atq; hūmī alijs vniuersis cernunt: sed nec illorum ullum solum poterat, vel salutem, uel mortem indicare. Atqui, si neq; ut causas, neq; ut signa, decretorios dies censeā semper solos, aut facere, aut indicare idem, verū cum plurium congressu, nullam adhuc rationē sophisma ipsorū habebit. Non. n. hæc decretoriū dierū recta exploratio, q; etiam sine alijs signis decretorijs fidi sint: uerum alia quædam quæ sanè re uera est. Nam, si alijs vniuersis indicij eodē modo hūtibus, decretorius dies solum destituatur, multum à iudicij fide tolletur: q; si uero alijs decernendi signis non admodum completis, decretoriū ipsis diem apposueris, solutionis securæ spes quædam affulget. Iam uero, si hoc etiam solum decretorijs diebus adsit, nempe cum ipsis frequenter uel plurima & maxima decretoria signa, uel etiam vniuersa concurrere, equeum uidelicet esset huius tantum occasione propriam quandam decretoriū dierū naturam esse putare. Cum igitur ad hoc à se ipsis quoq; aliqd adserunt in mediū, non multo sane magis ipsis ab illis, qui nihil inferunt, neq; multis iudicandi signis concurrunt, separabimus, ceu propriā illi, propriam, & hi naturam habeant? mihi

DE DIEBUS DECRET.

quidē etiam admodū videtur. Itaque rursus à sophistis, qui artis optima conspurcant, recedentes, E
memores præscriptæ paulo ante hypotheseos, claritatis doctrinæ gratia, ægrum illum, quē con-
tinue febricitatē, per triduum accessionem experiri, ad diem vndecimum deducentes sermone,
decretorium in vrinis posuimus signum habuisse, inde quartodecimo iudicatum esse; Nūc haud
ita sic, sed iniudicatum adhuc, in decimam quintam noctē accessionē, quā in ea accidit, deducen-
tes similiter eum totius corporis concussione inuadentē, pari modo sudore iudicari fingamus in
die sexto decimo, vt euidenter cognoscamus, quantam virtutē dies decretorius obtineat. Primum
etenim neque probe sudauerit hic ægrotus, neq; perfecte in illo die febris eum dimiserit: q; si ali-
quid vtiq; præter opinionem euenerit, sine fide omnino crisis est: item, si æger quid peccet, morb.
denuo reuertetur.

De regulis, quibus comprehenditur dies iudicatorius, quando iudicium

ad multos dies videtur pertinere.

C A P. 8.

ITerum ergo protrahēs eundem ægrotum, quarto die signum decretorium habuisse ponamus, quemadmodum paulo supra de undecimo statuimus: huic crisis septimo expectanda est. Côte platorius enim in secunda septimana, vndecimus: in prima, quartus: & indicare natus est, sicut un decimus quartūdecimum, ita quartus septimū, qualis nam erit. Fiat autem accession in septima nocte hora tertia, sicut prius statutū est: item concussio, pulsuum mutationes euenant: nocte iā finie te sudare incipiat: postea toto deinceps die octauo, pulchre sudet: postremo febri leuetur ad vesperam. Hic rursus animū mihi aduertas: cuius enim gratia ægrū produxerim, nū parvum est. Siq; dē in prima hypothesi decimatertia noctē accessionē expertus more decretorio, deinde quartodeci mo febri liberatus, nō decimotertio, sed decimo quarto, iudicatus esse dicebatur: nūc aut, sudores licet ex morbi solutione in octauū diē totū exciderint, tamē septimo die hic iudicatus dici queat. Adhibēdus enim animus est, neq; simpliciter accessionū principijs, etiamsi cum decretorijs notis inuadant: neq; cū primum sudare, vel alio quoquis pacto inceperint iudicari: etenim hoc solum fidem nō habet: immo nec cum primū febris deceffit: quia nec duo coeuntia reliquo maiore poten tiam necessario habent, etenim tria conuenientia omnē q̄stionē tollere conspicuum est. Dico autem, si in vno aliquo die accession cum signis decretorijs inuadat, & iudiciū incipiat, & perfecta solutio sequatur: si quidē partitionem fecerimus, distingueretur primum & maxime diebus, quos indi ces & contemplatorios appellant. Si nāq; vel quarto, vel vndecimo indice facta, crisis quolibet modo attigerit vel septimū, vel decimū quartum, illorū ipsam crisis esse arbitrari oportet. Porro, si perfecte iudiciū extra illos dies cadat, vt neque in illis incipiat, neq; compleatur, constat nō ad- G
huc esse dicēdū, morbū in septimo, aut decimo quarto iudicatum, verum in alio quopiam die, qui totā crisis in se comprehendat. Et, si tamē nullo indice prius habito crisis subito contingat, duos attingēs dies, ad notas has respiciens distinguēs, vtrius nā sit, nempe ad accessionum analogiam, ad dierum naturam, ad decernendi temporum numerum, ad ipsum iudicij tempus. Ad accessionū analogiam sic: imparibus diebus si æger magis laborarit, proprium magis diei imparis iudicium: quen. admodū, si paribus, illius proprium: nam in accessionibus plurimum iudicia contingunt. Ce terum ad dierum naturam hoc pacto, si ambigas, vtrum nonī diei, vel decimi sit iudicium: si enim salubre, ac bonū, perfectum, sine periculo, noni magis est: si imperfectum, malū, & periculosum, decimi. Ad numerū decernendi temporum: quoniam hæc tria erāt, decretoriæ accessionis initiu, decretoriæ motionis principium, finis ipse iudicij: qui dies tempora duo accipit in sese, magis iudicium sibi vendicat. Sic & ipsum tempus iudicij vtra die fuerit longius: illi magis iudicium attribuendum est. Si igitur quatuor quidem hæc notæ uno die introducantur, huic tu quoque iudiciū attribues: & si una ex his relinquat, sic quoq; adhuc adscribes, sed iam & alterum ipsius crisis participē fieri putabis: si vero æquales notæ fuerint, iudiciū quoque vtriusque diei cōmune esse censebis. Interim vero nō duos modo, sed tres ēt dies, iudiciū attingit. Iterū igit̄ hic mediā, q̄tū ad H
temporis longitudinē, attinet præpones: non tamē vniuersum ei concedes, sed primū q̄dem, si absq; indice & contemplatorio die crisis fuerit, considerandū est, quoniam diximus maximam hoc pōtentiam habere. Secundo regulis quoq; alijs, quas modo enarrare desij, vtendum est, nempe accessionum collatione, dierum natura, decernendi temporum numero, & ipso iudicij tempore.

De prima, ac secunda die: & de nomine crisis vel iudicij.

C A P. 9.

Quoniam vero de his abunde satis definitum est, reuersi denuo, vti prius, vsq; ad diē vigesimū, ita iam post illū decretorios enumerabitur: tantūmodo prius relatis iam adjiciētes, quantum ad præsentem disputationem conductit, item ne ulla iam commemoratis quæstio defit. Quid autem hoc est? De primo die in morbis, & secundo, non diximus in superiore sermone, et si Diocli hi quoque decernere de morbis visi sunt. Quomodo igitur de hoc intelligendum sit, distinctione docebimus. Nā, si præcepis, ac subita in ægrotantis corpore perturbatio, morbi solutionem præcedens, crisis siue iudiciū nominatur, neq; primū diem, neque secundū decretorios esse censebimus, q; illa uelut fluctuatio, quæ solutionē præcedit, nequaquam in his est cōspicua: si uero

A si vero solutionē simpliciter, iudicium uoces, hi quoque erunt decretorij. Certe omnes febres dia-
riæ solutionem partim in primo statim die, partim in secundo, nanciscuntur. De significatu igit-
tur quæstio hic magis est, quæm de re ipsa: ipsam enim rem, liberari videlicet plerosque febribus in
primis statim diebus, nemo ignorat. Adhoc genus quæstionis pertinet illud quoque. an, cum per-
turbatio facta in morbi solutionem finierit, crisim esse factam dicendum: an, cum insignis quæpiā
mutatio acciderit. Quinetiam, ipsum solutionis nomen, utrum, cum ad sanitatem æger reciderit,
duntaxat inferendum sit: an etiam, ubi mors secuta, adhuc morbum sic quoque solutum fuisse di-
cendum sit: magnam inquisitionem obtinet. Cum uero huiusmodi disquirendi otium suspetet,
rursus exponemus. Nunc autem in hoc priore commemoratione solam ipsam utilitatem common-
strare propositum, quam & sine demonstrationibus logicis, ex hypothesi colligere possum. Fin-
gamus enim perturbationem ante exactam solutionem, crisim simpliciter appellari: aliarum nul-
la crisis absolute, uerum quæ ad perniciem tendit, mala crisis totum hoc nominetur: quæ insigne
quidem momentum attulit, morbum vero non soluit perfecte, deficiens appellatur: alia, quæ in-
signiter ad peiora declinat, imperfecta simul, & mala. Sic quidem, cum singulas res priuatim abso-
lute, clareque indicare uoluerimus. Interdum vero interpretationibus defectius appellatis uten-
B tes, iudicia nominamus vniuersas quatuor differentias, citra appositionem mali, uel imperfecti.
Atque hanc deficientem interpretationem apud omnes homines satis in usu esse, alibi declaratū
est copiosius: sed nunc quoq; dicemus, quantum ad præsens institutum est. Chænicem sanè, & cu-
bitum, & pedem, aut aliam quandam mensuram, neq; cum maior, q; par sit, existat, neq; cum mi-
nor iusto, eodem appellasse uocabulo conuenit, qm quantitatem aliquam certam unumquodq;
tale nomen indicat: attamen est, cum chænicem minorem, maioremque, ac conuenit, nuncupa-
mus: similiter cubitum, pedem, & alias quasque mensuras. At, cum exakte interpretamur, non cu-
bitum simpliciter, sed magnum cubitum, aut paruum, nominamus: absolute uero, solum iustum.
Aliquando nonnulla secundum uehementem excessum, generis totius appellationem sortiuntur:
quemadmodum etiam, apud poetam scribi dicimus, alium præter Homerum, neminem intelligē
tes, infiniti licet alij poetae sint. Huius farinæ est, quod dicitur apud comicum. Et rarum est, ut, qui
homo, sit homo. Nam agrestem, belluinium, amentem, rusticum, non secundum hominis naturā
esse putantes, ad integros in ea natura, & consummatos nomen transferimus. Siue igitur sic per
excessum quendam iudicij nomen dicimus, siue iuxta priorem rationem, alterius temporis est di-
sputatio. Quod autem ad medicinæ opera momenti afferat, iam colligere est ex præscriptorum
nominum hypothesi. Quod. n. oës iudiciorum notas habet, iudicium absoluto sermone uocatur:
C alia, cum appositione nominis appellabuntur. Iam, si non subitæ mutationis perturbationem, ve-
rum solam ipsam mutationem quispiam iudicationem nominare, bona quidem simulq;
perfecta solutio simplici sermone, crisis vocabitur: reliquæ cum appositione omnes:

De iudicatorijs diebus, qui post vigesimum enumerantur.

CAP. 19.

Proinde qui post vigesimum diem decretorij? hoc. n. vna mihi propositum est percenfere: Ar-
chigenes sanè, Dioclesq; vigesimumprimum ante omnes potissimum primo loco dignatur:
etenim Archigenes ipsum vigesimo præponit: mihi tamen aliter visum est, sicut " & Hippocrati: In Prog. cō.
ostendetur autem id in sequentibus. Simili modo etiam de vigesimoseptimo habet: si quidem ego b
hunc etiam uigesimoctauo antepono, illi postponunt. Habet autem trigesimusquartus poten-
tiam mentione dignam, atque hoc magis quadragesimus. His minus decernunt vigesimusquar-
tus, & trigesimusprimus: & multo his adhuc minus trigesimusseptimus, ita, ut in dierum decernē-
tium, & eorum, qui non decernunt, medio collocatus esse uideatur, & magis ex non decernentib.
esse. Porrò alia tota dierum multitudo inter uigesimum, & quadragesimum, decernendi omnino
D expers est: audi ipsos, iam tibi referuntur: vigesimussecundus, vigesimustertius, vigesimusquin-
tus, vigesimussexus, vigesimusnonus, trigesimus, trigesimussecundus, trigesimustertius, trigesi-
musquintus, trigesimussexus, trigesimusectauius, trigesimusnonus: vniuersi duodecim sunt. Et
vsq; ad quartumdecimum quidem magnæ sunt perturbationes in morbis. Proximo loco succe-
dunt, quæ vsq; ad vigesimum habentur. Quæ post hunc ad quadragesimū succedunt, paulatim ve-
hementiæ efficaciamq; remittunt. Adeo ut, qui post quadragesimū sunt omnes, prorsus langueat,
concoctione potius & abscessibus, q; excretionibus, morbos finientes. Accedunt in his quoq; per
excretiones interdum iudicia, sed raro, nec magnam habent uehementiam: & frequenter plurib.
diebus iudicia complentur, maxime cum in abscessum finiunt. Atq; alios quidem, qui post quadra-
gesimum habentur, Hippocrates planè contemnere videtur: sexagesimi tamen, & octogesimi, &
centesimi uigesimi rationem habet. Ab his alios quidem septem mensibus, alios septem annis, fi-
niri ait: alios uero, vt verisimile est, in binis annorū hebdomadiis, & ternis. Nō desunt, qui etiā qua-
dragesimiseundi, & quadragesimiquinti, in super quadragesimioctaui, & quorundam aliorum
dierum, meminetunt: de quibus uniuersis, sermo nobis futurus est.

Quæ

DE DIEBUS DECRET.

Quæ errata crīsis diem protractare, aut accelerare soleant: ac de usu & ratione diei iudicatory prænoscendi.

CAP. II.

E

ITaque plurimis medicis impossibile uidetur præfigiri diē, quo de morbo decernetur: re uera tamē impossibile non est, si quis accurate Hippocratis speculatione lecta, artē tractare studeat. At vel si prius, quām edidicerit, apud ægrotos ueretur, nihil amplius ager, quam operam frustra ludet: vel, si ipsam diligenter didicerit, operari uero neglexerit, longè quidē altero, qui non antea didicit, melior, abest tamen permultum is quoq; a pérfectione. Quapropter qui præscius esse cogitat diei de morbo iudicaturi, huic in primis ex amissi cognoscenda sunt, quæ Hippocrates in ope re prognostico tradidit; deinde, quæ de constitutionibus in alijs libris memoriarē prodidit: postea de ætatis, naturis, anni temporibus, & locis, quorum nōnulla etiam in prognostico perdocuit: vbi iā hæc edidicerit, pulsuum cognitionem adiungens, facili negocio iudicij diem prænoscet: vbi siquidem morbus acutus nullum periculose signum referat, & quarto die e uidēs quædam concoctionis nota comparuerit, septimo crīsis futura est. Atq; hæc breuibus iam explicata sunt longe uerissima. Porrò, si quis lethalia signa, periculosa, & salutaria ignoret, nihil ex hoc sermone promouebit; quanq; si hæc quoq; cognoscat, concoctionis autem notas ignoret, etiam nihil hinc frugis relaturus est. Huius rei gratia Hippocratis præfigiorum opus relegendum præcepi. Nam periculis symptomatis præsentib. una cum {aliqua} concoctionis nota quarto die apparente, iudicium si paribus diebus accessio fiat, sexto expectandum est: quod si hunc excesserit, octauo: si in imparibus, septimo; bonis signis apparentibus, septimo die morbus, discutetur: etenim lethalia signa cū notis concoctionis nunquam euenerint. Hæc autem non minus, quām periculosa & salutaria inspicienda sunt, quia, si quarto apparuerint, septimo aderit mors. Dictum autem est hoc nominari crīsim malam. Animus hic aduertas necesse est, lethalium signorum tum magnitudini, tum copiae. Si nanq; multa, magnaq; die quarto euenerint, accessionibus distinguendum erit de morte futura: ad hæc cognoscendum hominem quarto die moriturum esse, modo accessio diebus paribus facta sit: si imparibus, septimo. Interdum sextus hominem iugulat, etiam si accessio contigerit in imparibus, propter morbi celeritatem, & magnitudinem, & symptomatum in quarto die euenerint copiam. Quamobrem accidentium magnitudo, quæ ex potētia sumitur, exacte dignoscenda est. Verum, quomodo hæc ab illa, quæ ab imaginatione aestimatur, distinguenda ueniat, in libris de crīsi narratur. Omnia in omnibus confundere, & conturbare non oportet, sed quantum ad dies tantum decretorios propriæ pertinet, huc transferendum est. Cum n. accurate admodum acutos morbos obseruassemus, quartum diem septimi esse indicem ex sua natura deprehēdimus. Ex sua natura, inquam, hoc est, si nullum rarum & magnum incidat uel extrinsecus, uel ex ipsa morbi conditione, vel etiam ægrotantis habitu, quartus omnino septimum indicat. Cæterum, si quid extrinsecus præter opinionem accidat, quo de postea mentionem facturi sumus: uel morbus vehementer, uel obscure, ad iudicium propellatur: & ægrotantis vires, aut validæ, aut imbecilles extiterint: attendendum est, distinguendumq; æger peritus ne sit ante diem septimum, an post hunc de ipso decernetur. Siquidem, vbi malum aliquod extrinsecus præter spem euenerit: & morbus nō simpliciter acutus, verum peracutus sit: ad hæc vires ægri imbecillæ: signum malum, quod in quarto die apparuit, septimum diem non expectat, verum sexto æger huiusmodi morietur, præfertim si paribus diebus accessiones accepérit. Quod si nihil extrinsecus erratum sit, & morbi motus hanc ita præceps ac uelox, & æger ualidus, si quidem manifestum in quarto die malum indicū fuit, septimo interitus comitabitur: si vero obscurum, excedet hunc quoque. Iam vero, si accessiones paribus diebus contigerint, octauo: si imparibus, nono æger deceder. Quæ porrò manifesta, q; obscura indicia vocitem, in libris de crīsi exactius monstratum est: quinetiam hoc, sermone procedente indicaturi sumus: prius autem ad reliquas distinctiones reuertor. Apparet enim euenter bonum aliquod in quarto die signum: & nullius periculi circa ægrotum sit suspicio: fieri non potest, quo minus septimo die fiat iudicium, si nihil extrinsecus peccatum fuerit. Quenam igitur sunt, quæ committuntur peccata? quædam sanè ab ipso ægroto videlicet: quædam a medicis his admirandis, putantibus, si quis introgressus ad ægrum, deinde succingens se vel cataplasma nō imposuerit, vel pfuderit, adusserit, uel clysterē indiderit, vel venam inciderit, uel cucurbitulas adiunxerit, uel confricuerit, vel nutriuerit, aut huiusmodi aliud factitauerit, nihil ab ipso gestum esse artificiosum: hi enim, quoties ad ægrum accedunt, toties peccant. Non igitur indicium in septimo die, ad quem paratum erat, fieri potest, tot interea erroribus admisis: quando quidem naturæ motus statutis periodis pro sui ratione contingit: interim ab exterioribus peccatis circuitus seruare prohibetur. Sic itaque Hippocrates vndequaque admirabilis inquit: "Natura omnino sufficit. Peccatur in hanc extrinsecus cataplasmate, inunctione, & totius, & partis inspersione. Sic etiam medicum" naturæ ministrum appellat, re uera medicum, non pharmacoplam quendam ex triuio: tantum enim hic a iusta naturæ ministri appellatione abest, ut etiā maxime contrarium nomen ipsi magis conueniat, inimico videlicet & nature ipsius, & ægrotantium hosti iure appellato. Quapropter nos merito, cum quispiam de ægro aliquo euentum iubet

In lib. de Ali-
mento.
1. Epid. cō. 2.
t. 51. 3. 112. f.

Aiubet prædicere, cum distinctione id facimus, dicentes: huic morbus soluetur isto die, primum si vi-
ctus ratione a nobis, non alio quodam medico, regatur: deinde si nihil ipse peccet, & faciat q̄ iniū-
guntur, omnia: postremo si nullus magnus extrinsecus error admissus fuerit. Quæ iam exteriora
peccata sint (quoniam hoc quoq; diffinire pollicitus sum) opportunum erit dicere, vt, si æger incē-
dio domus accidente, aut latronibus inuidentibus, aut fluvio inūdāte, subito cogatur fugere, quā-
ta ei noxa aduenirerit, quorsum attinet referre? Simili modo, si tegmen aliquod delapsum, vel parie-
tem sentiens* extimescat simul, & fugam repente molietur: item, si per tegulam q̄ppiam defluat,
vel pluia copiosior oborta capiti ægrotantis incidat, vel alius ēt quomodo cunq; ipsum irrigau-
rit, vt locum mutare, vigil esse, & timere cogatur: & hoc non mediocrē ipsi offendam inducit. Eo-
dē pacto vicinorum tumultus, vel alia quædam talis vigiliæ cā eueniens, aut nuncium aliquod tri-
ste, pro noxæ ipsius magnitudine ēt præditionis perfectionem corruptit: vigiliæ si qđem p p ip-
sum morbum intra præditionem, & crīsim ægri aduenientes, nihil præfigia offendunt: quę vero
extrinsecus inopinata ueniūt, horum nihil medicus præcognoscit: unde nec futuram inde offendam
conijcere pōt, nec præditionis secundum morbi rōnem factæ adjicere. Hæc itaq; ipsa Hippo-
crates statim in aphorismorū principio præcipit inquiens, "Oportet non solum ipsum, quę res po-

1.Aph.1.Ex. ord.2.b

Bstulat, facere, verum etiam ægrum, assidentes, & exteriora. Si nanq; ait, disquirere quippiā & in-
dagare ex nostris cogitas, ipse primum opportuna facito uniuersa. Deinde æger in oībus præci-
pienti obtemperet, nihilq; ex intemperantia peccet. Postea iij, q̄ adsunt ei nihil erroris cōmittant
vt vel iram ob delicta concitent: vel tristitiam ex intempestiu nuncijs afferant, uel offendam. q̄
imperfectius in re administranda se gerant: sed apparatus oīs ante iudicij tempus prompte statua-
tur: obsonia pulchre parentur: ministerium inculpate exhibeat. Insuper quartum genus eorum
de quibus rationem habendam iussit, apposuit: nominat ipsum uno complexus nomine, exteriora,
multiforme licet existat: atq; hoc culpa uacet: etenim pluiae, tonitrua, fulgura, uicinorum tu-
multus, canum latratus, insultus latronum, domus ruina, defluens aqua, fluuius irruens, incendia,
ictus, atq; eius generis vniuersa, exterioribus attribuuntur. Hæc igitur quatuor genera, quorum
partes etiam sunt diuersæ, dum naturę motus impediunt, subinde circuituum ordinem corrum-
punt: qm̄, vbi quartus dies euidentis iudicij signum attulerit, si neq; medicus quid peccauerit, neq;
æger, neq; ministrorum quisquam, immo si neq; extrinsecus error admissus sit: septimo die nece-
fario crīsis futura est. Ex quo innotescit, non aliud quendam esse, qui exacte præfigierit, aliud
qui rectam victus rationem instituet, sed in eundem utraq; conuenire necessarium, nisi alterū ab

Caltero corrumpendum sit. Quod sanè peccatum in victus modo quodlibet (sic autem nunc nomi-
no vniuersam morbi curam) iudicium impedit, abude ostendimus: quod autem nec victus ratio-
proba sine status morbi, & crīsis præfigio institui possit, in medendi methodo declaratur. Si igit-
tur hæc mutua opera perpetuo indigent, non aliud quispiam medicus recte curauerit, aliis exac-
tæ præfigiet: uerū, quicunq; optimus fuerit, is præfigiet una & curabit. Sed de huiusmodi in alijs
commentarijs plenius tractamus. Nunc, quod ab initio statueramus, ad id reuertamur. Quartus
dies, cum clarum aliquod indicium bonum afferat, septimo die indicium fore innuit, nullo (vt dixi
mus) errore interea commisso. At, si quis contingat, magnitudo eius inspicienda est. Si etenim exi-
guus extiterit, erit etiam sic iudicium septimanum, verū aliqd de iudiciorum bonitatibus ipsi dee-
rit: dictum est aut in prioribus, quod perfecte, salubriter, sine periculo, & similia, bonis adsunt iudi-
cij. si maius sit erratum, in septimo die crīsim fieri adhuc non permiserit. Animus itaq; diligenter
adhibendus est hic omnibus, & offendere magnitudo signis colligenda: nam interpretari ipsam non
solum difficile, sed prorsus ēt impossibile: artificiosum vero discipulum reddere, vt hæc quoq; ex a-
musi perdiscat, possibile: sed huius temporis non est, magis ad speculationem de crīsi ptinet. Qua-
re rursum ad sermonis reliquū redeamus primā hypothesin in memoriam reuocantes. Quippe po-

Dositum erat discernendi signum manifestum, & validum, in quarto die morbi, & acuti & natura fa-
lubris, euenisse: deinde nullo qđem errore commisso, bonam omnino crīsim ad septimum diem
futuram indicari: si porrò leuis planè contigerit, ita quoque in septimo euenturam, non tamē exac-
tæ bonam: si uero fuerit magnus, vt a septimo in sequentium aliquem crīsis recidat, attendendū
esse noxæ magnitudini iubemus: nam exacte huius regula deprehendet elare, an in nonum diem
siue undecimum, crīsis delabetur. Itaq; morbi, q̄ prorsus sine periculo sunt, ob delicta diuturni es-
se solent. Qui incolumentem pollicentur, non tamen sine periculis symptomatis, ob errata le-
thales fūt. Quinetiam illi, qui omni periculo uacant, multis magnisq; deinceps erroribus cōmis-
sis, in lethaliū naturam incident. Nec mirum esse puto. Cum enim in sanis delicta grandia mor-
borum lethaliū cause fiant, quid in ægrotis expectandum est? Proinde iam clarum est, indicum
& decretoriū dierum sermonem, quem Hippocrates nos docuit, non examinari ab alio quo-
dam in apparentium consensu posse, quam qui ex æquo par illi uictus instituendi artifex est: hic
enim solus errorum uim disquirit, pernoscitque, tum solus offendere magnitudinem, & diei iudi-
caturi delapsum intelligere potest. Quemadmodum uero in morbis periculo uacantibus iudicia
tantum remorantur, quantam ex peccatis interim noxam ægri acceperint, ita in lethalibus pre-
ue-

DE DIEBUS DECRET.

ueniunt. Si enim, cum dies quartus in lethali morbo signum lethale indicarit: in septimum diem mala prædicetur crisis: peccatum uero non ita exiguum interea temporis contigerit: septimum diem crisis non expectabit, sed interim morbus iudicio malo uidelicet finietur. Sed, an quinto, uel sexto, tum ex ipsius morbi celeritate, tum ex offendæ magnitudine, tum ex accessionum figura definiatur. Quippe, quando in imparibus ipse fluit, morbus peracutus est, & peccata non admodum exigua, in ipso quarto uidelicet, miraculum non est in quinto hominem interire. Quādo in parijs, accessiones eueniunt, nec morbus peracutus sit, nec erratorum magna offensa, sextum expectat. Huiusmodi autem omnia indicum, & decretorum dierum speculationem confundunt: cum pauci medici recte uictum præscribant: pauci ægri obtéperent: pauci suū ministerij munus legitime obeant: pauciores adhuc, quibus nihil externi aduersatum sit. Quapropter medicum tum accurate curandi, tum præfagiendi, peritum esse conuenit; accuratè uero et læsionis magnitudinem discernere, ut, & si aliquando iudicij diem prædicat, sed interea temporis offendì ægrum contingat, mutare ipse prædictionem exacte possit. Hinc perspicuum euadit, q̄ quicunque animo pusillus, humilisq; fuerit, non solum non singula, quæ recensuimus, in egris cognoscere studet, sed ne speculationem quidem ipsam ediscere sustinet.

F

Quod magna ex parte horam ipsam salutis, & mortis medicum prædicere contingat: ac de diligentia in prædictione adhibenda.

CAP. 12.

AT generofus aliquis, ueriq; amator, tum qui labores in optimis quibusq; rebus nō resingiat neq; theorematum difficultatem, neq; t̄pis prælixitatem, neq; exercitiū labore ueritus, ad commemoratorum perfectionem veniet: ut non solum diem firmiter aliquando possit prædicere, sed et horam ipsam, in qua ægrum quempiam liberari, uel mori necessarium est. Postea quā enim diem aliquando, uerbi gratia, mortis cognoueris, considerandum est inde, in quo potissimum accessionis t̄pæger maxime grauetur. Si etenim statim inuadente ea refrigeretur uehementius, ut uix ad calorem reduci possit: calor diutissime absit: pulsus exiguus, aut nullus, aut malus apparet: motus pigritia, uel etiam somnus ueterosus, aut aliud quippiā: hoc maxime t̄ps considerandum est. Quod si hoc quidem moderatum fuerit, in statu autem uel delirantem, t̄ vel cum impietu exilientem; vel dissolutum uideas, aut febris magnitudinem non tolerantem, sed uehementer in ardescētem, uertigine laborantē capite dolentem, cordis, i. stomachi mortuū laborantem, uel id genus alijs, hoc maxime t̄ps esse suspicari conuenit. Porro, si in principio accessionis, uigoreq; mediocriter euidentibus, declinatio quædam animi deliquia, sudores inæquales, frigidos, uel circa caput solum, uel ceruicem, uel pectus inferat: pulsus obscurus, exiguosq; efficiat, & his similia: hoc præcipue tempus obseruandum est, sciendūmq; manifesto in pessimo accessionis tempore hoīem moriturum. Atqui, si hoc definitum, cognitumq; aperte sit, nullum adhuc est negocium mortis horam dicere, quippe cum secundus dies, exempli gratia, & quartus uehementiorem accessionem adferat, q̄ primus, tertius, & quintus: ad sextum diē mors præmonstrabitur: appareat uero pars accessionis grauissima in ipsius insultu, eaq; sexta hora, in hac moriturum hominem nō est operosum dicere. At hoc non dico, ut quis putet, nūquam tali speculazione frettū falli posse: verum maiore ex parte ueritatem assequi, non probabili sermone, sed re ipsa, ostendimus. Illud at noui certo, quosdam, qui optimis inuident, facere: uolunt. n. futurum nos semper prædicere, licet nullum interim signum firnum hēamus, quanquam aruspicibus auguribusq; denuo augurari, immolareque concedant. Deinde simul quidem obstrepit nobis, tanquam maiore, q̄ hominibus conueniat, speculationem appetentibus: simul uero in operibus tam acerbe prædictiones inquirunt, ut nulli uates ita inquirant. Atqui non illos respicere, sed ueritatem ipsam, & signorum facultates diligenti exercitio pernoscere oportet: &, ubi hæ tuto definiri possunt, prædicere conator: si autē quid obscurum fuerit, sequentem diem expectare oportet. Porro, si nihil in ipso firmiter præfagi re possimus, satius est tacere, q̄ temere pronunciātem falli. Ego sanè ex tali securitate motus, haud noui me in prædictione longo tempore errasse, etsi in primo statim febris initio subinde de totius ipsius natura pronunciauerim, uel tertianam esse hanc inuadentem febrem inquietis, uel quartanam, uel quotidianam, uel harum quidem nullam, continuam uero, & acutam aliquam, quartum diem non excedentem. Verum in omni principio futurum cognoscere non licet: t̄ nisi quis ex amissi morbi speciem perspectam referat: } & hoc ad opus de crisi pertinet.

De via ac ratione Iudicatorium diem in acutis, ac longis morbis prædicendi.

CAP. 13.

ITERUM igitur ad institutum reuersi, dicamus, si quis primo die acuta febre infestetur, nullum autem periculosum signum ipsi adfuerit, sed in urinis aliqua concoctionis nota inuenta fuerit, non extra quartū diē morbus soluetur. Quintetiam, si multa lethalia primo die statim deprehendātur, morietur plane non extra quartum diem. At, si acute febrietet, nullum uero lethale adsit, immo nec aliqua concoctionis nota, fieri non potest, ut hic quartanus decedat. Distinguendum hic rursus est, utrum, sicut nulla concoctionis nota adest ei, eodem modo neque temporis longi ulla:

Avlla: an, præter q̄ concoctionis indicia defunt, etiam temporis signa adsunt. Si namque, ut concoctionis, ita temporis omnino signa absint, in secundo quaternione morbus statum accipiet. Quod si longi temporis indicium adfuerit, excedet omnino secundum quaternionem, hoc est diem septimum. Cæterum, quantum extendetur, hoc non licet statim ab initio cognoscere: sed in sequentibus diebus distinguetur. Tantum autem ex hac prænotione ad probam uictus rationem præcipienda acquires, q̄ cognosces. s. tantum alimenti modo cōuenire, quantum statu post futuro.^{1.A}

Cum n. morbus peracutus est, statim etiam extremos labores hēt: in quo extreme tenuissima uictus ratione vtendum est: cum autem secus est, paulo pleniorē uictum tantum admittere conuenit, quanto morbus extremis mitior, clementiorq; sit. Extrema, statum morbi appellat: siquidem peracutum quoq; morbum extremos labores statim habere dicit, hoc est accessiones & symptomata: id autem aliud nihil est, q̄ morbum uigere. Talis sanè morbus, qui statim à principio secundum quaternionem excessurum se indicat, secundo & tertio die accuratius a te intelligitur, in quantam temporis prolixitatem extendetur: in quarto, uel proxime conieceris futurum statum, & crīsim: nam, si cruditatis signa & temporis, nihil mentione dignum referunt, ēt tertio quaternione longius ægritudo extendetur. Enim uero, si claram aliquam mutationem faciat, non tamē

Biam signum aliquod concoctionis in primo quaternione appareat, in tertio quaternione crīsis expectanda est. At, si crudus adhuc uideatur in septimo die, non tñ insigne quoddam & magnum temporis indicium hñs, sperandum in quartum quaternionem, hoc est in decimum quartum diē crīsis eius extensum iri: definientum uero est exācte in undecimo: ut n. quartus septimi, sic vnde cimus decimiquarti index est: ubi n. clarum aliquod & fidum ad amūssim signum concoctionis iam eo die antea innotuerit, in decimoquarto iudicium fore ait: obscurum si eueniat, alijs iam attendendum est. Si nanq; morbus celerem motum obtineat, & aliorū nullum obstat, forsan ēt decimus quartus decernet: sin minus, in decimo septimo crīsis erit: at, si nihil in undecimo prorsus ante fuerit indicatum, in decimoquarto iudicium esse nequit. Considerandus autem hic totius morbi motus, aliaq; symptomata omnia & indicia, utrum decimo septimo, uel etiam decimo octauo crīsis speranda sit, an longius progressura: interdum enim in his quoque iudicatur, plerunque uigesimo, interim uigesimo primo: index autem amborum est decimus septimus, & magis vi gesimi: decimus octauus autem solius uigesimiprimi. Porro, si morbus quispiam mox ab initio nō adeo celeriter moueatur, sed uelut comburens * inuadat: & alia signa longioris temporis adsint: ^{* οὐνυχίουερος}

Chuius statum præfigere in principijs nemini licet: uerum, q̄ non intra decimum quartum diem crīsim accipiet, liquido constat: quo usq; uero extendetur, nō constat, sed distinguere oportet prius: periculosisne sit, an non. Si periculosus est, & præterea uires ægri imbecillæ, mors ante, quam in longum extendatur tempus, præuertet: si periculo uacat, procul omnino crīsis est: non enim fieri potest, ut celeriter iudicetur morbus, qui præmonstrarit notam longi temporis. Quantum igitur tempus ad amūssim ei accedit, non modo non primo die, aut secundo, aut tertio, sed ne quarto quidem inuenire absolute sperandum: uerum in decretiorum dierum sequentibus periodis per spicuum fiet. In secundo quidem quaternione latior est coniectura, in tertio accuratior. Quod si enim ad septimum usque diem cruditatis & temporis indicia uehementiora compareant, ante uigesimum diem crīsis esse non potest: si moderatiora eueniunt, aut permanent æqualia, potest. Itaque, si ante uigesimum diem decerni non posse, manifesto noueris, idque temporis notis uehementibus, inspice tertium quaternionem: & si adhuc temporis, cruditatisq; signa in hoc intendantur, procul a uigesimo die crīsim productum iri spem habeto: æqualibus signis manentibus, hic quoq; post uigesimum uenturam dicere licet: diem uero ipsum cognoscere iam non est: tercius autem & quartus quaternio eum indicabit. Si nanque semper magisq; cruditatis signa exol-

Duantur, primo post tertiam septimanam quaternario crīsim morbi sperato: si nulla insignis mutatio fiat, in quartam hebdomadem progredietur. Qui autem morbi ad decimum quartum crudis omnino sunt, & tardius quodammodo mouentur, non citius quadragesimo iudicantur. Post quadragesimum uero iudicia dissolui: & lentis concoctionibus magis, quam subitis mutationib, morbos solui, & nobis quidem prius dictum est, & alijs omnibus, qui artis opera in obseruatione habent, sic uidetur, ut etiam Archigeni. Accident quidem aliquando in his quoque præcipites mutationes, quemadmodum in ægris ab Hippocrate descriptis inuenias: præfigendi autem ipsarum methodus hæc est: in summa enim "signorum uires cognoscere oportet, sicut Hippocrates etiam p̄cipit, si quis præfigendi peritus exācte futurus est. Pleriq; medici, qui huiusmodi speculationem audent attingere, ad signorū numerū, non potestates, respiciūt. Sed hæc & in opere de crīsi tractētur. Tempus autem fuerit discordiæ sermonem aggredi, & experientia, ac ratione eum explorare; has siquidem alibi etiam ostendimus omnium, quæ in medicina disquiruntur, esse iudices.

In Prog. cō. 3.
2.37.4.211.2

GALENI DE DIEBUS DECRIPTORIIS

LIBER SECUNDVS

ARGUMENTVM LIBRI

Experiencia ac ratione vim explicat dierum iudicatoriorum, indicat item illorum ordinem & proportionem: & qui quos ad morbos pertineant.

Quid hoc libro agendum.

CAP. 1.



Vantum sanè ex diebus decretorijs medicinæ operibus commoditatis ad ueniat, superiori commentario vniuersum ostendimus: cur autem non omnes eodem modo de omnibus scripterint, dictum est hoc quoq; ante:at, quo pacto non nulli ipsorum errauerint, alij recte senserint, nondum exposuimus. Hoc itaq; primum nūc repetendum: deinde causa explicanda erit, qua de neq; omnium dierum numerus est decretorius, neque decernere nati eandem habent omnes potentiam. Porro, cum vniuersæ medicinæ artis speculationes, aliæ experientia, aliæ ratione, aliæ utroque inueniantur probenturque, conabimur hic quoq; ambobus instrumentis erratum deprehendere: recte scriptum laudare, approbareque. At, quoniam mentiri forte cuiquam videar, si ex ægris a me obseruatis prædictos dies ab experientia commendari tibi persuadere coner, satius esse duco illos, quos Hippocrates, vir, ut cæteris fide dignior, ita omnium consensu decernendi peritissimus, animaduertit, sermoni apponere: & primum quidem cōfusum, ac indefinitum experimento (cuius & antè memini) ad definita reducam.

Hypotheses, ut dierum iudicatoriorum uis, experientia. ac ratione comprobetur. C A P. 2.

In lib. de Aliamento.

Dicitu est in ipsis, primum vnum certe, dierum puta decretoriorum inquisitionem in oībus deinceps ægrotis fieri non esse necessarium: illos tantu numerandos probādosque, in quibus nec ipse medicus, nec æger, quid peccauerit, immo nec assistentes; aut ēt extrinsecus offensa quæpiam obuenerit: deinde morborum initia non ratione quapiam, sed ex ipsa euidentia capienda, cum primum æger ipse manifesto sensit morbum sic eum inuidentem, ut p̄sentē quæpiam medicum de hoc consulere desiderar it: tertium, cum in plures se ordine consequentes dies crisis partita sit, cuius propria dicatur, posse dignoscere. Nisi enim quispiam his definitis experimento decretorios dies disquisuerit, vehementer errabit: & quidem in experientia ipsa iudiciū tale est: ratione vero quemadmodum iudicari experientiam conuenit, post hæc enarrabo. Naturalē esse cōuenit, qui hæc iudicet: & persuasum habere, "naturam proflus sufficere, & summa quadam prouidentia corpori nostro prospicere: item proprijs ēt motibus ordinatis siquid aliud, ita & ipsam uti. Horum quædam ex libris de particularum vnu ratiocinari licet (ostensum. n. est ibidem sumnum naturæ in aīali singendo artificium) quædam in cōceptuum incremēto, perfectione, & partu. Nā cuiusq; animantis conceptui suum generis statutum t̄ps exacte seruatur, natura uidelicet ordinatos motus semper habente. Sic etiam post editionem, seu partum, unumquodq; animans incrementit, absoluīt, & declinat p̄finitis temporibus. Iam uero, q̄ libros de naturalibus facultatibus perle gerit, item alios vniuersos, quos particulatim de singulis naturalibus actionibus conscripsimus, p̄suasum, opinor, habebit, quantum prouidentia simul & ordinationis, naturæ motus habeant. Si iam hæc crediderit, mireturq; artificiū pariter, & ordinem naturæ recordatus iterum, quantū ipsa supererit prouidentia, & ordine a cœlestibus, ordinationem quandam, puto, substantiæ nostræ motui connatam tribuet. Atq; pulchrum oē, quod hæc pulchrum sit, atque etiam ordinatum, & H artificiosum, ex supernis innasci dicet: inordinatum & erraticum ex materia, quæ hic uersatur, p̄uenire. Atq; hæc primus oīum, quorum memoria ad nos puenit, græcorum Hippocrates credit: post eum philosophorū præcipui. At, nisi sermo in longum proueheretur, demonstrationes forsan, quas dicunt, ad fidem prædictorū dogmatum adduxissem. Verum hæc præsenti sermoni sufficiūt. Expedit igitur medicū, q̄ Hippocratis arte dignus futurus est, si quid aliud † hoc certe p̄suasum habere, experientiā iudicare, naturam rem quandam esse ordinatam: } & cum materiam superauerit, proportionibus quibusdam definitis, & periodis ordinatis, motiones ipsius fieri. At, q̄ præter rōnem incident aliquando, ordinemq; confundunt, tunc ipsi obueniunt, cum non planè materiā uicerit, sed impeditur, prohibeturq; suis proportionibus moueri. Hoc enim si tibi p̄suasisti, ac dein experientia perdidiceris septimo die crisim esse tutam simul & perfectam, sine periculo, cū bonis signis, & crebram: ad hæc ei, quæ decimoquarto euenit, assimilem: insuper quartū diē septimi esse indicem: vndecimum vero decimiquarti; subibit statim de septimo considerare quippiam. Vbi. n. prima hebdomade bifariam diuisa, quartus sectionem recipiens, qualis finis futurus erit, prænunciat, & secunda similiter, quomodo non quis intelliget septimanam quāq; p̄fam

A Etiam quādam esse periodum, cum medium ab utroq; extremo ex æquo distet, & propterea quo que ad ambo communionem similem obtineat? Nam quartus morbos, qui primo die non cessarunt, soluere conatur: unde cimus rursum quos septimus non discussit. Quod, si morbus maior sit, q̄ut quarto die crīsim accipiat, dies quidem quartus præparat, finem uero imponit septimus. Parī modo, qui septimo non desierunt, unde cimus dies soluere molitur: atq; sic uel ipse decernit, uel ipso decimoquarto præparat. Ego quidem hīc in speculatione sisto. Numeri uero an ipsi agere natūrā sint, an ordinatos motus sequantur non agentes ipsi, verum substantias, quæ in t̄pis quodā spatio agunt comitantes, philosophis considerādum relinquō. Cum ergo id quis cāperit, quod utrisque communiter in confessō est, uidelicet coelestes substantias semper suis motus proportionibus vīas apparere iam vero & in tertianis animantibus, qñ exacta fruuntur ualetudine, aliud aliā imprægnationis, partus incrementi, perfectionis, uigoris, inclinationis, dissolutionis numeri proportionem possidere: crediderit nimirū & decretorios dies numerum quēdam ordinatum habere: interim hunc in morbis ex dispositionibus naturę cōtrarijs confundi. Nam, si (ut ante dixi) ad experientiam deuenerit, septimanas nimisquam potentes inueniet: proxime his quaterniones: inspi- ciet aut̄ dies intercalarios, tertium puta, quintum, sextum, nonum, qua rōne fiat, ut decernere pos- sīt. Ad hāc magis inquiret, inuestigabitq; diem septimumdecimum, decimumoctauum, vigesimū, uigesimumprimum, omnesq; deinceps his respondentēs. Si etenim in "uigesimum diē tres septimanæ finiunt (vt Hippocrates arbitrat̄) oportet in dubie decimumseptimum uigesimi esse indicem: excedere autem ē primo dierum decretoriōrum ordine decimumoctauum, & uigesimū primum. Porrō, si integræ hebdomades connumerandæ sunt, decimusoctauus uigesimi primi index erit: rationem uero nullam decretoriā habebunt decimusseptimus, & uigesimus dies.

In Prog. cō. 3
t. 34. 207. b

De diebus iudicatorijs ex Hippocratis observatione primo libro de vulg. morbis. CAP. 3.

P Rimū itaque, quo modo experientia hos commendet, per centeamus, deinde sic ad rōnem p̄ueniamus. Ceterum experientiæ mentionem ab Hippocratis sententia sumemus, auspicati a primo libro de morbis vulgaribus. Scripsit itaq; de morbis, qui ex secunda aeris mutatione prouenerunt, hunc in modum: "Febres ardentes paucissimē ortæ sunt, minimeque his obnoxij labo- rārunt: neq; n. sanguinis profluum, nisi exiguum adeo, idq; paucis accidit, neq; deliria: reliqua omnia facile tulerunt. Crisis conuenienti admodum ordine plurimis his contigit decimo-septimo die cum remittentibus. Dein ad finem tertiae constitutionis, exquisitius adhuc de ijs, qui decimo-septimo die iudicati sunt, ita pronunciat: "Quæ circa iudicia, unde cognoscimus, similia, aut dis- similia sunt. Quippe fratres duo Epigenis eadem simul hora febicitare incepérunt; decubuerunt iuxta theatrum. Natu majoris morbus sexto, junioris septimo die, iudicatus est: remisit diebus quinque alteri, sex alteri. Inde eadem vtrisq; hora simul reuersus est. Post uniuersus morbus vtri que pariter decimo-septimo die in crīsim incidit. At hoc nondum fidei satis forsitan habet, quò decimumseptimū diem ordini decretorio an numerādū esse, credamus, quod duos iudicauerit. Adhibeamus igitur animum ijs, quæ deinceps dicūtur: "Plurimis sexto die iudicium de morbo euénit. Remissiones eius diebus sex durarunt. A reditu quinto die crisis subsecuta est. Hoc iam memoratu- dum est, si & in secunda aeris constitutione septimodecimo nouit permultos ad iudicium peruenisse. Item in tertia non solum fratres duos, verum et̄ alios complures sexto die crīsim sustinuisse primum ait: deinde febrim eis sex diebus remisisse; postea crīsim accessisse die quinto, hoc est decimo-septimo a morbi exordio. Sed his subiungit: "Quibus septimo die crisis aduenit, septem quo que diebus remissiones habuerunt: post reciduum tertio iudicati sunt, hoc est hi quoq; in vniuersum decimo-septimo. Post hāc rursus: "Quibus iudicium quinto die obuenit, & febris septem diebus remisit: deinde reuersa triduum eos exercuit: rursus die uno remisit, altero redijt: & his decimo-septimo die de morbo iudicium contigit. Quinetiam alios quosdam sexto die crīsim passos scribit: sex item diebus morbum remisisse: dein reuersum tribus diebus occupasse: postea remisisse rursus die uno: altero ipsius reciduum accidisse, id est decimo-septimo, in quo iudiciū factum fuit. Verum alios quosdam sexto die iudicatos esse commemorat: vij. diebus morbum cessasse: post hēc repetiisse: & iiiij. die, hoc est in summa xvij. crīsi fuisse discussum. Ceterum non contentus toto hoc sermone Hippocrates, & si eo ipso posset magnopere ostendere decimoseptimi diei fortitudinem in iudicio, intulit, "Nulli ægrotō hac ratione reciduum esse factam cognoui. Quare nō solum frequenter decernere decimus septicus, sed etiam firmiter idoneus est. Non igitur est ex decretorijs coincidentibus, sed ualidis & primis annumerari debet. Atqui, si ex illis est, proportionem quandam ad decimumquartum seruare, rationi est consentaneum. Si itaq; coniunctum quaternionem cogitaueris, & conseruatum, ut in xiiij. incipiat, in decimumseptimum desinat, habuerimus sic conseruatam periodum. Si porrō disiunxerimus, ut decimusquartus secundæ hebdomadis finis sit, incipiat autem a decimoquinto tertia, non ad decimumseptimū sic, uerū ad decimum octauū, primus tertiae hebdomadis quaternio perueniet. Atqui, si hoc uerū est, tertia septima in uigesimum necessario finiet: quemadmodū, si et̄ decimoseptimū statuerimus primi in tertia septima quaternionis finem esse, ad uigesimum diē huius septimanę finis producetur. Merito igitur

* 1. Epid. cō.

2. t. 16. 17. 3.
109. f.g

1. Epid. com.

2. t. 82. 83. 4.

116. b.c

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

DE DIEBVS DECRET.

Hippocrates putauit, sicut decimum septimum experientia inuestigauit, ita & uigesimum experientia explorandum. Cum n. decretorius inuentus sit, maximum decimoseptimi diei testimonium erit: ubi ex decretorum dierum numero deciderit, vel planè à uigesimo primo superetur, quæstionem non exiguum mouebit. Rationi si quidem minime consonum esse videat. xvij. quidem fortiorum decimo octauo, uigesimum uero imber ciliorem uigesimo primo esse. Quapropter post illa, quæ de xvij. in primolibro epidemias scripsit, de xx. hunc in modum ait, "Quibus parotides ortæ sunt, xx. die crisis habuerunt. Extinctæ autem sunt oibus, quibus in pus uersæ non sunt, uerum ad uesciam declinauerunt. Atq; de hoc satis Iterum deinceps ait, Quibusdam septimus dies iudicium attulit, nouē diebus remissiones fuerunt: post repetitionem morbi quarto de crisis aduenit, in uniuersum uidelicet. xx. Ad hos deinceps addit nonnullos, quibus vij. die crisis apparuit, sex diebus remissiones, mox repetitio morbi, deinde septimo iudicium, summatim xx. Postea paululum progressus: "Sunt, ait, qui xi. die crisis exceperant, repetitionem xiiij. crisis absolute xx. His deinde subnectit: "Si vero, inquit, nonnulli irraguerint in xx. his iudicium quadragesimo contigit.
 Ibidem. *De diebus, qui in reliquis libris Hippocratis obseruantur: & quo pacto i per integras hebdomadas nequeunt numerari.*

C A P. 4.

VIdes hic, arbitror, rursus uiri diligentiam. Nouit n. q; si quis ualidis decretoriis, hoc est qui in quaternionibus, & septimanis augenter, decimum leptimum ascribat, cogetur statim uigesimum & quadragesimum attribuere, quemadmodum & uigesimum quartum* & xxxij. si uigesimum apponat, statim nimirum cogetur & xiiij. xvij. & quadragesimum adiucere: quinetiam, quadragesimum si quis ualide iudicantibus attribuat, liquet etiam xvij. & xx. esse annumerandum. Etenim vñq; ad decimum quartum nulla de diebus est inter medicos dissensio, verum sequentū hos ordines totus ab illis confunditur, quia nonnulli non adeo experiētiae mentem, sed rationi soli, adhibent: quo factum est, ut integras hebdomadas putent esse complicandas. Postea, cum sic uigesimum primum fortibus decretoriis adiungat, necesse est ideo decimo octauum quoq; & quadragesimum secundum, eos ascribere: hunc quidem, ut septimanas sex complementem: illum, ut uigesimum indicem. Porro hac ratione decretorum dierum exploratio magnam operam non desiderat. Si nanq; totus dierum a decimo septimo ordo ualidior appareat, bifariam singuli dies fidem habebunt, ex proprijs experimentis, & aliorum testimonio. At, si rursus a decimo octauo numerus frequenter decernere inueniatur, & perfecte & firmiter, tum, qui septimum decimum sequitur, imbecillior apparebit. Quod cū intellectisset Hippocrates, omnes omnibus contulit, decimum septimum (hinc enim discordia initium inter medicos subortum est) decimo octauo, uigesimo vige simum primum, pari modo uigesimum quartum uigesimo quinto, rursus uigesimum leptimum uigesimo octauo, & trigesimum primum trigesimo secundo, trigesimum quartum trigesimo quinto quadragesimum quadragesimo secundo. Quem uero ordinem experientia probet, in epidemias indicauit, eadem ipsa ascribens, q; paulo ante citauit, alijs que in commentariis: atq; tertiae constitutionis mentionem faciens hoc ferè modo scribit: } a His frequenter undecimo die crisis aduenit sunt, quibus uigesimo contigit. De in ægris nominatim citatis, b Herophontem ordine tertium post tres aeris status scriptum, decimo septimo die iudicium accepisse ait: b Quartam, Philini uxore viuertendum. Certe & illic agrotos quidē narratos una summa cōples- dēs, dixit oēs per crīsim esse scribit. Atqui dies quadragesimus ex ordine decimoseptimi est, quemadmodū octo stites fuere, o- gesimus: conueniebat autem quadragesimum secundum esse decretorum. Quod si dierum con- etogesimo iudi- putatio secundum septimanas integras fieret, non quadragesimus, uerum quadragesimus secun- H catos esse; ex dus dies decretorius inueniendus erat: sic non octogesimus, sed octogesimus quartus. Quare deci- particularib. at, quorū iūia tim meminit, eo crīsim accepisse recēset Hippocrates, sed quod nec decimio octauo, nec uigesimoprimi, nec uigesimo aliquo squide in quadragesimā missecundi, nec uigesimio octauo, immo nec trigesimis secundi, nec trigesimiquinti, nec quadragesimo iudicatos missecundi, nec sexagesimiertij, nec octogesimiquarti meminit. Nam in tot ægrotorū catalogo, esse dicit: & p quos partim nominibus proprijs adduxit partim summa quadam comprehendit, in uno quoque iouē nonnulli aeris statu nullum ex commemoratis diebus decretorum esse inuentum, alterius ordinis euidentes ipforum tem excellentiam iudicat. Dum enim ex hoc ordine multi sēpe perfecte firmiter, bene, & recte haud ignobiliter inueniantur indicasse: ex altero ne unus quidem in toto primo epidemias libro, qui tuto decreter nec sine signis, ut tertium uit, nedum perfecte vel salubriter, ut non occidat: insignem alterius eminentiam esse putabimus: a principio libri An igitur in primo sic, in tertio aliter scriptum reliquit: f Nam & illic, ex secundo aeris statu ebris scriptum grotantium mentionem faciens, in summa dixit, omnes fere superstites octogesimo iudicatos in Dealecis horto decumbentem. Quid enim erit? Quadragesimo

A gesimo die pituitosa recrēmenta, alba, & copiosa deiecit; largiter sudauit per totū: absolute iudicata est. Quosdā vero, qui in longum nimis morbum inciderant similiter & ipsos ratione vigesimi diei multiplicati, crīsim accepisse: quēadmodum nonum ægrum ex aeris statu Heropython, "centesimo, & vigesimo die de morbo iudicium perfectum habuisse, refert Hippocrates. Sic aliquos vi gesimoquarto die, & vigesimoseptimo, item trigesimoquarto, iudicatos esse bene simul, & tuto, & pfecte memoriae prodidit: in vigesimoquarto sanè decimū ex aeris statu ægrotū, hoc fere mō scribens: "Vigesimoquarto die vrinam misit copiosam, albam, in qua multum subsidebat: sudores calidi è corpore toto manabant: vnde febris discussa est: "Vigesimoseptimo die puellā in Abderis: sed & ipsam sudore largo prorsus febre liberatam esse refert. hāc autem post aeris cōstitutionem ægrotasse septimam cōmemorat. Porro trigesimoquarto die octauū ex aeris statu ægrum "Aan- xionem, sudore quoq; ipsum febre prorsus leuatū fuisse percenset, fidamq; ei crīsim obtigisse. Cæterum nullus hoc libro in altero quodā decretoriū dierū ordine crīsim accepit: verum "Deal cis vxorem in vigesimoprimo deceſſisse cōmemorat. nec vllum in aliquo die, qui in decimioctauī ſecta continentur, ſuperſitem mansiſſe. Dicitur itaq; ſecūdo ſignificati, vti prius interpretati ſum⁹ non ſolum ſuperſtes, uerum mortuus ēt, crīsim accepiffe. Sed, vt retuli, non mō in eis diebus ne- B mo ſeruatus eſt, ſed ne mortuus quidein, ſi Dealcis vxorem, excipias. In altero ordine complures ſeruati: quis nōnulli etiam vita defuncti: quemadmodum "mulier, quæ Cyzeco binam ſeeminā prolem peperit, decimoseptimo die perijt. "Adoleſcens aut in Melybea, omniū poſtemus ab Hi- pocrate citatus, vigesimoquarto interijt. At "Hermocrates ſecūdus à principio, vigesimoseptimo die fatis confeſſit. "Apollonius autē in Abderis decumbens, decimustertiū ex aeris intemperie ægrotus ſcriptus, trigesimoprimo perijt. Vt igitur ſeptimo die, & vigesimo cōplures interire vidit, quippe cum dies ij, qui ualidam virtutem hāt, non modo ſeruent, ſed et interimāt interim: ſic unū quēq; eorū quos recenſui, conſpexit nunc ſeruantem aliquos, nunc occidentem. Iam uero ſecundum ex circumſlu aeris statu ægrū octogēſimo interijſſe ait, & primū centesimo uigesimō: ſicut arbitror, & ultimū laborantē ante pestilentem cōstitutionem, decimoquarto die mortuum eſſe: tres ante iſpum, ſeptimo die perijſſe. Quid opus eſt multis uerbis? nullū.n. {aliū} nec in primo, nec tertio epidemion libro, uel ſuperſitem vel mortuū in ordine dierum, qui a decimooctauo numerantur, inuenies; ſed omnes, qui intra ſeptimumdecimū iudicati ſunt, iudicium habuere in diebus, quos uniuerſus medicorum chorus decretorios eſſe conſentit. Porrò, qui decimū ſeptimū exceſſerunt, illorū unus tñ uigesimoprimo interijt. Proinde hāc ſufficiunt ad demōſtrāndū, Hip- C ocratem non ratione quadā peruaſum, ut decimū ſeptimū decretorium eſſe ſtatueret, uigeſimo aut primo efficaciam adimeret, ſed uſu, & experientia doctū, cauſam inquisiuifſe. At, qm secundus, quartus, & ſextus epidemio. liber, uel iſpſius Hippocratis eſt, uel eius filij Thesfali, pauca eſt inde ſumeimus. Inueniemus ſiquidem & hic in ſecondo, uigesimum, & quadragesimum decretorios eſſe ab illo poſitos, ſed nec uigesimumprimū, nec aliū quēuis ei reſpōdētē. In quarto, morborum adeo acutorum mentionem facit, ut raro uidelicet ad uigesimū peruerint, proceſſe rint at ſemel ulterius, uſq; ad uigesimumquartum. Vnde iā uigesimum, & uigesimumquartum iudicati de morbis licet intelligere, nō tñ alterius ordinis quendam. Quinetiā in ſexto epidemion paucos tū ægros, tum aeris status, cōmemorat: neq; hic quenquam in alterius ſecta diebus iudicatū eſſe nouit. Si iā, & quinti libri meminiſſe conuenit, cuiuscunq; fuerit, hic etiam quinqua- ginta ſunt uniuerſi ægri: nullus at iſporum uel decimo octauo, uel uigesimoprimo, uel, ut ſumma tim dicam, in alio quodā huius generis die iudicatus eſt. Cū igitur iſpa experientia decimū ſeptimū, & uigesimum diem, infuper, qui iſpſis respondent, uniuerſos decretorios apponat, nonnulli medici, qui non adeo euidentibus animū aduertunt, ad perfecta hebdomadis numerum, tanq; ad faciliorem uiam, deuenerunt. Deinde, cum etiam iudicatum aliquem in uigesimoprimo con- D spexerint, multo ſanè magis opinionem ſuam confirmarunt.

*Dies iudicatorios in euacuationibus, qua duos, aut tres occupant,
ac in longis etiam morbis obſeruari.*

C A P. 5.

E Tenim, ut diſcernas, cuius nā diei propriū ſit iudiciū, cū in plures partitum fuerit, diſtin- ne opus eſt, quemadmodum in ſuperiore libro demonſtratum eſt. Contigit autem morbis inueteratibus, & iudicia uehementiā perturbationis, & alterationis breuitatem, remittere, & ad duos ſæpe dies uel tres extendi. Promptum eſt igitur in hoc crīsim, cuicunque ex tribus diebus uolueris, attribuere. Multi ſiquidem medicorum ne uel numerare quidē poſt decimū quartū dignantur, quot iam diebus æger decumbat, p̄ſertim ſi dum febris ſoluta interea eſſe uideatur, denuo repeatat. Nō nulli uero, etiā numerauerint, iudiciorum in plures dies partitionem indiſtingue, & temere, cui dierum uolunt, annumerant. Quapropter etiam Hippocrates in ægrotis aliquā quidē ſeptimo dicit, uel undecimo, uel decimoquarto, iudicatum eſſe morbum: interim uero circa uigesimum, uel quadragesimum, uel aliū quempiam: ſicuti exépli gratia in prima, & ſecondā conſtitutione primi epidemiorum. In prima. n. ait, "Iudicabantur aut, quibus inter hos breuiſimi effent, circa uigesimū, plurimiſ ſic circa quadragesimū, multis circa octogēſimū: In ſecondā uero 1.Epi.com.1. ſic ſunt, circa uigesimū, plurimiſ ſic circa quadragesimū, multis circa octogēſimū: In ſecondā ſunt, circa 1.36.3.107.b

DE DIBEVIS DECRET.

3. Epid. cō. 2.
 t. 33. 3. 111. a
 * Al. octoges̄
 mum.
 Ib. 114. d.t. 67

constitutione,"Quibusdam uero,inquit,ipsorum iudicabantur , ijsque paucis, quibus breuissimi E
 essent circa vigesimū. In tertia aut,"Sanguinis,inquit,parū erumpere coepit circa vigesimūquar-
 tum:& in sanguinis eruptionē siebat abcessus Antiphonti Critobuli filio:quieuit, & perfecte iu-
 dicatus est circa quadragesimum.Sed horū verborū ab initio statim nō memini,cū ex primo epi-
 demia quoq; apponere melius esse ratus oēs dies,q exācte soli de morbis decernere vīsi sunt ,
 prius exponere.Huius rei gratia,nec in ipsius vīsquā cōmentarijs in totum scriptum est,† quintū,
 aut septimum, aut nonū diē, de vīlo morbo iudicasse, sed simpliciter vel quintū, vel septimū, vel
 aut nonū diē, nonum:subito.n.& vniuersim hi iudicant.Quanto aut ulterius morbi excedunt , diuturnioresq;
 ullū iudicatu fūnt, perturbatio sanè, q p̄cipitem alterationē p̄cedit,conquiescit.Iudicia vero paulatim venien-
 cīter,uel quin tia duos,aut tres dies maxima ex parte occupant.Sicut.n.plurimi longi affectus,neque cū excre-
 to,vel septimo tione dissolui consueuerunt,sed vel abscessu,vel concoctione:ita nec, vbi cū manifestis excretio-
 nibus,vel abscessibus ipsorū solutio contigerit,uno duntaxat die p̄ficitur.Vñ medicorū quidā diu-
 turnos morbos nequaq; iudicari inquiunt : siquidē non solutionē sermone absoluto crisim esse,
 sed uel subitā,vel q ipsam p̄cedit commotionem.Verum,q iudicij signatum nō exācte disquisitū
 perpetuo seruatur:sed solutionē ipsain tñ,quocunq; fiat,complures medici iudicium appellant:
 ex ipsis Hippocratis libris discere cuius est integrum,maxime vero & ex ijs,q ueteres alij pertra- F
 ētant.Sic igitur & Diocles primū diem decretorijs annumerat,manifesto indicans nihil se aliud
 iudicium,quam morbi solutionē,nō īare.Fiet autem perspicuum ex ipsius verbis , q hunc in mo-
 dum hñt:Quarum febrium causæ,neq; in ipso corpore uacuatae,ac imminutæ dissoluuntur neq;
 exiccantur,neq; subito crudæ educuntur,tēporum uero periodis quibusdā coctæ apparent, per
 summa quidem extantes,nocte & die iudicantur.Nā paucissimo tpe causē ipsarum discutiuntur:
 quippe putrescentes,& in pus cōuersæ,ad hæc lac,& caro oīs absoluta breuiter:oīa, q in corpore
 tū fūt,tum mouētur,& speciatim alterantur,in hoc tpe primum apparent.Atq; hæc Diocles.Hi
 pocrates aut non semel,neque bis,sed frequenter admodum in primo epidemian, & potissimum
 in tertio,morbi solutionem crisim uocat,nulla neq; excretionē neq; abscessu evidenter p̄gresso .
 Non tñ huius gratia putandum est diuturniores morbos sine quavis mani festa excretionē iudica-
 ri,quēadmodū neq; plures dies necessario assumere.Itaque"octogesimo crisim quēdam accepisse
 in primo De morbis popularibus Hippocrates cōmemorat,aitq; rigore ip̄m fuisse correptū,acu-
 teq; febricitasse,& sudasse largiter.Apposui autem paulo ante sūnam,cum Cleonactidē in primo
 epidemian sexti ordine scripti mentionem facerem.Inuenias aut̄ alios quoq; ægros hoc sermone
 iam mihi citatos,item quos nequaq; apposui,iudicatos evidenter die uno per excretionem in pro G
 cedente diuturnoq; morbo.His igitur maxime aduertendum est,vt q dierum decretiorum or-
 dinem exācte doceant,Si.n.Cleonactides hic,postq; octogesimo cum totius corporis concussio-
 ne,hoc est rigore fuisse infestatus,acuteq; febricitasset,per sudorem iudicatus est,liquet vigesimi
 numerum non mediocrē quandā potentia obtinere.Hoc.n.multiplicato octogesimum, sicut &
 quadragesimum,& sexagesimum,ad hæc centesimum , & centesimum uigesimum,fieri contigit.
 Reperies autem alios ægros,decimumquartum egressos,per excretionē in epidemian libris iudi-
 catos fuisse:quorum nonnullos iā protulimus.Qui autē eos, qui subitam fieri crisim vltra quadra-
 gesimum non putant,arguunt,ēt decretiorum dierum ordinem ostendunt. Quod etenim solu-
 tio,quæ per certamen & commotionem fit,in morbis diuturnis paulatim exoluatur,pulchre di-
 ctum est:at,non amplius subitam eorum mutationem uno die fieri,non recte dictum est . Cum
 enim rigor vehemens simul cū accessione antea non factus inuadat,& febris acutissima, uehemen-
 tissima,calidissima,& toleratu difficultis accedit,sudorq; copiosus ē corpore manarit,febre hoīem
 prorsus liberans,si quis hoc crisim non esse dicet,manifeste contentiosus est.Ego sanè id genus ho-
 minibus contradicere diffusius,non conserui: sed illud, quod accidit, magis cognoscendum esse
 mihi proposui . Hoc.n.nobis obseruantibus plerique apparuit , atque in ægris ab Hippocrate H
 scriptis inuenire licet , huiusmodi morborum longiorum solutiones non , cum deinceps nulla
 ex parte intersecantur,incidere,at cum,ubi soluti esse unū,iterum secundo recidiuam incipiunt.
 Contingit autem saepe diebus quibusdam decretorijs recidiuas incipere: & , cum numerum ali-
 quem decretiorum excesserint,denuo in alio quodam decretorio die iudicari.Hac rōne omnes
 particulares acuti fūnt:postquam uero omnes coierint,diuturni . Interdum interualla ipsorum
 numero quodam decretorio circumscribuntur,ueluti si quis undecimo die iudicatum imperfecte
 decimōquarto morbus repeat: deinde uigesimo rursum die iudicato parum integre , recidua
 vigesimo septimo adueniat:inde postea acute egrotans,quadragesimo iterum iudicetur . Hæc
 igitur quisque in ægris ipse videbit,qui diligenter eis assidere uoluerit:ad hæc in egrotis ab Hip-
 pocrate citatis contempletur.Porrò quod decimusseptimus decimoo&t;auo , & vigesimoprimo
 vigesimus fortior sit æstimandus,per Hippocratis experimenta demonstratum est.Si autem mea
 quoq; deinceps recensuerim, longior quidem sermo erit , cæterum fidei nihil magis habebit : si
 etenim quispiam & ipse,q ægris accidunt,obseruare velit,& ab Hippocrate dictis credere , is ni-
 hil adhuc nostra experientia indigebit . At , si vel sophismata evidenter apparentibus digniora
 esse

A esse, quibus credat, existimet, vel Hippocratis dictorum nullam rationem, curamque habet, talis non
modo nihilo plus frugis ex nostra narratione reportabit, sed et irridere ipsam conabitur: hi non
frequenter dixi despiciendos esse. Si uero ueritatis studiosus quis existat, sophistarum nugis reli-
ctis ad experientiam ipse ueniens, cum octoginta, vel mille aegros conspexerit, hunc indubie no-
ui non alia de diebus decretorijs pronunciaturum, quam Hippocrates iudicauit.

Differre inuicem natura, ac usu, iudicatorios dies, qui per quaternionis circuitus numerantur:

& qui inter ipsos coincidunt: & ea de re Hippocratis testimonia.

CAP. 6.

Cum enim decretorum dierum tum usus, tum natura, duplex sit, Hippocrates quoque du-
plicem eorum doctrinam instituit, in aphorismis quidem, & prognostico, eorum, quae secundum
quaterniones, & hebdomadas inuicem complexi sunt, mentionem faciens: in primo autem epide-
miorum non horum modo, sed et aliorum oium coincidentium. Quorum causam coincidentem in
sequentibus dicturi sumus: nunc autem, quod & natura, & usu inter se mutuo differunt, ostensuri su-
mus: Natura sanè, quod omnibus pulchre euidentibus: ad quaternionis circuitus iudicia maxima ex
parte perueniunt; erratis atque quibusdam, in coincidentes recidunt: Usu, quod ad futuræ crisis cognitio-
ne, quaternionis circuitus sufficit. Ad iam factam vero crism iudicandam oes semper sunt cognoscendi: ut, verbi gratia, tertiorem esse crism, quae nono, quod quarto die, accidit: minus fidam, quae
octavo, quod nono contingit, iudicemus. Proinde fides iudicij vel fallacia, hoc est certitudo uel
incertitudo, ad bonam uictus rationem iudicatis morbo prescribendam conductit: pro cognoscere
verò, quod potissimum accidet, ad nondum iudicatos necessariu est. Dicitur itaque in procedente ser-
mone de hoc non nihil; sed uniuersus sermo ex curadi methodo pendet. At nunc de decretorio
rum dierum usu nihil, nisi obiter, dicemus, sed oem eorum potentiam interpretari festinamus. Satis est
ideo ad presentem disputationem, si Hippocratis uerba commemorans: ad sequentia iam descen-

dam. In prognostico sanè hoc modo scribit, "Febres, siue sanus ab his quod euadat, siue pereat, & qua-
li dierum numero iudicantur. Ut n. saluberrimæ febres, quae uidelicet tutissimæ fulciuntur notis, In Prog. cō. 8.
t. 3. usq; ad 6.
die quarto vel antea iudicari solent: ita malignissimæ quæque, & quibus periculosissima signa ad- 4. 206. d. Et
sunt, die quarto vel citius interficiunt: Primus itaque, earum insultus ita finitur, secundus quaternari
in septimum diem producit, tertius in undecimum, quartus in decimum quartum, quintus in decimū-
septimum, sextus in uigesimum. Hi autem ex acutissimis morbis per quatuor in viginti, ex additione, p
ueniunt. Verum huiusmodi suppuratione per dies integros nimirum fieri non posse; quippe cum nec annus
nec menses ipsi, integris numerentur diebus: deinde eadem ratione, atque additione primus circuitus

Cad quatuor, & triginta, alter ad quadraginta, tertius ad sexaginta dies perueniet. Hæc quidem ex
prognostico uerba sunt. In aphorismis, cum predixisset, acutos morbos in quatuordecimi dieb. iudica-
ri, mox infert: "Septimorum quartus index est, alterius septimanæ octauus initium. Contemplato-
rius autem rursum undecimus, hic n. quartus secundæ septimanæ. Cœplatorius iterum decimus septi-
mus, hic n. quartus est à decimo quarto, septimus autem ab undecimo: Atque in his duobus commenta-
rijs oes dierum decretorum circuitus hebdomadis, & quaternionib. adscribit. At in primo epi-
demiorum oium deinceps meminit hisce verbis; "Est autem primus decretorijs circuitus, qui paribus
diebus decernunt, quartus, sextus, decimus, decimus quartus, decimus octauus, uigesimus, vigesi-
mus quartus, vigesimus octauus, trigesimus, trigesimus quartus, quadragesimus, sexagesimus, octa-
gesimus, centesimus, cœtesimus vigesimus. Eorum, quod imparibus circuitibus iudicant, primus est ter-
tius, quintus, septimus, nonus, undecimus, decimus septimus, vigesimus primus, vigesimus septimus,
trigesimus primus. Hippocrates igitur oes hoc sermone decretorios dies manifesto comprehendit: re-
cordationi siquidem ac memoria preparatio haec conuenit. Demostatum. n. nobis saepius est, epi-
demiorum libros prognostico prius, & aphorismis scriptos esse, quod memoriam rerum prius obserua-
tarum suggerant. Itaque in hoc commentario oes decretorios dies per serie conscripsit: in illis eos tamquam
tarum suggerant. Itaque in hoc commentario oes decretorios dies per serie conscripsit: in illis eos tamquam

Dqui maximam virtutem habent, & naturam suam ratione perfecti sunt (sicut in sequentibus ostendetur) & in
super non mediocrem usum ad futuri status, iudicijque prænotionem exhibent. Cur igitur Hippocra-
tes non unam in omnibus libris decretorum dierum doctrinam tradiderit, iam liquido constat.
Nec obscurum, cur alijs medicis de hisce diebus controversia suscepit. Alij etenim, quod duplex
eorum natura sit, non planè cogitarunt: alijs nequaquam obseruarunt; sed rationi totum conces-
sere: nonnulli usum ipsos deprehendere conati sunt: uerum duplice nomine falsi sunt, uel quod ni-
hil omnino ante experientiam definierint, uel inconsultius sententiam protulerint.

Iudicatorij dies à Galeno obseruati, aduersus sophistas.

CAP. 7.

Porrò nobis, quod distinguenda ueniant ante experimenta, dictum est: item de diebus decreto-
rijs ferre iudicium non properandum esse, donec in multis aegris, annis compluribus, accura-
te quis obseruerit; nam ppter alia etiam annualium constitutionum per multæ quedam differen-
tiæ sunt. Ergo in tota aestate interim plures, quod quadringentos homines acute aegrotantes uniuer-
sos, vel septimo, uel nono die, crism habuisse conspexi: in alio rursus anno quodam decimo-
quarto, quodam uigesimo, plurimos post morbi reuersionem; in alio permultos sanguinis flu-
rem quinto habuisse, perfecte septimo uel nono die iudicatos esse. Vidi etiam in autumno aliquam

DE DIEBVS DECRET.

oēs undecimō iudicatos: sed hic qđem autūmnuſ bonā crīſim attulit: in alio āt oīb. sexto die non E
bonum iudicium accidit. Qua p.p ēt magis subit mihi mirari eos, q planē nullum in dieb. discri-
men, verum eiusdē oēs dignitatis, esse arbitrant̄. Toti siq.dē status frequenter, vel aſtinorū, uel au-
tumnalium morborum, vñā iudiciorū spēm obtinēt: quemadmodū in his, quos Hippocrates con-
ſcriptis, manifestum eſt. In quib. ſi q.s non oīno ſegniſ eſt, interdū ſanē alium decretoriorum die-
rum ſaepius iudicanter videbit, q alium: non tñ octauum, duodecimum, aut decimū ſextū, aut
huius notæ aliquem. Apparent igitur ſophiſtae in vtrisq; quæ vniuersam medicinam cōſtituerūt,
errare, experientia nempe, & rōne. Neq; n.in quib. experientiæ uſus eſt, ipsam expectant, ſed ut
cuiq; in mentē uenerit, nugātūr, neq; euidenter apparentium cās inueniūt. Huius rei ḡra aliis ex
eis, nec decretoriorum diem, nec oīno iudicium eſſe confirmat: alius iudicium qđe eſſe quoddā, nō
tñ ēt dies decretorios concedit: tanq; rōne magis, quā experientia, decretorios dies, & iudicia in-
uenire cōueniat: vel quaſi peiores existāt, illi, q.p experientiā vtraq; ſe didiſiſſe cōſiſten̄. Nobis fa-
nē, q post Herophilū, *Xenophontē, Asclepiadē natū ſumus, forſan in uiros illos, vel inuidia, vel
cōtentio quædā eſſe poſſit. Sed, quæſo, vñ nā in mēte uenit ei, q primo accurate ipſos p experien-
tiā inuenit, quemadmodū epidemiorū libri teſtant, vt p̄cognosceret ſophiſtas tales quoſdam in
poſterū futuros, cū nōdūm vlli hiſ ſimiles Hippocratis t pib. extiterint, verum ſinguli p uirib. ar-
tem iuuare, inuenireq; aliqd, non deprauare recte inuenta, ſtuderēt? Quinēt medicos, q ab expe-
rientiā empirici noīnant, videre licet tanq; cōes quoſdam oīum dogmaticorū hostes, inquirētes,
quod mentiaſtūt: non tñ aut decretorios dies, aut iudicia tollentes, ſed ueluti, & aliud quippiam
maxime cuidens, hæc quoque ambo ſtatuentes. Satis mihi iam eſt ſophiſtarum nugantium.

Epilogus eorum, quæ dicit a ſunt de ordine dierum iudicatoriorum. C A P. 8.

Quin magis ad dictorum cohērentiā denuo reuertor, prius vniuersis, que p̄diximus, in ſum-
mam unam redactis. Decretorius itaq; fortiffimus oīum eſt dies ſeptimus: p̄nūciat eum
dies quartus, hæc duo hñs, ut decretorius minor ſit, & ſeptimi index. Deinde undecimus, & deci-
mus quartus eandem proportionem, & naturam inuicem conſeruant, quam cum ſeptimo quartus. Deinde frequentes quidem decimus ſeptimus ad uigesimalium, raro āt decimus etauuus ad vi-
gesimumprimum, eandem rationem hēt, quā cum ſeptimo quartus, & undecimus cum decimo-
quarto. "Hi ergo, vt Hippocrates dixit, per quatuor aucti ad uiginti perueniunt. Coincidunt eis
nonus, quintus, & tertius. Plurimos quidem nonus iudicat: ſecundā uim obtinet quintus: & poſt
hunc tertius. De ſexto prius diximus, ut malo decretorio. Decimustertius certe oīum decretorio
rum imbecillimus: oīum uero, qui non decernunt, fortiffimus, tanquam in medio quodam utro- G
runq; virtutis ſitus. Cum vehementiſſima itaq; pugna ſunt crises, ſicut ēt antea diximus, quæ uſq;
ad decimumquartum diē ueniant: cū minori, q ad uigesimū uſq; pertingit: inde uſq; ad quadrage-
simū adhuc ēt magis earum veheſtia exoluitur: ab illo autem die perfecte exoluta redditur.

De proportione dierum iudicatoriorum, qui per quaterniones,

& ſeptimanas enumerantur.

C A P. 9.

Proportio āt dierum decretoriorū perpetuo ſeruat. Vt n. decimus quartus & ſcd̄e ſeptimanæ
finis eſt, & tertie principium, ita trigesimus quartus quintæ terminus eſt ſimul, & ſextæ initii. Quare tres ſeptimanæ uiginti diebus ſp describuntur: ideoque ſexagesimus, uti prius declaratum
eſt, non ſexagesimustertius, decretorius ſiet. Parimodo octogesimus, { & centesimus, } & centesi-
muſ uigesimus. Vt n. iudiciorum veheſtia paulatim procedente t p̄e exoluitur, ita & imbecil-
les decretorios obſcuratē planē accidit: ſolos aut̄ ſempre perſiſtere, q perfectum decretoriorum
numerorum circuitum deſribunt. Vr̄ aut̄ (ut per experientiam licet cōdiscere) primus circuitus
perfectus eſſe, qui uiginti diebus conſtat. Si etenim ſp per coniugationem ſe timi numerus pro-
cederet (ut in primis duobus habet) eſſet hac quoq; rōne hic ſeptimus perfectus primus circuitus
qm̄ uero ſecundus a primo diſiunctus eſt, & tertius ſcd̄o coheret, liquet proportionē, quæ ab ini- H
tio ſtatuebatur, non adhuc poſt decimumquartum diē cōſeruati: attamē poſt uigesimū diē idem
circuitum ordo perpetuo conſiftit. Rñdebit ergo trigesimus quartus decimoquarto, quippe q
ex duabus ſeptimanis diſiunctis fiat; & quadragesimus uigesimo, vt q tertiam hebdomadam cō-
iunctam expleat. Quare hoc ipm Hippocrates nos docens in prognostico, vbi de uigesimo die
verba fecerit, deinceps inquit, Post hos eadem ratione, eademque additione, primus ad quatuor
& trīginta dies peruenit. Primum. n. dixit trigesimum quartum poſt uigesimum, vt circuitum, nō
vt diē decretoriū: qm̄ & uigesimus quartus, & uigesimus ſeptimus, & trigesimus primus, poſt uigesi-
mum eſt decretorius. Sed, qm̄ de minoribus periodis (ſunt aut̄ quaterniones) abunde fatis docuit,
ad hæc ſeptimanias ipſas expoſuit, reliquos ſtatiuſ duos circuitus uoluit ſimul doctrinę cauſa adij-
cere, nempe & ex duab. ſeptimanis cōpoſitum, & illum, q trib. conſtat: verū, q duas continet, ve-
lūt imperfectum quendā: q tres, exacte perfectum. Si quidem iā quadragesimū, ſexagesimū, octo-
gesimū, { centesimū, } & centesimū uigesimū, ex uigesimo ſepiuſ aucto fieri cōtingit. Hoc igit̄ ipm,
& non aliud perfecti circuitus eſt indicium, vel compoſiti ſempre & ſaepius in ſe aucti, q alium nō
magis requirat. Atqui nec unus eorum, qui uigesimum p̄cedūt, hoc obtinet: nam, ſeptimus ſi per
ſe ſempre

A se semper auctus sit: ad vigesimumque primum, vigesimumoctauum, & trigesimumquintum, & quadragesimumsecundum excideret: decimusquartus pari modo vigesimumoctauum faceret, & quadragesimumsecundum: Sed & ipse quaternio, si eius compositionē in se faceret, octauum, duo decimum, & decimusextum, fortes decretorios efficeret. Quia p p ipse quartus ne periodus qdē euidenter est, sed periodi uelut dimidium: etenim septimana dupliciter diuisa, quarta sectionē accipiens, primi quaternionis terminus est, secundi initium. Forsan quis septimanam hanc iam perfectum circuitum esse putauerit: non, n. & in hac septimum diem scđ & septimanæ initium esse cōtingit: sic. n. ad decimumtertium, non decimumquartum, terminus eius perueniret. Sed, cum rursus decimusquartus, terminus simul scđ & septimanæ, & tertiae principium sit, non adhuc perfectus circuitus septimana sic fuerit: bis. n. se ipsum multiplicauit, ter non potuit, Atqui, si p p duas priores hebdomadas ex disiunctione factas, integrum queridam circuitum putare septimanā cōuenit: p p tertiam uero coniunctam, non ēt integrum: vel oīno in dubitationem sermonem inciderre necesse est: vel septimanam primum quandam ordine, & simplicem circuitum putandam es se, qui vero ex viginti diebus componitur, secundum simul & compositum, & perfectum.

De indicatorijs, qui acutis morbis congruunt: ac quod unicuique dierum

B

circuitui proprius morbus respondeat.

CAP. 10.

quartum tertio, & totas accessiones in diebus paribus: qui longiorū quidem morborum naturā,
quemadmodum in cōmentarijs de crisib. ostendemus, hñt: iudiciu in tñ præuertunt, ut acuti, pro
pter accessionis uehementiā: hi ēt secundo die interficiunt, & quarto, sed sexto plurimos. Etenim
in secundo die natura quodammodo ualida adhuc est: item in quarto adhuc ualida magis, quām
in sexto, sed nondum in certamen uenire audet: at in sexto accessionis uehementia frequenter cū
ad certationem prouocat. Quare alterum ē duob. sustinet: vel in ea concidit, & prius quām, quā
offendunt, excreuerit, extinguitur: vel plurimum ex eis propulsat, reliquum uero adhuc non pōt
verum imbecilla, & defatigata prorsus cadit, & languida iacet. Deinde, si quo modo postero tem
pore recreari, ac refici potuerit, paulatim morbum concoquit: quōd si morbi reliquiæ eius robo
re maiores sint, tardiū æger superuiuet, quandiu natura adhuc sufficere potest: morietur tamen
postea. Iam uero de diebus coincidentibus abunde dictum est.

*Cur uigesimus fortior uigesimoprimo: & quod septimanæ ac cetera tem
pora iudicatoria, integris diebus nequeant numerari.*

C A P. 9.

DCVr aut, & uigesimus, & uigesimus primus, multo magis uigesimus, decernat, explicabo. Pri
mū, qm hmōi morb. diuturnus iam est, ipsas accessiones dies pares excipiūt: deinde, q; septi
mana non integris septem diebus constet (ueluti prius expositum est) nouit hoc quoq; Hippo
crates. Cum. n. dixisset in opere prognostico. Hi uero ex acutissimis morbis per quatuor in uiginti
ex additione perueniunt: his subiungit: Verum hmōi supputatio per integros dies nimirum fieri
non pōt: quippe cum nec annus, nec mēses ipsi integris diebus numerari possint. Ut igitur annus
ad trecentos sexaginta quinq; dies particulam diei maiorem quartam, adiectam habet: tum mēsis ad
triginta dies absoluendos vnius dimidium desiderat: sic & septimana, sexta maxime diei parte, ut
septem integros habeat, indiget. Quāobrem fit, ut tres septimanæ non unum, & uiginti dies in
integros, sed minus ferè tota dimidia parte unius consequantur: Ob quod ēt numerum hmōi non
magis uiginti, q; uni & uiginti dieb. vicinum, utriq; parti conuenire uideas. Nam, cū totus lunaris + Igitur uige
circutus septē, & uiginti dieb. & adhuc tertia vnius parte absoluatur, ideoq; septimana quelibet simus exæcta
septem dieb. minus lextante constet, tres septimanæ uiginti dies, & dimidium habebunt, t Qm igit
uigesimus exactā periodum, ppinquā sibi uendicat, tales iam morbi inueterascent, & accessiones
parib. diebus accipiunt: quorum vero accessiones in imparibus eueniunt, horū & iudicia ad ui
gesi-

In Prog. cō 3
t. 3.4.207.b
Ibidem.

+ Igitur uige
simus exæcta
periodum pro
pinquam sibi
uendicat, q; u
niā tales, &c.

DE DIEBUS DECRET.

gesimumprimum delabuntur. Non solum autem Lunæ circuitus, sed mēstruum ēt tps apparitio E
nis, virtutē quandā in nos possidet, uti prius docuimus: ipse etenim signiferi circuitus accomoda-
tissimus est unicuiq; rei proprijs principijs; menstruale uero tps, quo Luna conspicitur, ambientē
nos aerem immutans: oibus ex æquo hoibus cōem affectum ostendit. Demonstratum est autem &
hoc tps uiginti, & septē dies propemodum continere: ideoq; septimanā eius minor adhuc prius
dicta merita euadet. Siue n. a trīginta, tres illos, qui circa coitionē sunt, dies, in quibus nihil adhuc
de aere decernitur, auferre cogites: siue a uigintinouem & dimidio, reliquū tps, quo Luna mani-
festum de se lumen p̄bet: priore modo septē & uiginti dies, altero uigintisix & dimidium, hēbit.

Qm ergo mutationes corporib. nr̄is accidere diximus, quasdā proprias, quasdā cōes: proprias, q
at Et in idē tanq; ad propria principia sp̄ctent; cōes, quæ ad cōem ambientis usum, a tād eundē modū utrof-
urro que &c. ita uetus inter que Lunæ circuitus fieri contingit, & cōes proprijs paulo breuiores esse. { Atque } sic iam ex septi
B+ Nam, cum manæ numero quippiā auferretur. b+ Nam, si propriæ cōis admisceatur, sitq; paulo diuturnior, ita
propria cōmu quoq; septimanā imminui, & ueluti in medio quodā pprię, & cōis cōsistere necesse est. Voco at p „
nis admisceatur, si q; paulo priā q ex signiferi circuitu p̄fiscit, nā is cuiq; n̄m virtutē assert: cōem, ex mēstro t̄pe ortam, q
supra recensui nequaq; septem, & uiginti dierum esse. Nam, si a mēstru t̄pe exacto, quod ad tri-
ris, ita quoque ginta dies integros vnius dimidium maxime requirere dicebatur, tres, qui circa coitum sunt, dies F
aliquid de sep ademeris, reliqui uidelicet vigintiseptem minus diei dimidio erunt. Itaq; hoc tps non menstruale
timane numero totum in septimanas diuiditur. Quare cōe tps septimanæ, qd aerem immutat, minus erit, eo qd
ro cōfringi, & singulis est propriū; qd & hoc uirtutē hēre dicebatur, ideoq; non nihil ex alterius septimanæ t̄pe
uelui i media confringere: ut medium vtriusq; q velut mistum ex eis, et plus sexta parte septimanæ demat. Ac
cōis cōsiste exactā quidem, uel mistram, uel ablationem Deus tm nouit: quantū vero humana coniectura in
re, necesse est: dipisci licet, p̄stat circuitum earum cōem, medium inter utrasq; collocari. Cum ergo apparitionis
uoco autē prā- manifesta, & efficacis tps, sit dies uigesimussexus & dimidius; Signiferi uero circuitus expleant vi
prium, qui ex gintiseptem dies cum tercia unius parte: liquet mediū ipsorum fore uigesimumsexum diē, ad hēc
Signiferi cir- cuitu profisci d midū, & tertiam maxime, & duodecimam unius diei partem. Siquidē, ubi utroq; t̄pe coniun-
tur, nā is cui cto dimidium acceperis, medium ipsum inuenies. At hoc tēpus medium à vigintiseptē dieb. duo-
decim maxime unius diei parte deficit: quia si in quatuor ipm diuidas, exactum septimanæ tps
tute assert cō- munem, qui ex offendes, non sexta * mō unius diei parte, sed ēt maiore indigen. d+ Sumatur n. ex uigintisix die
circitu men- bus, & dimidio pars quarta, & ex vnius diei tertia, & duodecima: erit at tps dierum sex dimidiij qn
stro fit, quem ta pars, & particulis alijs minoribus insuper adiecit, quæ sunt sexagesima prima, dein centesima
supra &c. vigesima, ducentesima quadragesima. Idem tps, & hoc dici possit dierum sex, & dimidiij, & sextæ G
C+ Ali legume pl̄ quartā par partis diei, & uigesimæ quartæ, & quadragesimæ octauæ. Abest autē hmōi tempus à septem diebus
te unius diei unius diei quadrante, & si exacte cōputes, e t̄ sexagesima parte, centesima uigesima, & ducentesi
de septimanæ ma quadragesima. } Quē cum ita se habeant, tres septimanæ uiginti diebus, & sexta vnius diei par-
demat. * Al. quarta. te, ff comprehendentur. Proinde, si hunc in modum exacte rationē in eamus, trium septimanæ
D+ Al. Suma rum numerus paululum uiginti dies excedet, atq; his multo magis, quā uiginti, & vni, erit pro-
tur. n. ex ui- prius. Iam sanè ostendi secundum rerum ueritatem, & "Hippocratis sententiam, nullam horum,
ginti sex die- supputationem per dies integros fieri posse, hoc est absolute citraq; fracturam, neq; septimanam
bus, & dimi- neq; quaternionem, neque mensem, neque annum, neque alium quēmuis numerum.
dio. & ex unio
diei tertia &
duodecima
parte, pars
quartæ rēsa
ne i ps dierum
sex & dimidi
& quinta par
tis, & particu
larum minör
insuper adie-
ctarū, que sūt
primū sexa-
gesima, de ide.
E+ Et iā qua-
dragesima -
octaua parte
F+ Addendū
et quadrage-
sia
In Prog. cō. 3.
t. 4. 4. 207. b
** Audaciam
effe.

Quibus, & qua de causa tertium hunc de diebus indicatorijs librum

Galenus composuerit.

CAP. 10.

Q Vi iam disputationis huius subtilitati succent, ac difficilem eam existimat, hunc nemo ip-
nē i ps dierum lam addiscere cogit, uerum primus huius operis liber ei sufficit. Quod, si non laboris fugitā
sex & dimidi tior sit, secundum quoq; adjiciat, à tertio autem abstineat. Nos siquidem hēc paucis planè, ijsq; in
& quinta par uitos, scripsisse affirmamus. Vos o Dij immortales nouistis, uos in testimonium uoco, hēc me ami-
tarum minör corum quorundam precibus vehementer adactum scriptis mandasse.

H

Aduersus eos, qui nugantur de numerorum dignitate.

CAP. 11.

N Am stulti nimirum essemus, si hmōi sermonem vulgo conuenire arbitremur: qm illi vni-
nem, matris expertem, dualitatem numerum inaudire suauius est: & alia ratione unitatem
formam esse, dualitatem materiam infinitam: deinde trinitatem absolutam harmoniam, uel perse-
cutum numerum, & primum, aut solidum, aut planum. Quicquid enim in mentem ipsis venit, di-
cunt, alij aliud, & Mineruam aliquem numerum appellant, alterum Dianam, alium Apollinem.
Quemadmodum igitur hoc non ignoramus, ita dicere dedignamur, cum nullam demōstrationē
scientificā hmōi placitis adducere queamus. Et amicis frequenter ipsa re ostendimus, hmōi frigi-
dis sermonibus utenti, siue quemuis numerum laudare, siue reprehendere uoluerit, proclive esse.
Nam periculū est, ne eo stupiditatis ueniant, q hmōi nugantur, ut, cū uel de septimanā, uel de alio
quouis, dixerint, non cōtentī solis hmōi ineptijs, addant Pleiadas septem, & vtranq; Vrsam επτά-
sept. i. septistellam: etenim sic nominant, immo, & Thebarum επταπέλων, quasi dicas, septi porta-
rum meminerunt. At quid ad rem propositam sp̄ctat, si Pleiades septem sint, Dionem lateralim
morbo laborantem septimo die de morbo iudicium sustinuisse? etenim alias nono, alias decimo
die

LIBER TERTIVS.

760

A die crism habuit. Quid aut similitudinis est, si septē Nili sint ostia, Theonē pulmonis uitio ægrotā tē, septimo die iudicatu fusse? nā aliquā quarto, interdum quinto, morbi iudicium accipit. Verum, vt in alijs oībus duplex uitij cuiusq; ac prauitatis natura est, excessus, & defectus: ita hīc quoque. Nonnulli eos, qui veritatē de septimana dicere conantur, prorsus auersantur, quippe qui sermōnē quēlibet summo odio prosequuntur. Nonnulli in tantā nugacitatē incidunt, ut ēt ea, q; ad rem nihil pertinent, cōmemorēt: utriq; Vrsæ, inquiunt, septē stellæ sunt: primū sanè uerum nō est, sed hoc extremam eorū inscitiam coarguit. Esto iā verū, sed neq; Bootes, neq; q; per ipsa Vrsas transit Draco, septem stellas obtinet. Pari mō nec^{*} Corona, nec Ophiuchus, nec Cancer, vel Leo, nec oīno vllū ex duodecim signis in quibus planetæ feruntur. Etsi illa, terrena exornare atq; ēt dispo- nere non astronomis modo, sed ēt philosophis clarissimis, in confessio habetur. Quamobrem nec recipiendi sunt nugatores: nec cogendi, qui huiusmodi speculationem semper refugiunt. * Engonafis.

Quæ hactenus monstrata sunt, & cur quaterniones aliqui ceteris necessario iungantur, aliqui separantur.

CAP. 12.

A Me itaq; veritatem ipsam, quantum homini licet int̄ntā esse puto: quam quidem, & Hippocrates prius cognouerat, sicut & præscriptis uerbis indicauit: vulgare autē medicorū ge-
B nus pr̄ segnitie ea subticuit. Enim uero nec aliud quippiam ab Hippocrate frustra scriptum inue-
nio, nec illud, q; "vlla horum cōputatio totis diebus fieri nequit: Atq; principium non astronomicis
tm, vel naturalib. philosophis, sed agricolis quoq; & nautis, hominibusq; oībus receptū assumi,
Lunā videlicet terrestre plagā veluti hyparchū quendā magni regis Solis gubernare. Huiuscē cir-
cuitus dies decretoriōsseq; monstrauimus, ad hāc coincidentiū dierū cās indicauimus: itē, cur tres
septimanas ad vigesimū, non ad vigesimū primū, potius Hippocrates uoluerit deducere. Cāterū
his demonstratis, nullū adhuc negocium est, inuenire, quare primā septimanā à scđ a separet, hāc
āt tertia coniungat. Neq; n. secundā primæ, crisi ad quartū decimū diē perueniente, coniungere
rō postulabat: neq; tertia à secunda remouere, cum vigesimus magis, q; vigesimus primus, iudicia
excipiat. Quoniam vero inter septimanas ipsas duæ quidem primæ separantur, tertia vero copu-
latur, perspicuū est quaterniones quoq; nonnullos necessario coniungi, alias separari. Itaq; secū-
dus quaternio & primus coniungen̄t, q; vnius septimanæ primæ bifariam diuisæ particula luterq;
fit: tertius a secundo disiungetur, qm & septimanæ secunda à priore separata est. Tertius autem
quarto copulabitur, quoniam secundæ septimanæ uterq; particula est. Hic itaq; rursum quartus
propter tertiam septimanam secundæ coniunctam, quinto copulabitur. Adiungetur etiam sex-
tus quaterno quinto, in decimo septimo die, tanquam tertiae septimanæ pars uterq; existens.

In Prog. cō. 3
t. 4. 4. 207. b.

*Quis propriæ acutus morbus, quis tardus, quis brevis,
quis longi temporis dicatur.*

CAP. 13.

QVapropter ad bonam viētū rationē instituendam utilissimum est, iudicij tps præcognosce-
re: num vero acutū vel diuturnū, vel alio modo, morbum nominare conueniat, qui vigesi-
mo-die, verbi gratia, iudicandus est, id nihil ēgro præsidij assert. pōrest. n. quispiam ne locutus qui-
dem, immo qui nec prorsus cogitauerit, qui nam ipse uocandus sit, probū viētū modū ēgro insti-
tuere, modo nihil ex alijs præterierit, quē huc conferre uidentur. Iam sanè veritatem simul, & vi-
litatem exposui: sophisticarum autē nugārum finis iam esto, post hēc ostendentibus nobis hoc in
loco quantū pleriq; medici ea, quē conueniant, ignorent. Putant. n. acutum vocari morbum, qui
celeriter iudicatur: contrarium huius, diuturnum: At veritas non ita hēt: Est siquidem morbus q-
dā breui t̄ pe durans (grēci brachychronion appellānt) nō tñ oīno acutus: Huic cōtrarius est mor-
bus diuturnus, vel multo t̄ pe durans (grēce chronios, vel polychronios, vel quōcunque aliter q; s
vocare ipsum malit:) acuto alia morbi, natura nullum propriū nomen sortita, opposita est, idque
merito euēnit: nam acuti morbi (qui, vt Archigenes quidem describebat, cum uelocitate est) peri-
culosus: vt Hippocrates autem, cū febrē continuā euēnit) accidens necessario erit, vt celeriter iudi-
cetur. *Etenim ex motus specie acutus nuncupatur. Quiescere autē celeriter ipsi est necesse, vt q;
ad proprium finem properet: nam idem est celeriter moueri, ac ad terminum confluere. Erit iam
oīno brachychronius: alia tñ atq; alia ratione, & acutus, & brachychronius dicetur: nam propter
motus celeritatem acutus: q; vero diu morari is, qui celeriter mouetur, non potest, brachychro-
nius appellabitur. †At ei natura alia morbi coniuncta est: } multæ siquidem febres diarie ex frigo
re quodam, vel adustione partium exteriorū, vel labore breui, vel vigilia, vel tristitia, vel ebrietate
vel ira, vel id genus similibus, proueniunt, paruae simul, & breues, & periculis prorsus vacuae: atq;
nemo has, vel idiota, vel medicus acutū morbum vocare cōstuevit. Itaq; acutus à brachychronio
morbo clare in his ipsis distinetus est: Tardus autē cum polychronio, seu longo confusus est, q; q; ra alia mor-
non eandem notionem obtinet: siquidem acutus tardo, oligochronios id est exigui temporis, po-
lychronio oppositus est. Omnis ergo acutus planè exigui temporis morbus est, & omnis diutur-
nus necessario tardus: non tamen, si breuis temporis, acutus statim est: neque, si tardus, longi tem-
poris. Proinde ex tali immutatione nō admodū manifesta compluribus medicis, non appellatio terpres.
nes tantum, sed rerum quoque ipsarum dignotiones, confusæ fuerunt.

* Gra. οὐ πό-
μενον sed for-
te legendum
καὶ μενον, id
est mouetur.

De Viēt. rat.
in morb. acu.
com. 1. t. 8. 7.

108. h

* Gra. οὐ πό-
μενον sed forte
καὶ μενον, id
est mouetur.

† Al. ex anti-

quis. At ei pro-

xima est natu-

ra alia mor-

bibrachycho-

nij quidem, nō

tamen acutis.

GALENI



GAL. IN PRIMVM PRORRHETICI
LIBRVM HIPPOCRATI ATTRIBVTVM
COMMENTARII TRES

Ioanne Vassæo Medensi interprete

F

Plurimis locis ad veterum Codicum Gracorum fidem ab Augustino Gadaldino nunc rursum emendati.

CENSURA.

Ex multis, quæ habet liber falsa, diminuta, empirica, & quæ ad uniuersales prædicendi regulas reduci nequeant, non esse Hippocratis existimatur. Est tamen Authoris, eiusdem cum Hippocrate artis, & ex Galeni commentarijs, multis summæ utilitatis documentis refertus.

ARGUMENTVM

Totus ferè hic liber in Delirij, & Spasmi prædictionem expendit, vt etiam habetur à Gal. com. xxj. tertij huius commentarij 182: f

COMMENTARIVS PRIMVS.

Sunt, qui putant hic defesse principium.

In Prog. cō. t. 2.4.180.c

*+ ipsi que in libro sunt concurauerunt, peruestigandum relinquentes, + quæ in libris singulis sunt conscripta, ipsi scripta singula * quos.*

+ Forte clari-

ut nec ipsi agrotanti con-

spicere appareat, par-

sane est, ut ab illo quidē tan-

quam futura p̄cognoscatur an nobis at tan-

quam iam fa-

cēta cognoscatur, quando-

quidem res

hæc, uide etiā infra cō. 5. in

ortæ, dignoscitur: quas rusticus quidam, vel qui in plantis omnibus dignoscendis est peritus, con-

festim internoscit: ceteris uero incognitæ manent.

Agros si quidem herbas germinatio-

ne

Non tamen etiam Herophili sententiam, qui τὰν πσόγνωσιν i. præsensionem, G p̄cognitionēve, ἀπὸ τῆς προσηκτικῆς i. a prædictione, certo & incerto distinguere conatur, probare oportet: præsentimus siquidem modoutroq; & prædicimus, veluti & cætera omnia, omni in arte. Imbres siquidem, siccitatesq; & frigora, & aestus, & ventos, & ventorum tranquillitates, quibusdam ex signis præsentiant, tum nauium rectores, tum rustici: atq; interdum quidem, tum exacte, tum certo, interdum & ad probabilem vñq; expectationē. De signis autem huiusmodi cum alij pleriq; tum Aratus in libri, eorum quæ in

aere conspiciuntur, calce scripsit. At quonam quis pacto futura prædicere ualebit, nisi ea præcognoverit? Quod sane demonstrauit etiam Hippocrates in exordio prognostici, ita scribens: Prætentiens enim & prædicens coram egris. Præfensio autem in anima est nostra: Prædictio uero eorum, quæ sunt præcognita, per uocem efficitur: constatq; non alia quidem in anima nos opinari, alia vero prædicere. Cæterum, quonam pacto liber inscribatur, cæteris, qui opera artis non ualde curauerunt, peruestigandum relinquentes, + quæ in libris singulis sunt conscripta, ipsi scripta singula mur: quomodo in alijs quoque fecimus, quæ antea exposuimus, alijs quidē distinctiones aliquas necessarias a scriptore prætermisas adjacentes, alia uero non esse uniuersalia demonstrantes, H quamuis distinctiones charactere formave, tanquam de eiusmodi, author differere videatur.

Qui Comatosi inter initia sunt, cum capitis, lumborum, hypochondrij, colliq; dolore vigilantes, phrenitici ne existant? Stillatio è naribus his perniciofa, tum alias, tum si quarto cæperit die.

Complura ueterum exemplaria verbo, phrenitici, verbum existant, non habent adiectum. Hinc exorta est quæstio, vtrumne eos, qui ita habent, quis iam phreniticos appellabit, an fore expectabit. Adiecto uero uerbo existant, atq; in hunc modum simul scripta oratione, phreniticine existant? quæstio est, an, qui ita affecti sunt, iam phrenitici sint, uel non sint. Quæstioni aut̄ eiusmo di iam & alia quædam non momentanea annexitatur quæstio, quam & de febrilium accessionum principio mouerunt. Nempe in illis ratione consentaneum esse uidetur, non postea uenturam præcognoscere nos accessionem, sed incipiētem iam dignoscere ex alteratione pulsuum. Quoniā vero nondum insignem acceperit magnitudinem, vt agro quidem tanquam dicenda conspicue uideat, à nobis uero, ut tanq; iam facta cognoscatur, res hæc non aliter, quam plātæ recens e terra ortæ, dignoscitur: quas rusticus quidam, vel qui in plantis omnibus dignoscendis est peritus, festim internoscit: ceteris uero incognitæ manent. Agros si quidem herbas germinatio-

Ane simillimas sepius ferre conspicimus: quas nos quidē non internoscimus, rustici uero internoue runt, quid nam scilicet ex his herba sit, qd triticum nuper enatum, quid hordeum, quid zea, & qd nam aliorum vnumqđ qz. Ad hunc quoque modum res hēt in arboribus: nempe & eas, cum oīb. suis partibus absolutæ sunt, uniuersi cognoscimus; cum uero enasci incipiunt, oīno à paucis cognoscuntur. Sermo igitur hic, veluti admodum probabilis, recipiendus est. Sed deinceps est inquirēndū, quid nam per phrenitum oporteat intelligere. Nēpe Hippocrates in libris epidemiorū, ut in eorum docuimus cōmentarijs, continuam eam, quę cum acuta febre est, dementiam. phrenitum appellare uidetur; continuam autem dixi, qz nōnunquam in uehementium febrium vigoribus desipientię superueniunt, sed in declinationibus confessim desistunt. *Mxvi. 3. t. 45. 46.* siquidem, i. insinuare, oēshoīes dicūt eos, qui desipiunt citra febrem: ἐγεννητος vero, qui cum febre id patiuntur; qz vero in febris vehementis vigore accidit, appellant & παρανόσαι, & παραλθούσαι, & παραληπόσαι, & παραφρονόσαι: phrenitum vero nō appellant, nisi febriat eger, & continue deliret. Continuitate igitur dementiae, quodqz simul cum febre fiat, phrenitum agnoscemus: nihilo vero minus phrenitos esse dicimus, quicūqz comatosi cū sint, non sapiunt, sed delira loquuntur, atqz à pñtibus ex pñgefæcti stupefacti similes vñr. In hunc itaqz modum, & in epidemiorū tertio ita ait, " Nullus autē

*3. Epi. cō. 3. t.
45. 46. 3. 144.*

Bphrenitorum vehementer insaniuit, vt in alijs, sed alia quadā veternoſa in ſomnū delatione capite grauati moriebantur. Sermonem itaqz hunc tāquā maxime probabilem recipio, uocariqz oēs ab Hipp. phrenitos existimo, qz mente ləſi continue fuerint, quo modo & qz infaniunt, ſola febre ab his diſcrepantes. Sed, qm̄ his magna ex parte inſit, ut palpebris apertis uigilent, ob id qz pluriſi medicorum uigiliam etiam hmōi inter ea, quę phrenitidem indicant, ſcriperūt. Dixi, hmōi. qm̄ & cum comate vigilæ fiant, vt Hippocrates ipſe in epidemiorum tertio oſtendit, inquiens, " Prehēndebat autē eos vel coma continuū non ſomniculosum, vel peruigilium laboriosum. Vt t. 39. 3144.b

*3. Epid. cō. 3. t.
45. 3. 144.c*

comā ſit in ſomnum delatio, nequeuntibus, qui ab hoē occupantur ſymptomate, vigilantium mu-
nia obire, ſed tum palpebras claudere cupientibus, tum dormire ſperantibus. Contingit at inter-
dū horum quibusdā, vt clausis palpebris dormire nequeāt, ſed plurimum uigilet: qz Hippocrates
comā nō ſomniculosum appellauit. De eo autem, quod per uocabulum coma significatur, librū
habes integrum noſtrum, in quo pluribus testimonij Hippocratē cataphorā oēm, id eſt ad ſom-
num delationem, coma appellare demonstrauimus. Quo fit, vt in pñtia eosdem comatosos, & ui-
gilantes dici mirum non fit. Si. n. comatosi quidem, ſed abſqz uigilijs fuiffent, nō ſi quæſiſſet, phreniticos ne eos uocare oporteat, vel iam exiſtētes, vel futuros. Perpetuo ſiquidē ita me audias, ob

*Typhomania
apud Hipp. in*

libris, qui de

morbis inſcri-

būtur, nō me

mini legiſſe:

ea, qz primam rerum oīum generationem, non ſolarum affectionum, pñgrediūtut.

Iam uero, ſi ner ſed de ipſa af-

uofæ partes male cū vigilia ſine comate inter morbi initia affeſtæ fuifſent, nec ita qdē qſiſſet,

an fectione lib. 1

phreniticos, eos appellare opus fit. Nēpe, qui ſine vigilia comatosi existunt, nullo pacto ſunt phre-

nitici: at, qui ſine comate peruigilant, ſi id per initia cum pñdictarū partium dolore perpelli fuerit,

de mor. circa

de necessitate phrenitici existunt. Si uero vigilia comati annexa fuerit, ambiguitatē res habet: atqz

ob id in orōne ægæ coniunctionem, ideſt ne, adiecit: qua tono circūflexo utimur, cum de qbusdam

rebus addubitamus. Quod autē & in ſequentibz memoria tenere cōmodum eſtit, id ſemel in-

tellecuum, perpetuo hñc in promptu debemus: & quę p. p. cauſarum externatum aliquā facta ſint

& qz morbi ratione ſuperueniāt, diſtinguētes. Nā, ſi qz, vbi cōtente ambulauerit, uel alia ex actio-

ne laſſitudinem ſenſerit, vel & unā cum his exuſtus fuerit, ſimul febrire cēperit, capite item dole-

re, & lumbis, hypochōdrio, & ceruice, nullā magnam profeſto ex his accepturum te uel ad futu-

rarum, vel iam natarū affectionum diſcretionem, ſperaueris notam. Verū, ſi abſqz externa cauſa

prædictas partes inſtauerint dolores: ſi uigiliæ quidem ægro contigerint, abſqz ea, quę in ſom-

num fit, delatione: deliraturum eum ſperabis. Quòd ſi unā cum comate coniungantur, tunc diem

unum expectes, in quo, motionem ægritudinis dignoſcas, oportet. Phrenitis ſiquidem, quę ex-

quisita eſt, & nulli alteri morbo permifſetur fit, cum bilis flaua locum, in quo princeps aīæ pars

Dresident, prehēderit: Lethargus vero cum locum eundem humectarit, dilueritqz pituita; nam, quę partibus in alijs ex bile & pituita noxæ cerebrum ipsum ad ſympathiam trahere pñt, continuæ hæ non ſunt. Quoties igitur uterqz humor cerebro moleſtus fuerit, prehendunt contraria hoīem ſymtomata, ita ut tum vigilat, tum leniter in ſomnum deferatur. Cum uero & ad ſomnum defertur, ſimul & desipit, miſtam ipſi permanere affectionem eſt putandum. Non nunquam & in hoīum alterum res ita deflexit, vt vel bilis, vel pituita ſuperior ſit, ægerqz reddatur, aut phreniticus exquifite, aut lethargicus. Ego uero, quoties ad finem vſqz tum desipientia, tum coma perſiſtunt, affectionem hāc ex phrenitide. & lethargo miſtam appello: quidam typhomanian uocauerunt, vt & in libro de morbis ab Hippocrate ſcriptū eſt. In tertio uero epidemiorum (vt paulo ante di-
xi) phreniticos oēs appellat, qz continue desipiunt cum febre. Iā reliquum eſt, vt qramus, quam ob causam diſtioniſ principio dixerit, qui comatosi inter initia fiunt in calce autem, Tum alias, tum ſi quartō cōperit die. Nempe principij nomen indicat qdem, & primum morbi ingressum inſul-
tum que: indicat qz & eum, qui in latitudinem ad tertium vſque, vel quartum extendit diem:
indicit præterea, & primum morbi tps, cum morbum iu quatuor diuidentes tempora, conſtare cum.

IN I. PROR. HIPP.

ex principio, incremento, statu, & declinatione, pronunciamus. Sed de his ex principiis nomine si gnatis in primo De iudicationibus est demonstratum. Nunc autem, in quo significatu dictum hoc nomen sit, consideremus. Arbitror equidem, Hippocrate in prima dictio parte *ἀσχήμι*. i. principiū dixisse, morbi totius ingressum, qui sibi latitudinem intelligitur: in calce autem cum ait, tunc alias, tum si quarto cōperit die, dicere tunc *ἀσχήμα*. i. incipere, predicta sola symptomata, aegro iam qua tuor ante diebus febre correpto, ut in eo, quod sibi latitudinem sumitur, principio generetur tum coma, tum vigilia, tum partium neruofarū dolores. Nempe primo, vel secundo die præcopia sanguinis, qui p̄p̄ bilis p̄missionem acrimoniam q̄dam mordacē habeat, potest reddi idem eger, tū comatosus, tum vigilans, grauata qdē ob sanguinis copiam cerebri facultate, sed à bile v̄sq; adeo irritata. vt somnus inhibeat. Quarto vero die copia iam imminuta, & p̄fertim si medicus eā uacuare præuerterit, atq; acrimonia cocta, desinere vtrunq; symptomata, tum coma, tum vigilias par est. Si ergo, quo tempore cessasse debuerunt, ea fieri uideant, bilē vel pituitā cerebrū inuasisse, non sanguinis copiā, id cōmonstrat. De potētia āt quarti diei in libris De diebus iudicatoriis est dictum, cū inibi mentem Hippocratis explicaremus, quō & in prognostici cōmentariis: Nēpe hunc ait "indīcem septimi esse, q̄ est, eā h̄re naturā, vt, qualis nam septimus futurus sit, indicet. Cum ergo signū malum quarto apparuerit die, malus de necessitate septimus est futurus: si vero salubre & bonū, se ptimus bonus erit: nā proportione virtutis signi, tum magis, tum minus, vel bonum, vel malū fore septimo sequēs est. Quæ āt signa magis minusq; tū p̄niciofa, tum salutaria existunt, in prognostico oīsum est. Septimū igit̄ p̄portione quarti, magis minusq; tū bonum, tū malū fieri cōtinget. Cum itaq; stillatio è naribus sibi malum signum sit, absolutissima morbi malitia significat, si quarto fiat die: v̄ siquidē naturā collectā in cerebro abundantiam conata esse, vt expelleret, sed nequie uisse. Taliū āt signorum genus deterriū esse cōstat: nēpe q̄ vel tuberculā, vel pustulā ex imo ad cutē enata recurrerunt, grauissima omnium existunt: fūdores quoq; q̄ cōperunt quidem, sed protinus cessauerunt, prauī fūnt: deiectiones item, & q̄ per sanguinis eruptions, } vel in mulieribus per vterum uacuantur: omnia siquidē hāc deteriora his sunt, q̄ nullo apparent pācto, si, vbi cōperint, cessent. Contingit. n. interdum coquenter adhuc contristantia naturam nondum ad horum expulsionem excitari: in illis vero, quæ cōperunt quidem, sed protinus desierunt, appetit ueluti excitatio quedā, conāte natura excernere, quæ molesta sunt, atq; ita ob imbecillitatē, quod proposuerat, perficere nequeunte.

^{+ Al hemor.}
^{rhoidas.}

In Prog. cō. 3
t. 37. 4. 211. e

In Pro. cō. 1. t.
6. 7. 4. 191. a. b

2. *Ventrī ualde rubens proluvies male quidem in omnibus morbis, non minime uero in predictis.* G Signorum singulorū uires docet in prognostico Hippocrates: vultq; in calce libri, uiribus dictorum signorum aestimatis, perpenſisq; id est inter se collatis, fieri ita prænotionē. Nēpe signorū qdā *δύοις δύαις*, i. speciei eiusdem, existunt (cum āt *δύοις δύαις* dico, quasi & *δύοις δύαις* i. eiusdem generis, iam dixerim, ita me audias) alia uero neq; genus habent idem, neq; speciē. Speciei ergo eiusdem sunt, q̄ in una aliqua fiunt affectione. Quæ quidē per sputa excernuntur, affectionis tū pulmonū, tum thoracis, tum asperae arteriæ, tum gutturis, atq; (vt in summa dicam) respirationi subseruentium institorum signa sunt: horum autē ipsorum, quæ & in respiratione uitiū p̄ se & primum contraxerunt: nam ab his separantur, q̄ per consensum afficiuntur. Cerebri quoq; & mēbranarū ipsum tegentium, quo nam afficiatur mō, signa sunt, per ea quidē q̄ excernunt, q̄ p̄ nares & palatum uacuantur: p̄functionum vero lāsionem, q̄ in cataphoris, vel uigilijs, uel desipiētijs, uel conuulsioneib. uel totius corporis tremoribus uisuntur. Si q̄s igit̄ simul tū desipiat, tū cōuellatur, q̄ affectio ea grauior sit, q̄ alterum illorum duntaxat fuerit, liquido constat oīb. pari mō si difficulter spirans p̄tinus, & nigra expuat. Sed forsitan hāc nō recte inter se quis p̄miscerit iuxta eam, quæ in libris else debet, doctrinā: sufficit. n. cuiuslibet uirtutem recensere, permissa discētis arbitrio oīm in egrotantibus cōtēplatione. Signorum āt diuersi generis connexio prorsus inutilis est, & cum in libris H scribitur, & cum in exercitationem per eam, q̄ sermonibus fit, conuentionem uenit. Nempe definita cuiusq; simplicium uirtute latis est, postea semel duntaxat dicere, quod dixit Hippocrates, * p̄ p̄dēdas scilicet signorū uires, conferendasq; inter se, ut de aegrotantibus quippam enuncietur. Si q̄s ēt signū malū esse urinas nigras dixerit, adieceritq; & peius esse, si nigra quoq; expuerit: & deinceps hoc rursum peius, si & nigra deiecerit, atq; si inter initia id contigerit: p̄terea & peius adhuc esse, si quarto id fuerit die: adieceritq; & his, tum quod in exordio p̄gnostici est scriptum, "tum faciem illā, q̄ priuatum mortiferam medici appellant: uanam sanè signorum p̄missionem scripsit. Nullus siquidem ita amens, ut non intelligat minus male eum h̄re cuius pulmonem, uel thora ceum morbosca urget affectio: deterius uero eu, cuius partē utranq; fatigat: sicuti & adhuc deterius, quem unā cum his uentris exercet affectio: atq; adhuc deterius, quē uel iecoris, uel cerebri affectus p̄mit. Quæ igit̄ uniuersi uel non scripta norunt, ea frusta temereq; scribuntur: nisi quis, uel charitas, uel tps perdere uoluerit: quod p̄petua seruari memoria uelim. Sed ad institutum redeamus. Capite dolētibus non absq; rōne lumborum dolores, ceruicisq; & hypochōdrij adiecit: nēpe plūtib. generis eiudē simul factis signis, non solum species, uel genus affectionis cōpertius erit, uerū quoque

A quoq; & magnitudo ipsius dignoscetur. Cum autē desipientiae coma adiunctum fuerit, eaq; cerebrum male habere demonstrēt, securior nostra erit cognitio, videbiturq; affectio maior. Cū uero & ē naribus stillatio accesserit, iam nō securiorem cognitionem esse dixerim, sed scientificā & certā, cum signa victā à morbo cerebri facultatem cōmonstrēt. Quod si & quarto die factum esse id, adiectum fuerit, certissime ita cerebrum in magna quidē esse affectione constabit, sed perniciose hoīem h̄c. Quibus si adiecerit q̄s frigidum cum ē naribus, tum ex ore expiratum, perniciosum quidē in oībus est, non minime aut in p̄dictis: & uerum quidem aliquid enunciabit, sed doctrinæ, qua liber pollere debet, superuacaneum: Quo modo & si his adiecerit nigra sputa: nempe & h̄c quidē mala sunt, sed alterā a p̄dictis cominōstrant affectionem, veluti & vrinæ:nā & h̄c, si nigrae fuerint, uitiosam pr̄stant notā, affectionem tamē aliā ostendunt. In prognostico igitur seorsum signorum singulorum virtus declaratur: atq; eorum, quæ affectionē unam indicant, concursus aliqui est scriptus, ut in exordio, quidē in ea facie, quæ mortē portendit, infra uero in suppurationibus, hyderis, & alijs quibusdā: in hoc autē libro s̄apius in una diuersi generis signorum concursione complura superflue implicantur. Valde rubens igitur proluuies, quæ in iccoris fit affectionib. perperam hoc in loco cerebri uitijs adiuncta est: est sanè & ea per se nō bonum signum, iecinoris

B scilicet imbecillitatē ostendens: sed adiecta cerebri affectioni, duas ob ualentes affectiones periclitari hoīem prēnunciabit. Sed quid nam hoc? nam si pleuritis, & peripneumonia uno fiant t̄pe, periculosis id existit, q̄ si horum alterum duntaxat factum sit, nec minus, si pr̄ter h̄c, dysenteria quoq; æger uexetur, aut quis alia cū his oboriat affectio. Sed nemo permissiones huiusmodi, in libris docet. Vētris autem περιτλυσις ἐξεύθεος idest proluuies valde rubentes, appellat tenuiū substantia humidatum deiectiones, vt si quis ventrē sanguine conspersū aqua abluerit, aq̄q; excreuerit: sic & bilios, d̄r proluuies, cum q̄ excernit, tale apparet, quasi ex aqua, & pauca bīle mistis fiat. Imbecillitas at̄ retentricis facultatis est hepatis, atq; ut plurimū sanguificæ symptoma comitantur: hoc at̄ su p̄fluis, q̄ reuomunt, proportione resp̄det. Nam, cum uētris concoctio inculpata fuerit, nullum symptoma hmōi subleqtur, cū uero ob copiā, vel corruptionē, vel & superfluas humilitates non ualde utiles in ore uentrum relicta, grauatur venter, ad horū excretionē insurgit, uomitum facit. Tale quippam, & cum sanguis in iecinore generatur, contingit: atq; ob id crūtæ interdū fuit deiectiones: interdum autem & impense rubētes proluuies, aquoso scilicet simul & crūto ichore ex hepate in uentrem confluente: uel modico sanguine tum acri, tum mordente, & uel semicocto tenuibus & aquosis humiditatibus permisto, atq; colorem illis pr̄stante.

C

3 Densa lingua, atque arida, phrenitica.

Scriptum esse τραχεῖαι, idest asperæ, non δασεῖαι, id est densæ, erat melius. Nam cum linguæ connatam ex tum uatis, tum glandulis, quas a fundenda saliuā σμέλοχόους uocāt, humiditatem habeat: primus quidem ipsius defectus densam eam facit: maior uero alperam: immoderatior autem siccitas perrumpit eam non secus, q̄ pingue terram diutini squalores; quapropter, ut lingua sicca simul & densa sit, fieri non potest. Melius est igitur, vt retuli, alperam scribere. Quare alterum est è duobus: nempe aut scriptor neglectim enunciauit: aut, qui primus adscripsit dictionem, vitauit. Talis uero lingua siccitatis immoderatae nota est: quo fit, vt & ardentibus superueniat febrib. Hoc que docuisse, ei, qui secundum prognostici legem ad doctrinam accedit, fuerit satis: nam qui discit, sicciam linguam ratione eadem fieri intelligit tum in huiusmodi febribus, tum in phrenitico: siquidem & phrenitica affectio, quam flava bīlis parit, calida & sicca est. Pr̄stat igitur, mea sententia, dictionem uittatā esse affirmare, quo modo & alias multas ita uittatas esse demonstrauimus apud plerosq; me superiores veteres, nō medicos modo, verum quoq; & philosophos, & grammaticos, & rhetoricos; Sunt tñ ex libri expositoribus, qui hoc ipsum defendere sunt conantibus, linguis densas dici, quæ densam efficerent uocem, affirmantes: nempe uoces quasdam ita appellari aiunt, a quibus qui eas proferunt, δαρυσόμοντι idest densi oris, appellari dicunt. Voces ergo huiusmodi cum siccâ lingua phreniticas esse aiunt, perinde quasi scriptor dicere non potuissent, densæ uoces cum siccâ lingua phreniticas. Sed pro uocibus linguam dicere extraneum est: nē pe & hoc pacto quis dixerit, tum graues, tū acutas, cum paruas, tum magnas linguas, ubi uel grauem uel acutam, uel magnam, uel paruam indicare uocē uoluerit. Adde, q̄ neq; uoces ullas densas appellari audierim, quēadmodum* nigras & *albas audiui, per metaphoram quibusdam ita appellantibus: proinde nec noui quidem, quas nā uocent densas. Raucas quidem & nigras, in libro de voce, p̄p voci deputatorum organorum humiditatem, fieri ostendi. Densas uero si alias quasdam pr̄ter has dicant, explicare debuerunt; & si ex his aliquas uoces, sanè eiusmodi ob humiditatē potius, non ob siccitatē fuit: sicuti tū acutæ, tū clangētes, ob uocaliū instrumentorū, quæ circa guttur sita sunt, ariditatem. Cæterum linguam non uocale, sed dialecticon, idest locutionis instrumentum, esse constat: atq; ob id, cum ea patitur, balbutiē, blæsitatemq; in locutionibus fieri cōtingit, & non raucam habere uocem, uel nigram: cuius generis esse quasdam suspicor eas exi. suuca. ult. hac stimare, quas ipsi appellant densas. Ego enim, ut retuli, neminem, qui ita uocaret, audiui: tametsi

D * De voce nigra uide etiā lib. 4. de locis affectis in fine sexti capit. , hac classe pagi na 26. f. quam quā interpres uerterat, obscura. * De alba autē uide lib. 3. de differētis pulū. suuca. ult. hac classe pa. 63. &

IN I. PROR. HIPP.

plerosque medicos audierim dicentes, palpebras densas, quæ asperitatem quandam exiguum habent, sicuti est densa lingua: nempe absolutas densitates in palpebris non amplius densitates appellant, sed asperitates: proportione igitur linguae asperitati hæc respondent.

A⁴ *Vrinæ in turbulentis uigilibusq; decolores, nigræ, sublimæ petentes, at q; in * sudoribus, phreniticæ.*
huius aut uer Solceco in dictione participant non paucæ libri huius orationes: ut ob eā rē iure suipicati quib; & tūs & pōs, dam sint librum Hippocratis non esse: b^t nempe & ob sermonis breuitatē reiectus erat, mochli-
quæadmodū co quidē inter libros Hippocratis confessio, receptoq; neq; eo solum, uerum quoq; & aphorismis
& tūs & pōs *oros frequen-* ipsi qui quanquam maxima cū breuitate enunciātur, nō tamē, qd^t solœci particeps sit in ipsis re-
tūs metiōfiet perias: adde, quod enunciationes adeo excellunt, ut plane dicāt graue eius libri authorē esse. Præ
& declaratio sens uero liber alienā in multis orōnib. hēt enunciationem. Ut cum in præsenti dictione de urinæ
in hoc opere. **B^t Ex græc.** nis ait: nempe hoc pacto impropriæ dictum est sublimæ petentes, cum, quæ vrinæ inuehunt, dici
impressi. ob ita debeat, non vrinæ ipsæ. Ob eam causam nonnulli permutata dictione ita scripsérunt. Vrinæ
sermonis .n. in turbulentis uigilibusq; decolores, nigræ sublimæ petentes. Sed proculdubio reperitur & in ea
brevitatē re- scriptura solœcophanes, et si q; maxime uitare ipsum videantur, q; dictiōne permutant: nēpe hæc
cessisse a mo- oratio, sublimæ petentes, manifestam ad urinas relationem hēt. Hæc igitur ipsæ & phreniticæ dicun-
chlico, qui est inter receptos tur, i. phrenitim vel significantes, uel facientes: q; faciant, non consentaneum vñ: quod significant, F
Hippocratis non uacat rōne. Quod si significant, t^c phrenitidem cū effectrice causa quadātenus cōicare signi-
libros: nec so- ficant. Demonstratum aut est nigras vrinæ ob serum bilis atræ vna cū excremētis aquosis emis-
lū ab ipso, sed sum, procreari. Gemina uero bilis atræ existit generatio: nempe uel flaua bile supra modū exusta
& ab aphoris- assataq; vel crasso sanguine: supra modum aut assatur p p uehementem caliditatem. Iure ergo in
ex antiquis febrib. quæ causi appellantur, & phrenitidibus, tales meiuntur, cū tum calidet, tū siccet affectiones
āt. nā ob ser- eiusmodi existant. inter urinas āt, quæ per se totas nigret sunt, detetiores his habentur, quæ enæo-
ratē mochli- rema duntaxat nigrum habēt: in præsenti tamē dictione, neq; hoc aperte distinctū est, an urinas to-
cu aiunt a .p- tas nigras dicat, an sola enæoremata: Vult āt dictioñis huius autor, quicūq; fuerit, urinas hmōi, cū
pria enuncia tione recessis in turbulentis, uigilibusq; apparuerint, phrenitidē indicare: vt ταραχώδεις, id est turbulentos, eos
se librorū q; intelligamus, qui d^t non insigniter turbantur, quod offensa leuiter mente fieri consuevit: adau-
Hippocratis ḡta uero hmōdi, quæ exigua fuerat, offensa, non παραφρονοῦνται simpliciter, sed iam ταραχώδεις id
esse concessi sunt, & nō so est desipientes, tum dicuntur, tum sunt. De uigilia autem quid attinet dicer, q; ex phreniticis sym-
lum aliorum ptomatis unum sit? Superuacaneum præterea in dictione est uerbum hoc, decolores in vrinis, cū
sed & aphoris- per nigras consignificatum sit. Quod uero dictum est in * sudoribus, ostendit quidē sudores circa
morum quo- caput fieri, præ copia ipsum conflictari indicantes: sitq; inter cætera & hoc phreniticū signū: im- G
C^t cum ipsa proprietamen enunciatum est, cum, quid nam intelligere oporteat, excogitare nequeamus, vbi
causa, q; p̄bre d^r, in * sudorib. an urinas, quamquam ex ipsa totius enunciationis sequela hoc uideat maxime ueri-
nitidem facit aliquia in re simile intellectu: an affecta corpora: an p̄ter hæc, & affectiones. Sed quo uis mō q; intellexerit, q;
ipse commu- enunciatio impropria non sit, effugi non potest. Omissa igitur ea, quouis modo habuerit, scripta
nican. consideremus. Vigiliæ igitur, & turbationes ægrotantium re uera sunt phreniticæ: urinæ uero, &
D^t In impref sudores, nullo pacto. Nempe, q; succi tū arteriarū, tū uenarū habeant, urinæ indicat: signa vero
sis codi. a. 16. **20s. i.** præter phrenitica, cerebri ostendunt affectionem. Pari modo sudores, aliarum quatinus affectionum
rationem le- notæ existunt, de quibus mentionem s̄apie fecimus, non tamen cerebri affectionem sufficiēter
gitur. inter- notæ existunt, de quibus mentionem s̄apie fecimus, non tamen cerebri affectionem sufficiēter
pres uidetur mōstrare possunt. Sunt sane nonnulli ex ijs, qui librum hunc exposuerunt, qui ex scriptis in libris
legisse, oīn epidemiorum egitis desipientes colligant, quibus pati quispiā cōgit eorum, quæ hic referuntur, tū
a. 21. 10. 20s. symptomatū, tū signorum, uel in deiectionib. vel urinis, uel vomitib. vel sudoribus, vel pustu-
lis, vel sputis, vel partem aliquam infestantium: cū sanè talia signa phrenitica non sint, q; q; ægris
de necessitate infint, fieri siquidem non poterat, vt talis vel non talis urina in his non inueniatur:
Pari modo, & de sputis, deiectionibusq; & ceteris omnibus est dicendū. Si igitur in ægro quopiā
deiectioni eiusmodi, uel tale aliud quippiam una cū signis phreniticis usum fuerit, atq; deinde eger H
phreniticus reddatur, perperam quis ea omnia phrenitidis indicatotia esse pronunciauerit. Necel
se est. n. ut proprijs morborum signis alterum ē duobus insit: nēpe ut uel perpetuo, uel solis, con-
tingant: cum autem neq; solis insint, neq; perpetuo, propria illorum non sunt. Ob eam causam
phreniticorum signorū ea sunt certissim i, quæ p̄petuo, & solis insunt phreniticis. Deinde ab his
quæ p̄petuo quidē, sed non solis: quæ in suis tractationibus distincte sunt tradita a nobis: demon-
stratumq; neq; in urinis, neq; in deiectionibus, neq; in sudoribus, neq; in sputis, neq; in uomitiis
phrenitica esse signa. Consueuerunt autē libri interpretes propemodū oēs, vt dixi, adnotare
ex epidemijs ægros, neq; solum in præsenti dictione, uerum quoque & similibus huic omnibus.
Eam ob causam, qui sese eorum æmulos præstant, ij apud ægros quotidie multa qdē effutiunt:
sed, quantum ad prænotionē attinet, idiotis conspiciuntur similes: nempe, q; in omnibus prognosticis speciei morborum signis in affectorum locorum methodo exercitati esse debeat, est perpe-
tuum. De ea autem methodo a me seorsum scriptum est, ueluti & de ijs, quæ iudicationes signifi-
cant. In quibus parum exercitati quidam, ueterum libros exponere audent, planè ignorantes, q;
bonum enarratorem oporteat esse idoneū prius iudicare, quæ bene, & quæ perperā ab authore
dicta

Ad dicta sunt, ne ijs quæ perperā dictasunt, patrocinatus, opinionem vel ignorantiae, vel contentio-
nis reportet. Verum, qm̄ non in hac dictione solum, sed etiam per librum totum inserunt, quosex
epidecijs collegent aegros., præsentem sermonem totum ad finem vsq; perducere satius esse
arbitror. Quòd si quis prolixitatem moleste tulerit, proprium dictionis huius sermonem, non li-
bri totius cōmuneū esse existimans, vbi à nobis audierit, quo nam pacto expositorib:is quidē in
oībus ferè dictionum expositionibus, quas perperam in medium afferunt, nō prolixus modo, sed
ediscitibus & ipsis nocuus sermo sit: quę vero à me nunc semel dicta, & commodissima sint, & di-
cendorum oīum breuem compendiosamq; faciant explanationem: desinet certe prolixitatē in-
cūsare, habebitq; mihi gratiam tum ob eorum, quæ ostensa sunt, utilitatē: tum ob eorum, quæ di-
centur, breuitatem. Erit aut̄ sermo, tanquam in exemplo phrenitidis, sed morborum omniū com-
munis. Qm̄ igitur phrenitica signa omnia methodo inuenire proposuimus, ab affectionis notio-
ne exordiemur: nempe, q optimum omnium dicendorum principium sit, rei, quæ inquiritur, no-
tio, in libris de demonstratione est ostensum. Cū ergo phrenitum mortales omnes eam appellitēt
affectionem, in qua φσόνας dicitur, mentem, lēsam esse uideant, quam tum νοῦ, τὸν διάνοιαν, id est intellectum & intelligentiam etiam vocant: prius, qua corporis in parte animæ intelligētia sit, inueni-

Bre oportet; id quod primum in libris de Hippocratis, & Platonis placitis demonstrauimus: quare ab ipsis nunc exorsi, summatim quandā velut epitomen eorū, quæ in libro de affectionis locis descri-
pta sūt, recenseamus. Necesse etenim dico esse, vt affectio, siue cū incipit, siue cum absolute iā est,
ex functionū partis affectæ noxa, & ex ijs, q in ea apparent, reperiatur: dixi aut̄ & ante, exordien-
tis affectionis notas, prognostica signa esse eius, quæ iam completa est. Qui igitur cerebri natura-
liter habentis munia nouerit, is ex offensa horum, primum, q perpeſsum sit, deinde, qualis nam is
morbus sit, inuenire ualebit: inuenta aut̄ à nobis sunt hæc, arbitraria functio, intelligentia, sensus,
& memoria. Offensæ igitur horū cerebrum ipsum tali vexari malo, qualis fuerit offensæ species
demonstrabunt: Verbi gratia, Functionum arbitrariarum instrumenta musculi existunt. Fiūt aut̄
hæc tum ijs, qui per manus cruraq; agunt munera: tum ijs, qui caput spinamq; mouent: atq; ijs, qui
loquuntur, uociferantur, & respirant: demonstrata est enim & hæc functio primū motionis initium
habere per nervos à cerebro ad thoracis musculos peruenientes. Cum igitur functio quædam ex
dictis lēsa esse uidebitur, inquirendum est tibi, an affectio ea propria sit eorum, qui functionē hæc
obeunt, muscularum: an ob eam, quæ à principio in ipsos proccdit, uirrutem, offensa hæc oriatur.
Deinde, si offensam, ob eā, quę à principio est, facultatē, esse inuenieris morbum quempā, qui pri-

Ccipium infestet, reperiendum esse puta, si, quę appetet, offensa non leuis fuerit, incrementumque
effatu dignū habuerit: Verbi gratia, ut sermo conspicuus fiat, ubi thoracis musculi, à quibus respi-
ratio conficit, affectione vacauerint, peruestiga, num quedā cæterarum partium, per quas spiri-
tus in respirationibus tum intro, tum foras feratur, perpeſsa sit: nam, si nullam ex his lēsam inue-
neris, cerebrum lēsum esse existimabis. Vt autem & res exquisite definiatur, considera quoq; &
quę vna cum thorace moueantur partes: nempe & eas respirationē lēdere in libro de difficultate
spirandi est demonstratum. Si ergo hæc oīes planè morbi expertes inuentę fuerint, tunc difficulta-
tis spirandi specie inspice, quā nā scilicet cerebri affectionē indicare possit: quomodo, vt exemplū
integrum sit, ait in prognostico Hippocrates: "Spiritus frequēs quidem significant dolorem, aut in
flammationem, quę locos septo transuerso superiores fatiget: magnus vero & ex longis interual-
lis, delirium. Vocat autem spiritum ex longis interuallis, etiam rarū, vt in commentarijs de difficul-
tate spirandi ostendimus: nam magnus & rarus propriū simul & inseparabile desipiētē est signū:
demonstrauimus quoq; & in libris epidemiorum, oīes, quibus magna & rara respiratio fuerit, desi-
puisse. Si quis igitur in urinis, vel deiectionibus, vel sputis, vel uomitibus, vel sudoribus, uel aliorū
quopiā, signū aliquod demonstrare possit, quod seorsum desipientē soli proprium insit: vel, si nō

Dsoli quidē, ab ea tñ inseparabile: iure id phrenitica inter signa collocauerit. Si uero neq; ex rei na-
tura demonstrationem aliquam expromere possit, neq; in libris epidemiorum, desipientijs oībus
inesse, vel perpetuo: vel si nō perpetuo, saltem his solis ostendere queat: non rationabiliter signū
huiusmodi inter phrenitica cōstituit: hoc quidem unum dūntaxat afferere potest, q phreniticis q
buscād adfuisse uisum sit. Eadem vero ratione contraria phreniticis signa esse intelligimus. Iam
age, ponamus uisos à nobis phreniticos, quorum alijs supprimi aluum: alijs plura, quam naturę iu-
stum sit, excerni contigerit: nempe & cum signis phreniticis scribat aliquis alii suppressionem: de
inde existimet aliquis huius rei testimoniuī esse, eos phreniticos, quibus alius suppressa sit. Nam
si proterius quidam in suis enunciationibus suppressam alium phreniticum esse signum scrip-
serit, potest sane & alter, qui etiā proterius sit, sermoni non subscribere, eosq; afferere phreniticos
esse quibus perturbatam alium conspexerit. Sanè, cū Hippocrates in epidemij scribat omnia,
q̄ egris contingunt, necesse est, quo modo in phreniticis, ita & peripneumonicis, & cynanchicis,
alijsq; oībus, ut, his quidem si aliis suppressa sit, vel fluat, unā cum proprijs morbi indicijs, & hæc
scribat, expositores uero ea morbi esse signa existiment, nō cognoscentes alia quidem esse patho-
gnomonica, id est, affectionē indicantia, prognosticaq; morbi propria: alia uero & inseparabilia:

IN I. PROR. HIPP.

Fit & talis quædam desipientiae species non raro, ut æger quietus iaceat, neq; solum non tumul tuose exclamat exiliatq; ut antea, sed neq; prorsus loquatur, neq; figuram decubitus permuteat: saepiusq; qui ita affe&ti sunt, familiaribus præbent opinionem, q; mox sint, quod fiat silentium, dormiri. Clausis itaq; fenestris conquiscent custodes, tempusq; in his interdum longi conterunt, dormire ægrum, quod neq; loquatur, neq; mouetur, arbitrati, ægro ipso non dormiente, & manus quiete mouente, non secus, q; qui per leuem contrectationem aliquid, uel tangere, uel inuenire volunt. Deinde his ita se habentibus, quidam clausis palpebris hæc agunt: & si quis accedens cum eis colloquatur, quidam neq; prorsus oculos aperiunt: alij, posteaquam aperuerunt, aut pauci post clauerunt, aut immotos feruant. Alij neque si quis eos inclamauerit, palpebras aperiunt. De phreniticis hominibus Hippocrates in tertio Epidemiorum, ita scripsit: "Nullus vero phreniticorum vehementer insaniuit, veluti alijs vsu venit: sed alia quadam* veterosa cataphora capite grauatis peribant. Cæterum hos ipsos in praesenti dictione phreniticos, οὐαφίδες, i.e. obscuros, nominauit, perinde atq; multis cognitu difficultes dixisset, neq; idiotis solum, verum quoq; & medicis. Nempe solos illos opinantur esse phreniticos, qui exclament, vel exilient, Hippocrate mente (quam B phrenas græce uocant) oblaeos ita appellate, tametsi in quadam cataphora perpetuo fuerint. Desipientia igitur una cum comate statim ab initio aliquando simul inuadit: nempe in libro de comate apud Hippocratem, ad idem utrasq; appellationes, tum cataphoræ, tum comatis referre ipsum demonstrauimus. At qui tales phrenitides quietis obscuritatē non habent: sed obscura, ut dictum nunc est, phrenitidis species ex procedente tpe efficitur: oēsq; quos ita affectos uiderim, languidum, durumq; & angustū, & exiguum habuerunt pulsum, ita ut quies fieri ipsis, fatigata uirtute, coniiciatur, qui s. ualidius moueri nequeant. Quidam horum, ut manus quiete pacatēq; mouēt, sic & breuiissime loquuntur: id quod multos latet, solisq; illis patescit, qui propiores facti sese in eos inclinauerunt: sunt aut, q; aurem prope faciem ipsorum deponere tetant, ut manifeste audiāt. Præterea manuum motio his exigua, & tremula existens multos est latet, solis his, q; diligenter inspiciunt, conspicua. Hoc igitur arguit uirtutem horum languere, atq; hecticam quandam esse affectionem phrenitidis, veluti febrium earum, quas ob id hecicas appellamus. Sed de his dictū est in commentariis De differentijs febrium, atq; in libris De morbis curandis, præterea & in libro De marasma, solidas aialis partes prehendisse tales febres, non ex putredino humore fieri indicantes. Phrenitide igitur ipsa ex bilioso succo gnatationem habente, cum in cerebrum decubueat, principio quidem qualitate ipsius nondum toti cerebri corpori permista, tumultuosa fuit desipientiae: procedente uero tpe simile quippiam contrahitur lanis, quæ a tintoribus appellatis tinturam accipiunt: nempe & hec uix eluibile redduntur, non secus, quam quæ proprium ab initio colorem habent. Talis igitur cerebri ueluti tintura desipientiam hecticam habet: atq; ob id affectionem horum, ut febrium hecicarum, praua est: quas quidem, cum incipiunt constitui, uix solui: exquisite uero constitutas absolutasq; solui non amplius posse demonstrauimus. Recte igitur p nunciatur est, tales desipientias phreniticas esse. Dictionem hanc, veluti, & alias quasdam medicorum, prætercurrentes expositores, in sophisticis questionibus cunctantur: uoco aut, ut scitis, sophistica, quæ nihil ad melius sanandum conferunt. Talia aut non pauca, & in expositionibus reperiuntur: quorum non nulla ab eo, quod sanationi commodat, recesserunt magis, alia uero minus; quo profecto & cām peruestigare, ob quam in calce præsentis dictionis adiecit, ut Didymarchus in Co, nempe in eo, qui præcedit, sermone, q; author nominatim ægros in illis adscribat dictionibus, in quibus non audet rei, de qua agit, unum quippiam, quod cōe sit, uniuersaliter pronounceare, est demonstratum. Nunc autem verum dicere vñ de oībus ita habentibus uniuersaliter pronuncians, non tanquam dubius, sed tanquam valde persuasus. Adiecit autem sermoni, valde phreniti Dæ, tanquam simpliciter phreniticæ dicere potuisset. Vñ aut mihi testimonium sermoni adscriptis se egroti nomen, q; multos non idiotarum modo, verum etiam & medicorum, in talibus falli contingat. Immo & de quodam aliquando quis mihi questionem mouit ita desidente, neq; hunc p niciose habere, neq; prorsus phreniticum esse existimans: & forsitan huic, qui prorrheticum hoc scripsit, talis quæpiam dubitatio cum aliquo facta est, ideoq; nominatim egrum memorauit.

34. Ex rigore desidia non valde apud se existunt.

Haud scio, cur libri huius author orationibus in multis aliena vtatur dictione: qui interdum ab affectibus ad affectos hoīes, pertranseat, interdum uero, & ab affectis ipsis ad affectus. Præfatus igitur & nunc, ex rigore desidie, subintulit, non ualde apud se existunt, cum dicere potuisset. Ex rigore desides non sibi admodum constant. Quod ergo inquit, tale est: cum rigore in consequetur desidia, ignauitasq; hi nō admodum incolumi mente existunt: nempe corpus uehementer refrigeratum ex eo, quod contingit, ostenditur. Constat autem, quod totius corporis intemperaturas magnas consequitur mentis lesio, affectio non secus, quam totum corpus, cerebro.

35. Circa umbilicum dolores palpitares, quod mentis permutationem ostendat, quippiam habent: cir-

^{3. Epid. cō. 3.}
^{2. 45. 3. 144. c}

IN I. PROR. HIPP.

ca iudicationem vero his spiritus satis cum uehementi cupiditate penetrat. Sur. & quoque dolores his, E-
mentis aberrationem indicant.

Quid non solum $\alpha\lambda$; id est satis, quod $\alpha\beta\delta\sigma\alpha$, i. simul totum uniuersimq; significat, scribunt, ue-
rum quoq; & $\sigma\chi\nu\sigma$, i. multum, uerbo $\alpha\lambda$; adiiciunt: alij $\gamma\omega$, per γ scribunt, & non per $\tau\tau\omega$, adi-
ciuntq; $\gamma\omega$, i. simile, totā dictionē talē facientes, $\gamma\omega$ $\epsilon\in\sigma\alpha$ $\delta\epsilon\gamma\tau\alpha$, i. genitūræ similis pe-
netrat: alij pro $\pi\pi\mu\mu$, i. spūs, $\phi\lambda\gamma\mu\mu$, i. pituita, scribunt. Palpitationē ergo flatuoso a spiritu profici-
sci demonstrauimus. Ideo fī septum transuersum collectus lādit nonnihil & mētem, propterea
q; neruosis partibus principium compati assuevit: cum uero aliam quandam earum, quæ inibi sūt
partium occupauerit, mens quidem in columnis manet, sed iudicatore his pituita multa $\mu\pi\tau\alpha\tau\omega$
i. $\mu\pi\tau\alpha\tau\omega$ $\pi\pi\mu\mu$ $\sigma\chi\nu\sigma$. i. cum uehementi cupiditate, qualis in tenesimis fieri solet, deorsum agit.
Tales tensiones euenerunt consueuerunt ex crassis lentisq; humoribus, uix ad internas intestinorū
sedes commenitibus. In exemplaribus quibusdam non est scriptum per $\tau\tau\omega$ $\delta\epsilon\gamma\tau\alpha$ $\pi\pi\mu\mu$,
sed per $\gamma\omega$ $\epsilon\in\sigma\alpha$, i. genitūræ simile: si uero uel substantia, uel colore, uel utroq; uelit geni-
tūræ simile esse, quod uacuatur, non constat nobis. Qui autem a Praxagora uitreus appellatur hu-
mor, quod uitro fūlo similis sit, eiusmodi est, ut maximos tensuos inferat dolores, cum per intesti-
norū meat tunicas: est autē temperatura oīum, qui in corpore generantur, humorū frigidissi-
mus. Quod autem ex crassioribus humoribus spiritus statuofus oriatur id etiam antea audiisti, cū
de palpitatione ageremus. Non tamen, qui suram infestant dolores, desipientiam in ipsis indicat.
Vnde fit, ut qui dictioni opem præstant, subaudiri uelint, $\pi\pi\mu\mu$ $\sigma\chi\nu\sigma$, i. absq; ratione de repen-
te occultari: citantq; scriptum in tertio epidemiorum egrum, qui in Dealcis horto iacebat, in quo
3. Epid. cō. 1. t. 25. 26. 3. 134. b. dixi antea, expositiones faciendas non esse per talium egrorum citationem: omnia siq; dem oīum
signa hac ratione erunt. Præterea, suræ dolores mentis perturbationem indicatiuros, q; se se occul-
tauerint, cum in oratione non sit appositum eiusmodi cessasse dolores, absurdissimam habet enar-
rationem. Nam hoc pacto liceret, quicquid vellemus, in contrarium trahere, ut, si & capit is dolo-
rem scriptum alicubi inuenierimus, non qui existit, sed qui placatus sit, audire oporteat: tuissim
item, & spirandi difficultatem, aurium etiam strepitum, atq; quodcunque aliud.

GAL. IN PRIMVM PRORRHETICI HIPPOCRATIS COMMENTARIUS SECUNDVS.

G



I quippiam in urina sublime petierit occultato coxae dolore, delirium portendit: & que
circa aurium sonitus talia existunt.

Multa quidem in libro toto carent perspicuitate: sed, quem sensum habeat dein
ceps uideamus. Si occultato (ut interpretes dicunt) coxarū dolore, quippiam in u-
rina sublime petierit, nos securius, certiusq; defutura desipientia pronunciabimus.
Non tamen uerum est, quod dicunt, si tanq; uniuersale proferatur: nempe enærema. i. quod su-
blime petit, optimum est tum album, tum leue, tum æquale. Non est igitur simpliciter dicendum
futuram esse desipientiam, si quippiam in urina sublime poterit, occultato coxarum dolore, sed si
enærema præiuu fuerit. Neq; hoc satisfacit, sed si aliquod licet & unum delirij signum simul cum
dictis apparuerit. Nam fieri potest, ut, si delapsus in coxam humor recurrerit, pars quædam alia
capite inferior, eo recepto, ipsa quidem afficiatur, caput uero laedi inhibeat, si coxae dolor appare-
re desierit, atq; enærema comparuerit, capite nihil paciente: tñm est urina inculpata, quæ enæo
† Verba hæc non sunt in cod. anti. q. q. rema non hæc. Sola quidē una est inculpata, quæ colore quidem subluteo mediocriter fuerit, &
in nonnullis stincte prolata sunt, atq; ob id legentes offensura, perpetuo distinguo: nā q; indistincta est exposi-
tionis marginē, toribus doctrina, nouitios ea lādit magis, quā iuuat. Virtutē siquidē expositionis existimat esse, si
vt glossema, scripta oī ope, oīque pacto, ēt si cōspicue falsa fuerint, defendant. Quod ubi in manifestis conspi-
cuisq; studiose faciant, multo utiq; magis in obscuris abscōditisq; nihil ipsis curæ est ueritatis. Qd
in calce dictionis dictum est, & quæ circa aurium sonitus talia existunt, bene p se scriptū fuisse, si-
ne urinarū consideratione, ut sermo particularis esset, quē paulo ante uniuersalem dixi, nēpe dolo-
res coxæ, si q; eos fecit, humor recurrerit, possunt aliquā desipientiam inferre, si ad caput humor p-
uenerit. Ascensus igitur humoris ad caput signum erunt ea, quæ in eo apparent symptomata: quo
ē numero habentur & sonitus. Scribunt autem nonnulli, & quæ in uesica talia: aiunt siquidem ora-
tionem hanc ostendere non solum consideranda esse urinarum enæremata, tanquam delirij si-
gnum, uerum quoque & si aliud quippiam tale uideatur ex his, quæ ex uesica excernuntur, tan-
quam citra hoc affirmare, quod scriptor enunciare hoc pacto uoluerit, nequeunt.

Multoq;

A 2 Multoque magis, se urina in sublime elata sit, & quæcunque alia in ea sunt despiciuntur signa.

Rursus & in præsentia memoria tenere tyrones ipsos oportet, nullum in urinis esse signum, & delirium portendat. Népe hæ partium hepatis, renūq; & uesicæ affectionem indicant, uasorumq; sanguinem continentium, & virtutis succos generantis tum robur, tum imbecillitatem. Affectionum vero cerebri alia sunt tum symptomata, tum signa, de quibus antea audiuisti.

3 Quibus alius liquida, lassitudo, capitis dolor, sitis, vigilia, obscuritas, & impotentia fuerit, ut hinc mente moueantur, spes est.

Liquida aliud (ita autem appellatur, in qua liquida deijciantur) & lassitudinis sensus, qui s. ægro fit, morbos quidē sunt symptomata: sed delirium non portendunt, si, q; ante dicta sunt, memoria non exciderint: ubi, quonā pacto singulorum morborum signa, atq; alia oīa, quæ in ægri corpore apparent, cognoscere oporteat, percurrimus. Quædam n. sunt, ut morborum singulorum differentiatione inter se separantur: alia vero, ut singularū affectionum mores cognoscantur, vel futura cognoscatur iudicatio, qualis nā futura sit, & qñ. De singulis porrò tum symptomatis, tum signis ita documentum esse ostendimus, qñ Hippocrates in prognostico fecit, singulorum vires per le edocens, aut cum pluribus eiusdem generis: quo modo libri huius author capite dolentes commemoravit uigilesq; & obscuros. Nam, si æxæquūs, i. obscuros, dici intellexerimus eos, qui obscurè loquuntur, vel propter uocem explanatiūm organorum offensam, quam ex neruorum uitio contraxerunt, uel propter mentis lœsiōnē, tria eiusdem generis erunt signa. + Dolor siq; dē capitis, ferè locum affectum demōstrabit: Vigilia uero, quæ in diuersis cerebri affectionibus sunt, uigiliam somnumq; & uigilias, comaq; cognoscendi ostendet. De asaphia (quam obscuritatē diximus) quo sensu intelleximus, quæcunq; sic citatis symptomata in uicinis capiti instris, aut quæcunq; cū eo habeat uersis cerebri societatē, existunt, ea quoq; & futurā despiciuntur conindicant. Quo signorum in genere in præsen- tis dictionis morbo dictum est, Sitis. Lassitudo autem, q; multis modis fiat, ut in commentarijs de pergit etiam, tuenda ualetudine demonstratum est, nihil aliud nobis manifesti indicat. Quum n. lassitudo, quæ somnūq; & uilia uero, seu in ulcerosum sensum habet, ob mordaces acresq; humores fiat: q; tensuum, ob copiā: quæ phlegmo fieri. De &c. nosum, ob utrūq;: si sanè ea uel ulcerosa uel phlegmonosa fuerit, ad spem despiciendi generande

C quippiam cōferet: si tensuua, nihil. Sic, & aliud liquida, bile quidem flava syncera exeunte, uel ut ex colliquamentis, de generatione phrenitice affectionis quippiam coindicabit: magisq; si spumose fuerint deiectiones. Cum uero non adiecta sit in dictione exeuntium qualitas, sed dicta sim pliciter aliud liquida, nihil ad morbi huius prænotionem ex ea adsumere nalebimus. Népe, ut antea dictum est, + ex proprijs affectionis signis, } quæcuiq; generis, in quo affectio est, indicatoria existunt, ea quippiam indicabunt. Primi siquidem non affectionis ipsius indicatoria talia existunt, sed generis, in quo affectio cōtinetur, quæ calida, & sicca est. Qñ uero unumquodq; genus speciebus familiare sit, ad præcognitionem specierū conferet, si signorum generis priorum quedam apparuerint. Verbum autem, impotentia, in dictorum signorum concursione adiectum, nihil præfus ad affectionis delirij præcognitionem affert auxiliū, sicuti neq; ad magnitudinis ipsius cognitionem. Nempe inquiens, ut hi mente moueantur spes est, delirij quidem affectionem fore ostendit, non tñ hanc uel paruā uel magnā. Vñ igitur magnitudinē ipsius accepit? neq; n. eruginosus, neq; niger uomitus factus uidetur, non urina, non deiectio talis, sicuti neque alia, quæ exæcōw, i. commotionis mentis, signa prius recensuit. Nō igitur dictā nuper syndromen in phrenitum fiaituram speramus, & periculosam phrenitum, propterea q; uerbum, impotentia, adiecit: talem autem sequi D phrenitum, & exæcōw, i. ut mēte moueatur, neq; ipse sperabis, neq; alteri prædicere audebis. Talis siq; dē fieri qñq; pōt: Sed p̄notio non ex his, quæ rarerter cōtingunt, signis fit, sed ex his, quæ consit sequatur, tñqua sunt, uel maxima ex parte ueritatem habent. Volumus siquidem in prædictionibus ipsis p̄ quod uelit, se petuo, si fieri possit, uoti compotes esse: ita, ut, si quis octies animi sententia frustretur, bis uero ei succedat ex uoto, is quām idiota, abiectior, & contemptibilior sit. Potest siquidem idiota de egris sa. pronnicians semper, quod euenerat si sepius assequatur, quod uelit, uera loqui, uel falsa.

3 Siqui sudantes, & præsertim capite, in acuis paulum implacidi fuerint, malum: tum alias, tum ex urinis nigris: turbidus quoque, & in eis spiritus, malus.

Perniciosa quidē, & ablq; alijs est nigra urina, uerum, si & illa adiecta fuerint, præcognitionem ualde augebunt. Sed quidnam indicet θοληγὸν πνεῦμα. i. turbidus spiritus, inter obscura collocare oportet: & potissimum, q; neq; in prognostico, neq; in aphorismis, neq; in legitimo alio libro, spiri tū turbidū dixerit, quo pacto urinā. Sed q; nā urina sit turbida, non nos modo ex ijs, qui turbidas aquas perpetuo dicūt, intelligimus, uerū quoq; & Hippocrates ipse docuit, cū inquit, b" Tanquam subdentia returbaueris, assimilat quoq; & eā c" subingaliū urinis: non tñ, quid per spiritum tur-

^A Clarius.
Supra 167.c
t.28.Et1.Epi.
com.3.t.28.3
125.c. Et 3.
Epi.co.1.t.25
3.134.b.Et in
Coacis p̄not.
C 1.Epi.co.3
t.21.3.122.c.
Et 4.Aph.70.

IN I. PROR. HIPP.

bidum intelligere oporteat, liquet: qm̄ nullus dicat, vt aquā turbidā, ita & aerē turbidū: nisi quis uapore plenū intellexerit, quō expositores quidā huius orationis intellexerunt. Quo etenim pacto sudorē syncopis foras effundi conspicimus, ita effluvium humiditatum in ijs, qui intus diuaporantur, & grīs internum fieri dñt: atque ob id per expirationē vaporē effundi perq; multū, idq; turbidū scriptura esse. Si uero, ut nō nulli, primā syllabā nō per θαλεγόν sed per αθαλεγόν scripsérunt, non amplius, qualis nam sit spiritus θαλεγός conjectura est colligēdū. Faciē enim θαλεγόν forsitan quis intellexit, ueluti bene habitā, & bene coloratā: sed quid nā significet spiritus θαλεγός, nosse non est nisi uehementer magnum indicare uoluerit. Nominum siquidē alienus usus, cauīam præbet ijs, q; uolūt, quoquo pacto euenerit, intelligēdi. Proinde quidā per oscriptū θαλεγόν, graueolentē intellexerunt, vt alij rauū: alij rursus turbatū, ut difficultatē spirandi ab eo significari uelint, ueluti, ac si ita dixisset: Spirandi quoque difficultas in his mala. Neque tñ libri huius author posse simpliciter spirandi difficultatem indicare uidetur, sed unam quandam eius differentiā: siue enim p & θαλεγόν, siue per θαλεγόν scriptum sit, uidetur ea appellatione speciem unam difficultatis spirandi, non sim pliciter difficultatem spirandi omnem, indicare uoluisse.

5. Qua prater uacuationis uasorum rationem contingunt impotentiae, non existente uasorum uacua F^ontione, male.

Quod dicitur, neque obscurum est, neque ipsius causa inuentu est difficilis: nempe, quod dicitur, tale est: In ualidos imbecillosq; in operationibus, sicuti plurimum uacuatos, in periculo esse existima, si nulla in ipsis facta fuerit insignis uacatio. Nā, si uirtus sine ulla manifesta uacuatione imbecilla fuerit, grauante ostendit copiam, uel unius principiorū intemperiem. Cum uero tria sint, ut didicisti, principia, cerebrum quidem functionum earum, quæ ex uoluntate oriuntur, cor uitalium appellatarum, iecur uero earum, quæ alimoniae inseruiunt, quas & naturales uocant: naturalis uirtutis, uitalisq; imbecillitas deterrima est, & cito hominē tollit: nempe & una cum ea, q; à cerebro est, confessim exoluitur: quæ si afficiatur, non protinus cor ipsum lœditur. Sed de huī modi cunctis in multis nostris lucubrationibus didicisti,

6. Si intercepta aliis, parua, nigra, & in spiras circunducta, ad necessitatem laxauerit, & per nares eruptio fiat: malum.

Ἐπιγέων uocant caprarū deiectiones: sunt autē hę siccæ, atq; id, qđ excernitur, propria circumscriptione rotundum, circūductumq; existit. Cum igitur quis hoc pacto siccā, & circunducta de Giecerit, σπυραθάσι. i. in spiras uoluta appellantur: fiuntq; talia, & q; plusculo tempore retineantur, & propter copiam igneæ caliditatis. Si igitur, præterq; q; talia existat, nigra quoq; fuerint, flagrātem ardenterq; circa mediū corporis affectionē esse declarant: atq; ob id mala existunt. Sermoni adiectū est, & per nares eruptio fiat, malū, ueluti in alijs multis dictionibus scribente, qđ multorum cōmune est, tanq; propriū, authore: q; sermone uno uniuersali doctrinā cōprehendere non possit. Est autē cōmune in ipsis tale: Bilis uacuationē multam tanquam quassationem uehementē, atq; multis in morbis cōmode factā, non sustinent præfiscati, neq; rigorem, neq; alii excretionē neq; sudores, neq; parotidas iūsignes, uel t̄ quāpiam materiā aliā. Ita. n. eos, qui in epidemij facti sunt, abscessus incusamus, uel minores (ut dixi) tanq; nihil iuuantes: uel maiores, tanquam sustineri nequeant. Sanguinis itaque eruptions hoc modo non fuerunt, qui ante sunt arefacti. Talis au tem est prædicta affectio, cum ne uni quidem per morbi initia, in spiras circunducta exeant ex crementa: neq; ea simpliciter, sed cum medici diligentia, & operatione uel per clysterem, uel per glandulam: nempe hæc oratio, ῥητὸς ἀνάγνωσις, i. ad necessitatem, tale quippiam ostendit.

7. Quibus lumborum dolor diu perseverans cum estū fastidiosus sit, si sudent, malum. an & his tremor sit, & vox ut in rigore?

Rursus concursio dictorum symptomatum autoptica est. i. ex proprio constat intuitu, nō logica est. atq; ob id ipse quoq; de hoc addubitans inquit, an & his tremor sit? Malā uero ait concursio nē de ea re non dubitans, q; lūborū dolor unā cū æstu fastidi oso diutius maneat: *sudor autem his adueniens certiorē efficit p̄ cognitionē. Siue nāq; sudorē exigūtoto fieri corpore ab ἡπισθώσις nomine significari intellexerimus, signū bonū nō est, cū ab eo, & si nō lūborum dolorē, certe fastidiosum æstum, solui oportebat: siue sudores eos, q; circa thoracem, caputq; fiunt, intellexerimus,

* si uero ali- q; ppetuo hi mali sint, constat, uirtutis imbecillitatē, uel in his partibus copiā indicantes. Ob hec quis eorū, qui inibi sunt, mu sculorum pas sus fuerit, uel dorsalis me dilla tā etc. qđ oīa prædicta signorum cōcursio mala est. Cū uero multæ in lumbis sint partes, non liquet ex authoris uerbis, q; nam patiatur, in qua dolor diu perseveret, & estus fastidiosus non definat, sed signis alijs dijudicare conuenit. Si igitur renes fuerint perpessi, lcs horum affectiones per urinas cognoscendas esse: si uero aliquis uel eorum, qui inibi sunt, uel dorsalis medullæ, muscularū passus fuerit, iā tibi, & cum alio adiecto signo constat: nēpe affecta dorsali medulla, sensus corporis erit in his paribus, que ex ea affecta enascuntur. Didicisti autem ex dissectione neruorum dorsalis medullæ, & qui ab unaquaque uertebra enascantur nerui, & partes corporis, ad quas disper tantur,

A tiantur. Si igitur signum aliquod patientis dorsalis medullæ tibi adfuerit, tum tremorem, tum aliâ omnem neruorum affectionem, ferè expecta: quas inter una existit, tremulæ uocis oblaſio. Nem per oratio hæc, vt in rigore vocem tremulam indicat.

8 *Summa corporis partes si celeriter in utrāq; cōditionē permutētur, malū: sitis quoq; hmōi, mala est.*

Quidā cum p̄scripta dictione præsentem annectunt: atq; ob id eam cum coniunctione, autem hoc scribūt pacto: Summæ autem corporis, si celeriter in utrāq; conditionē permutentur, malum. Sed, quæ in ea dicuntur, ab antedicta concursione distinguuntur: quapropter & scriptor, qui cū illis ea scripsit, veluti & multa alia, inter se cōiunxit, q̄q nullā habeant cōitatē. Nos igitur horū expositionem seorsum moliri oportet. Nam, si ægri. i. summæ corporis partes, facile in vtrāq; permutentur conditionē, malum signum est. Summæ corporis partes pedes sunt, manus, aures, & nasus, q̄ & his, quæ cum frigore fiunt, accessionum inuasionibus, primæ omnium frigescunt. Quod à oratio hæc, in utrāq; conditionē, caliditatē dicat, & frigiditatē, liquido cōstat oībus. Cum igitur secundū naturā habemus, temperate hāt summæ corporis partes, nulla repentina facta in his mutatione, nā, tametsi q̄ maxime hyeme frigidæ, & estate calidæ fuerit, paulatim tñ talē assequūtur permutationē: nō celerē qdē, nec usq; adeo ualidā, vt vel hyeme similiter glacie refrigerentur. B vel æstate ijs, q̄ ab igne multo calefacta sint, assimilentur. In morbis autem summe malignis p̄mutatione harū hora vna ad contraria efficitur: interdū qdē ut tanq; hyeme, p̄frigescat, interdū uero, tā q̄ æstate, calefacit. Id à cōtingit, cum propriam caliditatem non habuerint, atq; à febrili califiāt; q̄ à corporis medio incipiens, flammęq; similis corpus totum depascens, extrema concalfacit: quæ & cum transpirauerit, statim ea refrigescunt, extincta s. naturali caliditate. Sitis quoq; hmōi (inqt) mala est: ubi uerbum, hmōi, q̄ eam dicat, quæ celeriter in contraria permutatur, ueluti de summis dictū est partibus, nemo ignorat. Permutatio autē sitis ad contraria fit, cum paulo ante sitiens, cōfestim sine siti reddatur: & rursum post paulo sitiēs erit, non desinente. s. siticulosā affectionē: fieri siquidem non pōt, ut æger paulo ante ualenter exiccatus ita perfecte humectetur, ut sine siti fiat. Quid nā ergo est, quod in ita affectis contingit? sanè, quod his, qui in toto die, totaq; noīte interdū nullo pacto sēcernunt urinā. Prius siquidē neq; corporis affectiones mens egri consecuta est, collectaq; urina nondum ualenter uescā distendit: at, posteaq; mens consecuta est, & uescā impleta, ob hēc ambo sensit affectionē æger. Quo igitur mō id desipientiæ est signum, sic & quod in siti dictū est: cū ægri siquidem sitiendi affectionem semper habeant, sed non sentiant, donec eorū aīa sensu prædicta magis reddatur, & sitiendi affectio ad summum augeatur. Summarum igitur corporis partiū ad cōtraria permutationē malum cōfite putādum, vtpote quę caloris nativi imbecilitatem ostendat, & eius, qui præter naturam est, robur. Sitis vero permutationem, languorem siquidem sensicæ facultatis, robur uero siticulosæ affectionis.

9 *Ex composito, modo stōg, homine ferox responsio, mala.*

Sermone hoc generalior existit alius, qui non solum hunc continet, uerum & alios quosdam nō paucos. Omne siquidem, quod præter naturam propriam, malum, genus horum est, atq; mulitorum aliorum sermonum. Cui enim proprie natura composita est, is non solum, cum incompositus desipit, perniciose affectionem habere demonstrat: verum quoque, & cum ferocitate respondens prop̄ ad phrenitidem accessit: cui uero uice uersa responsio in feroci natura composita est, ut is uel in cataphoram, uel lethargum uenturus sit, spes est.

10 *Quibus uox acuta est, Hypochondria intro tracta sunt.*

Secundum naturā sanè dicendum erat, Quib. in morbis vox acuitur, trahūtur his hypochondria ad internam sedem. Sed nescio, quo modo oblectatur libri huius author ita enunciationibus D alienis. Relicto igitur de hac re studio, ad eorum, quæ dicuntur, intelligentiam ueniamus: quę ne que ipsa uniuersalis est, ut aliae multæ eorum, quæ in hoc libro dicuntur: uera tamē ita enūcietur, q̄ plerisq; qui in morbis uocem mittunt acutam, ad internam sedem trahātur hypochondria. Nēpe id uerbum εἰρύαται significat, neq; q̄ hypochondrium ipsum propria quadam affectione introcurrat, sed q̄ interna magis ipsum trahant. Nēpe septū transuersum symptomatis eiusmodi causa est, cū uel inflamat, uel arescit p̄ p igneam caliditatem, uel a membrana costas succingēte retrahitur: cum rursus, & ea ipsa ob phlegmonem, & ob siccitatem tēdatur. Suntq; ex medicis plerisq; retractum hypochondrium inter ea, quæ simul cum phrenitide assidēt, scripserunt: nam plerisq; phrenitici ita affici uidentur: sed præsens orō retrahi hypochondria non dicit, sed ad interna trahi. Tu aut̄, si uerum prorsus loqui lubet, ex dimidio utrumque compones, dicesque, intro sursumq; trahi hypochondrium, neq; immerito id fieri p̄ p obliquam septi transuersi positurā. Incipit. n. ab ossis pectoris, quod σέγνω appellatur, termino: atque hinc sensim oblique descendens intro, tum infra ad lumbos peruenit: ita ut plurimum quidem totius ipsius substantiæ profundis hypochondrij subiaceat, supernum uero principium altius sit. Ob hæc igitur ad internā supernā que sedem trahi uidetur. Quod si hæc inter se comparaueris, plus intro, q̄ sursum, transpositū esse

IN I. PROR. HIPPI.

sibi uidebitur. Relicta itaq; q̄ præter naturam ob instrumentorum siccitatē, phlegmonemq; mu-
sculorum acuitur, uoce, qm̄ angina hæc affectio uocetur, de ea, q̄ alijs in morbis acuitur, uoce, p-
nunciauit, inquiens, his hypochondria intro trahuntur. Vocem itaq; acui ex uocalium instrumē-
torum angustia in commentarijs De uoce demonstrauimus: atq; ob id tum spadones tum pueri,
tum mulieres, uocem reddunt acutam: in febribus vero siccitas horum angustiam efficit.

11 *Occulus hebescens, prauus: & concretus & turbulentus, malus.*

Oculus $\alpha\mu\alpha\nu\sigma\omega\mu\nu\sigma$, i. hebescens, sicuti, & $\alpha\chi\lambda\nu\omega\theta\mu\sigma$, i. turbulentus, tum ipsi ægro, tum videntibus, sit manifestus: Aegro quidem, cum non amplius conspicue uidet, quo antea, in hebescentib. conspectibus: quemadmodum in turbulentis, præter id, q obtuse respicit, adhuc per quandam turbulentiam uidere putat: uocant át, $\alpha\chi\lambda\nu\mu$, aeris $\theta\omega\lambda\omega\sigma\mu$. i. turbationem, q medium tum nubis tū nebulae hēt crassamentum, ita ut, q nebula quidē, magis concreuerit, q nubes uero, minus: Fit át tale in oculis pathema, & non paucis, qui febre carent, ueluti & $\alpha\mu\alpha\nu\sigma\omega\mu\sigma$, q obscura, imbecillaq; instrumentorum sensio existit, sine turbulentiæ apparitione; iam uero, & laborantib. multis. Est aut $\alpha\mu\alpha\nu\sigma\omega\mu\sigma$, $\alpha\chi\lambda\nu\omega\theta\mu\sigma\theta\mu\sigma$, i. turbulentu aspectu, generalior: nempe, cum in utroq; obscure certatur, æ gris quidem ipsis sensio ueluti turbationis cuiusdam in turbulentis conspectibus euenit: Extrinsecus uero videntibus, oculus hebescens nullam humidi præter naturam hēre v̄ consistet: perijt aut ex eo tum splendidum, tum lucidum, quod in acute uidētib. oculis inest. Hebescē tes item mortuorum oculis similes existunt: multisq; morientium, atq; adhuc tñ viuentium, tales oculi videntur, ueluti & his, quos extrema hēt senectus: turbulenti ueronon oīb. sed solis ijs, quibus turbatū in pupilla v̄ humidum, quod sanitatis t̄ pe tum lucidum, tum candicans erat. Ex dictis itaq; affectiones oculorum ultrasq; prauas esse manif esto liquet. Concretus uero oculus, p p mouentium oculos muscularum immobilitatem fit: immobilitas aut ea p p oīum ipsius muscularum uel resolutionem, vel æquam, & quæ in neutrām partē uergat tensionem, pficisci: vel p p exactam mouētis musculos potentia imbecillitatē. Talis cōstitutio t ei, qua oculi intus agitant, } dūp̄r̄v̄w̄ dōθ. ex aduerso pugnat; nēpe instabiles sunt, nō secus, q qui equū appellatū hēt, ita ut nun q conquie- } aλωρ̄. i. ei. } quā oculi in scant: contra aut, concreti nunq mouētur. Si igitur causas talis cōstitutionis oculorum intellexe- gyru uertunēris, constat & eas prauas esse. Scribūt aliqui in dictione, & concretum turbulentum malum, turbu ex Eretiano. lētiām quandam concreuisse in oculis uolentes ex affectionis tum siccitate, tum caliditate.

12 Vox(acuta) clangosa mala est.

Non nulli quidem κλαγγώδες id est clangofa, alijs κλαυθμόντις, i. querula plorabundaq; scribunt. Quod autem clangola uox fiat, cum siccitas uociforum organorum intenditur, est demonstratum. Plorabunda uero secūdum eandem noscitur intensionem: sed difficilior, quam clangofa, existit, quanto maiorem indicat affectionem,

¹³ Dētiū stridor pniciosus, quib. non est sanitatis tpe assuetus; suffocatio quoq; in his ualde mala est.

Cum libri huius author memorare non consueverit, quæ in prognostico scripta sunt, nunc tñ de stridore dentium mentionem fecit, adiecitq; in calce, q; suffocatio in his ualde mala sit. At, cum didiceris, quo nam pacto stridor dñtium procreetur, quo nam item modo suffocatio, nihil in hac etiam dictione fusius recensere est necesse: nempe ex illis uniuersa ipse cognosces.

¹⁴ *Facie color bonus, & mæstitia multa, malum.*

Quod sepius fallat coloratio facies, putentq; hāc uel sanguinis p̄ nares eruptionis iudicato-
riæ, vel abscessuum post aures, significatoriæ esse, ob id iure ēt, si cū multa tristitia fiat, malū esse
signum scripsit. Fieri siquidē nequit, vt ægri ita bene colorentur, ut qui optime ualent, pro ea qdē
q̄ in illis est, affectione: sed ob caliditatem multam impēse rubros ipsos factos, & bene coloratis si H
miles uideri, relinquitur. Quod aut̄ ualde rubrum est, id ad melancholiā idoneū esse ait in * epide-
miorum secundo: cuius signū mœstitia existit: atq; si multa ipsi adfuerit, multo magis. Cum itaq;
florida quidē apparuerit facies, æger autem valde tristis fuerit, qdam in cerebro ualde calida asse-
ctio esse videt, quæ sanguinē exurit: eamq; ob causam bilem atram, ut demonstratum est, gignit.
Sed forsan alienum non erit, ut quædā per totum hbrum sensu carentia simpliciter commemora-
ui, ita &nunc faciam, scribamq; ex enarrationib. sensu, & intelligentia carentibus aliquam gra-
tia exempli. Neq; sanè eum, qui prius de his dixit, sum admiratus: commune siquidem id oīum
est uitium, ut, quo filios, ita & quæ ab illis excogitantur, diligent: nisi quis ualde securus Aesopi
fabulam perpetua in memoria habuerit, quæ duas nos gestare manticas ait, anteriorem quidem
uitiorum alienorum plenam, posteriorem nostrorum: atq; ob id delicta aliorum uidere nos, no-
stra uero non cernere: is etenim solus ad uerorum cognitionem fese exercebit. Non igitur, ut
dixi, eum, qui primus expositionem scripsit, demiror, sed eos, qui dicta prius in epte laudāt: quo
modo, &nunc quidam laudibus extollit eorum explicationem, qui intelligendum esse aiunt fa-
ciei quidem bonum colorem, in ægrotantis ipsius colore: mœstitudinem uero multam; in medico co-

A lorem bonum p̄ter naturam, ut signum malum, cernente. Nam, si id docere uoluisset prorrhetae author, ita dixisset: Faciei color bonus valde mœstum signū medico. aut, si non ita, Faciei color bonus valde mœstum reddit medicū. neq; ad hoc in calce postea adscripsisset, malum. Absurdum siquidē admodū, atq; ab omni intelligētia alienum, dicere, Faciei colorē bonū ualde mœstum signū medico, malum. vel rursum hoc p̄acto: Faciei color bonus valde mœstum reddit medicū, & est signū malū. Nempe vel id, mœstum reddit medicū, & signum est malum, vel malum esse colorem bonum, duntaxat dictum sat fuit rit: sed, vt vtrunq; simul dicatur, fieri nequit. Adde, q̄ ēt cōiunctio, &c, apposita, clare indicat in ægroto hæc ambo contigisse, tum coloratā faciē, tū uehemētem tristitiam. Ut ergo quis prætermissa huius lectionis indicatione, ad id, quod recensetur, veniat falsus est eorū, q̄ exposuerunt, sermo. Nō n. de necessitate color faciei bonus ualde mœstum reddit medicū, sed interdum latiorem, quam antea, reddit, cum s. faciei colorem bonum, vel sanguinis eruptionis, uel abscessuum post aures iudicatoriorum, signum esse sperauerit. Si itaq; dictione ipsa summe tum ambigua tum obscura existente, talia quædam excogitarēt, ueniā hī à nobis me rerentur: sed, qm̄ rem commodissimā, clare distinguens docet, qn̄ sane quidē bonū existat signum bene colorata facies, qn̄ uero non bonū, quis nam ipsis ignosceret? Sicuti, & his, qui præsentē sermonem de mutua inter se transmutatione boni faciei coloris, & mœstia esse dicunt. Existimat siquidem, cum hæc sibi inuicem succedunt, qn̄ s. colore bono desinente æger ualde mœstus reddatur, rursusq; & mœstia illā subsequatur color bonus, difficile signū esse, ac si ambo simul esse nequeant, vel ipse de contrarijs antea non dixerit, mutuā in se transmutationē non bonū signum esse: inibi siquidē generatio alterius, tollit alterius essentiam, quo fit, ut simul esse nequeant: sed, q̄ mœstia simul cū colore bono constat, non est impossibile. Si igit̄, q̄ in unaquaq; oratione ab aliis quibus perperā dicta sunt, redarguamus, cōmentariorum prolixitatē non pauci incusabunt: si uero non reprehensa p̄termittamus, iam postea erunt, qui auditam peregrinam expositionem, tanq; à me prætermissam, uitio uertant, & maxime cum expositionis tum uitium, tum virtutem nondum discernere queant. Cū ergo fieri nō possit, ut incusationē deuitemus, qua uel superuacue sermonem protrahamus, vel vtile quippiam p̄termittamus, ad alterum diuertam, quod lecturis scriptas à me explanationes commodius fore credidi.

15 Deiectiones in spumas, syncerasq; desinentes, exacerbant.

Causa, cur, qui librū exposuerunt, ut multas dictiones alias, ita & hanc, perperā obaudierunt, non noui. Nēpe cū ipse dixerit, desinentes, expositionem hi faciunt deiectionū spumosarum, syncerasque: at idē nō est. aut, cui talia deiiciuntur, exacerbādum modū: aut, cui desinent deiectiones in talia. Prauæ igitur affectionis signa sunt spumas, & synceras, si memoria tenuerimus, de iectiones, & reu. i. synceras appellari, q̄ duntaxat unum, qui excernit, humorē cæteris impermissū hāt: non est tñ, ut talia excernētibus morbus exacerbetur, necesse: cū fieri possit, ut conquestat, paulatim cocta affectione, in qua talia excernebantur. Qn̄ igitur necesse est, ut morbus exacerbetur? cū scilicet deiectiones p̄ter id, q̄ non cessent, in spumas quoq; syncerasq; permuta buntur: nempe h̄e alijs, quæ ante excernebantur, deteriores, exacerbandum morbum indicant.

16 Vrinarum in morbis acutis ex refrigeratione interceptiones pessime.

Morbi acuti ex calidore materia ortum habent. Si ergo vrinarum retentio ex uescice refrigeratione fiat, malum: nempe ex tali intemperie, secretorię, quæ in uescice est, facultatis factam imbecillitatem, uel sensus ob refrigeratum ipsius neruum priuationem, neruumq; ipsum quod contristat haudquaquam sentire, ostendit. Refrigeratio autem vesicæ fit discussio, euaporatioq; ab eo, qui p̄ter naturam est, naturali uescice calore. Sed forsitan quis obiecerit, quam ob causam, si febris totum occupauerit corpus, vesica refrigerata est? quæstionem sanā diluit partis idoneitas, & aptitudine: non enim omnia naturam eandem pariter sortita sunt.

D 17 Pernicioſa ſine signis leuantia mortem indicant.

Sine signis, inquit, uel excretionis, vel concoctionis: nō autē aliud docet, q̄ uniuersale illud in aphorismis ita scriptū: "Quæ nō ex ratione leuant, his fidendum non est, neq; ualde formidāda malā, quæ p̄ter rōnē eueniunt. Præſens siquidē dictio ab uniuersali recedens, eorū q̄ uniuersali subiecta sunt, quippiam edocet: de pernicioſis siquidem duntaxat pronunciat, non de prauis omnibus: neque n. prorsus quicquid prauum fuerit, mox idem, & pernicioſum existit. Demonstrauimus siquidem in prognostico malorum signorum differentias non paucas dictas esse, in quibus Hippocratem ipsum ex nominū proprietate magnitudinem horum iudicare ostendimus. De prauis igitur simpliciter, & nō pernicioſis nosſe id duntaxat satis est, nō esse his fidēdum, si absq; signis delierint: redibunt siquidem, sed non tollēt hominem. Quæ uero eō prauitatis deueniunt, vt & inter pernicioſa censeātur, quod h̄ec quidem mediocriter prauis infida magis sint, nequeātq; ſecure, & cum fiducia ſine manifestis signis ſedari, in libris De iudicationibus est latiffime à me demonstratum. Nempe, ubi talia tractu t̄pis laſionem habitualem, indiſſolubilemq; con-

2. Apho. 27.
Ex. ord. 26.b

IN I. PROR. HIPP.

Jecerint, reuertentur pro malitiæ suæ magnitudine, periculi magnitudinē afferentes. Nam causæ **E**
 aliquæ eorum, quæ in corpore procreātur, potentia virtuteq; tū virus rabidoriū canū, tum lethali
 ia ea medicamenta, repræsentat, q & in affecto loco nullū protinus, quod notabile sit, pariāt sym
 ptoma, post quatuor tñ, vel sex menses vel longinquiorem t̄pis vñram hominē perimunt. Scim'
 aut̄ nōnullos, & à cane rabido morsos, qui postea tū aquas formidauerunt, tum interierunt, à pri
 mo principio, in quo morbi fuerant, post duos, vel trcs, vel quatuor, vel multo plures menses. No
 ui sanè, & quedā, qui exacto anno eū incurrit affectum, quē *νδροφόβοι*. i. aquæ timorem, uocat: de
 quo medicis oībus summa in solidis aīalis partibus siccitas fieri videbaī, atq; vnā adacta natura
 lis caliditas, in igneā conuersa. Affectionē hanc caninum virus parit longo t̄pe hoc est paula
 tim: atq; ob id immedicabilior existit, q̄ partiū solidarū substantia in aliā trāseat cōditionē: veluti
 in vitiliginib⁹, leucis appellatis, fieri consuevit, nēpe & altius descendit hæc præter naturam affe
 ctio. Cū aut̄ hæc alterent quidē solida corpora, sed nondū alterauerunt, simul ut vacuata sunt, soli
 dorū quoq; alteratio cessat: interdūq; die vno, interdū uero citius ēt, ad naturalē redeūt habitum.
 Nēpe, cū affectio sit, & nondū facta est, breuiter, separata effidente ipsam causā, sedatur: si uero
 cōpleta ea fuerit, etiā si uacuata fuerint, quæ affectionem procreauerint humida, nihil in sanatio
 nis rōne amplius existit. Simile. n. quippiā contingit, quē admodum in lignis euénit, quæ proxim
 me mollem ignē sunt apposita: calefiunt quidem ualde, sed nondū inuruntur: quæ si prius ab igne
 separaueris, q̄ inuri incipient, celeriter contractā caliditatē, deponunt: si vero tñ in se excepérint
 ut inuri incipient, et si ab igne tollantur, nihilo minus inuruntur. Quòd si lignū humidū in ignē
 eundē conijciatur, non protinus accēditur, vt si uel stuppam, vel calatum siccum, vel ellychniū
 conieceris: & si post paulo lignū hm̄i sustuleris, breui post intervallo deponet eā, quā ab igne cō
 traxerat, alterationē. Non est igitur absurdum, ut talis in corpore paulatim progenitus sit humor
 qualis est, & rabientium canum, & medicamentorum tractu t̄pis longiore corrūpentū, ita vt ple
 rosq; medicos lateant: Quō in eo, qui ob lassitudinē, ut uidebatur, moderatissime febrijt, qui post
 quartū diem urinam fecreuit substantia quidē tenuem, sed colore nigrā, ut in utroq; eam, quæ ex
 paucō atramento scriptorio aqua multa diluto cōsurgit, misturā repræsentaret: atq; modo alio,
 si non atramentum ipsum dilutum intellexerimus, certe, eam q̄ à multis ἀσθάλαι appellatur, fuligi
 nem. V̄sus est ęger hic quarto die bene habere ita, vt sequētib. dieb. lauaret: deinde die septimo ve
 speri, cū febrire cōpisset, tabefactus obijt. Dōcet autem in præsenti dictione id, quod optimis me
 dicis opem affert, non vulgaribus: neque. n. perniciosorum morborum signa hi nouerunt. Ado
 lescens præterea qdam excernebat cum febre imbecilla rubidā proluuiē nō paucā: s̄epiusque die **G**
 uno nocte q; cū tepida febre: q̄ hinc mediocrius habere uisus, ira vt tertio die a febre immunis es
 se uideretur. Ego itaq; vrinas ipsius, quæ tum tenues, tum albæ instar aquæ essent, conspiciens, ieci
 noris infirmitatem permanere conieci: p̄cepiq; vt occurerent huic idoneis tum epithematis, tum
 esculentis, & ratione uiuendi uniuersa. Deridens uero me medicus quidam à Thessalo edoctus, q̄
 non solum ipse nunquam urinas contemplatus erat, sed & contemplantes fullones appellabat, p
 hibuit, ne homini p̄sidium ferretur, sola post inanitionem refectione utendum esse inquietus: sed
 morbus, septimo a principio die superueniens, patuit omnibus esse hepaticus. Talia igitur omnia
 quæ ualde utilia sunt, prætermittunt expositores, tempusq; interdum circa dictiunculas nullo pa
 cto vtiles conterunt.

18 In acutis biliosis albicantes spumosa, & perichole deiectiones, male: male quoque, & urina huius
 modi, an his iecur dolorosum?

Quòd s̄epius iam, & anteā dictum est, dicā & nunc. Qui librum hunc composuit, uidetur qui
 dem eiusdem cū magno Hippocrate esse artis: sed ipso longe est inferior: atq; ob id quidam li
 brum hunc, Draconis Hippocratis, alij Thessali, esse putauerunt. Duo siquidē magni Hippocra
 tis filij fuisse perhibentur, Draco, & Thessalus: quorum utriusq; rursus filius Hippocrates. Siue igitur **H**
 tur ab horum altero, siue ab alio quodā, scriptus sit liber: siue, qui scripsit, prius, quam græcis pu
 blicaret, obierit; peruestigare superuacuum v̄r, nam, quæ de ipso dicta nunc sunt, sufficiunt. Atle
 gentes conquirere intelligentiam eorum, quæ dicuntur, studeant, sitque gemina inquisitio, id,
 quod ab ipso dicitur, tū ad librorum Hippocratis confessorum, tum ad retum heritatem, referen
 tibus nobis. Et nunc sanè quid proponitur, ita inuestigabimus, q̄ author plerunq; symptomata

In Pro. cō. 2. implicant, quorum uniuscuiusq; uires per se in prognostico didicimus, Nempe, q̄ deiectiones tum
 t. 20.4.199.f albicantes, tum spumosa, malæ sint, dictum est in libro illo. Quòd præterea minus periclitentur,
 3.Aph. 34.Ex. quorum naturę conuenit morbus, ex aphorismis constat: quare, quibus non conuenit, hi magis
 ord. 17.c periclitantur. Biliosę igitur deiectiones, & biliosa uelice excrementa, cum biliosis hominibus,
 biliosis & morbis, familiaritatem habent, & cognitionem, non biliosa autem, & albicantia his
 præter naturam sunt, atq; ob id praua censemur. Spumosa uero deiectione naturis omib⁹ mala
 est. Quę si tantummodo in oratione dicantur, nulla oborietur questio: Verum, si adieceris peri
 chola, maximam mouebis questionem: quo etenim pacto fieri potest, ut albicantia simul, & bi
 liosa deiecientur? Vitiata equidem, & hanc dictiōem, ueluti & alias multas, extimo: nempe
 commodius

A commodius fuit, ut in ea scriberetur, non perichola, vel oīno omissa fuisset hæc dictio, perichola. Si verò dictionē, tanq; vitio catentē existimare cogimur, è duobus alterum vt sit, oportet: Nam vel uno tpe albicantia, in altero perichola, dejici est putandum; vel, si tpe vno secerni utraque q̄s afferere uoluerit, albicantia quidem tum cōstantium, tum duorum excrementorum dolorem indicabunt: perichola uero, ea, quæ circa ipsa sunt, bilem substantia tenuem habere. Confueuerunt autem tales excretiones πτεριχεις, i. circiter coloratas, appellare. Vrinæ autem permisceri quidē hoc pacto non possunt, sed in his alterum eorum quæ dicta sunt, vel alterum, intelligere est necesse: atq; utraq; esse mala, & albicas, & pericholum. In vrinis autem pericholū, quod superflue bilio sum est, de necessitate est intelligendum: neque n. fieri potest, ut quomodo in deiectionibus perichola cū albicantibus fieri posse retuli, ita & in urinis intelligatur. Quod autem in calce dictionis scriptum est, an & his iecur dolorosum? recte est dictū: nempe alijs dolorosum fit, & alijs non, propterea quod hæc ob tum phlegmonem, tum obstructionem, tum flammantem quandā affectionem, & per uentrem, & per uescicam excernantur. Sed de talibus omnibus una cum peculiaribus demonstrationibus in nostris tractationibus diximus, vt neque nunc singulis in dictionibus physicas audire demonstrationes conueniat, sed solis his, quæ ex ipsis demonstrata sunt, unumquenque contentum esse oporteat.

19 *Si in febribus aphoniae conuulsiuo modo in motionem mentis transeant cum silentio, perniciosum.*

Quanq; uetera oīa exemplaria ita scripta sint, libriq; interpres oīs hoc pacto recipiant, quidam tñ ex ijs, qui tum heri, tum nudius tertius nati sunt, in eam, quæ expositu ipsis facilis sit, transcribunt dictionem. Ego uero eum, qui de expositione dubitans, uitiatam esse dictionem suspicetur, & ad id, quod uerum appareat, transcribat, non increpo: sed, q̄ expositionem facit, ut ipse trā scribere est ausus, perinde atq; ab initio, ita scriptū sit, increpatione dignū esse arbitror. Cum uero plurimis in dictionibus fecerint id non nulli, malam ipsorum in omnib. adulterationem memoriae lōgum esse puto. Quo autē modo & in alia multa hoc toto libro scripta semel, aut bis adnotauit, ita & hoc. Dicta igitur à me sunt hēc p p eos, qui prorsus a p̄ti oratione auferunt uerba hēc duo στήνολίθεοι cum silentio perniciosum. Ego at sensum talem esse autumo. Si in febre aphoniae, q̄ conuulsiuo modo fiunt, desināt in eam, quæ cum silentio sit, ecstasim, perniciosum: perniciosum autem, uel pathema, uel symptomata subaudire oportet, libri authore ita ex consuetudine enunciāte. Nomē igitur στήνολίθη, i. cum silentio, in casu dandi est intelligendum: & cum uerbo ξισαύραι. i. mē

C te mouentur, construendum ordinandumque. In casu autem dādi intellectum non amplius hoc significat solum, si in mentis. s. motionem transeant, cum silentio, ualde malum: nam rursus eū nomini, silentio, uerbum, perniciosum, subiecisse constat, quod sanè intelligēdum pro latenter & obscure uulgo. Cū ergo aphoniae multis fiant modis, vt dictum est, nunc eam, quæ conuulsiuo modo fit, in eam, quæ cum silentio efficitur, ecstasim desinere ait. Sed quorum nam conuulsiuum modum intelligemus? dixerit quis, uoci asseruiētū organorum, quæ, tum quod resoluta sunt, tum nullo pacto a uoluntate moueantur, aphoniae causa existunt. Ab his ergo affectionibus conuulsiūam distinguens, inquit, si in febribus aphoniae conuulsiuo modo. Non hæc igitur cum tumultu & clamore (non n. uociferari p̄nt, qui noce sunt destituti) sed cum silentio in ecstasim perueniunt: & nulla sanè q̄ est, quoniam modo cum silentio mente moueantur, qui nullo pacto uocem emittere possint. Vnde igitur (inquiunt) mente aberrantes eos cognoscimus? ridiculam admodum interrogantes interrogationem, solisq; ijs interrogari dignam, qui nunquam æ gressuante lœsos conspererint. Nempe, & si non loquātur, q̄ domesticos conuenienter ipsi non uideant: neque, cū interrogantur, affectionem dicant, uel scripto, uel nutibus; quod item motus ostendant à ratione alienos, exilientes, uel inordinate conuulsiū; hæc despiciētā ipsorum indicant: &, si ualenter horum affectio excedat, iam non desipientiam simpliciter, sed ecstasim id est insaniam, iure appellamus.

20 *Quibus ex dolore aphoniae, hi difficulter moriuntur.*

Verbum θυσάνατοι, i. difficiles ad moriendum, modo qui tardius moriuntur, modo qui cum dolore, significat: quod optima ratione in præsenti oratione dicitur: & maxime, quia aphoniām huiusmodi in antecedente dictione memorauit: nempe conuulsiū doloris plena est affectio.

21 *Febres ex hypochondriorum doloribus, malignæ.*

Orationem hanc, siue libri huius author, siue alias scripsierit, non laudo: nisi etenim limitetur, bifariam falsa est, q̄ & gemina indigeat limitatione. Cum ergo non paucæ in hypochondrijs sitæ sint partes, febres non sunt ex omnibus his malignæ: sed ex septo transuerso, ventriculo, & iecinore: scimus quoque & musculos quosdam, qui inibi iacent, si inflamentur, febrem accendere. Quin immo neq; ubi in iecinore, uel uentre, uel septo transuerso, phlegmone oriatur, febris hēc continuo maligna est: sed acuta forsitan fuerit, quāquā ne hoc quidē perpetuo, nondum uero ma-

IN I. PROR. HIPPOC.

E ligna. Quod autem neque acutam perpetuo fieri dicam, testatur experientia, & ratio demonstrat, ab externis inflammationibus conspicuam reportans fidem. Nam, cum inflammationum magnitudinem perpetuo febris ex proportione sequatur, ut in hypochondrijs non perpetuo partem aliquam ex precipuis ualenter inflammari est necesse, sic neque febrem inferri acutam. Oratione igitur his dimitto, qui & false dictorum causas falsas, tanquam ueras pronunciant. Ego uero, ut retuli, neque uesterum cuiquam patrocinari, neque illis pertinaciter contradicere proposui: sed, quae uere tum fieri, tum apparere, in aegris vidi, ea ijs, qui medicam exercent artem, narrare.

22 Sitis, quae non ex ratione in acutis morbis soluitur, mala est.

Est & hic sermo pars illius uniuersalis, qui oīa non ex rōne leuantia, primum quidem suspecta esse ait, deinde & periculosa sēpius, cum & ea ipsa quae p̄ter rōnē leuant symptomata, periculosa existant. Dictus autem & alius quidam in aphorismis uniuersalis sermo, in quo & id, quod nunc dicitur, est pronunciatum: "Qui etenim parti aliqua corporis dolent, & magna ex parte dolorem nō sentiunt, his mens ægrotat. Quod igitur in acutis morbis sitim præter rōnē solui signum malū sit, declarat abunde, quae præter rationem sit, solutio: q̄ uero mentis lāsio significetur, ex eo patet, quod æger manentem adhuc affectionem non sentit, q̄q affectio doloris expers nō sit. Quod nam autem ταχεία λόγια, i. præter rationem, indicet, tametsi sēpius plerisq; in locis dixerim, nō perperam tamē & in præsentia dicetur. Cum igitur neque per uomitum, neque per sudorem, neque per deiectionem, neque ēt per abscessum iudicatorium, solui sitim contingat: non q̄ affectio sedata fuit, sed q̄ sensus hebetatus fuerit; id si fiat, signum bonum non est. Quod si lingua sicca manete, urinisq; crudis exūtibus sitis tollatur, certius adhuc malitiam affectionis dignoueris: atq; adhuc, si medicus nihil tūm refrigerantium, tūm humectantium extērius adhibuerit, quādoquidem talia in acutis morbis magis sitim non tollere, sed mitigare, nata sunt. Prorsus autem in acutis morbis malum, si sitis perfecte tollatur. Atq; hæc, quae nuper dicta sunt, in exemplo eius, quae præter naturā est, solutionis, memoria teneri uelim, ne sēpius eadem audire tibi opus sit.

23 Sudor multus, sicut cum febris acutis fiat, inutilis.

Ad nomen, multus, mentem potissimum conuerte: quoniam sēpius, qui in acutis morbis assidue sudant mediocriter, quanquam cunctentur quidam trahantque, non tamē moriuntur. Si uero multus fuerit sudor, qui febrem non soluat, quod ægri uirtus cito exoluetur, liquido ostendit.

G

24 Et urina coctæ, mala.

In non paucis exemplaribus ὁρθητῶν. i. urinæ coctæ, scriptum est: libriq; interpretes ita scriptum norūt: nisi q̄ Rufus uir Ephesius ueteres scripturas obseruare conatus, hoc in loco Zeuxidem increpet, tum uetustissimum empiricum, tum qui in oīs Hippocratis libros commentaria scripsit, his usus uerbis: Zeuxis autem (si utiq; & ipsius meminisse oportet) cū diu effugisset inscitiae opinione, hic aperuit: obuiam. n. uitio factus, in ipso immoratus est. Vult. n. urinas coctas scriptas esse, ut purulentas & prauum continentis crassamentum, nequaquam q̄ hæ inter præsentissima numerarentur auxilia, conspicatus. Hæc Rufus non ingenerose aduersus Zeuxim scripsit, virtutam quidem scripturam, qua ὁρθητῶν. i. urinæ coctæ, scribatur, afferens, atq; huic ὁρθητῶν. i. urinæ, quae cum labore excernuntur, præferens. Qui scripturam τέπονται recipiunt, hi non nulla quidem tum improbabilia, tum memoratu indigna effutūt: sed probabile quiddam, quod vulgus in errorem pellere possit, hoc est: vñ siquidem dicere Hippocrates, "Iudicatoriorum non iudicantū alia lethalia, alia difficile faciunt iudicationem. Ob eam causam, & coctas urinas, vbi morbum nō soluunt, non bonum esse signum ait. Ignorant autem hi iudicatoria quidem ab Hippocrate appellari tum symptomata, tum signa, quae iudicationem indicant, vel ex se se ēt faciūt: vt est sanguinis erupcio, per uentrem uacuatio, urinarum copia, sudores, uomitus, menstrua, hæmorrhoides, parotides collectiones, & quodcumq; aliud: quorum alia coctionis signa existunt, de quibus in primo epidemiis. Ab demiorum ait, "Coctiones celeritatem portendunt iudicationis, securamq; sanitatem. Quin & in his uero diuer prognostico de urinis ipse scripsit, "Urina optima est, si, quod subsiderit, album fuerit, lique, & aqua- sa esse que co. le per totum tempus, donec morbus iudicetur: securitatem enim, morbumq; breuem fore ostendit. Tibi autem, qui in epidemiorum libris morborum enarrationem legeris, constat nullum ex ijs, qui mortem obierunt, coctas urinas excreuisse. Cæterum te latere non debet exemplaribus in In Prog. cō. 2 multis simpliciter scriptum esse, urinæ etiamnum coctæ, non adiecto nomine, mala, nempe pau- lo post tum his, tum deinceps dictis urinis adiectum est, nomen, mala, efflorescen- tie.

25 Rubra quoque ex his ἡρακλισμata si retinentur, ac æruginosa, mala: atque exigua, paruaq; uelut stille, super apparentia.

De urinis iam dictis est sermo: sed claritatis gratia copulanda sunt hæc, ut tota dictio talis fiat: Urinæ etiamnum * coctæ, & rubra ex his ἡρακλισμata si retinentur, & æruginosa, mala. Oratio autem

A aut̄ hæc his uult significare, ex urinis, quæ cum labore excernuntur, & non excoctis: nunquam .n. ex coctis urinis epantismata colore rubida, neq; æruginosa superueniunt. Verbum, si retinen- tur, adiectum est talibus urinis, uel q̄ egre excernantur, uel q̄ prorsus detineantur, indicans. Sed forsan quis dixerit, fieri non posse, ut cuius nam coloris sint, cognoscatur, si retinentur: uerum, cū talia prius minixerint, & potest retentionē excreta fuerint, ubi uel egri ui expresserint, uel arte sua medici prouocauerint, atq; una cognitis tum colore tum retentione, quisquis ita excerni dixerit, nequaque mētetur. Ex eo aut̄, q̄ sermoni adiectum sit, atq; exigua paruaq; uelut stille, superap- parētia, adhuc quoq; coloris ipsorum notitia euidentior erit, & retentionis ueritas. Volo at̄, ut me- InProg.cō.2.
moriae mandes, q̄ de subrubētib. urinis in prognostico dicta sint, his uerbis: "Urina subrubēs si fue- t.27.4.200.e
rit, sedimētumq; tum subrubrum, tum læue: hæc priore quidē diuturnior, sed ualde salubris. Sub- * εδίκλωσε.
rubens igitur urina, cuius meminit in prognostico, à prērubra, de qua nunc agit, ualde distat. Nē- sed legēdū est
pe, q̄ prērubra ex incoctis sit, supra ostēdit: subrubentem uero commendat quidem tanquam fa- ostendi, neque
lubreū, sed diuturnioris temporis signum esse ait. Quod uero rubens urina in medio tum prēru- enim Hip. hoc
bræ, tum subrubentis constituta, medium tum laudis tum uituperij obtineat, palam est omnibus. 60. 31. sect 1.

B 26 *Vomitus quoque cum uarietate, malum, tum alias, tum si mutuo sese consequantur.*

Permutauerit quis interpretationis absurditatem, qua libri author delectari uidetur: erit autē sermo talis: Vomitus quoque cum uarietate eorum, quæ uomuntur, malum signum existit, tum alias, tum ubi, quæ uomuntur proprius, i. non multo post tempore, sese consequantur. Atque propter adiectum illud, cum uarietate, eorum, quæ uomuntur, mentionem fecit: neq; enim omniū que in prognostico dicuntur, uidetur meminisse, nisi quis adjcere maluerit. Nempe in prognosti- InProg.cō.2.
co de uomitibus ita scriptum reperitur: "Si uero quod uomitur, porri colorem representet, uelli- t.39.4.291.g
uens, uel nigrum fuerit, quicunque horum fuerit color, malum esse est existimādum: q̄ si colores
oēs idem hon̄o uomuerit, valde perniciosum existit. Clare quidem in prognostico dicta sunt hæc
uarietatem corum, quæ uomuntur, accusante Hippocrate, q̄ affectiones multas in ægri corpore,
quæ prauē sint, demonstrat. At in prēsentī dictione, ut modo dixi, adiectum est, redundantes præ-
ter naturam in corpore humores continenter uicissim euomi. Quod autem, qui continue uacuan-
tur, deteriores ijs sunt, qui intermittunt, cuius patet. Pleriq; uero eorum, qui librum hunc expo-
fuerunt, dictiōnē unam ex oībus conficiunt, quæ ante dicta sunt, ab hoc principio, Sudor mul-
tuſ, si cum febribus acutis fiat, malus, copulata esse oīa uolentes ad usq; orationem hanc. Tū alias
cum si proprius sese consequantur, ut in ægro uno concursionem scriptorum in medio nuper di-
cti principiij & finis huiuscē præsentis dictiōnis comprehensorum, existiment. Fieri que potest, ut
hoc sensu ab authore libri coniuncta fuerint prædicta hæc symptomata; nempe, & ex dissimilib.
generē concursiones interdum facere uidetur.

27 *Quæ in iudicatorijs diebus cum proiectu, et inquietatione, & absq; sudore perfrictiones sunt, ma-
la existunt: utque ex his superuenientes rigores mali.*

Quod cōcursionem orationis huius ex his aceruauerit, quæ seorsum ab Hippocrate dicta sunt
nemo ignorat: nempe q̄ ἀλυσιδος, i. inquietatio, semper mala sit: pari modo, & perfrictiones tanq;
consequentes, mala sunt. Quod uero oīa, q̄ iudicatorijs diebus apparet, cæteris fideliora sunt, ab
ipso Hippocrate didicimus: hoc aut̄ in loco, inquietationi, perperam adiacet, absq; sudore, nēpe
inquietatio cum sudore nō mala esse uidebitur: *aut, si est, nihilominus, immo mala magis. Non
solum at̄ superuacue orō hæc, absq; sudore, adiecta uidebitur, verū quoq; & in detrimentū librū le-
gentiū; qui ea, q̄ sine sudore est, inquietationē, ea, q̄ cū sudore est, maligniore esse existimabunt.
Præterea, quod in calce orōnis dr, atq; ex his superuenientes rigores mali, falsum est simpliciter ita
dictum, ut nunc dictum est: nisi, ut inquietationi, ita, & rigor, adiectum sit, absq; sudore, magisq;
rigori tum familiaris tum cōmoda adiectio existit: nam, quæ sine sudore inquietatio est, minus ma-
la est; rigor uero sine sudore, maius malum: nam, si iudicatorius rigor ex inquietatione fiat, mor-
bum soluit, superuenientibus sudoribus, uel uomitionibus commodis, uel alio subducta.

28 *Vomitiones synceras atque implacidae, mala.*

Composita sunt rursus hoc in loco signa duo ex ijs, quæ ab Hippocrate mala esse dicta sunt:
nempe, & cum uniuersaliter synceras humorum uacuationes & implacitatem omnem in mor-
bis mala esse doceret, didicimus. Non solum igitur uomitiones synceras, & implacidae, mala sunt;
uerum quoque, & deiectiones, & sputa, & urinæ, & quidvis aliud.

29 *Sopor an ubique malus.*

Ambiguitatem nobis mouet dictio, quia significatum ex uoce οὐεῖ id est soporis, non clare
dictum sit. Neq; n. cum ex liberaliore uini potu soporatum quēpiā dicamus (ut Plato in cōuiuio
de Poro affluentia Deo dixit) morbosam ullā affectionem ostendimus: caros autem, quem quis
interpre-

IN I. PROR. HIPP.

interpretando dixerit oratione longiore, profundum, & grēq; excitabilem somnum, hic uidetur E significare non bonum. Præterea quæstio non parua de morbo caro oborta est, an eandē gene re causam habens cum eo, qui ob uini potionem obortus est, difficilē solutionē assumpserit, an al terum genus causæ existat. Iure igitur ambigit de sopore, q̄rens, an omnino esse malū existimandum sit, an interdum, & bonum, & medium inter ea, q̄ bona, & quæ mala dicuntur. Si enim, & p fundus, & excitatu difficultis somnus, carus intelligitur, nullamq; genere dissidentē affectionē carus morbosus habeat, erit sanè aliquā carus bona tum causa, tum nota. Vidimus enim in ægris quibusdam, qui tribus uel quatuor deinceps diebus uigiles permanerant, difficilē excitatu somnum su p uenientem: qui prorsus nocte dieq; perseverans, magnum attulit auxilium. Sæpius quoq; & in infantibus somnium eiusmodi superuenientem non uno die solū, verū quoq; & duobus ex ordine diebus, magno ipsis fuisse commodo conspexi. Si uero morbosī cari alia genere fuerit affectionē, somnum profundum à caro discrepare asseremus, atq; qđ nōgād̄s. i. soporosum sit, ubiq; malum esse. Demonstrauimus autē uigilantiam quidem fieri p p tum siccitatē, tum caliditatē primā sentientis partis. i. cerebri: somnū uero ex contrarijs, cum scilicet ex humidi utilis copia grauetur cor pus, quo modo ex crapula profundus somnus oritur, quē carū, si lubet, appellare potes. Non discripate autem affectionē, in nomine solū controuersia est. Cum uero cerebrum ob pituitam tū F humectetur, tū refrigeretur, in lethargicis affectionibus coma erit: quod & ipsum, si lubet, carum appellare poteris. Sūt, qui, ubi æger tum motu, tum sensu tempore aliquo priuatur, et si vel stimules, vel ferias, vel inclamites, carum appellant: qualis in quibusdam uisitatur, ubi temporalibus in mu sculis uehementer percussi fuerint. Videtur quoq; sæpius, & in febrilium morborum accessionib. in quibus neq; stimulantes, neq; ferientes, nedum inclamantes, sentiunt ægri. Si ergo pathema eiusmodi quis carum appellauerit: difficilem uero excitatu constitutionem, & coma, & cataphoram: tertium autem ab ipsis somnum profundum, cuius primum meminimus, nunquam, quod coma bonum sit, nedum, q̄ carus, dicere oportet. Si uero quis de recensis affectionibus dubitau rit, talias eas esse affirmans, vel non, ut ego nunc dico, in re controuersus erit: si uero, ut dictum est, fieri concesserit, nominibus aliter vñs, in his solum à nobis dissidebit.

^{+ Al. clarus}
^{ex antiquis,}
^{alio modo fie-}
^{ri affirmans,}

Et non, ut ego 30 Ignorantia cum rigore malum: malum quoque, & obliuio.

Sive ματαγίασ. i. cum rigore in generandi casu, sive ματαγίασ. i. post rigorem in casu accusandi scriptum sit, non admodum dissident inter se sermonis utriusq; intelligentiæ: nā cū rigore ignorantia, & obliuio uictum calorē natuū ab ea, q̄ symptomatica est, refrigeratione indicant. Quod G enim non cognoscant familiares, neq; factorū recordentur, ex cerebri refrigeratione enasci id co stat. Patetq; utrumq; per se malum symptomata esse, &, si ambo simul fiant geminari prauitatem.

31 Ex rigore refrigerationes, quæ non recalescunt, male.

Languorem caloris natuui, extinctionemque talis refrigeratio indicat.

32 Si ex perfictione sudantes recalescant, malum: ex his quoque laterum aestus dolorosus, & rigor superueniens, malum.

A valde quauevous. i. recalescentes, nūc intelligere oportet eos, qui rursus febricitant. Sermo àt talis est: Si in morbo quis, posteaq; sudauerit, frigidior quidem protinus, q̄ naturæ conueniat, fiat, rursusq; febricitet, nō sine periculo afficitur. Quod autem, & id ipsum malum sit, cuius patet. Cōnectit autem huic, ueluti & in alijs, symptomata quædam, quæ diuersas concomitantur affectiones: lateris siquidem aestus dolorosus, signum est phlegmones, quæ partem eam infestet, ob quam febricitauit: si vero & rigor ipsis superuenerit, suppurratam expecta phlegmonem. Quo autem modo fieri potest, vt ex latere phlegmone obsesto eger rursum febriat, sic & ex pulmone, ex he- H pate, vel ventre, vel quavis alia parte. Particularis igitur sermo, & is est, universalis, præterea & secundum compositionem dissimilis generis signorum.

33 Aestuosi rigores quadantenus perniciosi: Flammans quoque cum sudore facies in his, mala: ex his posteriorum refrigeratio, conuulsionem accerscit.

Sive καυματωδεις, i. aestuosi, prima syllaba per α & υ, scriptum fuerit, sive καυματωδεις. i. comatosi per ω, difficilem grauemque verbum utrumq; indicat affectionem. Nam, qui uniuersaliter de rigore intellexerunt, ppetuo eos meminisse oportet. Quod, in tertiana uel in quartana, eueniens, talium febrium peculiare est symptomata: In morbis uero postea apparens, si iudicationem non intulerit, deterrium existit. Scis etenim, q̄ iudicatoriorum non iudicantiū quædā lethalia sint, & quædā difficilis iudicij. Rursum huic symptomata alia coniunxit affectionum, quæ non necessario cum rigore fiunt. Dictum autem antea, q̄, quanto plura periculosa homini fiant symptomata tanto fidelorem in eo efficiant prædictionē; quomodo, si & signorum salubrium multa appareat eo certior sit salutis expectatio. Non ignoramus autem, quod etiam sine rigore flammans cum sudore facies malum est signum, qm & unum ex iudicatorijs sudor sit. Cum igitur non iudicauerit,

maligni-

COMMENTARIUS II.

174

Amaligntatem morbi ostendit. Ex his autem refrigeratis posterioribus partibus conuulsionem non absque ratione speraueris, quoniam & partes neruolæ sint, & frigus conuulsionem pariat.

34 *Si in sudoribus vigiles recalescant, malum.*

Si, quod de ita complicatis dictum est, memoria non excidit, non est, q̄ amplius nostra indigeat explicatione. Nempe talia omnia subiacent tantulo huic uniuersali: "Iudicatoriorum non iudicantur quædam lethalia, & quædam difficilis sunt iudicij." 2. Epid. sect. 1.

35 *Ex lumborum recursione oculi peruersio malum*

Fieri non potest; ut aliud quippiam intelligatur, quam quod lumborum doloribus ad superiorē transfeuntibus sedem, principium quoq; neruorum affici contingit, cuius symptomā est oculorum peruersio. Nam, quæ a cerebro neruorum propaginem assumunt p̄tes, non affecta, quippiam tali, spinali, medulla, suas affectiones demonstrant. Hic autem sermo ijs similis est, quæ in prognostico, ita dicta sunt: Qui cum febre circa lumbos, & infernas sedes fiunt dolores, si septum transuersum relictis infernis sedibus attigerint, lethales admodum existunt. In Prog. cō. 2
t. 70. 4. 205. h

B 36 *Dolor pectoris firmatus, & ægre auferibilis cum corpore, malus: Superfibrantes hi, si acute ardent, moriuntur.*

Miscuit rursus in hoc loco duarum affectionū symptomata. Dolor etenim pectori *ἰδεύθεις*. *ἱστορία*, *συνέχεια*, *δυσλύτας*. i. firmatus, & ægre auferibilis, thoracis indicat phlegmonem: torpor uero, cerebri humiditatē, uel frigus, vel vtrunque. Quod aut in talibus sermonibus oībus meminisse te oportet cōiunctionis disiunctiū signantis, cuius patere p̄t. Non est tamen necesse, ita affectos, si caustici acute fiant, mori: si utique nomen *καυσίνοι* idem, quod uelut *καυστός*. i. ardentes, significat. Quidam vero rorporem, mouendi difficultatem corporis intellexerunt: nempe quod s̄p̄ius dixi *κίνησιν* in obscuris, & luce parentibus dictionibus, cuiquam, ut lubet, intelligere conceditur.

37 *Nigra remonentes, cibos fastidientes, deliros, in pube parum dolentes, quibus oculus ferox clausus que, medicari non oportet, perniciosem enim.*

Quod hi omnes perniciose habeant, ut in calce dictionis retulit, verum est: *†*sicuti, & q̄ eos *φαγεῖν*, quod est *παθίειν*. i. purgare, cīci s̄p̄ius est demonstratum. } Hic aut sermo illi dissimilis non est, Corde vulneratis promittenda curatio non est, moriētur. n. Siue igitur singula ea quæ in dictione continentur, seorsum quis intelligat, prauæ affectionis signa ea sunt, siue multa quoque simul, æque perniciofa fuerint. Quod ergo primo dictum est, remouere nigra, inter perniciosissima censentur signa, etiam si absq; alijs solum fuerit. Deinde scriptum est *ἀπόστροφοι*, quod est *ἀνογεῖν*, i. cibos auersantes, quod quanquam minus, quam illud malum existat, ueruntur, & ipsum malum. Pari modo *παράφοροι*, quod est *παράφασιν*, & *παραποτασιοντες*. i. deliri. Verum oratio hæc, parū in pube dolentes, neq; luculenta existit, neq; qui librum exposuerunt, idem censuerunt. Quidam enim vtranq; seorsum explicantes, nomine pubis, pubertatis ætatem intellexerunt, parum uero dolentes vnum, & ipsum ex symptomatis, quorum catalogum fecerunt: *Alij autem, in pube parum dolentes, de parte dictum esse aiunt, in qua uesica suam posituram habet: vult siquidem partem eam grauiter esse affectam ostendere, sed eosdesipere, q̄ exiguum habent a principio ipso tensionem. Deinceps autem duo alia scripsit symptomata, manifeste phrenitica, feroce inquinā oculum, & clausum: duo siquidem sunt, hæc q̄q; de parte una dicantur. Potest quidem alterū ipsum per se solum constare, ut oculos ferox quidem interdum existat, non tamen clausus: interdū vero clausus quidem, non tamen & ferox: claudi siquidem oculorum palpebras contingit, uel p̄p conuulsiuam claudentium oculos muscularum tensionem: uel propter aperientium imbeciliitatem. Qui igitur ita affectos medicari ingreditur, is indoctus est, & artis medicinalis planè inscius:

neq; sanè, qui non medicari consultit, sapiens est: nec uero, quod hi perniciose habeant, nosse magnum quippiam existit. Nullam itaq; artificiosam speculationem, quæ libro digna sit, nos docet dictio: quomodo nos uniuersaliter docuit in aphorismo vna, in qua inquit: "In acutis morbis raro & in principijs medicamentis purgantibus vti. atq; alia, in qua dicitur: "In acutis medicari, si turgeant, eodem die. Hæc siquidem medico insigni digna sunt, ut in horum explicatione demonstravimus: Quæ uero nunc dicuntur, superuacua: nullus etenim ita affectos purgare ingreditur, ut dictio ostendit, cum hoc quod procedente morbo fieri hæc commonstret, & non circa principia: quando in acutis solum purgandi est occasio.

38 *Neq; intumescentes, vertigines osq; neq; in errando deficiētes, neq; cibū auersantes, neq; decolores.*

Ac si libri scriptor luculentum, quippiam promere sit ueritus, ita tum propria, tum perspicua vbiique nomina pertransiens, alijs vti studie sibi habet. Nempe, si per orationem hanc, *ἐν τῷ πλανῆσθαι ἐκλείποντας*, i. in erando deficientes, hos significare uoluerit, qui, quanquam quiete leuius moueantur, *λεπτοὺς υγρούς*: tamen *ἰσχυρῶς*. i. forti animi deliquio corripiantur, is per nomina, que nunc dico, clare explicare poterat. Præter hæc quoque satius erat, ita uniuersum, quod medicis

*†*sicuti et q̄d
eos non oportet
purgare. i. medica-
ri, quod est
παθίειν. d est
purgare: sa-
piens. n ī de-
monstratum
est de hoc dici:
purgans uer.
fecit.

1. Aphor. 24.
Ex. ord. 10. e
4. Aphor. 10.
Ex. ord. 28. c

I N I . P R O R . H I P P .

medicis omnibus est confessum, & non minime idiotis notum, dixisse, Imbecillas habentes uires medicari non oportere. Nempe ex eo, quod intumescant, sintq; *κωπτώδεις*, i. uertiginosi, quod est, si in motionibus obtenebrentur, purgatione indigere uidebuntur, qui per præsentem significatur dictio: ex eo uero, quod uires collapsæ sint, uacuationem non ferent.

39 *Neque in febre comatosos, inclinatos q; perniciose etenim habent.*

Κοπτακηλιμενους. i. inclinatos, in hac dictione rursus p. p. obscuritatem dicere maluit, qm claudare dicere potuisse, *εκλύτους*. i. exolutos: Subiacent etenim hi uniuersali sermoni oib. plane cognito: quis. n. non nouit, aut quis non dixit exolutos purgando non esse? Superuacue igitur est adiectum verbum *κωπτώδεις*, i. comatosos, bifariam scripta prima syllaba & per *η*, & *ω*, & per *η*, & *υ*. Cum enim in confessu sit nullum exolutorum medicari oportere, licebit nobis hinc unum quemq; affectum assignando, mille particulares sermones confidere.

40 *Cordis dolor cum hypochondrio contento, dolor q; capitis, malignū, & suspriosum quippiā. An repente hi moriantur? ut in Dysode: cui & urinæ fermentatae erant vehemēter, & faciei vehemens rubor.*

Quod qrat, an, sicut uidit hæc in Dysode accidere, ita de ipsis vniuersaliter pronunciare conueniat, necne, clare ostendit. De talibus at ante a dixi, cū oñderē, q; in uno affectu fiunt symptomata, cōmode continuo inter se ordine doceri q; vero in diuersis, nō recte copulari, cū nulla, quæ artificio sa sit doctrina, ex eorū miscella fieri soleat. In ægris itaq; utilissimū est oīa cōtēplari, nihilq; prētermittere: qd utrumq; fecit Hippocrates, tum in prognostico, tū in aphorismis, prænotiones per universalia efficiens: in epidemias uero q; ægris contigerunt, oīa scribens: docentur quoq; & in his ipsis libris qdam citra ægrotantiū mentionē vniuersalia. In hoc uero prorrheto sāpius confusa est doctrina, his omnibus, quæ in ægris vñr, vnam in congeriem reductis, q; q; in diuersi generis affectibus fiant; quo & nunc in Dysode inquiens *Καρδίας ωδίος*, i. cordis, hoc est oris ventriculi, dolor cum hypochondrio contento, & capitis dolor, adiecit, & *ασθετήρας*, i. suspriosum: deinde post hæc in dictio calce, & urinæ fermentatae erant *βακτίας*, nā & *βακτίας* sermoni adiectum est, ut hic inuestigemus, an fermentatas vehementer urinas factas dicat, *βακτίας προφητεῶς*, i. vehementer, accipiendo: an cum aduerbio *βακτίας* subintelligere oporteat excretæ, ostendente authore urinas tum ægre, tum cum uiolentia excerni. Quin etiam in oratione dictum est, fermentata, qd neq; in prognostico dictū est, neq; in libris epidemiorum. Præterea, iam cū oīa percurrerimus, nihil amplius nobis accedit: sed quia explicare instituimus, de fermentatis quoq; dicamus. Cum igitur in terrā acetū acre effusum fuerit, protinus intumescens, sursum quasdam terræ partes simul tollit; fitque cōpositum quoddā ex terrestri substa, & acetii humiditate: & ex facto uaporoso spiritu. Simile rei huic contingit, cum atra bilis in terram effusa fuerit, nempe & in vtroq; spirituosa quædam motio euidenter fieri vñr, ei similis, quæ in seruente musto apparet. Simile quoq; & in panibus quotidie fieri vñr, cum. n. remista aquæ tritici farina, mixto illis & fermento, medio criter macerari permisit, fermentatio fieri vñr, fusa simul & intumescente, quæ fermentatur substantia. Quapropter & urinæ, quæ fermentantur, ut prorsus crassitiē notabilem habeant, oportet, deinde & in ea leuē quandam effervescentiam, qd q; pars spirituosa motionem naeta, tumorem habeat maiorem, q; cū excernere, habebat. Quod aut urinæ eiusmodi fiant perturbatis, agitatisq; crudis humoribus, in commētarijs De iudicationib. didicimus. Præterea ante dictus æger forsitan nō multo post repente defunctus, qd scriptori mouit, An oēs ita affectos repente morituros dicere oporteat, necne. Constat vero, & quo nam pacto nos rñdere oporteat ita interrogantibus, ut pronuntiavit scriptor, An hi repente moriantur? rñdebiimus. n. uerisimile esse hoīem mori repete strangulum: nempe id ex asthmate significatur. Sed, quæ nam fuerit affectio, in qua efficitur hoc symptoma, est diuinandum: quod nihil fuerit locutus author. Nempe & ob flatus, pituitęq; multę ex capite in pulmonis bronchia per asperam arteriam delapsum, atq; ex phrenitide in ea translata, & primum propter affectionem aliam medium instrumentorum duorum occupante locum, asthmatica acuta oritur spirandi difficultas, crebescente admodum respiratione, & ualde tese dilatante thorace. Cum igitur fuerit talis difficultatis spirandi species, rubens iure optimo reddetur facies. Si vero & capitis dolor simul fuerit, nil miri, si ualde rubens fuerit: omnes siquidem in morbis eiusmodi capitis dolores cum caliditate multa fieri consueuerunt.

41 *Cernicis dolor malum in febre omni, sed pessimum, quibus insania speratur.*

Particulare & hoc quoque, tanq; vniuersale, scripsit. Nam, si dolor, vel propter affectum cerebrum, vel spinalem medullam, vel ipsas cerebri membranas, oriatur, malum est signum; si uero affectis, quæ extrinsecus uertebras circumiacent, partibus enascatur, malū non est. In quibus autem insania spes est, quæ nam affectio deterior esse potest, quam ea, quæ cum insania existit?

42 *Febres cum comate, labore, lucis turbulentia, uigilijs, & sudoribus, malignae.*

Ex supra dictis manifesta sunt, quæ hic dicuntur: nempe catalogum malorum symptomatum efficiunt: nullamque, ut simul fiant, habent necessitatem.

COMMENTARIUS II.

175

A 43 Ex dorso frequentes horrores celeriter in aliam transeuntes conditionem, implacidi que, urina in terceptionem dolorosam indicant.

Præfinita in uerbo, implacidi, priore dictionis parte, secundam efficere licet, urinæ interceptio nē dolorosam indicant, quasi ita dixerit: Ex dorso frequenter horrores celeriter in aliam transeū tes conditionem, implacidi sunt, atq; adhuc vrinæ ἀπόληψις, quod est, ἐντοσχεσι, i. retentionē, indicant. Sed melius est, q; urinarum retentio ex dictis oīb. significetur, protulisse. Constat siquidē vi disse ægrum quēdam affecto in lumbis dorso, uel ijs, quæ circa ipsos sunt, membranis, } vel utro- ^{+ Affecta dor-} sali medulla, que in lumbis est, vel membranis, q; circa ipsam sunt.

44 Que cum fastidio, & sine uomitu exacerbantur, male habent.

Debuit author adiecisse, an naufearent, necne quidam, n. naufeant, & non uomūt; alij fastidio correpti, nunq; naufeauerunt: quos per præsentem dictionem significare mihi uidetur. Bisariam enim cum ασσάδεις, i. fastidiosi, fiant, uno modo, cum uirtus à corpore grauatur, nullamq; figurā

B facile festinet: altero modo, cum os uentris ē prauis mordetur humoribus: priores perniciose afficiuntur: naufeabundi sunt posteriores.

45 Refrigeratio cum duritie signum perniciosum.

Duobus modis corpora indurantur, interdum quidem cum in imo tota uehementer refrigerā tur, interdum uero cum ualenter exiccantur. Refrigeratio autē, si ita uiolenta fuerit, ut tota oīno refrigerentur corpora, indurescantq; extinctionis signum existit: si uero & siccitatē acceperint nomine utroq; signum graue est. Quod si in solis accessionibus id fiat, moderatius indicat malum si diutius permaneat, maius: si uero perpetuo, in foribus mors est.

46 Si ex uentre tenuia non sentient ægro exierint, si apud se sit, malum, ut hepatico.

Bene fecit author, cum adiecit, ut hepatico: nēpe & nos tenuia excremēta morsu carētia hepaticis nonnullis fieri^{* Aliter, audi} narravimus: quanq; talia excrements, magna ex parte mordeant. Videūt iḡ his, uel non generari biliosos humores ob caliditatis hepatis imbecillitatē, vel nō defluere ad intestina. Si uero proprie orōnem, nō sentientiæ ægro intellexerimus, dixerimusq; nūc ab authore factum esse sermonē de ijs, q; inuoluntarie excernuntur, & non de morsu parentib. absurdū quippiam cōtinget: Nēpe cum duob. modis inuoluntarie excernat æger, aut q; mēs ægrotet, aut q; partes p; quas excretio fit, minime sentiant: q; mens quidē non ægrotet, explicauit, inquiens ἔντεπται τὰ εὔρω, qđ est οὐτα οὐντι, & οὐφοροῦντι, i. & apud se fuerit, cognouerit, & sapuerit: reliquum uero nō uerisimile existimādū: frustra. n. i sermone dixerit de excremētis, tenuia, cū partes insensibiles in oīb. q; p; ipsas transeunt, insensibiliter se hēant: nullūq; aliud in dictione scriptū sit symptomā, qđ neruorum affectum indicare possit. Nēpe hēc oratio, ut hepatico, alijs quidē tenuib. excremētis iuncta esse pōt: neruorum uero noxā inferre per sympathiā non pōt, q; solū tū cerebro, tum spinali medullæ, neruorum propagines condolere uideātur. Neq; n. sympathiam huiusmodi hepati succedere uidimus: neq; id natura commonstrat uisceris, quod minimis neruis participat.

47 Si uomitus exigiū biliosi q; fuerint, malum, tum alias, tum si ægri superuigilauerint, narisque in his stillans, malo est.

Excerni pauca in ægris unum quoddā ex signis est, quē ex toto prauitatem hñt, siue sanguis p; nares excernatur, siue deorsum per uentrem; siue per uomitus tale quippiam, quod superfluū sit, excernatur: idem & in sudorib. est, & ijs, quæ per uterū excernuntur: nihil etenim eorum, q; decreta Datoria existunt, exigue secerni conuenit. Sed, quæ per uterū excernuntur: oīa duorum alterum subeunt: nam uel, q; non queant tolerari ob copiam, ab affectis effunduntur partibus: vel imbecillitatem ostendunt naturæ, quæ proponit quidem superflua excernere, sed nequit. Hoc iḡ uniuersali intellecto particularia inuenire oportet: idq; est, quod nunc de biliosis pronuncia: cui adiecta est ex signis proprijs uigilia, quæ biliosos consequitur humores, & nō pituitosos: nempe cataphoræ in talibus fiunt, non uigiliæ: Cum igitur pituitosi exiguū uomatur, longiusq; & tardius solito dormire uideantur, ex cataphoricis morbis quempiam expecta, seruans in memoria aphorismū illum: "Somnus & uigilia, vtraque, si modum excedant, malum."

48 Si mulieribus à partu alba cum febre retineantur, surditas q; fiat, atque lateris acutus dolor, perniciose uehementer insaniunt.

Quod item nūc dī, ueluti & quod antea est dictum, atq; alia multa, quæ in hoc libro scripta sunt, uniuersalibus subiecta sunt theorematis. Non. n. in albis solum, si eorum, quæ a partu uacuan tur, retentio fiat, praua est tum causa tum nota, uerum quoque in biliosis, & sanguine ipso nempe ^{2. Apho .3. &} ^{7. Apho. 67.} ^{Ext. ord. 11.e} ^{Et. 60.e.Aph. 67.} *λοξία purgatio* est, atq; etiam ex nominis ratione purgatio alienorum, quæ gestationis uteri tē pore

IN I. PROR. HIPPOC.

pore in venis aceruata sunt, absumpto quidē in fætus alimentum utili, qui in ipsis erat, sanguine, E sed permanente uitiosiote, qui singulis mensibus antea per uterum excernebatur. Cum igitur is uacuatus non fuerit à mulieris puerperio, aut uterum ipsum in phlegmonem agit magnam, aut ad superiorem aliquam sedem uectus, parti excipienti proprium affectum "periculumq; infert: ad quam autem peruerterit, mox apparentia symptomata indicabunt, quomodo & nunc tum thorax, tum caput, uitiosum sanguinem ab utero sursum latum excepunt.

49 In ardentibus febribus cum aliquantula perfrictione, deiectionibusq; aquos & bilis multis, oculorum peruersio, signum malum tum alias, tum si catochi fiant.

Rursus hoc in loco malorum tum signorum tum symptomatum catalogum fecit: quorū singula seorsum & per se ab Hippocrate praua esse didicimus, in morbis quidem febrem ardentem, in deiectionibus vero hydatochola, i. aquos & bilis excrements. Signorum autem malorum, quæ oculis obuenire solent, unum existit & peruersio. De catoche, i. detentione, occupationeq; quid dicere attinet? Si igitur signorum prauorum nomina omnia recensere voluit, longe plura prætermisit, q; recensuit: Si uero tanquam congeriem unam, non sunt generis eiusdem, quæ dicta sunt. Nam febris ardens cum refrigeratione, grauissimum est symptoma: Quæ uero deiiciuntur, & plenè omnia, quæ in oculis contingunt, diuersi hæc sunt generis: Catoche uero generis alterius symptomatum existit: *Palpebrarum peruersiones rursum alterius sunt differentiæ.

* In antiquis
legitur, Tav. o.
Balear. l. ocul. 50

Subitanæ & apoplexiæ solute superfebrenti diutinè, perniciose: ut Numenij filio.

Declarauit quidem & hic sese ex ægro uno ad uniuersalem peruenire enunciationē, unaq; ex consuetis quippiam circa diæctionem facit. Nā ἐπιπυγετήναντι λελυμένας i. solute superfebrenti, dicit, à proprijs nominibus discedere constituens: vt curiosarū expositionū materiam sophistæ habent. Porrò & in hoc loco sunt, qui in apoplexticis aduerbiū λελυμένως p. μεργίως, i. mediocriter, intelligunt: alij transferunt in proprie dictas paraplegias, in quibus ad partium aliquarum immobilitatē, sensusq; priuationem decumbit morbus. Nempe & has apoplexias nunc dixisse nolunt per abusum: postea, cum hæc bisariā fiant, vt Erasistratus in commentarijs de resolutione ait (nam hæ dearticulationes contrahunt contenduntq; aliae uero exoluunt laxantq;) speciē paraplegiæ in neruorum corporū evolutione, & relaxatione consistentem ab eo nūc dici aiunt. Sed in tali bus omnibus neruosi generis affectibus, cum obpituitosos & frigidos fiant humores, ut sunt tum apoplexiæ, tum paraplegiæ, febris calida superueniens, nō modico adest iuuamento. Quæ igitur in G aphorismis dicta sunt, hic nos docet; "Febrē, s. a conuulsione fieri melius, q; à febre conuulsionem." „
2. Aphor. 26. Itē: "Si ebrius quispiam repente obmutuerit, conuulsus moritur, nisi febris prehenderit: uel ubi in „
Ext. ord. 16. b „
5. Aphor. 5. horam, qua crapulæ soluitur, uenerit, loquatur. Accidit itaq; ut dictio ostendit, Numenij filio, q; „
Ext. ord. 37. f „
oborta apoplexia, non acuta & calida, sed debilis & diurna subsecuta febris nihil profuerit.

51 Ex lumborum dolore ad cor recursiones febriles cum horrore, aquosa tenuia & multa renuentes mente aberrantes, voce primata, nigra uomenies, moriuntur.

Cogesta sunt & hoc loco praua & multa symptomata, atq; unā inepite, pronunciata. Nā recursiones dixit, & vomētes, & mēte aberrātes, ubi ægros & vomētes & mente aberrantes dicere debuisset. Tu uero, qui symptomatū singulorū uires nouisti, nō magno negocio inuenies ad quantum periculum æger ueniat: hoc uero in calce prognostici sufficenter admonuit Hippocrates.

52 Oculi clausio in acutis mala.

Iam supra inter plurim signorū aceruationes (quas syndromas empirici uocant) oculi clausiō scripsit. Sunt, qui οὐτάκηλασιν per α, & non οὐτάκηλασιν per ε scribunt, non magno sanè circa H amborum significata existente discrimine: vult enim ostendere palpebram, vel confractam, uel clausam: in quo duorum alterum, nam uel robur contentionemque claudentium ipsam partium vel imbecillitatem aperientium sequitur affectio.

53 An infastidiosis, non uomentibus, & lumbos dolentibus, si ferociter delirauerint, ut nigra exeat, spes sit?

Ad hoc quoque prompte tibi respondemus, quod non omnibus, sed quibusdam id erit, ut supra est demonstratum.

54 Fauces dolentes, graciles cum implaciditate, strangulantesq; acutæ, perniciose.

In Prog. cō. 3 t. 16. 4. 209. 2 Memineris, uelim, eius orationis, quæ in prognostico est hoc principio: "Anginæ grauissimæ sunt, & celerrime enecant, que neque in fauibus, neque in ceruice conspicuum quippiam habet plurimum uero doloris inferunt, ac spirandi, q; non nisi recta ceruice fit, difficultatem. Nēpe hinc uiri docti interpretationem rerum earum, quas promit, comparare poteris cum interpretatione errantis in concursionibus, propterea, quod eas ad uniuersale reducere nequeat. Nam Hippocrates, & nomen affectionis prius dixit, & differentias omnes continua serie recensuit, à grauissima

A grauissima earum exorsus, cuius nunc dictionem adnotauit. Qui uero librū hunc scripsit, primum quidem peccauit, fauces strangulantes inquiens, cum angina strangulans dicere debuisset. Neq; .n. est dicendum, q; parte affecta pro affectu sit abusus: primo. n. neq; ita affectis affectae quippiam sunt fauces, ut Hippocrates oñdit grauissimas inquiens esse anginas, quæ neq; in faucibus, neque in collo conspicuum quippiam efficiunt: qui aut̄ prorrhēticū hoc scripsit, ait, fauces dolentes grāciles, nempe uox, *ἰσχυν*. i. graciles, idem p̄t, quod nihil conspicuum habere. Adiecit mō hoc fru-stra, cum implaciditate, qđ alterius symptomatum generis existit: deinde & uerbum, strangulan-tes. Qui quidem librum hunc scripsit, indistincte, & communiter est locutus. Hippocrates vero p̄ prio dīa noīe appellauit, inquiēs, orthopneam, i. rectam spirandi difficultatem inferre ipsas. Vo-cant aut̄ cum ipse, tum cæteri oēs orthopneam, illam difficultatis spirandi spem in qua iacentes suffocantur, & vix recto thorace sufficiunt, nihil dilatato dorso. Nam, cūm aspera arteria principium a gutture hñs in pulmonem dividatur, quoties quidem thoracem cum collo recte extendi-mus, arteriam ipsam dilatari contingit, atque etiam, quæ ex ea in pulmones distribuuntur, propa-gines oēs: atq; interim regionem augeri eis internā. Ob id sanè, & in peripneumonijs orthopnea fit, & in appellatis asthmaticis affectibus: ob id ipsum & in grauissima angina, in qua phlegmone obfessi interni musculi gutturis, viam respirationis intercludunt. Intenditur autem & hñoi affec-tio cubantibus, suscipiente augmentum angustia: Præterea & anginarum dīas alias in prognos-tico scripsit Hippocrates tum euidentissime, tum accuratissime in ea libri parte, in qua dicta a mē nunc, recensetur dictio. In hoc autem prorrhētico, & si faucium s̄epius meminit libri author, ni-hil tamen nos, quod manifestum, articulatumq; sit, de his, qui inibi sunt, morbis docuit.

55 *Quibus spiritus retrahitur, uox q; strangula bunda est, & vertebra intro fugit, his in fine uelut contrahentis cuiuspiam spiritus redditur.*

De spirandi difficultate commentarios scripsi, quot in singulis ipsarum dīa oēs sint, demon-strans: quæ nam item causæ cuiusq; effectrices, & quod significare natæ sint. Demōstrauit quoque & in eisdem cōmentarijs eas, quæ ab Hippocrate in legitimis ipsius libris dictæ sunt, spirandi diffi-cultates: neq; sanè dīam ullam reperi, qua spiritus retrahitur, neq; ab Hippocrate didici: atq; ob eā cām, quod nā difficilis respirōnis genus dicat libri author, peruestigai. Sunt sanè & aliæ duæ orationis huius scripturæ, quarum hæc quidem signat, ab altera parum quidem voce euarians, sed intellectu eodē. Nempe in ea, uocem *ἀντραί*. i. retrahitur, litera ο interiacet post duas primas li-teras α & ν, ut dictio talis sit, quibus spiritus *ἀντραί*, i. sursum trahitur: ualde recedentes, Recen-tiores autem quidam *ἀντραί* scribunt, nullo ex antiquioribus agnoscente scripturam: de qua q; dem circa finem agemus: de prioribus uero, quæ tum certorum, tum confessorum sunt, considera-bimus: de quibus qui, quod probabile esset, diceret, ne vnū quidein reperi: alios vero palam conui-tiantes: quemadmodum eos, qui in uoce *ἀντραί* transcripterunt, siquidem quasi priores scriptu-ræ sine præsidio essent, ad transcribendas eas accesserunt. Videtur autem mihi author, spiritum re-trahi, vel sursum trahi, dicere, quem superius tū promptum, tū sublimen dici afferui: cum videlicet thorax inter inspirādū partibus superioribus magnam efficit respirationem, ita ut scapulæ moueri videantur: & quā ob causam, qui suffocantur, oēs hoc respirent pacto, demonstrauit. De ijs item qui strangulatione afficiuntur non propter pulmonis angustiā, neq; p p musculorum gutturis in flāmationē, sed p p eorū, qui gutturi quidē & stomacho subiacent, anterioribns autem partib. spi-naliū musculorū superiarent: tū supra in hoc ipso prorrhētico libro recensui, tū in ijs, quibus secun-dum epidemiorum librum exposui, vbi inquit: Erant autē angina laborantiū affectiones eiusmo-di: Ceruicis vertebrae ad interna vertebabantur, alijs quidem magis, alijs vero minus: exteriusq; cer-uix euidentem ostendebat cauitatem: dolorēq; , qui hac parte tangebatur, sentiebat. Erat etiā cui-dam sub ea vertebra, quam dentē nominant, sed non adeo est acuta. Quod autem vertebram se-cundā totam à parte dentem appellauit, vel solam ipsius propaginem illā, quam nonnulli denti-formem, alij planē dentē, q; canino denti appellato similis quodammodo uideatur, constat oībus. Quia aut̄, vbi dixerit, erat autem cuidam sub ea vertebra, quam dentem noīant, adiecit, qđ non si militer acuta est, ostēdit, qui hæc scripsit, vertebram hāc periculū nō similiter inferre acutū. Veluti &, cū in aphorismis puerorū affectiones recēsens dixit, (Vertebræ, quæ in occipitio, ad interna lu-xationes) non aliam intelligere oportet vertebram, q; eā, quæ dicta est. Cū. n. adiacentes partibus anterioribus musculi, vel inflammati, vel quoouis modo intensi uertebram totā ad se traxerint, po-sterior sedes cauatiōr videtur, comprimitur autē guttur, & ob id strangulantur ægri. Talis autem angina rarissime cernitur. Nnn̄c igitur uertebra ipsa *ἐγκλισθεῖσαι*. i. intro fugere, dicta est. Periculū autē affectus per positā dictionē est demonstratum, cum inquit, his in fine ueluti contrahentis eū iuspiam spiritus efficitur. In fine autē, cum moriuntur, significat, velut uero contrahentis, qđ mori-entibus his conuulsua efficiatur respiratio, vehementer quidem trahente thorace, spiritu uero viam sufficientem non habente, sed per angustum foramen uiolenter inspirato. Id igitur & ex vo-ce *ἀντραί* quidam significari putantes, scripserunt, quibus spiritus *ἀντραί*. i. cohibetur.

IN I. PROR. HIPP.

56 Capite dolentes, cum catoche delirantes, intercepta alio, oculo feroci, & florescentes, in scapulas rigidii sunt.

Supra demonstrauimus, virū hūc signorum diuersi generis concursiones, quas in ægro uno vel duobus conspexerit, scribere: atq; ob eam rem sæpen numero coniunctionē æga. i. an, adiicit: quam si, & in hac dictione adieciſſet, satius feciſſet, dicendo, an in scapulas rigidii ſiūt? Nempe capitū doli caput ipm affectum ostendit: aduerbiū uero *κατόχως*. i. cum catoche, cerebrum ipsum: quomodo & uerbum, delirantes. Demonstratiū est quoq; symptomata hmōi nequaq; controuersa eſſe; quo pacto existimant quidam fieri non posse afferentes, ut æger catoche laboret simul, & mēte vacillet. Sed de his antea egi, cum primā oīum enarraui dictiōnē, atq; eā, vbi dī, Tremulæ, obſcuræ, blandæq; & contrectabiles desipientiæ ualde phreniticæ: quo circa nihil amplius de his dicendum vī, satiusq; eſt exponere reliqua duo hæc, quæ præſenti in dictione ſunt adscripta: unum quidem, quo ait, intercepta alio: alterum uero, quo dī, oculo feroci. Nempe alius *ἀπολελεμέν*: i. intercepta, quod eſt *κατόχως*, i. retenta, affectionis cerebri signū propriū non eſt: auget tamen, & deteriorem ipsam reddit. Oratio uero, oculo feroci, de neceſſitate concursioni adiecta eſt: nam *κατόχως* proprie appellati tensos apertosq; habeant oculos, norunt tū Archigenes, tum Philip-pus: non, ut comatosi, & cataphorici, clausos, in his ſiq; dē humiditas affectionis cauſa eſt, neruorū F diſſoluens firmitatem roburq; in illis uero, propter luſtitiam tēſio oritur. Quidam etiam ex noſtris condiscipulis, cum affiduo disciplinarum ſtudio ſe fatigaret, malo hoc correptus eſt. Iacebat n. veluti lignū prorsus inflexus rigidusq; atq; extensus, videbaturq; oculis apertiſ nos ita intueri ut ne cōnueret quidē, nihil tñ loquebatur. Is quoq; t p̄ eodem, quæ loqueremur, audire ſe dixit, q̄q; non euidenter, clareq; nonnulla itē & memoria tenens referebat: præſentesq; oēs ſe conſpicere dixit, ita, ut quorundam actiones recordatus exponeret: ſed neq; loqui poſſe, neq; mem-brum ullum mouere. Quare & in dicta concurſione exoritur ambiguitas, quo nā modo adiectū

^{† Clarius & fidelius. Nam,} sit, delirantes. Nam in ea dictione, vbi dī, Tremulæ, obſcuræ, blandæq; & contrectabiles desipientiæ dicitur, neq; in catochis prorsus immotos, dementiam, cognoscere valemus: ſic forſan vidit catochi Tremula, obſcuræ, & cōtra ſpeciem, ut immotum quidem, & cōcretum corpus totum eſſet, exiguum tamen homo quippiā ſcura, & cōtreſtabiles deſcribendūq; ſecundum eam expofitionē. Capite dolentes, cum catoche delirantes. Fieri etiam prorsus immo-poteſt, vt ſecundum primam ipſius conſtitutionem loquentibus ipſis declararetur desipientia: cōtoſ eē eos, qui pleta uero catoche, non amplius loquerentur ægri. A *Ινρούς*, vero. i. florescentes vocauit eos, ut ita affetti ſunt, par eſt, ſicut paulo ante *Ἐγενθεούς* i. impenſe rubentes, nominauit: quod copiæ in capite una cum significari: que admodum ſa-cilitate collectæ ſignum fuerit: huic & antecedens capitū dolor, atq; ab hoc ſequens ὀτισθότονος nē neque eos, i. in ſcapulas rigor: ſed & hec quidem in ipſorum generationem quispian prius ſignum acceperit qui in comate posterius uero interceptam aluum ſemper capitū ſymptomatis exacerbantem. delirant: at i. catochis, in quibus nulla, 57 In oculorum peruerſione cum febre, & laſſitudine rigor, pernicioſus: comatosi g. in his malum.

Demonſtrauimus ēt ſupra, libri huius authorem permifſere inuicem graua ſymptomata: de quorum ſingulis, per ſe dicendum ſemel erat: cum, quoties plura inter le perniſceantur, grauius ægris quidem ex ipſis periculum redi, nobis vero certiorem effici præfensionem intelligere ua-leamus. Nihil igitur noui nunc dictum eſt: nempe, quo nam in affectū peruerſio oculorum fiat, quænam item laſſitudinum differentiæ, & quando rigorem commode apparere oporteat, præterea quale nam coma ſit, & quæ nam cerebri affectio ipſum pariat, didicimus.

58 In febribus ad hypochondrium dolores ſine voce, ſudore ſi ſoluuntur, maligni hiſ ad coxas dolores cum ardente febre, & ſi alius eruperit, pernicioſum.

Dubitatiō legentiibus partiunt non obſcuræ dictiones modo, verū quoque, & ex perſpicuiſ, H q̄ cōtra euidenter apparentia pronunciantur; quædā mō vtroq; ambiguitatem inferunt: in quo genere pſens dictio collocatur: exuperat tñ in ea, q, quæ in ipſa dicta ſint, minime hiſ consentiant quæ in ægris cernuntur. Prompte igitur tale quēdam ſermonē oſtendere pſens dictio vī: In febribus ad hypochondria dolores cum aphonía, ſudore ſi ſoluuntur, maligni. At, cū falſum eſſe vi-deaſ, vt ſolutiones cū ſudore malignæ dicant, in hoc ipſo primo ambiguitas qdā nos occupat. Nā q̄ abſq; ullo auxilio vel artis, vel naturę ceſſauerunt affectiones, q̄ infidam hēant ſolutionem in cōfesso eſt: q̄ vero cū tali quodam, qualis nunc ſudor dictus eſt, non firmiter ſoluta eſſe videntur: cōtrario ſiquidem prorsus modo, quoties ſudore, vel aliquo alio naturae auxilio non ſoluuntur, moribus malignus existimatur. Atq; ob eam rem probabiliter quis deficere in ea dictione negationē non, aiebat, atq; ab eo, qui primus librum transcriberat, prætermiſſam: qūo, & alia multa multo-ties in multis libris nemo negat, alia qdē p̄termiſſa, alia vero permutata eſſe nullo poſtea delictū emendare auſo. Verus ſiquidē erit ſermo, ſi ita ſcriberimus: In febribus ad hypochondria dolores ſine uoce, ſudore ſi no n ſoluuntur, maligni. Sed pleriq; hominum relictis tum claris tum notis, ænigmatice pronunciatiſ oblectantur. Sunt etiam, qui patrocinari manifestis erratis, ſpecimenſ sapien-

A sapientiae arbitrentur, eorum instar, q̄ apud tribunalia rethoris obeentes munus, manifeste vel cēdis, vel talis cuiuspiā flagitij cōuictos à iusta liberant poena, iudices ipsos, cum sermonum rudes fuerint, & subdolas eorum uafricias ignorauerint, decipiētes, & mente vacillare facientes. Sic sanē non nulli in præsenti oīone à vādās i. sine voce, pro àlōyās. i. sine sermone, dici putauerunt: quia à dōyōs id est sermo, in φωνās, id est vocis, genere sit. Dicitur aut̄ apud ueteres φωνā, nō ita solum, verū, quoque à vādās; atq; hoc translatu àlōyās ex à vādās, significari dicunt: quæ autem àlōyās. i. absq; dum esset, siue ratione, desierunt, infida oīa & suspecta existunt. At cum sermoni huic aduersentur, & q̄ tales ex-creatione, ut ēt cretiones malignæ dicantur, non infide; & q̄ non absq; ratione cum sudoribus soluantur, vt ipse interpres mox inferi uerit.

B quidā alij sapientia ualidiores, sine ratione solui dicunt, nō solum quæ nullo auxilio uel artis

vel naturæ facilitata sunt, verum quoq; & hæc facta q̄dem, sed non pro magnitudine morbi: tan-

quam scriptor exiguum factum sudorē dixerit, & si absq; ulla adiectione scripsiterit, sudore si soluuntur, subintelligēdum aut̄, modico, aiunt. Forsitan vero & alius quispiā audacius cæteris pronūciās

multo, & immoderato, subintelligendum volet: deinde pueris tū rudibus indoctisq; tum disciplinæ oīs inexercitatis, multa de symmetria nugatus, aliquis sapiens uidebitur. Quod si prorsus his

licet oīoni, sudore si soluuntur, eiusmodi dictionem adjicere: multo melius erat adiecta syllaba,

B non, scripta oīone, si non soluuntur, à negocij nos extricare: nam hypochondriorum cum febre

dolores, quos sudor non soluit, maligni existunt. Re ipsa igitur ostendi & nunc, q̄n iam sæpius in

obscuris multis dictionibus nihil quidem eorum, quæ non nouimus, ab ipsis doceri, sed insumi tps

veluti in ænigmatis, si, q̄ nouimus, dictioni accommodauerimus. Itaq; & quod in fine dictionis re

cēsetur, nō paruam habuit q̄nem, quare, si uenter παταχέ αγν̄, quod est ἀθρόως ἐπηρεσίη τολλά, id est

cōfertim multa excreuerit, lethalem morbū indicabit. Nam, ut inquit Hippocrates, *Deiectiones

2.Aph.23.Ex.
ord.10.c.

multitudine æstimandæ non sunt, sed si talia deiijcantur, qualia conueniunt, & æger facile tolerat. Et in libro de

Hic quidem sermo, q̄ & manifestus sit, & vniuersaliter quippiam doceat, contemnitur: q̄ uero æ-

nigmatice dñr, soꝝ histis quidem iure affectantur, vt discipulos mirum quippiam docere videātur:

discipulis uero, p p primarum disciplinarū, in quibus antiqui pueros alebant, ruditatem; in exerci-

tata aut̄ horum cogitatio neq; que dñr, assequitur, neq; veritatem in ipsis discernere pōt. Nā quis

D Quin et author adiecit, conuulsuum quippiā hēt, quod non idem est, ac si dicas symptomata hmōi conuulsua esse. Docui porro antea, q; non similiter audire cōueniat, cautum hoīem tales expromentem uoces: & eum, q; facile de particularib. tāquam yniuersalib. pronunciat. Nam cum temerarius ille hēsitanter dicat, conuulsuum quippiam hēt, vel exiguum esse, vel raro contingere, quod dī, ostendit. De singulorum autem, quae in oīb. tertij huius commentarij dictiōnibus referuntur, symptomatum virtute, paucis quidem docui in horū commentariorum prima, & scđ a: longe at lateq; in prognostici commentarijs: vberius item ac fusius in libris de iudicationibus, & symptomatum causis: non pauca quoq; de his in libris epidemiorum sunt enarrata. Satis ergo hoc loco sicut solam dictio explicare, atq; insuper, verumne an falsum sit, qd enunciat, aut frequēs, aut ambiguum, aut rarum, sententiam adiungere. Post orationem, conuulsuum quippiam hēt, scriptū est νταφων nomen. i. submutum: quod quidam cum prædictis connectunt, ita ut fiat talis dictio conuulsuum quippiam hēt submutum. Alij principium dictio, quae infertur, esse existimat, comutantq; iterum hi ipsi dictio: nempe alijs sine articulo scribūt: alijs neutrum articulum adiungūt, talem febricātes dictio. τό νταφων. i. submut' cū iudicatione rigor, uentris deiectiones subliuidæ turbationis plenæ, & urinæ tenues. Quidā legunt: per se, cū iudicatione rigor, neq; cum prædictis

IN I. PROR. HIPP.

prædictis, neq; cum sequentibus ordinantes. Alij totam dictiōnē commutant, atq; ita scribunt, Ε
 ὑπόφοβον ἀμαρτίου εἶγος. i. subterfaciens cū iudicatione rigor. Consequenter aut̄ tibi vtrorūq; ex
 positionem per se exacte scribam. Quidam igitur ἀμαρτίου εἶγος. i. cum iudicatione rigor p̄ se scrip-
 ta esse volunt, multasq; fieri cum rigore iudicationes significare. Orationē uero ὑπόφοβον ἀμαρτίου εἶ-
 γος, dixi iam antea quosdam permutare, & pro ὑπάφων, ὑπόφοβον scribere: geminamq; faciūt
 expositionem, alij quidem pro φθεγὸν ἀμαρτίου εἶγος, dici putantes: alij pro μετεῖας φοβερόν, quasi
 mediocriter terrificum dixeris, ut τὸ ὑπάφων simile sit τῷ ὑπόφοβον. Fuit autem & tertia quædam
 scripturæ huius expositio talis. Componere quouis modo rigorem bonum non est: ueluti, si, dum
 vel per sanguinis eruptionem quis, uel uitium, vel ventris vacuationem, vel sudores, uel hemor-
 rhoidem iudicatur, uel mulier per menstruam purgationem, rigeat. Sæpius certe fieri videtur, vt
 bonam aliquam vacuationem antecedat rigor: cum uero iam excernunt, rigorem incipere malū.
 Quod autem id uerum sit, qui multos ægros diligenter contemplati sunt, ignorunt: si uero prorrhæ-
 tici author ita censuerit, est diuinandum: principio siquidem neque, an ab illo scriptum τὸ ὑπόφο-
 βον sit, nouimus, in antiquis enim exemplaribus plurimis non ita scriptum est.

15 Ventris deiectiones subliuentes, turbulentæ, & urinæ tenues, aquosæ &c. suspicionem habent.

In Prog. cō. 2 De his utrisq; seorsum in prognostico differuit Hippocrates, tum "liuentes uentris deiectiones
 t. 22.4.199. h prauas esse inquietas, tum "urinas tenues aquosasq; nunc suo more diuersi genetis comple-
 Ibid. 200. h. t. 30. & 201. a. t. 32. t. atens, nihil plus docet. Potuit sanè & his author prava sputa coniungere, uel spirandi difficultatē
 vel aliam quamquam uitiosam notam. Quidam uero expositores dictiōnē hanc, huic, submutus
 cum iudicatione rigor, coniungunt, unamq; totam efficientes, supra dictis omnibus illatum esse
 ab authore dicunt, id quod in calce dicitur, ὑποπτεῖα. i. suspicionem habent: nempe & his subliuenti-
 bus scilicet uentris deiectionibus, urinisq; tenuibus, & aquosis, nō absq; ratione infertur, suspicionem
 habent. Si vero quispiam his addiderit, & τὸ ὑπάφων. i. submutum, non suspectam solum ait
 esse concursionem, uerum quoque & euidenter malam.

16 Fauces parum exasperatae, venter q̄, inanibus surrectionibus murmurans, & frontis dolores: con- tractati farigati, in stragulis vestimentis q̄, dolorosi, que ex his augentur, difficultia existunt: somnus multus in his conuulsuus, & dolores in frontem graues, & mictio difficilis.

Ventrem murmurantem cum inanibus surrectionibus, quidā phreniticum esse symptoma cō-
 tendunt: nēpe duobus modis errare eos, vel q̄, quæ sub sensum cadunt non sentiant, q̄q̄ cum do- G
 lore persæpe fiant, vel q̄, quæ sub sensum non cadunt, sentire vñr, altero autem modo resurgere
 qđem eos tanquam morbos aiunt, sed nihil operari, qm̄ neq; qđ morderet, erat: morderi siquidē
 se putant, sed non mordentur. Oratio aut̄, in stragulis vestimentisq; dolorosi, ex assueto sibi e-
 nunciandi modo, absurde dicta est, quæ tales habet sensum: tactum eorum, quæ ipsis subternun-
 tur, non ferentes, sed dolentes. An ne quidem, & ob id, q̄ ab incumbentibus grauentur (dura siqui-
 dem esse arbitrantur, uel mordentia, quę substrata sunt, atq; inuisam habent, quæ circundatur,
 vestem stragulam) an si ob aliud quippiam in ipsis contingit, prorsus est in certum. Deinde & alia
 deinceps recensens, cum inquit, somnus multus in his conuulsuus, sophistis præbet peruestigandi
 occasionem, an possit aliqñ somnus lädere: nam aut iuuare ipsum inquiunt: aut, si non iuuet, ne
 quaquam tñ unquam lädere. De ea re autem in aphorismorum commentarijs antea differui. Ne
 que uero, si somnus multus lädit, conuulsionem efficere vñr, at solum periculosum esse morbum
 ostendit. Mictio autem συκολατισμού. i. difficilis, miro modo ob authore in obscuritatē excogita-
 ta: ita vt inter expositores alius dicat συκολατισμόν, eam quæ fit cum dolore, esse dictam: alius eā,
 quæ retinetur: alius eā, quæ ægre fit, & eā quæ continet, & eā quæ in stranguria fieri solet: eam ue-
 ro, quę pr̄potenter mordet, alius. Vbi uero oīa percurrerimus, nihil, quod effatu dignum sit, ad H
 prædictiōnē consequemur, propter eam, quam s̄p̄ retuli causam, q̄. s. permulta diuersi generis p̄
 miscet symptomata. Argumentum rei huius maximum est uel hoc, quod interpretum nonnulli
 eo quidem ierint, ut dictiōnē pertingere ad hanc vsq; orationē, somnus multus in his conuulsu-
 bus, existimarent, principio alio, quę consequuntur, legi pr̄cipientes: alij uero coniungant: atque
 ex coniungentib. alij alia in parte consequenter dictorum circumscribi dictiōnē uelint. Si igitur
 omnia ad finem vsq; quis persequatur, quę in singulis suspicionibus separatim expositores dixe-
 runt, longum sanè efficiet sermonem, nihilq; eos, qui in hunc incident librum, iuuabit.

^{† Al. ex cōncl 17} Urinæ detentio, & quibus rigores & ex his conuulsiones: vt & ipsa, ubi inhorruit, sudauit.

^{suis. s. affectio} Si coniunctionem, & permutterimus, sermo erit dilucidior, talis redditus: urinæ retentio qui
 nibus & sic bus rigores, & ex his conuulsiones. Hęc particula, quibus rigores, dicta est, & in libris epidemiorū
 in hac dictiōne: ante rigorem urinarum retentiones. Quòd aut̄ & ex conuulsuis affectionibus urinæ
 retineantur, pr̄poluit author in præsenti dictiōne: Quę aut̄ temere a quibusdam dictiōnis huius
 explanationib. dicta sunt, subticere est melius. Ego autem explanationē ad eā, quę idonea sit,
 pr̄nunciationem, dico. Sequitur, & ita, ubi inhorruit sudauit. Quintus quidem, solam hanc cum
 sciret

COMMENTARIVS III.

182

A sciret scriptionem, quam in antiquis, ut ait, exemplaribus repetit, fatetur se non intelligere. Verum in compluribus exemplaribus scriptum est, & ipsa, ubi inhorruit, sudauit, ut mulieris nomen ea voce intelligamus, quam ubi inhorruit, sudore* contigit.

¹⁸ Syncere desistentes purgationes, * alibi quidem exacerbantes, his uero & valde: & talibus & paro: Al omnibus tides exurgunt.

Vt pro purgationibus vacuationes diceretur præstabat. Nempe, cum excerni contigerit, quæ corrupta sunt, purgatio est corporis: cum {vero} excernantur, quæ ui morbi sūt, {vacuatio.} Cu iuis autē, q̄ de his dicatur, patet ex verbo, desistentes, q̄ expurgantes corpus uacuationes, principium quidem a synceris interdum hñt, sed desinunt in benignas, mitesq; deiectiones. His vero & valde tales exacerbantes esse vacuationes, ad interdicta relationem habet. Antea aut̄ dictum est: vrinæ retentio, quibus rigores, & conuulsiones. Prænotio autem in ea re est, q̄ parotis suscitarī possit: atq; ob id scribitur, q̄ ægro cuidam ex ijs, quæ in dicta syndrome relata sunt, parotida habere contigerit: non tamen perpetuo, sed magna ex parte parotidas prædictam sequi sydromen est rationi consentaneum: didicimus siquidem talium abscessuum notas.

B 19 *Turbulentæ, feroceſq; è ſomno excitationes, communisue, tum alias, tum cum ſudore.*

Iam antea concursiones huiusmodi explanauimus, nihil sanè, neq; quod necesse sit, neq; magna ex parte, habentes: atq; ob id præsentem dictionem quidam ijs, quæ inferuntur, nectunt, cæteri autem distrahunt.

20 Ceruicis, dorsiq; perfrictiones apparentes per totum corpus, in his & spumosa urinarum excretio-
nes cum anima deliquio, atq; oculorum hebetudo, conulsionem prope esse indicant.

In multis quidem ex exemplaribus dictio ita scripta est, perfrictiones apparentes, in alijs uero melius hoc pacto, apparentes per totū corpust inquā fieri non possit, ut totum simul refrigeratū sit corpus, atq; ob id bene adiectum sit apparentes. Quod deinceps dī, non paruum hēt in scriptura controversiam: quidam n. scribunt ἀφωνεῖαι spumosae mictiones; alij autem πνεύσει, i. purulentæ. Sed ad totum rei sensum verbum, spumosæ, est rōnibilis: nā purulentæ mictiones, si propriæ vtiq; intellexerimus, & non ut libri huius authori improprijs nominum metaphoris uti consueuit, pus urinis permistū esse indicant: puris autē gnatia, tm abest, vt conuulsionem significare possit, vt ēt in aliquo, qui conuulsionis incurrit suspitionē, signū bonū sit, morbi concoq; ostendens: spumosæ vero siue ob colligationē, siue ob perturbationē quandā, flatuosumq; spiritū exoriantur, suspecte vtroq; modo ad conuulsionē existunt: non tamē purulentæ his similiter. Si uero improprie purulentas dixit vrinarū tū crassarū excretiones, neq; ita suspectæ sunt, neq; ad conuulsionis generationē proficiunt. Aīx autē deliquiū, & oculi habitudo, quæ ἀμενεσίς dī, imbecillæ aīalis facultatis signa existunt. Conuulsionem igitur non ea symptomata dictis adiecta, sed sola illa pñt indicare: illa dico, ceruicis dorsiq; perfrictiones vna cum toto corpore, vrinam itē spumam, aut crudam, aut incoctam. Oculi autē hebetudo per accidens conuulsionis expectationi fide faciet, q̄ principiū neruorum affectum significet. Nosse autem oportet & concursionem hanc, t virtutum * inferre conuulsionem; non tamen perpetuo, vel ut plurimum, sed ambigue magis, si ἀφωνεῖαι spumosæ scripserimus, neq; si scribatur πνεύση, i. purulentæ, expers, vt dictum est, expectationis erit: medium vtriusq; obtinente, si ὑπνάδης, i. somniculosæ, scriptum sit: sed illis adhuc magis, si crudæ & incoctæ uideantur. Quibus autem hæc cessauerint, his propè esse tum conuulsionem, tum mortem indicant, oculorum hebetudo & apyschia. Intelligit autem proculdubio, lupopsychiam, i. animi defectiōnem. Dioscorides pro ἀψυχίᾳ scribit ἀποψυχή.

D 21 Cubiti, & ceruicis dolores conuulsiui, à facie autem hi, atq[ue] in faucibus sonitus multi cum salu-
tione, sudores in his per somnos boni: an & sudore quam plurimos leuari non malum?

Orationem, à facie aut hi, intellexerunt oēs, ut eā quā habeat conditionem cum hac, a capite, nempe, & supra in alia dictione dixit, tum aliās, tum a capite orti. Quare aut conuulsuā hēc dicat symptomata, non est incertum ijs, qui antedictorum meminerunt. Quidam vero primam dictionis partem per se tum scribunt, tum legunt, ut sermo talis sit: cubiti, ceruicisq; dolores conuulsuī: a facie aut hi. non amplius indigentibus nobis ad conuulsionis prænotionem consequente oratione. Hi autem coniunctionem, atq; tollentes, principium consequenter scriptorū hoc fecerunt, in fauicibus sonitus frequentes. Quidam pro ἥχοι. i. sonitus, scribunt ὥχλοι. i. tumultus, ita, in fauicibus tumultus multi, vt Dioscorides. Capito autem ita scripsit: atque in fauicibus ὥχροι. i. pallores frequentes: pro mptesi quidem (vt persæpe est dictum) recentiores in obscuris libris veteres scripturas pro arbitratu mutabant. At hēc quidē, quoquo modo habeant, symptomata mala sunt: videnturq; ad præsentis dictionis veritatē quippiā conferre. Sed iusta est quæstio, quā ob cām adiecit, sudores per somnos in his boni; nihil enim est peculiare hoc pacto laborantibus, vt à sudoribus p̄ somnos duntaxat iuuentur. Nempe cōē est cominodis sudoribus tum in dictis affectionibus, tum

三

I N I . P R O R . H I P P .

in cunctis alijs limitationes h̄e alias, vt si ex morbi coctione fuerint, si per uniuersum corpus, si diebus iudicatorijs, si febres & symptoma sedauerint. Sudores aut, qui in somnis fiunt, vigilanti bus fieri superuacaneū. Quidam uero sermoni opem ferre cupientes, sudores in ijs, qui conuelluntur, ob morbi robur fieri aiunt. Si igitur corporeum exoluto, tum relaxato, quod in somnis fit, id oriatur, fidare hos scđm naturam est existimandum. Quod deinceps dicitur, maiorem adhuc habet dubitationem, scribente ipso, an sudore, quam plurimos leuari non malum? nullam siquidem ambiguitatem habet, cum manifeste sit bonum: si minus, at prorsus certe non malum.

22 Dolores, si ad infernas dilabuntur partes, his toleratu faciles.

Quod, quosnā infernas dicat, non adiecit, p̄ea geminā expositores fecerunt scripturā: alij si qđ ēνφεοι.i. faciles toleratu scripserunt, alij aut ḥνσφεοι.i. difficiles toleratu. Nam, si ad partes, quę circa thoracē, & os ventriculi sunt, peruerent dolores, maiorem inducent tolerandi difficultatē, t̄q̄ cum in ceruice cubitoq; essent, si ad crura, morbosam totam affectionē insigniter iuuabūt.

23 Qui in febribus* sudant cum capitis dolore, interclusa alio, conuellentur.

Ex breuissima interdū expectatione conuellendos scribit: nempe forsan semel quendā ita habentem conuulsū vedit, non s̄epius. Liber autē ferē totus ad delirij, conuulsionisq; p̄ædictionē expendit. Si quis igitur authori crediderit, & in febre capite dolentes cum* sudore & alii retentione conuellendos enunciare ausus fuerit, s̄epius admodum aberrans, semel petitum assequetur.

24 Subarenida & liquida deiectiones, perfrictionesq; non sine febre, prauae: rigores ex eis tū vesicā, tū nētrē prehendentes, dolorosi: an & in his comatosum, aliqd cōulsorij habet? non fuerim admiratus.

Yælugæ per d̄ Attici scribunt, per b̄ uero ḥabugæ cæteri oēs, uocantq; ḥabugæ carnes, quæ duris fibrofisq; & ægre diuellibilibus, atq; mandi cotumacibus contrario hñt modo: tales autē maxime sunt, quæ a multis σαχναι appellantur, diem unum vel duos a iugulato animali repositæ:
+ Hinc edulium εωλας aut̄ eas græci uocare consueuerunt, { quasi biduanas, vel triduanas dixeris: } & εωλιζεν ita annuenib. a' xpo te putrefacere: thinc edulium summe recens επιβραχιν τροστωλισμιν. i. parum ad putrefactū, mortificatumq; dicitur. } Constat autem ex eo quod postea ita dictum est: Senibus ad finē accessit. } Ego igitur ostendi, quenam dicant homines ḥabugæ in eduliis, & non in excrementis, orationem τρισμένον. Loc⁹ habentes. Sed libri huius authorem equum erat nobis dicere, quenam excrementsa επολέθυγæ. i. Hippocratis i subarenida vocet: nempe, q̄ mediocriter ḥabugæ. i. arenida, constat. Prorsus siquidem ad eum spe libro de Ali- mento. Gale- abat nobis oñdere, quenam dicat επολέθυγæ. } Cum aut̄ prophetæ ipsi inter se controuersi exi- G nus vocē hāc stant, maior adhuc nobis, qui prophetæ non sumus, existit dubitatio. Nempe est, qui liquida nunc ανασταπεῖς in- simpliciter dici ait: alius cum aquositate liquida, crassitiemque & substantiam nullam habēntia: terpretatur: alij ea tanquam pinguitudine yacula: alij ueluti non glutinosa: alij(nescio qđ ipsi uisum sit) aiunt quod insuper ea, quæ humidis alijs, olei instar, non miscentur: alij in liquida deiectione biliosos, & incocitos glo- ficie est muta- rum, in exposi- strinxeris, & mox ubi solueris, dissolutam dixeris, videnturq; hi cæteris probabiliores esse. Eadem rum Hippo- vero potestate dicunt, qui non glutinosa esse aiunt, quę quis composita, & una uoce dixerit αγρι- cratis. σχη. i. non glutinosa: si. n. ab arenulentis edulijis ad deiectiones transferre similitudinem, liceat, p̄babilius fuerit dicere, ḥabugæ alii excrementsa esse, quæ de facili dissoluuntur, nullamque habent egre dissolubilem vñionem. Talia vero excrementsa fiunt & a cibis, qui arenulentam & solutu facilem habent substantiam: Vidi ego, cum in agro essem, hortulani pueros frumenti quidem indi- ges, pyris uero abundantes, talia deiicere. Qui milium, panicumque edunt, vel hordeaceos panes similia his excernunt. Si uero triticeos panes quis edens talia deiicerit, quod tenuis, & dissoluens, humiditas excrements permista sit, quæ mutuā prohibeat vñtionem, est suspicandum. Diosco- rides, vt multa alia in obscuris libris prompte commutauit, ita & uerbum επολέθυγæ permutauit, fecitque επολέφεα, appellariq; is ita ait subnigrantia: nempe & tenebras ḥεφεα dictas esse apud Pindarum. Post uero ḥabugæ vaticinium, vel coniectationem, vel temeritatem(nempe, quòd quis in talibus, tanquam certe noue: it, enunciet, temerarium existet) ad consequentes pergamus dictiones: ex quibus prima est, perfrictionesq; non sine ardore, quod rursus ipsum certo nosse, quid sibi velit, temerarij est hominis. Coniuentes uero & in hac re, ut in alijs libri huius multis fecimus, perfrictiones non sine ardore dici asseremus, cum quis superficie quidem perfrixerit, in imo autem corpore sentiat igneam caliditatem. Has igitur prauas esse ait: quis enim cu- te quidem perfrigescit, intus vero ardorem sentientem, praua habere, non nouit, etiam non quærerentibus nobis, an subarenida deiicerit? Nempe scriptis in prognostico contenti ad dignitionem " tum bonarum tum malarum deiectionum non fallemur. Deinceps autem in præsenti dictione scriptum est: Rigores ex his tum uescam, tum uentrem, prehenden- tes, dolorosi. Quærere igitur rursus nos hoc loco vult scriptor, quidnam significet verbum επολέμαντα, id est prehendentes. Nempe antea ipsas επολέσια, id est retentiones, uocauit, επολέψια, id est interceptiones: nunc autem, qui επολέμαντα scripsit, alijs quidem in re eiusmo-

In Prog. cō. 2
t. 13. & 14. ac
reliq. 4. 199.
a.c.

dignitionem " tum bonarum tum malarum deiectionum non fallemur. Deinceps autem in præsenti dictione scriptum est: Rigores ex his tum uescam, tum uentrem, prehenden- tes, dolorosi. Quærere igitur rursus nos hoc loco vult scriptor, quidnam significet verbum επολέμαντα, id est prehendentes. Nempe antea ipsas επολέσια, id est retentiones, uocauit, επολέψια, id est interceptiones: nunc autem, qui επολέμαντα scripsit, alijs quidem in re eiusmo-

Adi nomen fere vī de interceptionibus, retentionibusq; quas ἀπολύτες vocant: alijs uero, q; ueluti admodum extendantur, indicare. Quod uero dī, ὁδηγός i. dolorosū, sufficit ostendere egrotationem quandam significari per uocem ἐπιλαβάνοντα. In cæteris quidem operib. plurima eorum, q; dubitationem afferunt, ex illatis dignoscuntur: in hoc vero libro maior perpetuo priore infertur quæstio. Qūo & nunc, cum inquit, an & in his comatosum, nempe vel tale est, quod ait in his memoratis, uel tum oībus, tum postremis: nam & id patet, comatosum pathema habere quippiam simul existens & conuulsu, velut in quo quidem ipsum et simul existit, q; prædicta comatosum sequatur. Sed neutrum horum neq; est necessarium, neq; ut plurimum euenerit: & quidem author ipse consentit: adiecit. n. coniunctionem dubitandi, an: deinde ipsi acclamauit, cum dixit, non admiratus fuerim, nempe ita in compluribus & fide dignis exemplaribus est scriptū, ueluti & in alijs quibusdam nullo pacto scriptum reperitur.

25 *Quæ in acutis morbis vomitorie trahuntur, vitiosa: at q; albæ deiectiones, difficiles, lètore carētia ex his percurrentia multo cum estu in mentis eunt aberrationē: an ex his comatosi, torpidi q; postea sūt? morbus ex talibus diutius manet: an & circa iudicationem arescentes* difficulter spirent?*

B Quæ in acutis, inquit, in morbis vomitione trahuntur, vitiosa sunt: tale aut quippiam & antea est *al. tuficulosis scriptum: nosq; in similib. similia dicere cogimur. Adiçiam vero nunc & illud, quod ante dictū non fuit, cum nauoseam fieri dicebam, qn ad expurganda, quæ contristant, uenter cietur. Quidā & ob phlegmonem ipsius, nauoseabundam fieri affectionem dixerunt, quod in supradicto uniuersali sermone continetur. Nā, si phlegmone sua propria rōne nauoseam pariat, nunq; uenter phlegmone ob sideri citra nauoseam reperietur. Incidit autem huic symptomā eiusmodi, cum phlegmone ob sidetur, qnq; duobus modis: altero quidem, cum tenues quidam ichores ex inflammatis particulis ad interiorem ipsius capacitatem decumbentes, collectiq; in eo loco, os ipsius contristaunt: altero aut, cum permisso affectionum fuerit. Duab. siquidem inter se complicatis affectionibus, per se in utraq; fieri solet. Permissa igitur ea, quæ nauoseam parit, affectione cum phlegmone pp alteram earum nauoseantes ægri sunt, non propter phlegmonem. Contingit aut non nunq;, ut ex moderatis nauoseis vomitus statim incidat: nonnunquam sanè & conturbatio quidem plura & frequens fiat, uomatur vero vel nihil, vel prorsus paucum: quod cōijcere licet his uerbis, vomitorie trahuntur, ipsum velle significare, quæ in presentis dictionis capite sunt posita. Prauū autem est, non vt signum tantum, uerum etiā ut causa, symptoma hīoī. Nempe, quatenus succi-

C malitiam, excerni contumacem, contineri in uentris ore ostendit, eatenus signum prauum est: q; vero continuis lacerationibus vellicationibusq; uentrem cruciet, ob id rursus tanquam causa ipsius erit, phlegmone quidem nondum existentis tanquam modo futuræ: eius vero, quæ iam adest, tanquam incrementum suscepitur. Præterea inquit, albantes deiectiones, difficiles, quod q; dam ab ante dicto separant, cæteri copulant. Cæterum, quod de prædictis antea diximus: idem & de his nunc dicimus: albæ etenim deiectiones sūt non desfluente exhepate in uentrem bile: qd sanè, & per se, & cum ante dicto constare potest: q; a uero author dissimilia multa inter se commiscant, legentes ob id ea & copulare, & separare ab iniicem possunt. Sed, quod mox post albantes deiectiones scriptū est, lètore carētia ex his percurrentia multo cum estu, in mentis eunt aberrationē, inter ea, quæ semel forsan, vel bis uisa sunt authori, est, nullā, quæ necessaria sit, habentia consequentię cām, sed (vt saepius iam dictum est) quæ fieri possint, interdū quidem q; infesti transmittant humores, interdum vero q; diuidantur, atq; aliquā q; in crescente affectione plures occupent locos. Adde, q; neq; comatosos eos fieri inter necessaria sit, sed inter contingentia: qd & ipse confessus est, cum inquit, an ex talibus comatosi? visus est siquidem & id supra perpetuo adscribere, ubi enunciare quippiam non audet. Cætera, quæ deinceps ad finē usq; dictionis dicuntur, similem hñt absurditatem, ut forsan iam ab earum, quæ huic libro supersunt, dictionum explanatione temperandum sit. Nempe, qui exacte didicerunt, tum quæ in libris Hippocratis scripta sunt, tum quæ in ipsorum explicationibus sunt a me dicta, hi cognoscere possunt, quænam sanè ex signis scripsit, quæ prognosticē equaliter perpetuo pñtem obtineant, quæ nam magna ex parte, & q; ambigue, vel raro, atq; amplius quas in ipsis pro maioris, minoris & rōne continuerint differentias: vt nihil ope mea ad præsentia indigeant. Cæteris uero, qui priusq; illa didicerint, se ad hēc conferunt, prolixissimæ in horū singulis orationis est necessitas, ut non tribus, sed triginta opus sit libris. Ego vero comprobatas fide dignorum exemplarum scripturas præsenti percurri dictio ne. Sunt uero & aliæ multæ scripture, aliæ aliter pro cuiusq; arbitratu: sed ad infinitam, ut dixi, prolixitatem incidere cogar, si omnes memorauerero.

26 *Quæ ex lumbis ad collū caput q; redundant, resoluunt q; & paraplectico modo, conuulsu, & mētis vacillationem parientia: an & talia conuulsionē soluantur? Ex his varie agrotant per ea profecti.*

In hac quoque dictione est incertum, quonam pacto legere nos uoluerit, qui librum hñc scripsit: an ex ordine vniuersa connectentes symptomata, deinde ab his dicentes, an & talia conuulsionē soluantur? an ad hanc usq; orationem, resoluuntq; paraplectico modo, serie continuata le-

gere,

IN I. PR OR. HIPP.

gere, mox silentes, rursum postea dicere, conuulsua & vacillationem mentis parientia, nempe quodam hoc modo, alij illo legerunt: dein ceps etenim inquit, an & talia conuulsione soluantur? Conuulsua certe, conuulsione solui, inter absurdum est: praedicta vero solui conuulsione probabilius quod intellecterit: sunt autem, quae praedicta sunt, haec, quae ex lumbis ad collum, caputque redundant, resoluuntque; paraplectico modo, postea facta fuisse conuulsua, & talia reddita paraplegiam soluisse. Haec siquidem sensum quandam hinc vni, prope, quod paraplegia affectio vnius partis corporis talis sit qualis est paraplexia totius, huicque; aduersissimum sit fin motionem pathema conuulsio. Nempe cum partes affectas motu priuet paraplegia, conuulsio ad motionem agi naturali uehemetiori, ita ut violenter haec concutiantur: quod si obstructio, uel humidorum, aut crassorum, aut glutinosorum impactio, in nervis fuerit, ob id paraplegiam iuuare videbitur. Quod uero in calce orationis dictum est, ex talibus varie agrotant per ea profecti, in quopiam id factum conspexisse mihi uidetur. Neque, & semel ego quandam, qui ita affectus erat, permutationemque; uarie sese mutuo excipientium symptomatum habebat, uidi. Fiebant autem & illi haec, prægressis lumborum, collique; & capitum doloribus, post quos manus tota acre tum sentiebat, tum mouebatur, sicuti & in dictione dictum est, paraplectico modo, cum non esset exacta paraplegia: mox superueniens conuulsio sensilorem eam atque; ad motiones expeditiorem fecit: placata autem conuulsione, sensim rursum deterior reddebat: deinde rursus tum lumborum, tum colli, tum capitum, dolore correptus uniuersam subitamque; habebat paraplegia in manu aduictionem: atque; rursus postea non parum conuellebatur.

27 Conuulsiones in hysteris sine febre faciles sunt; ut etiam Dorcadii contigit.

Et in hoc loco, quod a nobis cognoscitur, dictio adaptabimus, nihil ab ea discentes. Nomen siquidem ἡγετές, quod facile dixi, ambiguum, quantum in se est, existit: potest n. quis intelligere ex rationabilem earum, quae in hysteris affectionibus sunt, conuulsionum generationem: potest quoque & dici securitas ipsarum, & a periculo recessus. Nihil itaque; dictio nos docet, sicuti neque; aliis, qui ambiguus sit sermo. Qui autem in rebus, quae dicuntur, ueritatē scire pertinet, uni ambiguitatis parti conueniunt, interdum autem, & duabus: quo pacto & nunc hi legunt. Nempe mulieribus hysteris appellari, quae strangulationibus uteri capiuntur, sunt & continue totius corporis contractio-nes conuulsuæ, nec simile cæteris conuulsionibus periculum habent. Sed, quoniam & in magnis uteri inflammationibus conuulsiones interdum assident, ab ijs nunc dictas separauit, adjiciens dictioν, ἀπνέως, quod est sine febre. Nempe, quod magnas uteri inflammations febres consequantur, neminem latet: non sibi sunt ex uteri inflammatione conuulsiones: si sunt, periculose sunt.

28 Vesca intercepta tum alias, tum cum capitum dolore, conuulsuum quippiam habet: quae ex his cum stupore exoluuntur difficultia existunt, non tamen perniciofa, an & in mentis pellat uacillationem, quod huicmodi est?

Απόλυτον i. interceptionem tum urinarum, tum deiectionum pro retentione appellare con-suevit. Conuulsuum autem quippiam hinc ait: quod idem cum hoc est, posse aliquam conuulsionem pro uocare, & presertim cum dolor capiti aduenerit: fuisse siquidem neruorum principium in societe affectus uescicæ ostendit. Quod uero postea scriptum est, quae ex his cum stupore exoluuntur, bifarium est expositum. Nempe quidam de urinis dictum inquiunt, tanquam ex retentione cum stupore excretae sint: uolunt siquidem ἐκνόμεται. quae exoluuntur, dictum esse pro ἐκνόμεται. quod exer-nuntur: alij uerbum, exoluuntur, de corporis partibus dictum esse intellexerunt: alij de uniuerso corpore, quasi sensione quidem torpens ipsum, uoluntaria vero motione exolutum, fuisse dixerimus. Volunt igitur haec δύσησις quidem i. difficultia, pro ἀντίστροφα & dici, i. periculo uacantia, non tamen perniciofa. An uero in dictionis calce dubitanter enunciaret, in dementiam pellere, quod tale est, nec ne, sibi mentem ipsius didicimus, in quibus addubitat.

29 An & ossium, quae in temporibus sita sunt, discessiones, conuulsionem accersant? uel temulentum H sauciari, uel sanguinem valenter erumpere, in principijs si id faciunt, conuulsua?

Quod in calce orationis dictum est, conuulsua, in exemplaribus quibusdam adiectum non est: neque, si non adiectum sit, quantum ad intelligentiam rei spectat, quippiam refert: quia sub eo intelligatur, quod principio dictum est, conuulsionem accersant. Dilucide igitur hoc in loco id ipsum, quod in unoquoque agrotante apparuit, demonstrauit: cum iustum esse sibi scripturā interpretari visum fuerit, interdum quidem tanquam vniuersale enuncians, interdum uero addubitans: sicuti & nunc in aliquo, cui os capitum positum in temporibus discessum fuit, qui tumultus sauciatus est, confessimque; erupit uehementer sanguis, & tandem est conuulsus. Cum ergo tria ipsi euenerint: vnum quidem ossis temporalis discessio, alterum quod temulento id factum sit, tertium vero sanguinis eruptio: inquirit, à quoniam horum si hora conuulsio. Cui respondebo facile: nō de ossis temporalis discessione ait Hippocrates, "Quod plagi temporibus infictæ graues sunt, & sōporem inducentes: quod itē in coauulsionibus, distentionibusque temporalium musculi primi patiuntur. De ebrietate vero aphorismū illū dixit." Si ebrius quod spā repēte obmutuerit, conuulsus moritur. De sanguinis aut eruptione, "Quod conuulsio a repletione fiat, uel vacuatione, nō aut totius corporis, sed neruorum

A uorum ipsorum: quo fit, ut ex sanguinis eruptione haudquaquam conuellantur, nisi refrigeretur vel propter praesentium incuriam, vel quod sedare uelint fluxionem sanguinis per refrigerantia remedia.

30. In sudore sputa præterfluentia febrenti ægro leuia: an ad dies aliquot ventres humectentur? arbitror: an his abscessus in articulum futurus?

Quidam dictionis antecedentis finem principium huius efficiunt bifariam: alij quidem cum articulo, τὰ σπασμώδια. i. conuulsua in sudore sputa præterfluentia: uerum, qđ ad intelligentiam ipsā attinet, nihil interest, siue adiectus, siue ademptus fuerit articulus: qui uero deinceps dictis, conuulsua, præordinat, magnā faciunt sensus permutationem: atq; adhuc magis scriptura alia, quam recentiores quidam moliti sunt, pro ἐν ιδέω τι. i. in sudore. nomē compositū ἀνθετι. i. non in sudore, & absq; sudore, facientes. Si igitur non saepius in dictionibus multis ea, quæ nihil conferant ad prædictionē, pro conferentibus adscripsisset, confessim culpassem eos, qui dictioni, conuulsua, prescribunt præordinantque. Cū uero & ipse adiecerit, qđ nihil conferret, ignosco ijs, qui conscripserunt, conuulsua: qđ ad præsentia nihil, qđ effatu dignum sit, conferat: siquidem in febribus cum sudoribus non iudicatorijs præterfluentia sputa, ob copiam immoderata, vel virtutis imbecilli-

Btatem oriuntur: atq; ob id sunt ἐνθύμη. i. leuia, quasi ἐντροπα. i. non contumacia, & ueru facilia, dixerit. Absurdior aut̄ fuerit intelligentia, si ἀνθετι. i. non cum sudore scripserimus: qđ, qui scripturā antiquā pmutauerunt, tanquam sapientius qđ ppiam inuenissent, ita scripserunt, pro ἐν ιδέω τι, ἀνθετι facientes. Orationem autem hanc, ad dies aliquot uentres humectentur? in ægro factum id videlicet conspicatus ita scripsit, an multis euenire id possit, inquirens. Nihil autem certi, quantū ex dictis est, qđ ipsi respondeamus, habemus: Nēpe, quo paēto tali in ægrotō cætera habeant, limitare oportet, de quibus dixit nihil. Modus idem est de futuris in articulos abscessibus: constat enim quibus nam ex signis talia definire oporteat: de quibus in præsentia nihil dictum est.

31. Quæcum tantula ferocitate in desipientiam pellunt, melancholica: si uero à muliebribus fuerint, ferina: amplius autem incidunt hac: an & ha conuulsua? an cum caro quoq; aphonia conuulsua? quo modo coriarij filiæ obuenit: caput autem malum præsentibus menstruis. *Galenus uidetur legisse negative.

Quam nā appellet melancholicam desipientiam, dixi anteā: nam is dictionis eiusdem, quam nunc retulit, scripsit principium. Prætens uero sermo (vt author fatetur) est, qđ coriarij filiæ ex mēnstruorum retentione ferinè delirasse conspexerit: demonstrauit aut̄ per uocem hanc, melancholica, intensionē: prompti siquidem sunt ad inferenda propinquas mala, qui ex melancholia delirant: vbi aut̄ ingentia mala faciunt, ferinas desipientias appellat. Sed, qđ ex purgationis mensuorum retentione talis oriatur desipientia, neq; prorsus uerum, neq; magna ex parte. Nam, si melancholicus fuerit sanguis, atq; in cerebrum ierit, desipientiam hmōi parit: si vero biliosus, non talem sed cōsuetam familiaremq; si copia pituitosa fuerit, cataphorā, lethargumq; magis efficiet: si uero mistū ex his, mistā ēt affectionem ex cataphora, & vigilia, vel desipientia conficiet. Ut aut̄ horum nihil vniuersale ipsis inest: sic neq; consequentium aliquid, quæ coriarij filiæ euenisse scripsit.

32. Quibus conuulsis oculi fixe reluent, non apud se hi sunt, diutiusq; ægrotant.

Quidam pro παρέωντος scribunt ταραχάς σφίσιων αὐτοῖς: sed, qđ vtraq; oratio, & παρέωντος αὐτοῖς τιναι, & ταραχάς αὐτοῖς τιναι, de his dī, qui sapient, cuius patet. Οὐκ τιναι ταραχάς αὐτοῖς τιναι autē, est nō intelligere, sed mente circumagi, distrahiq; iudicium. Sed, qđ nota habeatur ex oculis fixe reluentibus, ut ex alijs quibusdam, ig norant: satis uero fuerit in eam rem, quod ab eo dictum est: "Oculi 6. Epid. cō. 1. ferocitas desipientiam indicat. quō & idiotis ipsis dilucet, qui non prorsus stupidi existunt: nempe, qđ id semper subaudire oporteat, constat omnibus. Vocamus siquidem, in eiusmodi omnia testes idiotas, qui rudes tum existunt, tum uocantur: sed maxime quidem, si fieri possit, natura prudentes: si non, at non mente desides ignauosque. In præsenti uero sermone supra modum relucere oculi ponuntur, quod per se ipsum signum irascientium erat: sed forsitan id oculo ἀτυχί. i. fixo cōtentioque, quod est ἀγροτι. i. feroci, concurrens, uehementiorem indicabit fore desipientiam. Superiuacue autem ad prædicendum, quod deliraturi tales sint, conuulsorum meminit: nam & sine his procreari potest desipientia, & præsentibus his non procreari. Aegrotatuos autem diutius, ad huc etiam temere magis dictum est: nempe, in quibus conuulsis fixe, ferociterque reluent oculi, hos acute ægrotaturos, non diuturnius, rationi est consentaneum.

33. Sanguinis ad latus diuersum eruptiones, male: vt si, cum licenis magnus fuerit, dextra ex narcituat: At qđ res in hypochondrijs ita habet: cum sudore deterius id existit.

Si quippiam aliud saepius contingere ipse uidi, ita & hoc. Vr autem Hippocrates ex multa experientia, quam ex particularibus sibi fecit, uniuersalia collegisse. Nempe & in epidemiorum libris ægrotos scripsit multis, alios quidē, quibus sanguis salubriter erupit: alios vero, quibus insalubriter. Causam horum alibi enunciantes considerauimus. Nunc id nosse satis fuerit, quod, qui asserunt quomodo ex hepate causa uena sursum per thoracem fertur, ita & ex liene aliam ortam partibus

I N I . P R O R . H I P P .

partibus distribui sinistris, non uera dicant: cum una sola vena sit, quæ ex partibus septo transuerso inferioribus ascendit. Quæritur autem non sine rōne ab expositoribus, quā ob cām uerbo, licet, adiecerit, magnus, siūtq; qui maxime probabilia dicere uisi sunt, in paruo liene non admodū manifestam esse in vtraque, vel præsidij, uel offensæ inclinationem. Ego uero sermoni adiectum esse existimauerim uerbum, magnus, quasi, vel tum factus, uel in molem assurgens, uel phlegmo ne ob sessus adscriperit. Nam, si, lienis, simpliciter scripsisset, rursus alia oriretur quæstio, quo nam uitio lienē effici dicat. Si igitur hoc non inquiramus, sed nobis constet in omni tumore præter naturam lienem fatigante, in latus diuersum sanguinis eruptionem nocuam esse, limitationis gratia verbum, magnus, adscripsit. Exemplum autem hoc ipsum, uidelicet de liene, omnium commune est, quibus ad latus diuersum sanguis erumpit: atq; ob id sermoni additur aduerbium, ut, perinde atq; si ita dixisset: vt si, cum iecur magnum fuerit, ex sinistra nare erumpat sanguis: cæterum ita a liene, tanq; exemplo, ad iecur transire in promptu esse arbitratus, iecoris non meminit. Quod autem a viscere ad viscus migratio fieri possit, adiecit hypochondriū, inquiens, atq; res in Hypochondrijs ita habet, ne tñ ex uisceribus directas sanguinis eruptions bonas esse existimemus; uel malas, q; in latus diuersum fiant, sed etiam ex hypochondrijs ipsis. Cum autem uitiosa sit, quæ in latus diuersum fiat sanguinis eruptio, deterius adhuc fuerit signum, si* cum desudatione cōtingat. **Epi. 1. p. 2.** autem, i.* desudationem, iam saepius quidem in hoc scripsit libro, sed nusquam ita lucide, ut cognoscamus, nunquid sudores circa thoracem, caputq; apparentes ita appellat, an eos, q; toto eminant corpore, ubi tum pauci, tum nihil conferentes sint. Prauum autem utruncq; horum est: deterius autem, qd in superius fit partibus. Nempe, cum omnis desudatio* demonstret, vel copiam in sudantibus* partibus, vel facultatis retentricis imbecillitatem: utruncunq; eorum in locis tum thoracis, tum capitis fuerit, deterius est signum, quam si in alia quapiam parte fuerit.

34. *Ex naribus exiguo cum sudore perfrigescientia, maligna, praua.*

Rursus hoc loco interpretatione est usus, nō adiecto orationi ex naribus perpetuo erumpenti sanguine, qd nos de necessitate subaudire oportet, p pe a q nihil aliud intelligere ualeamus. Fiet autem sermo integer, si ita interpretari liceat: si ex naribus sanguis erumpat, cum sudores uel fuerint, vel superuenerint, perfrictionē quidem ferunt, quæ indicat malum esse morbū. At, cū perfrictionē in extremis fiat, tum per totum corpus grauior certe, difficiliorque, quæ per totū corpus est.

25. *Post sanguinis eruptionem deiectiones nigrae, male: prauæ aut & prærubæ: an & quarto die talis eruptio fiat? comatosi ex his conuulsione finiuntur: an nigris procurentibus, & tumefacto ventre?*

Rursus & hoc loco, vt in alijs multis, sermonem manifestū, vtilemq; ab Hippocrate dictū cōfudit. Est autē ipsis primum quidē uniuersale hmōi: "Iudicatoriorū non iudicantium alia quidem lethalia, alia uero indicatiū difficultia. Cū autem iudicatoria multa sint, in horū singuli: suus est sermo, particularis quidem ad eū, q dictus est, relatus: vniuersalis uero ad subiectos subordinatosq; qualis est talis: sanguinis eruptio non iudicans, uel mortalis, uel iudicatu difficultis. Ita sudor, uel copia tum vrinarum, tum deiectionum, tum uomitū, uel quæ per hæmorrhoidas, uel uterum, excernuntur, & parotides, & cæteri abscessus. Omnia siquidē hæc, si non iudicant, interdum quidem lethalia, interdū uero & d'vocata, i. àugusta πονή τὰ νοσήματα. i. morbos iudicationis ex partes faciūt. Cōfissima autem ex his efficitur oratio uniuersalissima, generalissimaq; (vocet. n. vnuſquisq; pro suo arbitratu) iudicatoriorum non iudicantium alia qdē lethalia, alia iudicatu difficultia. Præstat autem hoc loco, qn̄ sunt lethalia, & qn̄ iudicatu difficultia, definiuisse: id qd ab Hippocrate ipso est demonstratum. Quæ nanq; ex iudicatorijs nihil iuuant, sunt iudicatu difficultia: quæ uero ēt in contrarium repunt, sunt lethalia. Iā, quæ ad contrarium inclinant, alijs ex signis certitudinem capiunt: quō & malignas scripsit hoc in loco deiectiones: acciderit quoq; aliter cuipiā altera talis affectio maligna, ut uomitus, uel prauæ urinæ: ueluti & perfrictionē, q; cum difficultate excalfieri possit, aut totius corporis, aut extreまるum tantum partium: sic ēt profunda sitis, æstusq; & caligo, & implaciditas, & uigiliae, atq; prauorum aliorum quippiam. Didicisti uero hæc eadem omnia ex commē

* At. 2. 22. 2. id est scripsi. ut de se ipso dicat sermonem uniuersalem, particularium speciem unam cōmemorans. Nempe, qui modo artē discribit, putat sola hæc maligna esse, de quibus audiuit: si uero acti est ingenio, potest & alia quedam talia esse suspicari, tempusq; expectare aliud, in quo & ipsa pdiscat. Quod si non ita didicerit, sed ea, q; particularia existunt, rursus expectabit, inscius, quantum doctrinæ adhuc ipsi desit: qui uero nem iudicato vniuersale didicerit, particularia oīa cognoscit. At, q prorrheticū hoc scripsit, in particulari uersatur: atq; ob id interdum quidem ex diuersi gñis symptomatis concursionem aceruat: interdū uero ex uno ēgro, aut duobus uniuersaliter pronunciat: atq; aliquā addubitat ambigitq; quō & nunc inqens, an & quarto die talis eruptio fiat? Nēpe, q; quēpiā uiderit, cui quarto die sanguis erupit, omisso noīe sermonē fecit, q; q dies ipsi uniuersale in prognostico habeant doctrinā. Rursus autē particularia enuncians prorrheticī author, non tanq; particularem, sed tanquam uniuersalē fecit sermonē, scribens ita, comatosi ex his cōuulsione finiuntur, non necessario fieri inquiens, sed interdum contingere, veluti & aliud quippiā inutile, quod hēt generationē, sed id quidem simpliciter enunciavit,

A enunciauit. De nigris autem procurrentibus, & uentre tumefacto, respondemus ipsi & hic posse quidem & ea fieri, sed neque perpetuo, neque ut plurimum.

36 Sanguinem profundentia cum^{*} desudatione vulnera, mala: Loquentes ita affectio occulte pereunt.

Quidam τρέμουσαι. i. uulnera per τ. & ζ, & α primam syllabam scriperunt: alij autem τρέμουσαι p τ. & ο: & usitatislimæ quidem scripturæ hæ sunt tum expositoribus, tum scriptoribus, sed concur sionib. raræ existunt: vñluti & quæ primam hæt per τρέμα, & ν. Exordiendum igitur est, & nobis à cōsueta usitataq; quam per τρέμα & α scriptam reperimus, & quæ idem signat cum ea, quæ per τρέμα, & ν scribitur. Nempe τρέμουσαι lassiones eas appellat ēt Hippocrates, quæ ab externis inferuntur causis. Fecisse igitur in præsentia sermonem nō solum in uulneribus, uel exanthematis, vel abscessis circa principiis, uel diuisionibus, verum quoque & in sanguinis eruptionib. par est: quin in vulneribus consonant magis, cum sola hæc sanguinem profundant. Quidam scriptorem hunc etiamnum de saq guinis è narib. eruptionib. nunc agere dñt, non in febrib. solum, uerum quoq; & in nuper dictis affectionib. interficere. Siue igitur de oīb. his sermo sit, siue & de uulnerib. duntaxat, sanguinis cum^{*} desudatione eruptiones malignæ sunt: nec dissimili mō, si & τρέμουσαι. i. tremores, scriptū sue

B rit. Illud át, loquentes aut eos occulte perire, tāle qppiam indicare aiunt, q tales nihil mali hæ videantur, sed tanquam extra periculum constituti, & pñtib. loquentes, repente pereat. Quòd si ad uerbum Αὐλοίως. i. occulte, hoc uelit ipsi signare, naturalem interpretationem alienis metaphoris permutare summopere studere vñr; putant nanquacuitatem esse orationis sp a communi loquendi consuetudine recedere, perinde ac si nihil referret, si quis vel ad deterius recedat.

37 Post modicam sanguinis eruptionem, nigramq; deiectionem, in acutis morbis surditas malo est: sanguinis deiectione in his perniciosa: Surditatem uero soluit.

Cotinetur in hac syndrome verum qppia, & uniuersale. Nēpe in acutis morbis nigris ex deiectionib. si sanguinem deicerint, perniciosum vere existit: id qđ & nos scimus, & cæteri, qui in artis operibus consenserunt. Atqui symptomata esse vñr eam rationem, qua in super purgationibus ultimum excernitur, quod sanguineum est: sed particularium est, in quibus scriptor noīauit:

38 † Lumbis dolentib. Stomachi dolores accedentes, signa eruptionis sanguinis puto, notāq; progressam. † Lumbis do-

C simulq; & pugnantia dixerunt: † Vñ aut mihi quidam eā in discentiū vtilitatē exposuisse: sed hoc modo non meminit febrium, uel acuti morbi, ut consueuit. Ut ergo sermo eius in non febriētib. sit, uerisimile est, ex nulla manifesta cā plures consequentes dies lumbis dolētib. atq; ore ventris. } In his igitur vacuationem per hæmorrhoidas expectare oportet. Posses aut non solū id fore p̄dicere, sed & p p hæmorrhoidum retentionem ea fuisse coniçere: magisq; si eius, qui hæc patitur, temperaturam videoas melancholicam, ut tibi ex dictis prædictio non solum futuri, uerum & præteriti, & tertio pñtis sit. Nempe cū ab alijs distinctus fuerit lumborum dolor & cardialgia, p̄teriti quidem erit pñnotio, q & antea fuisse illi per hæmorrhoidas vacuationem noueris: futuri, q & nunc erit: pñfentis autem affectionis perspicua sunt symptomata, nempe copia in uenis acerua ta, tenue quoddam serum in uentrem confluens cardialgias parit, in os ipsius ascendens, quod omnium ferè partium maxime sentiendi facultate pñstat. Plurima autem abundantē portio ad inferrum repens locum, in quem & primum deferri consueuerat, lumborum dolores efficit.

39 Qui statim temporibus sanguinem profundunt, siticulosi hi, difficiles & exoluti si nō profuderint, exponere hoc epileptici moriuntur.

D Hoc rursum loco satis erat vniuersaliter dicere, primū qđem qb. uacuatio sanguinis consueta retēta fuit, his morbos fore plethoricos, manante ipso ad eas corporis partes, quæ retēti excretionibus, ppinqæ sunt, vel ad eas, q imbecilliores existunt: particulatim uero de ijs, qui ex hæmorrhoida, utpote excremētis exntib. melanocholicis, alunt uel melancholiā, vel phthisin, vel hydruum, uel uarices, vel cacrū, uel elephatē: p̄ter hos aut unicuiq; in ea parte fore affectionē, q ceteris manifeste imbecillior existit. Nō recte autem duorum symptomatū concursionē adiecit, sitis, & exolutionis, in sanguinis retentione: nā sitis nullo pacto retētionis sanguinis propriū existit: exolutio, aut immoderatas excretiones, non retēntiones cōsequitur: & recte dictum est in scđo epidemiorū, "Sanguine multo fluente lassescere. ubi, & quod ex uoce exolutionis significatur, exposui.

40 Qui compositi perturbantur, pernigilant, naribus stellant, sexto die leuantur, nocte laborant, postridie sudant, in somnum feruntur, delirantque, abunde sanguinem profundent: An & aquosa urina lumbis doleant & cardialgia abore nr.

Dilucide rursus hoc loco ostendit, qđ in particularib. apparet concursionibus. Nempe profluuij sanguinis peculiaria sunt signa clare in cōmentarijs de Iudicationib. deinceps scripta: nunc autem in hoīe, qui abūde languinem profudit, oīa, q sanguinis profusionē antegrediuntur, scripsit.

IN I. PROR. HIPPOC.

41 Quibus sanguinis eruptio multa fuerit, procedente tempore alii male afficiuntur, si non urina E concocata fuerit.

4.Aph.17.Ex. ord.30.c. Dixit in aphorismis Hippocrates. "Quibus in febris sanguinis quacunq; ex parte copia eru perit, cum reficiuntur, aliis his humectantur: hic at simpliciter inquit, πονηρόν ταῦται, i. male afficiuntur, forsan in uerbo, male afficiuntur, complecti uolens, & humectantur, qcunq; in ventre perperam fiunt, alijs quidem morsis alijs inflatis, vel ructu acido correptis, vel prorsus non coquentibus. Omnia autem caloris nativi inopiam consequuntur, ob quam & urina aquosa videtur.

42 In indicatorijs perfrictionibus sanguinis eruptiones uehementes, pessima.

Conspicuus est sermo, nullamq; q̄onem habet, si uehementes, & pessimæ scriptum fuerit: Si uero, ut nonnulla exemplaria habet, pro x̄x̄isai. i. pessimæ, scriptū fuerit η ἀρισται. i. optimæ, maxima oritur quæstio: quod defendantes nonnulli tale quippiam significari aiunt: Quæcunq; sanguinis eruptiones uehementes refrigerantur in indicatorijs diebus, optimæ sunt. tanquam refrigeratio, sanguinis eruptiones retineat. Hi autem non scriptam enarrant dictiōnēm, sed alteram, qua ita dici oportebat: Quæ in indicatorijs fiunt eruptionum sanguinis uehementium refrigerationes, optimæ sunt. Addit, q̄ frustra additum sit, indicatorijs, nempe, quocunq; die sanguinis eruptionibus uehementibus perfrictiones aduenient, sanguinis eruptiones sistunt.

43 Capitis affecti grauitate, & sincipite dolentes, per uigilesque, sanguinem profundunt, tum alias, tum si quippiam in cervice tendatur.

Sanguinem profundunt quidem & in huiusmodi concursionibus, sed non multoties.

44 Qui per uigilauerint, repente cū inquietatione quadam sanguinem profundunt, tum alias, tum si quippiam non ante fluxerit: an & ubi perfrixerint?

Concursioni quoque huic sermonem adjiciam eundem, quod quidam horum sanguinem profundunt in capitib; doloribus.

45 Ceruicis dolores, impense rubri oculi, sanguinis eruptionem ostendunt.

Vere hæc, quod s̄p̄ius ad sanguinis eruptiones concurrant, intulit: cætera vero, quæ antedicta sunt, raro concurrunt. In re eiūmodi magna præstant virtute impense rubri oculi.

*** Al. cōsiderāns. 46** Quibus uenter* tendit, sanguinem hi profundunt, superrigentque: an uenter intestinorum in- G i suppressa est. currat leuitatem, si atq; durus, uel aſcarides fatigent, uel utrunque?

Verbum αἱρεγέαγειν. i. sanguinem profundere, v̄r s̄p̄ius, nō fēmel, author intelligere, sanguinē ē narib; fluere: arbitrorq; eū adnotasse aliquaē, qui suppressa alio sanguinē profuderit, deinde superriguerit, & postea intestinorum leuitate correptus sit. Sed, q̄ alius cū intestinorum leuitate in duruerit, controuersiam hēt manifestā. Nēpe quidam duritiē in ipso uētris corpore intellexerūt, non in excrementis. Alij nihil id prohibere inquiunt, alijs quidē, ita sanguinē profundentium adhuc magis, q̄ antea, superinduratum esse uentrem: alijs vero cōtractā intestinū leuitatē, veluti & h̄rē alcaridas. Alij fieri posse inquiūt lienteriam durā, si, q̄ permeauerint, nō solū qualitate, vel in uertibilia, uel immutabilia māserint, verū quoq; & dura, qualia deuorata sunt, citra vllam madefactionē. Dioscorides p̄ntē dictiōnē in duo secans seorsum quidē scripsit, Quib; venter tendit, sanguinem hi profundunt, & superrigent: an ad sanguinis pfusionē tale cōlequatur? deinde principio altero inquit, Venter intestinorum lauitate correptus, vel durus, vel aſcarides, uel vtrūque. Scribit autem non ἐπὶ ὄρλης, sed ἐπὶ σκληροῦ per v, & iuxta illud superne imponens A, vtrunq; punctis includit: vult autem per uocem hauc ἐπὶ σκληροῦ, corpus induratum significari.

sed humanā affectionē: nisi quis credit poetis, qui fabulantur dæmonem quendam pusillum, re-
cens natum, gerentem faces ardentes, homines quosdam in hanc agere affectionem. At uero, qui
decretoriū genus dierū diuinū appellat, suum quendam comprobauit affectū, haudquaq; prodi-
dit Hippocratis opinionē: Non. n. simpliciter, quæcunq; causas hñt incognitas, aut inopinabiles,
diuina uocamus, sed vbi mirabilia habeantur duntaxat: } quanq; nec ignorauit Hippocrates cau-
^{t Al sed certe ea admirada aut taxat uoca m, non diuina.}
las decretoriorum dierū, ut in cōmentarijs de diebus decretorijs a nobis perpensum iam est. Igit,
vt docui, nequaq; memorare conuenit per has commentationes, quæcunque prodita perperam
sunt, sed quæcunq; verisimilia, & cōsentientia videantur. Et ob eam rē, quæ ab Herophilo perpe-
ram scripta sunt in præsensiones Hippocratis, dilata ad alium locum dissimulabo: idq; nunc, & to-
to deinceps uolumine ipse efficiam, & itē cōmoneo faciendum ijs, qui in tales incidunt commen-
tationes, quo minus culpent me multa expositorum errata de cōfilio reticentem. Sed, si diligenter
lecturi sint, quæ à nobis sunt prodita, illa ex se ipsis aestimant atq; arbitrētur, licebit. Ergo omit-
tētes nugas, q; de Diuino circuferunt, nitemur ipsi cā rem sūm Hippocratem vestigare. Igitur, vt
vnum aliqd ad artem medendi attinens, Diuinū sit, nec solum ab Hippocrate cōmendari cogni-
tionem eius, sed ēt ostensam esse, cuius perspicuū est: scriptor. n. deriducus foret, commendans
rei cognitionem, quam nullo pacto docuerit. Quare ipsa Diuini præsensio vnū ex ijs sit, oportet,
q; ab Hippocrate dicta sunt. Itaq; dicamus, fidentes iam, non aliud haberi, id præterquam ambien-
tis nos aeris cōditionē, de qua scripsit in sententijs ita: "Si hyems squalida, & aquilonia fuerit, ver-
ord. 20. h. Et vero pluuiū, australeq; febres acutas, fieri æstate necesse est, & lippitudines, & intestinorum diffi-
lib. De aere, cultates, maxime mulieribus, & ijs, qui humidam hñt naturā. Hæc, & alia, qnæ deinceps sunt pro-
aquis, & locis dita, præsensiones sunt eorum, quæ in nobis ob circūlui aeris causam infestant: de quib; per sen-
tentias breui summa, quasi decursu, per capita, commonuit, sed libris De morbis vulgarijs latius
docuit, in hoc vero prognostico omisit, q; ad hanc cōréplationē attineant. Itaq; rectius erat quæ G
fiuisse, quam ob rem dicere supersedit, quid nam diuinū habeatur, q; prælie enarrare. Mihi uero ui-
Infra cōmen. detur ob libri magnitudinem haudquaq; adieciisse huic uolumini doctrinam de vulgarijs morbis:
3. t. 3. 2. 2. 2. & ob id simul, ac absoluit librū, in calce hæc adscriptis: "Oportet quoq; impetu morborum vulga-
riorum cito considerare: nec non tenere t̄pis conditionē. Ergo, q; necesse sit agnoscere med. cum,
si quid aliud, qd ad præsensiones attineat, ita etiā geniturā morborū vulgariorū, indicavit: ppterū
vero uolumen seorsum illis dicavit, per sententias, inquam, vt est proditum breui summa: libris ue-
ro De morbis vulgarijs, fusius tractatum exolut. Quamborem nōnulli expositores statim ab hoc
opere libros De morbis vulgarijs merito enarrauerunt, & nos similiter faciemus.

NOTAE EX FACIE

5 Considerari autem conuenit hunc in modum per morbos acutos: principio vultum ægroti, sit ne simili
lis bene valentium, potissimum sui, ita euim optimus erit: si vero quam maxime contrarius simili sit,
horrendissimus est.

Perispicue indicavit, q; hoc libro de morbis agat acutis. Incepit aut ab indicijs, q; in vultu existūt
eo q; in primis appareant, & vim obtineant magnā. Quod hæc igitur in primis appareant, cuius
perispicuum est: q; autē uim ad præsentendū obtineant magnam, deinceps discas, licebit. Atq; in pri-
mis reuocetur in aīum cōis totius* medicinalis artis præfatio, quam libro *xxix. iārg. iōv* prætexuit
de ijs quæ in medicat. sūt, com. 1. t. 1. 7. 197. f. hunc in modum: "An similia, an dissimilia, sūt, statim inter initia considerandum à maximis, à fa-
cillimis, ab ijs, quæ ex-toto, & vsquequaq; accedunt: & quæ contueri licet obtutu, tactu, auditu, lin-
gua, & aīo usurpare. Non. n. præsensio solū, verū etiam agendorū indicatio ab his inchoantur. Ac
de agendis, qdē, libro de curandi via, & rōne definitū iā est: De p̄sensione aut nunc agendum est:
remouendum q; ut intersit præsentendi artis, non solum futura, sed ēt præterita, ac præsentia, ex
quibusdam indicijs in corpore inuenire. Sed præsentiu cognitionem proprio, & suo noīe consue-
uimus noīare *dīyōwī. i. dīnotiōnē*. Itaq; considerandū admonet vultū ægroti inter initia, simi-
lis ne an dissimilis bene valentiū sit, sed potissimum sui. Nam & hoc unum de dogmatibus Hippo-
cratis est, vt nō solū ex "cōi natura oīum, sed ēt ex propria vniuersiūsq; p̄cepta artis consideren-
tur. Qn. n. cōferri partes affectas censebat cum bene ualentibus, non alienas intueri consulebat,
sed eius, q; affectus sit. Optimus igitur ægri vultus est, quoties simillimus sui permaneat: è contra-
rio deterimus, si q; maxime in cōtraria vertitur. Eos vero, q; inter optimū & deterrimū habeant,
tua interest cōsiderare finitis extremis: nā, si propiores sunt optimo, meliores; si deterrimo pro-
piores,

COMMENTARIUS I.

191

Apiores, deteriores existunt: medij uero inter hos sunt, qui pari vtrinque intercapidine recedunt. Itaque; vultum optimum uno capite complexus indicavit: etenim simillimus ei, qui sum naturam est, optimus existit: maxime uero contrarium, ut pote nobis nequaquam familiariter, particularibus indicis ex ut pote nobis neque familia rem, neque prae cognitum, ipse ex multis particularib. & tunc.

6 Fuerit autem eiusmodi nasus acutus.

Malum hoc indicium primū adscripsit, nam acutum. Sed oportet, ut docuius tamquam ad eum, quod cuiusque naturam est, considerando, considerare: nam, si natura simus est, nasus prorsus acutior apparabit, quemadmodum si aquilinus, aut est subrectus est. Ita vero considerandū est, ut inquatum a naturae forma recessit, in tamen ipsum prauus existat. Itaque; acutus nasus planè appetet in ijs, qui longiore morbo extenuati, aut labore conflictati sunt, aut quoquis modo exoluantur, aut aīo linquantur, & itē omnibus defunctis. Et ob eam rem quis merito colligeret epilogismo, cōi oīum hominum utens ratione, prauū esse indicium, quod per malam existat affectionem. Ceterum, quānam sit talis affectio, per quam nasus acuitur, dogmatica īā contemplationis munus est indicare, quam deprehendi tantummodo analogismo conueniet. Analogismus vero ratio est, quae ab evidentia auspicatur, rei obscurae.

Brae faciens cognitionem: Epilogismus uero cōis ratio est, & oīum assensu conspecta. Sed primum epilogistice de singulis consideremus indicis: rectius. n. erit ex confessa cōiq; oīum hominum ratione facere initialem doctrinam, quam statim inter initia uenire ad analogismum.

7 Canit oculi, tempora astricta, aures frigidæ, contractæ, & fibrae earum uersæ: & item cutis circa frontem dura, intenta, arida: & color totius vultus viridis, aut niger.

Hæc quoque indicia oīa circa vultum existunt in morbis diutinis, & laboribus, & animæ defectionibus, & multo magis in morte. Epilogistica. n. ratio facilissima est, ut dissimilia naturæ, mali cuiusdam obtineant significationem, posito eo, quod statim ab initio, confessum conspectum est, ut maxime cōtraria naturæ, exitiosa: similia vero, salutis indicia, habeantur. Itaque; hæc a nobis de eis epilogistice dicta sint: nam post, exquisita rōne de omni eorum natura considerabimus. Fiunt ergo tales affectiones aut ob aliquam cām consumenteim, & corruptem partes animalium carnosas, aut ob debilitatem natuii caloris, qui non insu per extēdi in extremas corporis queat partes, sed in visceribus solis exiguis obseruetur. Porrò hunc. i. comitaf affectū, ut non pterea affluat ad extremas corporis partes tamen sanguinis, aut spiritus, quod antea affluerat hancibus per naturam: & ob eam

Crem in vultu maxima mutatio naturalis habitus liquido appetet. Cum enim partes ossæ, & item carnosæ, & humidiiores inter se adiunctæ sint: tu autem ossæ persistant similes propter terrestrem substantiam; carnosæ vero, humidiioresque consumantur facile, & collabantur in se ipsas, ob inopiam spiritus sanguinis. facilissimus cognitus affectus est. Nasus. n. circa solas noīe pinnulas subiecta carnosæ, subsidunt uero omne osseum est: merito igitur, quoties pars carnosæ consumpta, aut vacuata confidat, extēmū eius tenue redditur: pari modo, quoties uehemēter refrigerantur, quod iam defunctis accidit: stipata. n. per refrigerationem subiecta carnosarum partiū, gracilens in summis merito reddit: non. n. aliū quendam nasum uocamus acutum, quod qui gracilens in summis existat. Igitur ad hunc modum natus acutus appareat. Canit pterea siūt oculi propter eas ipsas causas: sed, quod humidiiores mollioresque summo nato sunt, tanto citius cauantur. Quin et spiritus animalis copiam participant, & item calor non parum habet: quibus deficientibus, merito contrahuntur: id vero, cauitas oculorum est. Tamen similiter adstringuntur, propter ea, quod sola ex uniuerso capite musculos habent, quos noīant atque pibus crotaphitas: reliquum uero caput oīe prorsus carne uacat. Aures frigidæ, & contractæ, quia cartilagineæ, carne vacant, & pauci sanguinis sunt. Itaque; celerrime refrigerescunt, ut quod suapte natura ad affectum instrumentores paratoresque sint. Sed quam ob rem fibræ earum versæ sunt? an quia molliorem obtinent subiectam, non quemadmodum subsiduum omne, quod inquam, tenuis cartilago exquisite est, tenuiore intecta cute? Quam ob rem predictis causis fibræ extenuantur, vertuntur, siccantur, stipantur: ita vero affectæ, retrouersus tenduntur magis ad originem pendentum illis sensum neruorum. Etenim conuelli, cunctis corrigijs exiccatis coē est: propriū uero unicuique in corpore parti est, illo uerti, & conuelli potius, ubi innexoru ei neruorum initium est. Id. n. in digitis planè intueri licet, si. n. intimus tendo ab aliqua cā extēsus fuerit, digitus proprie in flectetur: si extimus, extendetur. Ceterum ob eam ipsam siccitatē stipationemque, cutis oīis circa uultū oīem duriuscula appetet, & intenta: affectus uero manifestus appetet circa frōtē, quia carnosæ subiecta tenuior hac in parte cuti subtenditur: de predictis vero causis carnosæ natura afficitur magis, quod quæ cutacea existit. At uero coloris mutatio pessima est, quoties ad nigrum existat, ut pote sanguine refrigerato, quemadmodum ubi foras effusus sanguis congregatur: moderatior uero, quoties in chloron. i. uiride, fuerit. Veteres. n. assolent ita nomina re nonnunquam pallidū colorē: interdum, ut plerique, brassicam, & lactucā chloras. i. uirides, nominant, quod quidē color nigror est quam rubidus, est et tanquam initium quoddam nigri liquidique, quem frigus efficit, quemadmodum, & ipsum est nigrum colorem efficit: Quo circa uultus, in quo oīa predicta habent, necrodes, id est exitiosus seu cadaverinus, merito noīatur, isque propter morbos logiores sequentem numero tui detur.

Dram, non quemadmodum subsiduum omne, quod inquam, tenuis cartilago exquisite est, tenuiore intecta cute? Quam ob rem predictis causis fibræ extenuantur, vertuntur, siccantur, stipantur: ita vero affectæ, retrouersus tenduntur magis ad originem pendentes illis sensum neruorum. Etenim conuelli, cunctis corrigijs exiccatis coē est: propriū uero unicuique in corpore parti est, illo uerti, & conuelli potius, ubi innexoru ei neruorum initium est. Id. n. in digitis planè intueri licet, si. n. intimus tendo ab aliqua cā extēsus fuerit, digitus proprie in flectetur: si extimus, extendetur. Ceterum ob eam ipsam siccitatē stipationemque, cutis oīis circa uultū oīem duriuscula appetet, & intenta: affectus uero manifestus appetet circa frōtē, quia carnosæ subiecta tenuior hac in parte cuti subtenditur: de predictis vero causis carnosæ natura afficitur magis, quod quæ cutacea existit. At uero coloris mutatio pessima est, quoties ad nigrum existat, ut pote sanguine refrigerato, quemadmodum ubi foras effusus sanguis congregatur: moderatior uero, quoties in chloron. i. uiride, fuerit. Veteres. n. assolent ita nomina re nonnunquam pallidū colorē: interdum, ut plerique, brassicam, & lactucā chloras. i. uirides, nominant, quod quidē color nigror est quam rubidus, est et tanquam initium quoddam nigri liquidique, quem frigus efficit, quemadmodum, & ipsum est nigrum colorem efficit: Quo circa uultus, in quo oīa predicta habent, necrodes, id est exitiosus seu cadaverinus, merito noīatur, isque propter morbos logiores sequentem numero tui detur.

IN PROGN. HIPPOC.

detur: raro vero inter initia appetet, & ob eam rem cum maximo periculo est, ut qui nullam abs **E** tpe causam hēat. Longo. n. interposito tpe consumi corpus, & item refrigerari partes extremas, haudquaquam mirabile est: inter initia vero præsertim acuti morbi prorsus exitiosum censetur, nisi ob aliquā aliam causam talis extiterit. Cæterum, quænam committere causæ eam rem possint, ipse procedente dictione docebit; Nunc uero rem adiiciendam, quam uidetur Hippocrates omisisse, prius audi. Ut enim per morbos diutinos talem fieri vultum nō admodum exitiosum est, ita nec in terra frigida, hyc me, conditione frigida, senecta: quemadmodum in aphorismis didicimus. "Per morbos minus pericitantur ij, quorum naturæ morbus conuenit, aut ætati, aut habitu; aut tempori, quām quibus non c̄mpetit, aliqua ex his ratione.

2. Apho. 34.
Ex. ord. 17.c

8 Si igitur inter initia morbi talis fuerit vultus, nec dū scrutari alijs signis possibile sit, interrogare oportet, num uigilauerit homo, an aliun resoluta admodum fuerit, an fame affectus: Et, si quid horum comprobet, minori cū periculo est. Iudicantur uero talia per diē & noctē, si ob has causas talis fuerit vultus. Si uero nullum horum dixerit, neq; prædicto tempore desiterit, signum eſe exitiosum sciendum est.

Summe exitialis, & infanabilis morbus est, per quem statim inter initia vultus exitiosus, sine exteriori cā extitit. minori uero cum periculo est, si pp aliquam cām evidentē acciderit, uerbi gratia, pp vehementem insomniam, aut inopiam alimenti, aut alui fluorem. Præstaret. n. nec ex his **F** causis quidem nimium exolui uires inter initia ægrotationis: minori uero cum periculo est, quoties ob aliquam talem cām extiterit, non ob maleficentiam ægrotationis. Sed, quænam sit affectio corporis: in qua talis vultus efficitur statim primis diebus, perspicue breuibus tibi iam explico. Vbi debilitas detentorię in aīalibus facultatis pariter sit, atq; humores tenuiores; cum febre calida, præ debilitate excernitur subinde aliquid inuisibile pp paruitatē extra cutem, vt pote tenuioribus humoribus effluentibus. At uero febris ēt magis conūmit tenuissimos humores, minus vero tenues extenuat, ita vt nunq; vacuatio desinat, sed similiter cōtinuis vomitionibus, aut alui fluoribus, aut ex vrina immodecis vacuationibus: uerum interest, q; eę sensibiles sunt: ea vero, quam nunc commemoraui, præ tenuitate fluoris, inuisibilis est. Talis ergo nequaq; consistit vultus in morbo pituitoso, quemadmodum nec in plethorico, propter exuperatiā sanguinis: sed inopia potius esse oportet in corpore, & lassitudines qualidam præuenire, & curas: ex his. n. humor colligitur biliosus. At vero si terra calida sit, & anni tps estiuum, & constō calida siccaque, tunc sanè tali affectione prehendi hoīem uel promptius est, potissimum quoties biliosior fuerit ex natura. Quinetiam nonnulli facile discutiuntur, atq; difflantur: alij verò os uentriculi debile hñt. Quæ oīa quoties simul concurrunt, tale corpus propensiissime prehendi potest affectione, quę vultum exitiosum cōmittat. Si igitur hēc quispam agnoscit, non solum præfensionem, sed etiam curationem poterit inuenire, hñs intentionem firmare uires uentriculo idoneis alimentis. Sed hæc non parū extra itineris propositum dicta sunt. **L**e causis exteriorib. cōsiderandum exquisitus est. Hē sunt (quorum ipse nominatim habuit mentionem) fames, insomnia, fluor alui: quibus adjicias licebit, similia horum, vacuationem immodecam sanguinis è naribus, aut vulua, aut mariscis, aut vulnera, aut queuis alio modo: & item mœstiam uehementem, quæ quibus libeat causis, constiterit. Sed forsitan recta rōne aliquis dicet, hanc dictam esse ab Hippocrate ptate in sermone, qui est de insomniis: accedit. n. insomnia etiam ob alias causas: accedit etiā pp mœstiam: ita ut insomnia universalior sit, quam mœstia: & ob id continere eam merito dicetur. Itidem aliud admodum fluēs exemplū tibi cuiusvis immodecæ euacuationis erit. Si igitur diligenter verseris in operibus artis, peritusq; sis circa uniuscuiusq; rei formam, s̄p numero apparebit cā, quæ talem vultum cōmittat. Signa uero earum dictu difficultia sunt: & ob eam rem tradere ea sermone, q; quā pleriq; nouerint medicorum, refugiunt: sed oīa proprijs, & suis locis a nobis explanata iam sunt. Qua pp ipse quoque, postq; didiceris ea, poteris interdum ingressus ad ægrum pronunciare de cā, q; talē vultum cōmisit: sed potissimum, vbi pcedentem oīm vietus rōnem noueris ægri: considerans præte **H** rea de temperamento eius: & multo magis, vbi peritiam hēas de motu arteriarum: præterea, & de qualitate febris. Subjiciamus. n. aliquem, gratia exempli, tpe æstiuo, per constitutionem calidā & siccā, biliosum ex natura, adolescentem, ex conflictatione, inopia, & mœstia, incepisse ægrotare: sitq; calor eius, tangendi sensum admodum mordens, & urina biliosa, & pulsus uirium indicans debilitatē: suspicare hunc talē in relata fore condōne, ob quam vultum cito sit habiturus exitiosum, nisi congrue nutritri anticipet. Itaque, si talia circa ægrum, neq; præcesserint, neq; primo die, uel secundo apparuerint: tertio uero ingredienti tibi vultus appareat, qualis nunc dictus ab Hippocrate est, irias hunc propter aliquam causam exteriorem, ita affectum. Igitur apud te considerabis quidnam potius in eo extiterit, num excretio aliqua multa, an insomnia. Ex inopia. n. nō erit talis vniuersim, nisi præuenerint talia morbum, qualia dicta iam sunt, atque ex natura fuerit talis, qualis dictus est. Si igitur pridie videoas ægrum haudquam te latebit multa futura spontina excretio, firmissima enim eius indicia hñr, quæ a nobis in commentarijs De iudicationibus, & item libris De prælagijs ex pulsibus, explanata iam sunt. Quapropter licebit statim aspicienti hominem, definire uehementem extitisse insomniā, etenim videbis oculos eius admodū squalidos:

qui

A qui non propter euidentes, & immodicas vacuationes, perinde ut p p insomniam tales redduntur. Porro videbis palpebras resurgere difficulter, & item talē habere formulam in conniuendo, atq; etiā & instabiles haberi, quales per somnum obstupidum (ita n. coma interpretor) existunt. Quinetiam, vbi nunc primū tibi appareat æger, antea uero nullo pacto eū perspexeris, talia signa atq; ea, quæ ex pulsu percipiuntur, aliq; indicabunt dijunctionem. per immodicas n. excretiones seruabit aliq; adhuc (q; exiguū sit) indicium formulæ, significans eas: per insomniam uero, chordulæ extenta speciem refert. At, si p p inopiā duntaxat in talem vultus uenerit affectionem ex dictis indicis neutra adsunt, neq; insomniæ, neq; excretionis: & ob eam rem potius^{*} ex accidē tibus, quām ex proprijs signis, in illis præfigere conuenit, propter inopiam alimenti deducētum es se eum in talem affectionem: & adhuc magis, quoties febris, proprietatem caloris discutientis, exquisita rōne consideranti tibi, nequaq; importet. Si enim talis appareat, ob illam potius, q; ob exteriorum causam, gracilem ita uideri vultum existimandū est. Cæterum conuenit immorari diutius attractando totā manū, non solū carpū ægri, sed etiā superiores partes diligenter aīaduertendo, si non solum acriorem, sed etiam si substantiæ copiā unā secum, & quidem corpulenta reporter, ueluti flāmulam quandam peruadentem cutem tuæ manus, qua cutē egri contingis, seq;

B insinuantem perspicue in profundum: tales, n. febres sunt, quæ vultum istiusmodi committunt. Hec igitur, (vt docui) dici quidem possunt difficulter: non tñ omnino dici non possunt, neq; difficulter agnoscib; ab ijs, qui circa ea exercitati sint, quiq; viderint talia sæpen numero a me oīa prædicti: sed multo magis, si studuerint agnoscere operibus ipsis, quæcunq; in commentarijs De præfigijs edicti sunt, eò q; videant quidē talia prædicti, ut fieri possint, re ipsa discentes, non reprobantes uero prius, quæ ab initio vñr cognitu difficiliora. Nam geminos fratres simillimos quidem, semel aut bis videndo, nequaq; interstingues: ex necessariis uero nullus hallucinatur. Hæc igitur dicta sunt ad cohortandos iuniores, sed potissimum eos, qui nunq; prædicti hæc oīa à nobis perspexerūt non. n. solum insomniam dicere possunt, sed èt, ut p p inestimam tale quid extiterit. Non. n. Era fistratus videns coruos, aut cornices volantes, deprehendit adolescentis amorem, nec (ut quidam dixerunt) amatoriū pulsantes sensit arterias adolescentis: nullus. n. pulsus proprius amoris est ac peculiaris: sed quemadmodum apparuit interdum etiam mihi, cui iniicienti manum carpo ægri, muliere vero quadam visa earum, q; domi erant, statim inequalis pulsus atq; inordinatus euasit: paulo vero post ad habitum naturalem, simul recedente muliere visa, rediuit. Ita. n. mutatus pulsus communem quandam significat perturbationis affectum in animo suis egrati. Perturbatione vero hanc interstingui conueniet ex ijs, quæ dicuntur ab eo pariter, aut vñr: etenim rursus dictis quibusdam, pulsus vertitur ad inegalitatem, perturbato ægro ob ea, quæ audiuit. Sed de his seorsum à me scriptum iam est dicato opere, cui titulus est De præsentiendo. Nunc uero ad institutum redeamus. Illud agitabatur, vt multa de præteritis, & item præsentibus coram ægro posset medicus dicendo cōmendari, velut ea, quæ nunc dicta sunt hac oratione insomniam, alii fluorē, famem. At uero interdum ex his unum definite dicere difficile est: sed è duobus alterum, aut è tribus unum prorsus, possibile erit firmiter præsentire. At uero id quoq; laudem feret apud audientes, interrogando, præsensione facta ad hunc modum: Num ob insomniam uehementem: an alimenti inopiam attenuatus est? sèp. n. comprobant utrumq; & demirantur bifatiā medicū: interdum alterum eorum respondentes, ita quoq; demirantur. Hoc igitur est, quod ab Hippocrate dictum est: Interrogare oportet, num uigilauit eger, an multa deiecit, an famē passus. Deinde quid dicit? Et, si quid horum cōprobet, minori cū periculo est merito: melius enim esset adeo forte esse facultatem, ut à nulla causa exteriori uincatur: minori uero cum periculo est, si ob aliq; talem causam, nec ob egrationis maleficentiam, talis consumptio existat. At uero, quia possibile est, ut ambo concurrant, tum causa aliqua exterior (ut dixi) afficiens corpus, tum etiam febris consu-

D mens; distinctio erit tibi è subsequenti die noīteque: si enim ab exteriori causa sola, qualis dictus est, vultus extiterit, correctionē per diem, & noīte adipiscetur: si uero ex affectione in corpore, aut p manebit talis, aut etiam deterior erit. Itaq; cōstar, ut hæc oīa ab Hippocrate recte dicta sint. Sed, quam ob rem dixit, Si igitur inter initia morbi talis fuerit vultus, nec dum scrutari alijs signis possibile sit, deinceps consideremus. Duorum enim alterum est, aut quia non accidunt inter initia morbi, aut quia nihil firmum denunciant, ideo possibile non est talibus uti signis ad res dubias definendas. Ego igitur dico non semper fieri talia: nec, si fiant, firmum aliquid indicare. Cæterum, quod hoc ita se habeat, in enarrandis illis docebo per subsequentem dictionem.

9. Si uero morbo antiquiori existēte quā trium dierū, talis fuerit vultus, de ijs interrogare oportet, de quibus ante a monui: & alia quoq; signa considerare, quæ in toto corpore, atq; etiam in oculis existant.

Principij nomen significat primariā morbi accessionem, quæ nondum ullam obtineat latitudinem: & ite. n. eam, quæ ad aliquod tempus, non tamen multum, extendatur: nec non primū egrationis tempus, à quo alterum numerant, ascensum: deinde tertium consistendi uigorem: & deinde quartū inclinationē. Cū itaq; dixerit paulo ante, Si igitur inter initia morbi talis fuerit vultus, per illam dictionem non indicauit, cuius nam de tribus principij faciat mentionem. Nūc uero scribens,

* ἐν συμβεβηκό
ταῦ. sunt qui
legendum pu-
tēτ εἰς ἀποσυ-
βεβηκότων. i. ex
ijs, quæ non ac-
cidere.

IN PROGN. HIPP.

scribens, Si vero morbo antiquiori existente, vel tertiano, talis fuerit vultus, clare docuit, q de eo agat, quod habeat latitudinem: id enim ad triduum usq; porrigitur. Ergo tunc ijs, quæ docuit antea, signis existimauit addendam esse du&tam ab alijs signis determinationem de quibus dixerat. Nec dum possibile sit alijs scrutari signis. Ea autem enumerat, per sequentia verba.

EX OCULIS.

10 Si enim lucem effugiant, aut nolentes illachryment, aut peruertantur, aut alter altero fiat minor, aut candidum rubidum habeant, aut liuidas, aut nigras uenulas, aut *pituita appareat circa obtutu, aut sublimes, tumidiue oculi vel caui admodum fuerint, { aut obtutus squalidus, & sine splendore, } vel totius vultus color euariet: hæc omnia mala esse, atque exitiosa censendum est.

^{t Organorum.}

De artic. cō. 2
4.5.7.263.b

Hæc oīa accidentia in cōmune præter naturā sunt, sed dissident inter se eō, q quædam contraria simpliciter naturæ: alia vero, ut ipse antea dixit maxime contraria existunt: & ob eam rem ex cōi epilogismo oīa quidem exitiosum existimabuntur, sed pro quantitate contrarietatis, minus-que, & magis id obtinebunt. At uero affectiones, ex quibus eueniant, s̄m sequelam decretorū Hippocratis rectius est deinceps considerare. Itaq; effugere lucē, qd, inq, est auersari, p p debilitatem accedit uisoriae facultatis, quæ nōnuaq; propter opificiorū affectionē laborat, veluti p̄ lippitudines: interdū ipsa ex se afficit, dū exitiale indicū est. Pari modo, si oculi illachrymant propter lippitudinem, aut fluxionē aliquā de capite decumbentē præter naturā qdem affectus est, non tamen oīo significat abolitionē: si uero propter debilitatē detentoriae facultatis, exitiosum indicium, lethaleq; est. Porro peruerunt oculi, conuulsis musculis eos commouentibus: q si fuerit illorū tantummodo affectus, nihil difficile significatur: si uero principij neruorum, quod quidem cerebrum est, summe exitiosum est: propinquantes. n. musculi, principij affectū prius, q cæteri, persentiscūt: interdū ijs, q in oculis sunt, de quibus nunc dicit, qnq; "crotaphitæ, i. musculi temporum nominati, de quibus libro de articulis indicauit. Quinetiam fieri alterū oculū minorē, q qui constat ex natura, accidens exitiosum habetur: indicat: n. extinguis facultatem regentem eum. At uero albū oculi apparere rubrum (qūo per lippitudines quasdam accedit, & item quasdam temulentias) copiam significat, quæ in cerebro ac membranulis sit: interdū etiam inflāmationē, quæ in eis facta fuerit: Nā vtrouis modo sanguis ad oculorum uenulas exprimitur: & ob eam rem pars in eis canida, rubra apparet, quæ corollā appellatā ambit circiter, quā p dissectiones docuimus omnī in oculis membranularum, tunicularumq; copulā qdā haberit: & item docuimus, ut ambientis caluā membranulæ terminus, ad eam unā cum uenulis permeet. Cæterū, q ob hæc dixerit candidum fieri rubrū, perspicue indicauit ex ijs, q subinserens ait, aut liuidas, aut nigras uenulas habeant, id uero perq exitiosum censetur. Rubræ. n. apparent uenulae ēt propter nimietatē (ut dixi) uel inflāmationē quandam eorum, quæ in cerebro sunt. At uero nigrescant, & liuent, dum refrigerantur: refrigerantur uero, dum extinguuntur: ita fit, ut hi colores prorsus exitiales assidue existant. Cæterum pituita oculorū fit, ut constat, tum ob affectū opificiorum, quemadmodum, & per lippitudines, & aliter, q nullo cum periculo est: tū propter imb. cillitatem regentis oculum facultatis naturalis, quæ impos sit oculoruim concoquere alimentum: pituita enim (ut ostensum iam est) excrementū semicocti alimenti est. Ergo per lippitudines præ copia humoris præter naturam, & itē propter affectionē opificiorū, verisimile est, nequaq; concoqui recte alimētum eorum. At, ubi inopia p̄spicua est, quam cauū indicat oculorū, causa de nimietate prorsus recedit, sed restat uiri debilitas sola, non qlibet, sed admodum uehemens, quæ nec minimum quid alimenti oculorum abunde concoquere potest. Quinetiam sublimes oculi. i. instabiles, & subinde commoti, significat aut delirium, aut tremorem circa musculos eorum: è quibus alterutrum in relata affectione exitiosum habetur. Profecto delirium ex inopia, maximo cum periculo est: & item tremor propter ariditatem opificiorum, insanabilis est. At uero tumidos oculos, aut admodum cauos detestatur. Ita que tumentium accidens oculorum, inter initia quoque fit ægrotationis, maximeq; vomentibus ex copia ingestī cibi potusque: Caui uero admodum oculi nequaq; fiunt: & ob eam rem neutrum commemoravit accidens inter initia, dum ait, nasus acutus, oculi caui: Hoc quidem ea ratione, q nullo pacto appareat in vultu exitioso; nam quo pacto pariter caui tumidiq; oculi erunt illud, q nullo modo tunc eueniat. At qui vnr ea, q dicta sunt de oculis tumidis, cum prædictis pugnare. Cū n. dixerit de vultu exitioso, nam acutum, cauos oculos, tum autem talia determinando, ijs, quæ post tridū appareant, tumidos nequaq; recte adiecit. Sed, quod mihi uidetur ab Hippocrate factum hac oratione, iam explicabo, permutando oēm eius sermonem in hanc dictiōnem. Si uero morbo antiquiori existente, tvel tertiano, talis fuerit vultus, de ijs interrogare oportet, de quibus antea monui: alia quoq; signa considerando, q in toto corpore, atq; ēt oculis existant. In oculis uero signa exitiosa post tridū talia sunt: si lucem refugiant, si lachryment, si peruertantur, si alter altero fiat minor, & candida pars in eis rubra apparet, si uenulas habeant aut nigras, aut liuidas, aut *pituita ipsiis inhærescat, aut sublimes sint, aut tumidi, aut admodum caui, aut totius vultus color euariet. Hæc enim omnia exitiosa sunt: & quicquid horum existat circa vultū prædictum, indicū nō parū est future mortis. Igitur ad hunc intellectum (vt mihi uidetur) numerantur cum ceteris signis

<sup>t quām triūm
dierum.</sup>

COMMENTARIUS I.

193

A signis, quæcunque in vultu exitioso pariter existere queunt, atque et tumidi oculi, qui simul existere nequaquam possunt: quia non solum instituerat docere, quæcunque simul sint cum vultu exitioso, sed etiam ex signis exitiosis, quæcunque circa vultum apparent: Ita ut, si non unum solum, sed etiam plura, de predictis non possint esse in vultu exitioso, nulla pugna sit in sermone eius, ut qui se ad doctrinam oīum prauorum signorum conuerterit. Quod autem, ut dicebam, recte dixerit, nec dum possibile sit aliis scrutari signis, considerandum iam est in uno capite cōi tali. Unum quodque ex predictis aut non accidit inter initia, aut non ex toto exitiosum est: seorsumque singula consideranti tibi uidebitur id quam maxime uerum. Igitur ex multa potionē, nonnunquam & uomitione uehemēti, inter initia morbi lucem effugiunt; itidem lachrymant, & perueruntur oculi, aut sublimes sunt, aut tument, aut uenulas habent rubras. At uero in colorem nigrum, aut liuidum mutatio uenularum nunquam accidat inter initia, quo modo neque insigne cauum, neque pituita oculorum, sed triduum aut quadriduum (quod minimum sit) in genituram talium desideratur.

i i Considerari autem conuenit, hunc in modum suspiciones etiam oculorum per somnum. Siquid enim candidæ partis subapparet commissis palpebris, nec alui fluor, aut medicamentum in causa est, aut nec ita dormire consuevit, vitiosum indicium, lethaleque admodum est.

De uerbo ὑποφαίνεσθαι. i. suspici nomē ὑπόφεων. i. suspicionem, fecit: cuius pluratiū ὑποφάσις i. suspiciones, existit: à quibus p diuisionem iōnicān ὑποφάσις. i. suspiciones, formantur. Ceterū non satis noui, qua rōne adducti Artemidori & Dioscoridis sectatores, scriperint ὑποφύσιας cum v. Quod igitur est ab Hippocrate dictum, clarum est. Ipse. n. enarravit, qđ nam appellat suspicionem, dicens, si quid. n. subapparet candidæ partis commissis palpebris, atque et adiecit determinationem ad exquisitorē sermonis cognitionem, dicens, neque fluor alui, aut medicamentum in causa est. Sed subaudiri præstat quoque, quā eandem obtineant. Vno. n. capite complexus, dixeris accidens id p imbecillitatem fieri mouētis palpebras facultatis. qđ in quam exitiale est, quoties sine causa constiterit exteriori. Hæc uero, talia scilicet esse oportet natura, ut uires exoluant: uerbi grā, alui fluor, aut purgatio ex medicamento purgante uehemens, aut mœstitia uehemens, aut in somnia, aut inopia alimenti, aut sanguinis fluor multis, aut simpliciter quis alia immoesta uacua tio. Ceterū connumerare Hippocratē (ut paulo ante dixi) oīa exitiosa signa, non solū quæcunque in vultu exitioso habeantur, indicauit hac parte, adjiciens, nec alui fluor, aut medicamentum, in causa est. Prædixerat. n. in vultu exitioso talem determinationem, an alius admodum resoluta fuerit, Cresoluta. n. alius, cōe quoddam est fluoris alui, & item medicamenti. Sed qm rursus aliunde orsus omnia exitiola percenset indicia, merito cuius eorum proprias definitiones apponit.

i 2 Si uero peruertitur, aut liuida palpebra est, aut labrum, aut nasus, cū aliquo alio signo mortem propere esse sciendum est. {lethale etiam est, si labra resoluta, & suspensa, & frigida, & alba fuerint.}

In multis codicibus ita legitur initium orationis, in alijs uero peruertitur, distrahitur scriptum: est: ita ut ex uoce, palpebræ contractatio significetur, uelut in ijs, quæ p p algorem refixerunt, Id igitur indicium est extinctionis, quemadmodum liuida. Si vero peruertitur, intentionem quādam cōuulsificā, aut resolutionem in altero ex musculis oculos cludentibus indicat. Vtrumque autem exitiosum censem, quoties alia indicia suffragantur: quod indicauit dices, cum aliquo alio signo, tanquam hæc sola nequaquam sufficiente denunciare mortem.

EX DEC VBIV

i 3 Cubantem offendī ægrum à medico opertet in latus dextrum, aut sinistrum, ac manus, cērūcē, & crura paulum reducta habentem, & omne corpus molliter positum: ita enim plerique bene valentium cubant: At ita cubare, ut fami solent, optimum est.

Id quoque testatur numerari ab Hippocrate signa exitiosa hac tota libri parte: constat. n. q nobis lissimus uir nunc non ab alio principio de signis in toto corpore doceat, sed ea copulet predictis. Cum. n. antea dixisset in vultu exitioso et alia signa consideranda esse, quæ in toto corpore atque et oculis existant, deinceps omnia inter se copulando persequitur. Id uero, qđ dī, oportere offendī ægrum à medico, cōsiderante non cubantē supinum ceu quendam resolutū, sed in alterum latus, prout medicus illi adfuerit, idcirco bonum est, qđ robur indicat facultatis per musculos firmantis corpus: quo rursus debilitatem, ubi cubare in latus non queat. Verum ipse Hippocrates adiecit orōni cōem epilogismum dicens. Ita. n. plerique bene valentium cubant. scilicet potissimum tunc, cum medicus ipsos cōsiderat. Rectius. n. est subaudiri in orōne proditum hoc ab eo potestate per dictiōnem, dum ait, Cubantem offendī ægrum à medico oportet. non. n. simpliciter in latus ait oportere hominem cubare, sed à medico offendī cubātem ita. Porro adiecit, ac manus, cērūcē, & crura paulū reducta habentem, id. n. consuetū plerisque; bene valentium est. Quinetiam adjiciens verbū, plerique, in memoriā tibi reuocauit distinctionē quandā alterū habentē caput alijs multis utile præfagijs, cuius m eminisse te conuenit licet interdum omittatur. At uero, quid nam illud sit iam explicabo. Quæcunque in ægris priuatim præter cæteros peculiaRIA sunt, hæc haudquaquam

IN I. PROGN. HIPP.

^{† Extremas.}

veluti superuacua considerari oportet. Si n. offendas egrum, vt pleriq; bene valentiū, cubantem, E diliges talem decubitū. Si vero ē cōtrario, non conuenit continuo horrere, quasi malū indicium, sed requirere, vtrum in consuetudine sit talis ægro figura. Cæterum, quod est dictum, molliter possumus offendī corpus, ex aduersum intentio proditum est. Quatuor n. mēbra { græce κῶλα } i. crura ac manus paululū reducātur, & omne corpus iaceat oportet, extra hyperbolicas figurās cōstitutū. Intelligo figurās hyperbolicas, quoties aut summe extēdunt, aut immodeſtū flectunt membra, aut spina, cuius partes vertebræ quoq; in cœrvice existunt. Igitur hyperbolicae figurē extensis ad modum neruis efficiuntur, quō libro De motu muscularū ostēsum iam est. Quæ in medio est hyperbolicarū, absq; tēſione est, quocirca talē uocauit ^{*}mollē q̄a corpora ^{*}molliora intēdi non solēt.

14 Supinum vero cubare, manibus { & cernice } & cruribus extensis, minus bonum est.

Talis decubitus oīno bonus non est, proindeq; nec minus bonus est: si n. oīno bonus non est, ut mintis is bonus congrue dicatur, fieri q̄ pōt? Cæterū, vt id bonū nō sit, ipse postea docēbit hūc in modū: Si vero proclivis fuerit, & subinde ad pedes dilabat, maiori cum periculo est. Tanq; enim p̄dictus decubitus cū periculo sit, ita dixit de eo, maiori cum periculo est. At vero mihi vī, q̄ talis decubitus neutrīs ad numeretur indicis, quæ nec ad sanitatē vim habeat insignē, neq; ad mortē, E sed aut integrē media sunt, aut parū ad alterū tendunt, ita vt, qui negligentius loquuntur de eis, cum vtrisq; cōferre possint: uelut hoc loco Hippocrates dixit min' bonā esse talē cubantis figurā, q̄ que est antea p̄dita: deteriorē vero, quam hēc, eā, q̄ deinceps dicta est: ^{*}admonēs hoc loco, finiri oportere in oībus locis, num cōsuetus sit eger cubare supinus. Si n. ita fuerit, nec admodum magnifaciāt medicū ingredientē, tunc neq; in medio mali boni q; decubitus existimabitur, sed poti⁹ bonus. Si vero, neq; hac soleat cubare figura, & admodū vereatur medicum, nō bonū indicū est: sed potissimum si fuerit pudentior ex natura. Quocirca talis decubitus in medio boni mali q; collocandus est, quantum in se ipso est, sed vtroque uersum pro natura ægri transferendus est.

15 Si vero proclivis est, ac deorsum delabitur subinde ad pedes, maiori cum periculo est.

Quemadmodum cubare in latus, quandam obtinet vim, ita acclivius in supinū iacere, quo mō oēs cubamus. Et ob eā rē, si in alterū collocet latus corpus defūctū, prorsus aut in partē pronā, aut supinā conuertetur: uelut, si illud acclive figures, ita quoq; in pedes delabit. Merito igī prauū id dixit haberi indicium, q̄ quidem extinctionem quandam significet regentis corpus facultatis.

16 Si vero nudos habeat pedes, nec admodum calidos: ac manus, collum, & crura dispergat in equaliter, malum est: significat enim inquietationem.

Optime determinauit orōnē dicens, nec admodū calidos, p̄ febres. n. calidissimas, una cum cæteris partibus ēt pedibus ardescētibus, nudare eos ægri coguntur. Si uero febris non fuerit talis, nudare pedes, malaciae est ægri, uel inquietationis indicū. Porro, si manus quoq; pariter cum cernice & cruribus nō de more componit, ut antea dixit, sed inæqualiter tales dispergit partes, malū in dicū est: dixit. n. significari inquietationē: hoc uero nomē indicat, illos cōficiari quavis figura, nec non aliā ex alia mutare. Quod si te p̄ſente, ut dictū est, iacēs æger, statim cōmutet priorē figura ad alterā pariter & mēbra dispergat inæqualiter, uel etiam cernicis positurā: scias talē, aut p̄ p̄oris uentriculi uiriū, aut p̄ p̄ uiriū debilitatē inquietari: colligens hoc etiam loco epilogismo inge nium eius, utrū mollior sit, & ad singula promptius cedat, licet per quam exigua, & per uincatur.

17 Exitiosum autem & hiantem dormire semper.

Debilitatis hoc quoq; signum claudētū os muscularū est, quemadmodum paulo ante de musculis palpēbras committentibus explanatum iam est. Codex quidem ita legitur, quemadmo H dum nunc dixi: antiqui q; codices ita habent: Dioscorides vero aliter legit; ad hunc modum: Difficile autem est & hiantem semper dormire: ubi duplex concurrit significatio, una quidem, ut semper est, διαπτηλεγμένα. i. di stracta, & ne planius indicauit per illam sententiam, quia dixit, somnus & insomnia alterutrum, si modum excesserit, malum est. Sed primum dictum esse uerisimilius est, ut hiet tantisper, dum dormit, sic enim frequenter fieri uidetur: Si uero hiet non dormiens, multo maiorem noxam significabit.

^{† Forte legen}
^{diū est, διαπ-}
^{τηλεγμένα. i. di-}
^{stracta, & ne}
^{planius indicauit per illam sententiam, quia dixit, somnus & insomnia alterutrum, si modum ex-}
^{cesserit, malum est.}
^{i. circūplexa,}
^{Ac, si quidem}
^{distracta scri-}
^{pferis, signifi-}
^{cāt crura etc.}

18 Et crura supini cubantis admodum reducta distracta q̄. esse.

Hæc uox διαπτηλεγμένα i. distracta, utroq; scribitur modo s. & † per γ, & per χ significat autē crura, quæ plurimum inter se distent: A talis decubitus absurdus est, ita ut indicet delirium, quādo talis etiam de quidē nullus ita cubare soleat. quemadmodum neq; si, circumplexa, legatur, talis enim decubitus cubitus. et absurdus est, si quis cubando supinus habeat crura reducta, & inter se circumplexa.

19 In ventrem autem cubare, qui non est solitus ita dormire, quo tempore sanus fuit, malo est: delirium, enim, aut dolor circa uentris sedes significatur.

Crebro

A Crebro nobis commemorat adiunctā his oībus determinationem, vt sīm consuetudinem aliquid accidat ægrotantis. Etenim nunc cubare in ventrē contra consuetudinē, aut delirium significat, quemadmodum in p̄dicta cubandi figura; aut dolorem quendam, qui circa tales partes fatiget: constat enim, quōd multi talem eligant figuram, quorum in uentre dolor infestat.

20 *Residere vero velle ægrum in morbo uidente, in omnibus morbis acutis malum: pessimum vero in pulmonia est.*

Qui pulmonia infestantur, ij dicūt sentire magnā in thorace ac pulmone angustiā, dum supini cubant: facilius autē ipirare, si resideant. Decumbunt. n. ad spinam, p̄ supinum decubitum, partes in pectore thoracis, à q̄bus pulmo arctatur, nec idoneum accipit aerem inspirādo. Per alios vero morbos quoties vigent (id. n. maxime considerandū est, tanq̄ non sit temere additū) grauissimum est velle ægrum refidere in ipso consistendi vigore: amant. n. tunc maxime fatigati, immoti cubare: & si q̄s eos excitet, conflictantur. Itaq; arbitrare p̄ p̄ vehementē spirandi difficultatem, aut inquietationem, aut delirium, residere ægrum aggredi, per consistendi vigorem ægrotationis.

EX STRIDORE DENTIVM

B 21 *Stridere autem dentibus in febribus, quibus non est consuetum à pueritia ita efficere, insaniā significat, ac mortem: sed in utrisque futurum periculum prædicendum est. Si vero delirās ita efficiat, ad modum exitiosum iam est.*

Stridores dentū fūnt quoties musculi in tibib⁹ & maxillis conuulsione commouentur, inter dum affectis ipsis musculis duntaxat, aut ab ortu naturæ, aut p̄ p̄ aliā aliquam causam posteriorē: non nunq̄ origine neruorū in eiusmodi affectionē deducta, de qua maxime conuulsiones eorum neruorū, q̄ ab ipsa nascuntur, fieri solēt. Agnoscer. n. oportet initialē uniuscuiusq; p̄parationem partis propriā: de qua alio quidē loco fusius explanatū īā est: nunc uero sufficiet semel dicere, p̄cipientes hoc loco reuocari in animū residuum disputationis, quo minus mireris fieri posse, vt cōi neruorū origine affecta, musculus alias alias tremore, aut conuulsione excipiatur. Vt. n. clare vide mus in quibusdā corporibus optimā inesse crurū p̄parationē, in alijs deterrimā statim ab initio, ita ut hi currāt oxyssime, illi uix stēt: & item partes alias similiter affectas: ita facile offendī ab exiguis causis, alias cruribus, alias sumis pedib⁹, aut oculis, aut capite, aut aliqua parte, statim à principio sequitur opificiorum p̄parations. Nihil igit̄ mirum videri debet, si aliqui debiles hāt muscu

+ Codices im-
los, q̄ oculos mouent: alij vero eos, q̄ maxillas mouent: qua de re non nulli + subinde strident den
pressi gracihā
bent. vel sem-
per stridēt dē
tibus, vel pro-
per exiguae
causaz. Laurē
tianus autem
ueterem tr. la
tionem, & for
dam exempla
rium græcorū
lectionem, se-
catus est.

Cribus, et propter exiguae causas: illi vero subinde mouent oculos. Stridere. n. dentibus ex natura, simile est affectui oculorum insito quibusdā, quē appellant Equum, cum nullo tpe manere pos-
sint requieti, sed tremu le subinde nictēt. Cæterum p̄ morbos febriculosos, affectu originis fieri p̄ iphis cōuulsionē, simile est rursum illi p̄parationi muscularum in oculis, de quibus ait, aut sublimes apparent. In quibusdam. n. corporibus citius accumbunt originis affectibus musculi oculorū: in alijs musculi temporum aut maxillatum. Merito igit̄ dixit accidēs istud significare insaniam ac mortem. Insaniam quidem, quasi mentis dixerit vehementem coniunctionem: Mortem uero, q̄a neruorum origo affecta est. Illud inquisitione dignum est, quo nam modo supra dicens insaniam significare, mox dicat, si vero delirans ita efficiat, admodum exitiosum iam est. Et tenim perspicuū est, quod, si stridere dentibus prænunciat delirium, adeo non desinet, vt vehementius fiat acceden te delirio, cum hoc, q̄ alij quidam musculi tunc in talem deducantur affectionem. Videtur ergo talis intellectus esse orōnis: Stridere dentibus, quibus ab initio non erat consuetum, futuri delirij accidens est. Si vero adeundo interdum ægrum offendas vtrunq; perpeti, delirare, & stridere dentib. hunc iam esse prop̄ mortem coniuncto. Quocirca in priore sermone, cum nondum cōmotus mēte stridebat dentibus æger, simpliciter id ipsum indicabatur duntaxat, ut insaniae ac mortis indicium haberetur: ubi uero iam delirat pariter & stridet dentibus, propinquu mors est. Id uero clare ipse docuit, adiiciens uerbum, iam, ut. n. exitiosum sit accidens, priore docuit oratione: sequente uero, uerbum, admodum, &, iam, adiecit dicens, admodum exitiosum iam est, i. ualde exitiosum: quod est quidem non multo post, sed cito moritum ægrum.

EX VLCERIBVS

22 *Vlcus, siue antea extitit, siue existat in morbo, considerandum est. Si enim moriturus æger est, ante mortem aut liuidum & siccum, aut pallidum & siccum, erit.*

Siccum erit omnino vlcus, quoties facultas nutriēs corpus debilis habeatur: non unus uero color in eo sem p̄ erit, sed pro diuersitate humorum in corpore, & itē pro mensura lœsionis, euaria- *Greco lat. se bit. Si. n. biliosus humor exuperet, croceus seu pallidus erit color, si nigribiliarius, aut liuidus, aut sīm alteram significationem, uiridis erit. Antea. n. docuimus, quōd chloron interdum pallidum colorem, interdum *virideū significet: qua significatione solemus brassicas chloras. i. uirides, no-
minare. Pari modo lœsio quoq; maior liuidum solet efficere colorem, ut qui non longe distet à bus aut manus nigro: minor uero, * pallidum, uel uiridem. Quocirca finem dictionis quidam legunt ita, aut pal-
scriptis xpo*v* i. pallidum
lidum & siccum erit, alij uero illo modo, aut uiride & siccum erit.

IN I. PROGN. HIPPOC.

EX GESTICULATIONE MANVVM.

E

23 De gesticulatione autem manuum hoc cognoscere oportet. Qui in febribus acutis, aut phrenitidis, aut pulmonijs, aut capitis doloribus, manus ob vultum fert, aut frustra uenatur muscas, aut colligit festucas, aut de ueste euellit pilos, aut de pariete stipulas carpit, id omne malum, exitiale ^g est.

Btraria, præmissis appellationibus eorum. At vero bene ualere uētrem dixit infeſorem, tanquam conſerens eum cum thorace, ut intelligamus ventriculum ipm, & item ieſum ſimul cum inteſtino oī, per ventrem infeſorem. Non tñ contrarie deiectiones continuo indicabunt h̄e preter naturam: id. n. nec ipſe dixit, nec alioqui uerum eſt: Itaq; contingit bene valere vētrem infeſorem: aiecore uero, aut liene aliquid in eum confluens variare non ſolum colorem ſi naturam, verū et conſistentiam, atq; odorē eorum, quę deieciuntur. Porro qñq; permutable copia illorum, per miſtione decumbentium humorum, neque ſerabitur t̄p excretionis aſſuetum. Ergo ſimillima naturali deiectione indicat, non ſolū infeſorem bñ ualere ventrem (id quod ipſe dixit) ſed et nihil in eum diſfluere ex viſceribus predictis. Quæ vero habet præter naturam, ſignificat interdiu ventrem ſolum eſſe affectum, ſæpe vero confluens aliunde materiæ in eum indicia h̄e. Atque hec multiplicita ſunt, eo q; iecur non ſolum ſua ipſius excremēta, ichorasq; & humores præter naturā demittit in uentrem, ſed etiam corporis totius: quandoquidem venter per id omnibus corporis partibus copulatur, ac per illud recipit excrementa eorum: quæ quandoque quidem decumbunt purgantia omne corpus, aut partem unam, aut duas, aut plures pariter: ſæpe uero accidentia ſunt indicantia affectionem aut corporis totius, aut partis aliquid, aut aliquarum. Sed animaduer-

Ctamus sermonem eius ſequentem de talibus docentem,

I 4 Si uero deiectione fuerit humidæ, expedit neq; ſtridere, neq; crebre, et paulati excerni, frequēs. n. ſurrectio laſſitudinē & inſomniū facit. At, ſi uniuersim et ſepe deieciatur, periculu defectionis aīa iminet.

Humidā ſeu madentē fore deiectionem, p pea q; non fuerit ex vētriculo diductio ad iecur, vel q; a deiecore, aut liene aliquid diſluxerit in eum, cuiuſi perspicuum eſt. Sed fieri pōt, ut id bonum ſit, quoties expurgetur iecur, aut liene, aut totum corpus per iecur: non bonū vero quoties accidētis rōne fiat, diductio a finibus conſidente, aut ijs, quę deiecore eunt in uentrem, affectionis nō bonæ ſigna h̄ntib. Hæc interſtinguitur, ſi nec ſtridet (ſcribitur aūt & cum v, & cum i, nomē hoc, & ſi vtranque ſcripturam de ſonitu conſectum eſt) & item, ſi nec crebro, ac pedetentium deieciatur. Quæ ita, n. deieciuntur, accidentis obtinēt rōnem, quę uero multo interpoſito tpe uniuersim, ſepenumero bona excretionis indicia erunt, q; a natura deponat nocuam qualitate aut quantitate materiam, totum corpus aut aliquam eius partem uacuando purgandoue. Porrè valuationem appello propriae materiæ, ubi quantitate exuperet; purgationem vero alienæ, per quailitatē. At vero loquuntur qđam alia talem deiectionē, quorū mētionē habuit Hippocrates dicēs. frequēs. n. ſurrectio laſſitudinē & inſomniū facit. Quin et ſæpe & multum excernere, ceu uires D exoluēs, criminat: atq; admodū raro tales excretiones bona ſunt: nāq; eis adiuncta eſt exolutio viriū, q; nequaq; bona eſt, quēadmodū et decretorijs qđē, ſed immodicis, ſanguinis eruptionib.

I 5 Sed pro copia ingeſtorum ciborum, deieciat bis aut ter die, noctu ſemel oportet. Plurimum vero ſubeat prima luce, quemadmodum homini fuerat conſuetum.

Id quoq; ſupra docuerat: ſed rectius erat eum diſeruisse nunc de ijs, quæ decretorie quidem, ſed uniuersim, excernuntur, quemadmodum ego proxime feci. Ceterum dāno, tanq; ſuperuacuū, bis aut ter die, noctu ſemel, & quicquid poſtea ſcripsit: abunde. n. fuerat diſiſte, quēadmodum ho mini fuerat conſuetum. At vero ſententiæ finis legitur bifariam: in quibusdam codicib. cum verbo, ſubeat: in alijs ſine tali verbo, ad hunc modum: plurimum vero luce, quemadmodum homini fuerat conſuetum. Sed nihil interefit, hoc an illo modo ſcribatur: nam vtrouis modo ſeruatur optimum eſſe, quod quam maxime fuerit conſuetum.

I 6 Corpulenta reddatur deiectione, morbo eunte in iudicationem oportet.

Corpulenta, ſ. redditur, quæ aquosa ac tenuis eſt: haudquaquā vero, q; corpulenta duraq; exiſtit. Quocirca ſermo eſt de humida statim inter initia deiectione. Id enim proprium eſt breuitatis quam

IN PROGN. HIPP.

quam in dicendo maiores seruarunt, potissimum Hippocrates, ut oppositis interdum indicentur E
quædam nequaquam prodita nominatim.

17 Subrufa vero, nec admodum graue olens est.

Id inter initia dicēdum erat, dum ageretur de deiectionibus ad hunc modum: deiectione optimā
est, si mollis constansq; est, & eo tēpore excernitur, quo secunda ualetudine assuevit, & copia est
pro ratione ingestorum, subrufa autem sit nec admodum graue olens. vt (quemadmodum paulo
ante dixi) consistentiam eius, & quantitatē, atq; tps excretionis, & item utranq; qualitatē tū uisile,
tum ēt olfactilem, definiūsser. Cæterum naturalem deiectionem subrufam esse, suscipientem de ie-
core bilem decumbentem in uentre, modicam quidem qualitate, paucam uero quantitate, clau-
rum est, & omnibus medicis conspectum. Si enim syncera aut multa decumbit bilis, rufam reddit
aut flauam deiectionem: si uero nullo modo peruenit ad intestina, ut in arquatis, candida deiection
erit.

18 Ac lumbricos quoq; teretes eunte in iudicationē morbo descendere una cum deiectione idoneū est.

Si natura pariter cum cæteris excrementis hos quoq; pellit deorsum, melius est, quam si sur-
sum, & quoties aliter post appareat ratione accidentis. Sed de omni differentia corum, quæ decre-
torie post apparent, libro De iudicationib; latius explanatum iam est. F

19 At uero in quoquis morbo venter mollis corporatus q; sit, necesse est.

Mollis hoc est λεπτός; opponitur intento, aut repleto: corporatus uero hoc est ιύγιος absum-
pto: ut prius de contentis in eo doceat, posterius de ipso ventre: quasi dixerit in hunc modum:
At uero in quoquis morbo modice uenter inanis sit, & corporatus ex propria sua ipsius substanci-
tia, haudquaquam tenuis, oportet.

20 Si aut aquosa admodū, aut cädida, aut admodū crocea, aut spumas deieciatur, hæc oīa mala sunt.

Aquosa deiectione, cruditatis indicium est: candida uero, ut superius iam dictum est, haudquaq;
decumbere croceam de iecore bilē in uentris sedes significat. Porrò admodum chloron. i. viridis,
aut crocea (id. n. vt roris modo vertas, licebit) quia gemina significat, ut antea dictum iam est, in al-
tera significatione, bilis croceę seu pallidę copiam permistam esse, in altera rubiginosę, significa-
bit. Cæterum spumans deiectione interdum spiritum flatuosum humore permistum esse solutu dif-
ficiili, quandoq; caloris copiam indicat. Ita enim per exteriora corpora fieri cernit, in mari in-
cursantibus ventis, ih lebete ex polentis præ copia caloris. G

21 Malo etiam est, se exigua glutinosa, candida, subcrocea, lœuis q; sit.

Duplicem hoc loco deiectionum formulam docet, ambarū eueniētiū p p absumptionē: dissi-
dentiū vero in quantum exigua, ac glutinosa: candida q; deiectione, pinguedine absumpta ab igneo
calore, non tñ uehementer maligno efficitur: subcrocea uero ac lœuis, absumpta quoq; pinguedi-
ne consistit, sed aut p p caliditatem uehementiorem, aut quia pinguedo ipsa uetusta, ac uelut semi-
putris existat. Itaq; exterior non solū pinguedo, sed ēt septum mutare spatio t pis priorem colorē
ac pspicue subcrocea reddi, perspicitur. Si uero subuiridis sit de rubiginoſa bile (id. n. vt antea di-
ctum est, secundum uoculā chloras. i. viridis, aut croceę, signatum est) uehementis consumptio-
nis indicium est. At uero lœue redditur quicquid de corpore excernitur, aut q; hēat æqualem conco-
ctionem, ut nulla eius pars effugerit nature alterationem, aut p p uehementem consumptionem,
ut nulla materię pars imperfessa supersit. Ut igitur quicquid bonum est id oē melius redditur, quo-
ties æquale sit; ita quicquid malum est, id oē euadit deterius, si æquale existat. Vt unque. n. p oēm
materiam appetet, quæ aut naturę cōptū recepit, aut turpitudinē prauitatis. Cæterū, ut lentoſ ſe
penumero fiat in ijs, quæ iā calefacta admodum ſint, perspicuū eſt. non nunquam etiam qualitas
ſculentorum tales reddit humores: ſed hi, quoties cōmouentur ad excretionē, haudquaquam exi- H
gui ſunt: deiectione uero glutinosa, quæ ſenſim excernitur, ab his abeft, tribuitur vero modicæ
consumptioni. Sed interdum uehemētis consumptio deiectiones glutinosas uniuersim facit, ſed ta-
les admodum graueolentes ſunt: ita interſtinguntur ab humorib. crudis, q; ppe graueolētes nō ſūt.

22 Exitiosiores uero his ſunt, ſi nigra, aut liuidæ, aut opima, aut fætidæ ſunt.

Nigræ deiectiones ab atra bile syncera tinguntur: liuidæ vero, ubi modicam modice ipſis permi-
ſcetur: porrò opimę deieciuntur, quoties pinguedo ab ignito calore conſumitur: Graueolentes
vero, putredinis indicia ſunt.

23 Si uero versicolores ſunt, diuturniores qdē, ſed nihilominus exitiales ſunt. Hæ ſtrumentos & ſunt
ac biliosę, & cruentę, & porraceę, & nigra, quæ nonnunquam ſimul, interdum uicibus excernuntur.

Quæ uersicolores ſunt, multas adesse indicant affectiones, & ob eā rem tractu temporis egent
ad concoctionem. Si enim multe existunt affectiones, aliquas earum diutinas eſſe verisimile eſt:
ſi ſecus, at prorsus occurruunt naturę, quę tanquam cum multis pugnatura inimicis, multum tem-
poris conſummat, necesse eſt.

COMMENTARIUS II.

200

A 24 Flatum sine sonitu crepitum, prodire optimum est. Melius vero est, ipsum exire cum sonitu, quam condit ac revoluti. Quod si ita exierit, indicio est hominem vexari dolore, aut delirare, nisi sponte ita dimiserit flatum.

Flatus nonnulli cum sonitu, deuorato pudore, excernunt: alij uero deligerent prius mori, q̄ ali quid tale committere. Hos igitur, quoties audientibus multis dimittūt flatum, scire oportet è duobus alterū, aut non satis intelligere, quæ gerant, aut propter uehementiam doloris agere aliquid contra arbitrium & voluntatem. In alijs uero, qui præsentes paruipendant, nullum malum significare, flatum cum sonitu, cēsendum est. Sed salutarius in his est, ubi sine sonitu excernatur: etenim flatus cum sonitu prorsus indicat aut flatuosi copiam spiritus, aut angustiam opificiorum. At uero, quoties spiritus copia non admodum fuerit, & item opicia, per quæ excernitur, laxa planè sint, tunc sine sonitu in talibus flatus excernatur, oportet.

DE DOLORE, QVI IN HYPOCHONDRIIS AFFLIGAT.

25 Hypochondriorum autem dolores, & tubercula, si recentia fuerint, nec cum inflammatione, soluit murmur incidens in hypochondrio: sed potissimum ubi cum stercore & urina prodeat: si uero non transierit, iuuat si ad inferas sedes deuoluatur.

B Cyrtomata.i. tubercula hypochondriorum appellavit, q̄ antea nominauit cœdemata. talia sunt omnes tumores præter naturam. Hi, ubi sine inflammatione sunt, flatuosi existunt: potissimum ubi recentiores fuerint. At vero solui ait, si murmur accesserit circa hypochondrium: talis enim sonitus non solum spiritus indicium est, sed humore permisti, & corpore solidiore. Quoties igitur aut permeet deorsum spiritus ille flatuosus, flatus effetus, aut nequaquam permeans subdescendat deorsum ad aliquam inferiorem sedem, hypochondrium vindicatur vtroq; accidente, tum dolore, tum etiam cœdeme, sed potissimum si cum urina, & stercore vacuetur: talis enim uacatio nullū præterea relinquit in hypochondrijs excrementum.

26 Urina aut optima est, si sedimentum candidū fuerit laueq; & aquale per oē tps, donec morbus iudicatus fuerit, securitatem enim ac morbum fore breuem significat. Si uero intermittit, atq; interdum puram emittit urinam, interdum subidet candidum ac laue, morbus diuturnior, ac minus securus est.

Quemadmodum paulo supra diximus ex uoluntarijs functionibus agnoscī uim unam, quo patet & robore & imbecillitate prædicta sit quam superioris originis esse dixi, quam alio loco in cerebro domicilium ac sedem habere indicaui: ita nunc alterius facultatis naturalis Hippocrates indicia partim exposuit, partim hoc sermone exponit. Hec uero facultas, de qua dico fieri sermonē,

C Alterans, & concoquens appellatur. Igitur facultatis in uentre indicia agnoscuntur ex ijs, quæ quotidie dei ciuntur: facultatis vero in iecore ac uenis, ex urinis: in his enim indicia clarissima sunt partim exquisitæ, partim parce, partim irritæ in plenum concoctionis, quemadmodum in ventris indicijs. & ad hæc extrinsecus, quemadmodum illuc quædam indicia simul aliarum dispositionum, pari modo hic excernuntur. Exordit igitur ergo tractatum Hippocrates ab indicijs cōcoctionis, dein de cū eis cetera copulabit. Igitur & nos in primis dicamus ea, quæ ipse principio docuit in præstidiō dictione, sedimentum urinæ considerari præcipens, si candidum, laue, & aquale semper, nec interdum tale, qñq; diuersum, existat. id enim sēpissime euenit, ut aliquis emittens urinam secunda die inculpabilem, alteram sequenti nocte culpabilem emitat: deinde rursus inculpabilem tertiam de prima luce, postea uespera culpabilem. In talibus enim urinis aliis concoctus deuictusq; a natura conditus in conceptaculis humor, aliis incoctus appetet: si uero incoctus humor nequaquam interponitur concocto, talis urina optima est. Si igitur urina habeat sedimentum, id candidum & aquale ac laue perpetuo sit, donec dissolutus fuerit morbus, necesse est: si uero non habet, prorsus aliquam nubeculam candidam obtinebit. Necessario uero colore erit modice pallida seu crocea, & conditione media inter tenuem, & aquosam, ac corpulentā qualis iumentorum hr. Ceterum urinæ nullo pacto sedimentum habent, si tenuiter: copiosum vero, si largius: exiguum uero, si modice viuitur. Quin ēt in morbis biliosis, ad colorem flauiorē. in ijs uero quos crudi cōmittunt humores, ad candidius tēdunt. Porrò sedimentum hñt copiosum, quoties morbus ex humibus crudis sit: nullo uero mō, aut oīno minimū, quoties ex biliosis sit, sed satis erit, si habeat sublimamentum. Intelligo sublimamentum (græce ἐναέριον) id, quod corpulentius candidusq; in urina, neq; in summis eius, neq; in fundo uasis, sed in media sede sublime, vel exquisite medium, vel deorsum potius, quam sursum, existat. Ea igitur solitus sum nominare sublimamenta. Sed ab Hippocrate ea quoq; nubeculæ nominantur, eandē obtainentes proportionē circa urinā, q̄ uere nubeculæ ad aerem p̄ferunt: etenim h̄ humore, q̄ circiter est, corpulentiores: & itē illę aere, sunt. Itaq; sēpē numero (ut dixi) supernatat in urina deluper: quam ego nubeculam proprie soleo nominare. Sed h̄c tibi sunt in primis cognita & in animo posita: mox animaduerte ea, quæ Hippocrates scripsit. Urina. n. assidue faciens sedimentum, quale dixit, securitatem significat. i. morbum esse sine periculo, atq; integre soluendum, ita ut nō sit præterea repetitur: & item celerē solutio nem, ita vt, si prima die, aut proxima nocte apparens perseueret simile, die secunda, aut nocte pri me circuitionis decretiorum dierum, non ultra procedat egrotatio. Porrò h̄c dixit scilicet de

morbis

IN PROGN. HIPPOC.

morbis febriculosis. Quicunq; n. sine febre aut in cerebro, & in ipsius membranulis, aut in thorace, aut pulmone cōsistunt, ex alijs indicis agnoscuntur, siue mitiores breuioresq; sint, siue pericu losi diuturnique. Cæterum, quam ob rem urinæ sedimentum candidum esse conueniat, dum age retur de pure, in calce primi uoluminis explanatum iam est. E

27 Si autem urina fuerit subruba, ac sedimentum subrubrum et lœne: diuturnior hic morbus, quam primus, sed admodum salutaris est.

Quoties sanguinis serum pariter cum urina excernitur, colore subruba apparet: indicat autem exuperantiam sanguinis non exquisita ratione cōfecti. Igitur quia integerrimi humoris exuperantia est, idcirco sine periculo est: sed, quia humidioris & item serosioris, eget concoctione. Si igitur spatio temporis concoctio fit, merito talis urina significat, ut diuturnior, quā primi morbi solutio futura sit.

28 Si autem in urinis sint sedimenta criminode, id est speciem referentia farinae crassioris, mala sunt: deteriora uero, si squamularum more consistunt. Si uero tenuia & candida admodum sunt, uitiosa sunt furfurea uero deteriora sunt.

Kεμψ appellantur partes grandiusculæ, quæ effracto inuehuntur hordeo, refugientes scilicet molæ confectionem exquisitiorem. Hæc igitur quoties inuehuntur vrinæ sedimentis, indicū nō F bonum est. Nam in farinis quod non affringitur in partes suimē tenues, κεμψ. i. sp̄es farinæ crassioris redditur: In urinis uero, quoties alimonie pars hanc sanè diducta, insuper duriuscula permanet: sed assato sanguine crassiore, uel consumptis inæqualiter carnibus, ita contingit. At uero non sanè inæqualiter accedit, quoties a calore igneo, quæ tenera est, & nuper concreta caro, in ichorē resoluta duriuscula uero ijs, quæ fringuntur in sartagine, subsimilis, exiccata constiterit. Prima enim abhuc permā noua ac tenera pinguedo consumitur per huiusmodi febres, deinde durior ac uetus, & ab his fit, & ita etiā deinceps nouæ ac teneræ carnes, mox duræ ac vetustæ, postremo solida iam corporis membra: uetus inter pres. t. Ex grecis ita uertendū. qbus rursus inæqualiter consumptis, squamosæ pariter cum vrina excernuntur: & ob eam rem tales vrinæ deteriores sunt, q; quæ tantummodo speciem farinæ referant crassioris. Cæterum alta sunt tenuia sedimenta. i. non hæntia corpulentiam, sed (ut ita dicatur) subsimilia spume: talia verò continuo alba existunt, propterea quod recipient in se tota circumflui splendorē aeris magis, q; q; crassa sunt. At uero genatio est de spū flatuolo pmisto tenacius semiconcocto humorum excremētō. Proprium. n. concoctorū integre sedimentorum est id, qd consueimus nominare æquale: id accedit, quoties totum similare existat: quod. n. vario permiscetur corpore, dissidentes obtinet in consistentia, & colore partes inæqualium uero corporum, quæ ex partibus tenuioribus hænt inæqua G litatem, deteriora sunt, q; quæ ex maioribus: quæ enim sunt partium maiorum, magnum indicat naturæ robur, tantum, quanta fuerit substantiæ magnitudo exquisita ratione cōfectæ: quæ uero tenuiorum sunt, per uinci a materia indicant facultatem, & ueluti pugnam haberi equivalentem. Atq; ea res in omnibus inæqualibus corporibus communis est: peculiares uero in eis differentiæ pro virtute concoctæ materiæ uitioq; non concoctæ, existunt. Porro ab his tribus sedimentorum differentijs aliam quartam adiecit, furfureum sedimentum: quod, inquam, deterius, quā tertium est: indicat enim, quemadmodum primum ac secundum, flammeam febris caliditatem & consumentem: quod quidem non quartum, sed tertium, proditum esse oportebat.

29 Nubeculae, quæ inuehuntur in vrina, si candidæ sunt, sunt bona: si nigrae, uitiosæ sunt.

Cum de discrimine docuisset sedimentorum, deinceps ad nubeculas se confert, indicās, ut sublimamentum appellitet nubeculam, adiectione verbi, inuehuntur: ex quibus, ut nigras merito criminetur, perspicuum est: siquidem nigredo aut ob uehementem accidit frigiditatem (qua ratio ne sanguis quoq; nigrescit congestus in globos, & quicquid extinguitur, in plenum frigescens) aut propter exuperantem calorem: etenim sanguis rursus trahit nigrorem, si crematur, quemadmodum alia omnia corpora: & qui diutius in sole diuersantur æstiuo, nigri redduntur. H

30 Dum urina tenuis fuerit, ac rufa, crudam esse significat ægrotationem.

Vrina naturalis modice crocea est, utpote ex humore consistens concocto, q; flauæ bilis pa- rum recepit. Hæc ubi modum excedat, aut admodum syncera permiscetur, urina rufa apparet. Ergo, si præter q; talis colore sit, tenuis ēt sit crudam esse signat ægrotationem: oportet enim ut in colore dicimus modice croceam esse debere naturalem urinam, ita ēt modice se habere in consistentia: nec ita tenuem esse, quemadmodum aqua: nec adeo crassam, vt assimiletur vrinæ iumentorum. Sed omnia sunt integre de natura vrinarum ac differētia prodita libris De iudicationibus: inde ea discas, licebit, si uerus fueris præfensionis amator: intentio nanq; in enarrationibus est illustrare id, quod obscure dictum uidetur: at uero decernere, quænam vere sint prodita, & quæ se- cūs, & item adiūcere demonstrationis fidem vtriusque, ex superabundanti existit.

31 Vbi morbus diutinus fuerit, vrina vero talis excernitur, periculum est, ne durare eger posse, quo ad morbus concoctus fuerit.

Quoties morbus diutius incoctus permaneat, periculū imminet abolitionis, nisi facultas morbo resistens quā maxime valeat. Cæterum cōstat, quod ad hunc reuocari locum possit tentatio, quæ

A qua præcipitur considerandum esse, quantum sit virium robur, & quantum morbis concoctionis requirat, & utrum æger durare possit ad uigorem vñque ægroatonis.

I. Aph. 9. Ext.
ord. 4. g

32 *Exitiosores vero urinæ sunt, si aquosæ, fætida, nigra, crassæque sunt.*

Vrinæ aquosæ, tenues quidē consistentia, colore vero candidæ, sunt summā indicantes humoru cruditatē, cōcoctricis vero facultatis debilitatē. At vero de oībus vriniis fetidis antea est, quem admodū de nigris quoq; pscriptū. Hæc igit̄ iunctim, ac seorsum p se exitiosæ sunt. Cæterum crassæ vtrū p se seorsum exitiosæ cēsendæ sint, an copulandæ cū p̄dictis, & nigris, dignū consideratio ne est. Igit̄, q̄ ipsi nouimus diligenter obseruando, dicemus, vt ex illis orsus, simul scias veritatem, si mulq; meliore eligas enarrationem. Vrinas nigras, quo fuerint crassiores, eo deteriores haberi ob seruauimus. At urinæ, q̄ à colore naturali non exciderint, crassæq; sunt, duplícē hñt euentū, inter dū ad mortē, interdū ad sanitatē propinquā terminando, quēadmodū alia multa p̄ter naturā, q̄ p̄pe corpus per illa repurgatur. Cæterū cōstat, q̄ ab Hippocrate crassæ dicantur urinæ, q̄ pernimiū tales habeantur: quæ. n. simpliciter crassiores, q̄ naturales existunt, non admodum exitiosæ hñr.

B 33 *Sunt autem in uiris quidem, & mulieribus urina nigra, in pueris uero aquosæ, deterrime.*

In omni quidē ætate vrinæ nigre, & aquosæ, exitiosæ sunt: sed in ætatis uigore consistentibus inter exitiosas primū hñt ordinē nigræ, in pueris uero aquosæ. Superius. n. est dictū, quod maxime contraria naturæ, exitiosissima habeantur: contrariæ uero naturæ in pueris non ita nigre, perinde ut tenues, sunt: per naturam. n. in illis est vrinas emittere corpulētas, ac sediminis copiam habētes: in ætatis uero uigore consistentibus tenuissimæ sunt, & hñt exigū sedimentum: & ob eam rem in eis urinæ nigre exitiosissimæ sunt. In pueris vero ob aliam quoq; causam, aquosæ pestiferæ sunt: in eis. n. oīa concoquuntur ocyssime p̄e robore facultatis alterantis: at concoctiones crassiores reddunt non solum urinas, sed etiam deiectiones, quoties bene in uentre concoquantur, & item screationes in pulmonijs, & costalibus, atq; ēt pituitas per destillationes, & grauedines, nec nō p̄ lippitudines, & pus in ulceribus. Si igit̄ in pueris manere uideas plurimum temporis urinā aquosam, ita ut nullam habeat mutationem ad corpulentius, indicitum exitiale est.

34 *Qui tenues, crudasque diutius urinas mingunt, si cætera, ut in cōualituriis, indicia fuerint, in ijs abscessum ad sedes infra p̄cordia expectare oportet.*

C Id quoq; verissime est ab Hippocrate dictum. Morbi. n. cōcoctū difficiliores, vt qui ex crassioribus frigidioribusq; humoribus fūnt, per abscessum iudicari assolent: qui vero ex calidioribus tenuioribusq; excretionē. Quoties igit̄ plus maneat t̄pis urinæ nequaquā concoctæ, definiendum, utrū nequaq̄ duraturus longitudo egratationis æger sit, an iudicandus per abscessum morbus. Definitio vero ex alijs indicijs erit. Exitiosa. n. Idicāt mortē, mitiora salutem. At vero abscessus in ijs, qui admodum immorantur, ad inferas erūptū sedes, ob frigus, crassitudinēq; materiae, ac virū spatio t̄pis laguentū debilitatē: In acutioribus uero, propè auriculas. Etenim per eos crassi minus humores existunt, & item calor multus, ac ualentior facultas. At morbi medij inter hos, obtinent abscessus qui medio genere ambigunt: nec est, q̄ queramus quantum in ipsum agitur tempūs, sint ne sursum potius, quam deorsum, erupturi, sed ex alijs definiti signis oportet.

35 *Et pinguedines supernatates araneorum telis similes* damnadæ sunt: indicat enim cōsumptionē.*

Quale pinguioribus iusculis refrigerientibus supernatæ, uocata a multis γενε. i. uetula, tale urinæ, quæ ex consumptione fiunt, de quibus nunc sermonem ipse fecit, ac cautam adiecit.

D 36 *Considerare uero oportet in urinis, in quibus nubecule sunt, utrū sursum fuerint, an deorsum: & item colores, quos obtainent. Quæ enim deorsum ferantur cum coloribus, qui dicti sunt, bona commendā dæque sunt. Quæ sursum cum coloribus, qui dicti sunt, male, damnandæque sunt.*

Quæ a me libris De iudicationibus lēpenumero ἐναργήματα. i. sublimamenta, sunt appellata, ea solere Hippocratem nōare νέφελαις. i. nubeculas, hac quoq; dictione non obscure signauit: sed, aliubi ipse, ἐναργήματα φορουδεῖς. i. sublimamētum genituræ simile dixit: ita ut è duobus alterum sit, aut ut generalioris rei nomen existat sublimamētum, sectionē habentis in nubeculas, & ea, q̄ genituræ similia sunt: aut ut nunq̄ nubeculæ ab eo sublimamēta nominentur. Cæterū, q̄ oīa q̄ deorsum inuehuntur in urinis, utilia sint: & quāto magis subsidēt deorsū, tāto meliora hēantur, antea deficiuntū iā potentia est, ubi diximus, talibus interdū spūm permisceri flatuosum. Qđ igit̄ exq̄site concoctū secretumq; est, equale ac similare, utpote nullū habēs flatuum, in fundū descendit uasis urinam continentis: quod uero permistum est aereo quodam, & uaporoso flatu, id subductum ab eo, quod proportionale sit quantitati subducētis, minusq; & magis sursum fertur.

I. Epi. com. 3.
t. 18. 3. 121. a

37 *Ne te autem fallat, si ipsa vesica morbum aliquem habēs, tales reddiderit urinas: non enim totius, sed ipsius per se uescæ indicium est.*

IN PROGN. HIPPOC.

Optime id adscripsit, reuocas nobis in mentem, quod nos interdū omittimus definire in egris. E Atq; oportet in ventris deiectionibus reponere in aliis nunc proditā definitionem: etenim cōe est utriq; excretionibus, totius corporis recipere excrements, atq; ē illarū partium, p quas excernuntur. At vero accidit, vt per naturā hābitibus nobis, excrements totius corporis repurgentur p urinas: ea vero, q̄ in ventrē cōdita sunt, pariter cū stercore excernētur: præter naturam uero habentibus, cum urinis pariter qdā morborū in renibus ac uesica indicia excernantur: cū stercore vero, corporis totius. Itaq; non raro in ijs, qui purulēta miuxerint, q̄stio extitit, unde nam ueniat pus; itidē, ubi squamosa per urinas excernunt, ea ipsa q̄ est: & item acres, fœtidæ, ac biliosæ s̄pē redduntur urinæ p p vesicā, & renes, non raro uero propter oē corpus, i. concoctricem humoru in toto aīali facultatem, q̄ (vt iudicauimus) veluti focum ardente, & fontem obtinet iecur. Interdū ea ipsa haudquaq; affecta, per vesicā, & renes totum animal expurgantur, aut partium ali quarum in eo excrements quādā incidentia uenis, purgato sanguine, de renibus simul excerpuntur: quemadmodum abcessis quoq; consistentes s̄pē numero per urinas excernuntur.

D E V O M I T I O N E.

38 Vomitio autem utilissima est, quæ pituita ac bile permista quam maxime est: & non crassa ualde neq; multa: synceriores enim deterioriores sunt. F

Per hanc quoq; dictionem iudicauit, quid nā appelleat syncerū (græce ἄκετον.) opponēs illi permistū: q̄uis ēt nōm ipsum nihilominus suam indicet significationē. Etenim uinū dicimus syncerū, quo cum aqua permista non est, aut perq; exigua permista est: nec non quodlibet aliud est, & nominatur syncerū, quoties ip̄m per se tñmodo, impermistedum aliena materia est. Itaq; flauā bilē intueri licet interdū crassam, ac summe flauam vomitione reiectam, & itē deorsum deiectam, q̄ sa nē nonnulli nominant uitellinam: s̄pē uero humidiorē, ac minus flauam, q̄ magis proprie crocea nominatur, permistedum habens in se tota pituitosum humorē tenuē, aut aquosum quoddam excremētū. Vult igitur Hippocrates neutrū humorē syncerū apparere, sed eos inter se quodammodo permisceri. Biliosus. n. syncerus, multam caliditatē: pituitosus īdicat frigiditatē. Quin etiam synceri humores crassiores existunt, pituitosus quidem propter frigiditatem quasi concretus: biliosus vero p p exuperantiā caloris euaporatus, & tanq; assatus. Hæ. n. duæ causæ contrariæ crassitudinis sunt, calidum admodum, ac frigidum: calidum enim euaporat, frigidum adstringit.

39 Si vero vomitio fuerit porracea, aut liuida, aut nigra, quicunque ex his fuerit color, malum esse cē fendum est. G

De liuido ac nigro colore supra definitum iam est. Porracei uero nunc primū habuit mentionem, nō habentis quidem p̄priū nomen, sed vtentis porri appellatione: nisi aliquis uelit ēcōtrario a colore porraceo dictum esse porrum: nō à porro porraceum. In quibusdā. n. clara est deductio vocabulorum, vt cognoscatur id, quod à grammaticis Prototypum nominatur, & quod ab eo de ductum est, quemadmodum de lacteo colore: In alijs vero haudquaq; clara est, dicas. n. licebit, nō a phœnice (tal is est fructus palmæ arboris) phœnicum, sed esse a phœnico phœnica dictum: quē admodum cyanon (tal is est aqua maris) non a cœruleo magis, q̄ cœruleum ab illo. Itidem ochra & ochron, i. croceus seu pallidus color, in eandem seriem reponuntur. Ochran uero dixi, non ultima acuta, quo pacto aliquis dicet ochron id est croceum, adolescentem, & ochran. i. croceam mulierem: sed penultima, acuta. Ochra. n. genus quoddam terræ est, cuius potissimum Attica probatissima est. Hæc igitur nunc semel sint à me perscripta. Affidue enim in animo habeas, oportet, studendum esse nominibus tñ, quantum ad illustriorem significationem eorum, quē dicimus ex illis iuuari possis: reliquum uero tps superuacuum existimabis, ad studium rerum meliorum reponens. At uero gignitur in corpore, quemadmodum crocea bilis per naturam habentibus, ita porracea altera præter naturam: constatq; q̄ hæc s̄pē numero in uentriculo gignatur, propter quo H rundam cruditatem esculentorum, aut olerum, qualia beta, cępa, brassica sunt: atq; quod etiam interdū talibus nequaquam ingestis, ratione egrotationis in uenis gignatur, ac decumbat aut in uētrum superiore, aut in inferiore, calorem in corpore indicans præter naturam, atque excrementi proprietatem talis temperamento, qualis prædictorum olerum succens est.

40 Si nero idem homo omnes uomit colores, exitiale admodum iam est.

Sive de prædictis coloribus, porraceo, liuida, nigro, sit proditum uerbum, omnes, sive etiam de alijs cum ipsis, quicunque præter naturam habentur colores, utruis modo exitiosissimum est indicans in corpore multas haberis difficiles affectiones.

41 Ocyssimam vero abolitionem indicat uomitio liuida, si graue olet.

Tal is. n. uomitio putredinē indicat cū extinctione, si q̄ supra diximus, in animum reuocentur.

42 Omnes autem subputres ac fœtidæ odores, in omnibus uomitionibus, mali sunt.

Constat enim, quod, cuius affectioni permisceatur putredo, ea se ipsa deterior eradat.

D E

COMMENTARIVS III.

202

A DE SCREATIONE

43 **Screatio in omnibus doloribus, qui sunt circa pulmonē & costas, cito prop̄te s̄creetur, necesse est.* * Quod gra-
Verbum, cito, signat inter initia ægrotationis: prompte vero, pro eo, qđ est facile, ac propen- ce *trusor i.*
se, dictum est: id vero accidit, cito ac sine dolore excreantibus. Fieri n. cito aliquid intelligimus bi- sputum, dici-
fariam, tum ut primum t̄ps totius morbi, tum etiā ut t̄ps adiunctum functioni, significetur. Prom- tur, hic uer-
pta. n. screationis eductio. i. propensa ac facilis est, quoties nec vehemens in thorace dolor sit (hic
n. interpellat fistula que in medio, priusquam absoluatur, nascentem adhuc thoracis functionem):
nec vires imbecillae sint, hæ. n. accumbunt in media functione, ita ut inchoatū, absolutumq; offū
restet. Quin et ipsa screatio, si vehementer fuerit viscosa, oblita tenacius membris, excurrensque,
sæpenumero subsistit, fistulis agglutinata pulmonis: quō, si fuerit admodum crassa, difficulter ex-
currit, ac longiore t̄pis tractu male affici cogit, atq; et stipatur in quibusdam itineribus angustis,
& ob eam rem nonnullis strangulari contingit. Et sanè ea ipsa materia, si admodum tenuis est, ita
ut aquosa sit, vix screatur, ut q̄ circiter spiritui circumfluat: hæc. n. prima causa vacuationis est, q̄
et continuam nominant. Duplex. n. prima causa est / quemadmodum dictum est, dū ageretur de. + *Hic sermo*
causis) cum materiæ uitium: tum et id, quod initiu h̄eat motionis. Ita q̄ motionis initium ex facul uidetur refer-

B rī debere ad
tate mouēt thoracē tuffientibus est: id. n. i. libris de causis accidentiū definitum iā est. Violēta ue-
ro contractio eius facit, vt spiritus feratur foras vehementer: huius uero uehementia refert secum spiritū, vt sic
materiam conditam in fistulis pulmonis, q̄ quidem asperæ arteriæ sunt. Quoties ergo thorax va- uertatur, hic
lide suo fungatur officio, & humor in fistulis pulmonis cōditus, modice crassus sit, facile screatur: enim prima
si uero neutrū existat, difficile, ægreq;. Quod si ex prædictis causis altera sit, altera desit, uacuatio
inter optimā ac deterrimam media accidet: & ut in totū dicatur, put magis ac minus causæ intē-
duntur aut exoluuntur, eorū qđā facilius, quidam difficilius, expuunt. Quid igitur sit prompte ex-
creare, perspicue pariter ac uere perpensum (vt mihi vī) iam est. Si igitur id verum est, quemad-
modum est, verum quoq; erit &c, cito, non. n. ipsi tuffedini adiunctum t̄ps, sed primum morbi t̄ps
signat: de quo etiā per s̄nias dixit, "Iti morbo costali, si screatio statim inter initia appetit, breuem
ægritudinem fore ostendit. vt, si quis de t̄pe functionis intelligat esse, cito, dictum (quod quidem
docui in uerbo, prompte, contineri) peccabit bifariam: principio, ut tempus ab eo sit bis inconside-
rate proditum: tum autem vt, quod est in lententijs perscriptum, omittatur, vim alioqui obtinens
maximam. Cæterum, vt non ob hæc solum, sed etiam propter ea, quæ sunt proxime dicenda, ita
intelligi conueniat, dum eam ipsam enarrabimus dictionem, ostendetur.

C

44 *Permitta appareat flaua{bilis} admodum screationi, oportet.*

Verbum ιχνεως. i. admodum, de permista, non de flaua{bile}, afferendum est, velut si in hunc
modum dictum sit: Appareat flaua{bilis} permista admodum screationi, oportet: verbum, admo-
dum, id potest, quod ualde & maxime, valet. Itaque paulo ante dixit, uomitio utilissima est, si pi-
tuitæ, ac bili permista maxime est: nunc uero in screatione uoculam, admodum, adiecit. Cæterū,
quam recte enarrauimus, sequentem inaudiens dictionem discas, licebit.

45 *Si enim multo post ab initio doloris screatur flaua, aut rufa, aut multam inferens tuſsim, aut non admodum permista, deterior est.*

In hac pollicitus sum dictione ostendere vtraspq; enarrationes antea proditas, veras esse: tuim
verbi, cito, tum et uerbi, admodum, intellectu. n; Hippocrates. n. se ad contraria conferens, quem-
admodum consuevit, cito, opposuit illud, si. n. multo post ab initio doloris screatur: Ei vero, quod
est admodum permista, opposuit, non admodum permista: Et item ei, quod est, prompte excre-
atur, illud, multam inferens tuſsim: quoties. n. materia sine dolore, cito q̄; vacuatur, tuſsi pauca opus

D est. Antea. n. dictum iam est salubrius esse permisceri materias, quæ vacuantur, quodammodo in-
ter se, nec quicquam excerni exquiste syncerum: & item dictum est, vt oporteat cito existere in
costali screationem, in commentarijs De iudicationibus, atque etiam de lententijs.

46 *Screatio enim flaua, si syncera est, cum periculo est, candida vero, glutinosa, ac rotunda, inutilis est.*

Non aliud nūc dicit, q̄ quod antea dictum iam est. Si. n. screatio nequaq; permista est, syncera
est, ac redditur flaua p p flauam. f. bilem: candida vero, glutinosa, ac rotunda, p p assatam pitui-
tam. Sæpe. n. demonstratum iam est, vt decumbentes membris quibusdam fluxiones, inflammationem, sacrum ignem, oedema, scirrum, cancrum, committentes, pro discrimine exuperantium
humorum, mitiores, ac maleficentiores euadant. Sanguineæ enim ac pituitosæ modestæ haben-
tur: quæ uero flauæ, aut atræ bilis sunt, difficiles censemur. Vtraque enim derudit corpus, idque co-
mune illis est, proprium uero utrisque, flauæ quidem bilis, ut acutas accendat febres, atræ uero,
vt soluti difficulter committat affectionem: siquidem humor, qui crassus, terreusque est, adeo in-
farcit membra, quibus conditus est, vt difficilius excernatur.

47 *Si vero viridis admodum & spumans est, mala est.*

Sæpenumero dictum iā est, ut chloron (id. n. uertimus uiride) de croceo seu pallido dicere solitu-

IN I. PROGN. HIPPOC.

fit, & itē de eo, qđ à nonnullis vocatur rubiginosum. Cæterū, qđ vtrūvis horū, si summe fuerit tale, difficile sit, nō insuper necesse habeo docere, cū antea de quouis syncero humorē tradiderim. Præter n. sanguinē, quis alius humor, si syncerus fuerit, prauā indicat affectionē, flammido calore obtinēs generationē. Flamus in quā, vbi serofus humor ipse assatur: quo pmisto, croceus apparet: rubiginosus vero, vbi is vehementer assatur. Niger vero, aut quoties is ipse vehemēter assatus est, quæ sanè deterrima, & quam maxime derodens atra bilis existit: aut ubi crassus sanguis simili exiccatus est, aut rōne extictionis, & refrigerationis. Sed hæc semper in animo seruāda sunt. atq; existimadū subinde ea ipsa pcepta de eisdē rebus intelligi oportere. Cæterū spumans screatio (id.n.in calce dictionis est proditū) ex aerea ac pituitosa subā pariter permista est: ex his enim qlibet spuma consistit, in mari qđ ex violēto vētorum afflatu, in multas, & exiguae partes attrita aqua: in ijs uero, qđ elixantur, p copia caliditatis. At uero cōe in utrisq; cēfēt gigni bullulas multas, & exiguae: gignuntur aut ipse solutu difficiles p. tissimū, quoties ambo cōcurrāt, tū aer turbulētus ac nebulosus, tum ēt humor quodāmodo crassus ac glutinosus: nā tenuis humor, qualis exquisita aqua hētetur, quoties aerē cōprehendit mundū, non diutius continet, sed statim rescissis bullulis, in propriā remeare sedē permittit: & ob eā rē spuma in mari celeriter soluitur. Crassus uero uisco fusq; humor, quoties (ut dixi) turbulētam ac nebulosam subā intra se clauerit, plurimū detinet E t pīs, eō qđ nec illa sursum uersus festinent, quēadmodum mundus aer, & qđ ipse difficulter rescindit. Vt n. gignuntur bullulae ex humida subā includente intra se aerē: pari mō soluuntur, ppterā qđ humida subā rescindatur. Facile ergo rescinduntur, quoties spūs tenuis sursum uersus feratur: nō rescinduntur vero, quoties neq; tenuis fuerit, neq; sursum uersus feratur: talis est aer nebulosus, ut qui nec cōuolēt ī sublimē, neq; tenuis, sed perquā humidus sit, ita ut ferre queat humorem sibi circūextētū. Ita fit, ut non, quoties elixatur aqua, solutu difficilis bulla genereat, sed quoties aut crassus, aut opimus humor est, ex quo genitus spūs flatuosus vaporosusq; est, atq; etiā summō tenuis in lebete humor oleaceus pinguis ac uiscosus est. Ita igitur, & in corporibus aīaliū spuma gignat, oportet: nō n. vehementiores flatū, quēadmodum in mari pcellas, existimari cōuenit, sed ignis calorem consumentē pariter ac spiritum efficientē flatuosum, quod tñ nō oculis ipsis in multis licet infirmis intueri. Sed hæc in præsenti abunde sint nobis prodita. Ipse vero seruabis in animo, quonā mō gignātur spumantes siue screations, siue vrinæ: in his.n. interdū fluitat uocata lampes argumento splendoris, ne ppterā desideres rursus de his ipsis aliquid inaudire.

* Ita legunt
antīq; ut Lau
rentianus: in
impressis au-
tem legitur
πομολαύξ i.
bulla
in translatio-

ne ueteri: quo

rum

+ Hec erāt in
cod. gracis. &

: amē memi-
nit Gal. in ex
planatione.

48 Si autem ita syncera fuerit, ut nigra appareat, hæc difficilior, quam illa, est. † Mala etiam screatio
quaē non expurgatur, nec projicit ipsam pulmo, sed ob nimiam plenitudinem feruet in gutture. G

Antea dictum est de omnibus vacuationibus synceris uniuersim, ac de nigris feorū: quod si nequaquam hærent in memoria, quæ supra definita sunt, rursus ea ipsa reuolue. Rectius enim est ita efficere, quam ut eadem de eisdē rebus sēpē numero scribam.

DE GRAVEDINE ET STERNVTAMENTO

49 Grauedines autem, & sternuntamēta per omnes morbos, qui in pulmone sint, præuenire, & super-

i. grauedinē, quemādmodū πατάγεον. i. defluxionem, talem, qui p palatum secernit. Ac miror,

quo nam mō Hippocrates non defluxionem adiecit grauedini, sed sternumentum. Itaq; grauedines una rōne nocuē sunt, ubi talibus superueniunt morbis: defluxiones, duabus. Dictumq; à no-

bis antea sēpē numero est, aliqua praua, quia causē sunt, malis ad numerari signis ex accidenti:

alia simpliciter id ipsum tñmō, esse indicia praua, nullum ipsa cōmittentia malum, indicantia uero difficilē quandā affectionē, à qua cōstiterunt: Porrò alia ab his esse vtrōq; mō praua, tum quia

signa, tum ēt quia causē sunt: signa quidē, quoties ex difficilioribus fīt affectionibus: causē uero,

quoties ipsa rursus alias cōmittat prauas affectiones. Itaq; eueniunt defluxiones, & item grauedi H

nēs in morbis, q̄ sint in pulmone, quia calidos recipiat cerebrū vaporess. Sed pulmo non ab utrīsque, sed a destillatione tñmō afficitur. Materia. n. quē p grauedines deserit, p nasū foras excernit.

Et ob eā rē defluxiones deteriores, q̄ grauedines, hñt. Ergo nō satis noui quam ob rē eas Hippo-

crates per hunc omiserit sermonem, nisi aliquis uelit, vt p grauedines, eas quoq; intelligi dederit:

ac fortasse ab eo, q̄ inter initia librum trascrisit, omisſe sunt: innumera. n. talia ēt nunc fieri cernimus. Itaq; grauedines ac destillationes sēm p non bona indicia esse cēsendū est, præuenientes q̄

dē, eō qđ malis repleant humoribus pulmonē: pcedēte uero morbo si existunt, quia magnam pul-

mōis affectionē, & ab ipsa caput esse affectū significēt. Sternuntamēta sequitur grauedines magna

ex parte, sanè vehementer cōcutiēs thoracē, uitiat quoq; aliquo mō pulmonem. At vero sternunta-

mēta p alios morbos nunquam simul prehēdunt, quēadmodū nec aliquod aliud accidens: proce-

dente uero morbo si existant, ostendunt salutem, quanquam exitiosus, quantum in alia agitur in

dicia, morbus sit. Indicavit. n. cōcoctionem, ac robur excretorię in cerebro facultatis, de qua cum in nasum flatuosū spiritus excernantur pariter cum alijs quoq; humoribus, nonnunquam sensibili-

bus, & conspicuis, quandoque tenuioribus, & spectatu difficilibus, sternumenta consistunt.

Screatio

A 50 *Screatio autem flaua non multo permittat sanguine in pulmonijs, si inter initia excernitur, salutaris admodum est: si septimo die, tardiusve, minus secura est.*

Communis & hic sermo per oēs inflammations, est iam à nobis sæpenumero proditus, vt de cumbentis ad sedes inflammatione laborātes humoris pars tenuior resudet, quoties continens in flāmationē superficies haudquaquā densa ex natura, quemadmodum exterior cutis, existat, & ob eā rem, siue in meatibus nasi, siue in oculis, siue in ore, inflammatio aliqua sit, humores tenues si miles vicerū ichoribus effluunt. Itidē pulmo laborās inflammatione excernit humores quosdam ad intimas sui ipsius sedes inanēs: q̄, inq̄ asperae arteriae sunt: q̄ cum à tussedine sursum ferantur, ex creantur, indiciū afferentes cōmittentis pulmoniā fluxionis: illius. n. ceu serum quoddam hñt. Itaq; erunt, si bilioſa admodum est, flavi tñmodo: si sanguinea, rubidi: si ex vtroq; permista, rubidi pariter ac flavi. H̄i igitur humores boni sunt. Paullo vero absistunt ab ijs, per quos sanguinem integrū despūt: forteq; indicium terrebit quēpiā, quemadmodum, quoties cōſiftente in pulmone ulcere, fatiscit cōceptaculū: etenim tūc sanguinē despūnt. Sed & sanguis in pulmonia eueniēs, pr̄sus exiguis, screzioni *κατάθυπνον*. i. per exilitionem, à medicis nominata, similis est. id acci-
dens fit, propterea quod sanguis cōditione tenuis decumbit ad os, cum gingiuæ rariores existant, ita vt ipm nequaquam contineant. In fauibus quoq; ob eandem causam talis sanguis serosus qñ que excernitur. Nō igit̄ absurdū est, quoties aliquid tale in pulmone generatur: id uero ex conditione sanguinis, atq; eius copia facile cognoscet; nā, q̄ ita screatur, nequaquā crassus, neq; multus est. Cæterū non expectare accidentis ad leptimū vsq; diē oportet, sed potissimū ante primū quater nariū, ut cōcoctus, & alteratus sit: si secus, sed oīno ante septimū expectādum est. Si uero talis persistat, qualis ab initio erat, p̄ erspicuū est, q̄ plurimū t̄pis processurā significet ægrotationem: nam ubi nōdum septimo die cōcoqui cœpit, longissimam fore demonstrat integrā cōcoctionē. At lōgiore t̄pis serie multa quoq; alia absurdā incidere asiolent, tum ægroti culpa, & administratori, tum ēt uitio aliorum, quæ inopinata forinsecus accidentunt, nec non interdūm medici, commisso. Quòd si nihil ex his accidat, periculum, anteq; concoquatur mōbus, exolutionis uirium imminet: & ob eam rem minus securum videri dixit pluribus diebus tales permanere screzioni.

51 *Omnis autem screzioni male sunt, quæ non sedant dolorem: p̄fīma autem nigra, vt descriptū est: quæ uero sedant dolorem, omnibus meliores sunt.*

C Œis hic quoq; sermo est in oībus, q̄ ex corpore excernunt: de quibus alijs libris, atq; etiam in sententijs dixit, q̄ facilitatē potissimū spectari conueniat. Sēpe. n. ualuit natura prauā uincens affectionē, expurgare corpus: & hic terrentur multi aspicientes vitū eorū, q̄ excernuntur, nequaq; cognoscentes, vtrū id accidentis fiat rōne, an quia natura prauā materiam foras expellat. Itaq; p̄ Sententias tñmodo "facilitatis scripsit appellationem: hoc loco doloris indicavit sedationem, ob quam cōmendat screzioni, q̄ dolorem sedant. Paulo post oīa deinceps indicia docebit in melius proficiētiū ægrotationū: q̄, inquam, nomine facilitatis cōplexus est: quin ēt postea præcepit indi-
ciorū ab ipso dictoriū exquisite perpendi vires, vt ea inter se conferendo, possis ex magnitudine in deterius aut melius totius corporis scrutari momentū, quemadmodū p̄senti ipse oratione efficit. *Al. ex anti-
proficiētiū, nequaq; desinit dolor, indicū bonū non est: nō tñ sufficiet tibi id vnum cogno-
scere ad exquisitā futurā fortis p̄sensionem, sed considerari conueniet & alia accidentia: id. n. de monstrauit, nigrarū mentionē habens screzionum. Igitur, cum indicū cōe sit non desinere dolorem, si crocea fuerit screatio aut rubra, minori cū periculo est: si nigra, exitiosissima est. Quocirca cuncta considerans, non solū prædicta, summā vnā exquisitā colliges præsensionis: ac ipse Hippocrates deinceps oīa indicia tum bona, tum etiam mala percensuit, prædictis in animum reuocatis.

D DE PVRVLENTIS

52 *Quicunque autem dolores ex his sedibus non desinunt, neque screzionum purgationibus, neque ventris subductionibus, neque uene incisionibus, ac medicamentis, & uictus rationibus, in suppurationem uerti sciendum est.*

Quicunq; dolores circa thoracis ac pulmonis sedes non desinūt adhibitis subsidijs, idq; malum tñmodo habent, nec ullum aliud exitiosum indicū adest, eos suppuraturos expectabis. Hi namque quodammodo medij sunt, inter eos, qui soluantur celeriter, & eos, qui insanabiles existant.

53 *Quicunque autem suppurantur, dum screatio bilioſa est, exitiosa admodum sunt, siue uicissim bilis ac pus, siue simul excernantur.*

Eorum, quæ in partibus corporis perspicuis suppurantur, si talia in parte pus habeant, in parte reliquam materiā, nullū curatu facile est. Si uero ultra, q̄ nondū habeat pus, adhuc, & maleficum quoddā illis adfuerit indicū, multo magis praua sunt. Sed ex his multo magis praua esse censenda sunt ea, quæ pr̄cipuis sedibus fiunt: indicatur enim humor quidā ferocissimus, quandoquidem demonstrante natura, quonam modo preparata sit ad concoquendum, nihil prorsus illi concessit.

IN PROGN. HIPPOC.

54 Potissimum uero, quoties suppuration excreni ab eiusmodi screatione septima die ægrotationis incepit. E

Id quoq; cōe est oīum p dies decretorios secretionū. Decretorius. n. ad iudicationis firmitatē conductus: utrum uero bonū, an malum sit, alijs cognoscitur signis. Si. n. sudor fiat septimo die, siue deiectionis alui, siue sanguinis fluor, meliorē si reddiderit ægrum, indicium bonum: si deteriorem, malum est: & alterutrum fidum esse ostendit, non quemadmodum si alio die existat. Sed de his, in libris De diebus decretorijs, atq; etiam De iudicationibus fusius definitum iam a me est: in quibus oportet antea exerceri eum, cui libeat dicta Hippocratis exquisita consequi ratione.

55 Screamem uero talia, mori quartodecimo die sperari potest, nisi bonum aliquod illi acciderit.

B quam imbræ. & alia, quæcunq; deinceps existunt. Itaque in sententijs summarim de morbis vulgaribus docuit: in libris uero de morbis vulgaribus ad particularia deuenit. Quanta uero & horum utilitas habeatur, quodque videant comprehendendi sermonibus universalibus, explicabitur in commentarijs de morbis vulgaribus, ab his ordine prescribendis. Nunc vero summam totius dicam præsensionis, de qua sermonem in praesenti dictione Hippocrates fecit: Indicis. n. proditis hoc uolumine, pugnatio, morborum ipsorum proprijs, censet adiicienda esse ea, quæ ex aeris conditione ducuntur. Fine. n. aliqua uisa esse indicia ex ratione morbi sanguinis fluoris, esse uero & tempus vernum, adhuc magis sperabis fore sanguinis fluorē: quod si p̄sens quoque condō calida, & humida fuerit, multo sanè magis: & itē præteriorū duorum, uel triū tamen condō si sanguinem gignat, adhuc est magis sperabis fore sanguinis fluorē. Ut igitur sermo de sanguinis fluore, ita de oībus alijs est. Sed abunde erit dicere singulare exemplum futuri sudoris. Per ęstus, quod squalentes sint, febres ut plurimum sine sudore euenuint: per eos uero, in quibus minuta pluuiia decidit, febres cum sudoribus magis sunt. Itaque constant, ut præter alia signa, quæcunq; egrotationis propria habentur, futurum demonstratia suorem, ambientis præterea aeris conditio accedens, spem futuri sudoris firmorem subscriptat.

D E S I G N I S, & I N D I C I S, Q U O N A M M O D O D I F F E R A N T I N T E R S E . & I T E M A L I Q U A D E T E M P E R I E R E G I O N U M .

C 39 Probe uero peritum esse oportet de indicis certis, ac signis alijs: sciendumque, quod quis anno, & quis tempore mala malum, bona bonum, denunciant.

Non apud medicos solum, sed et apud rhetores, queri agitarique solet, quonam discrepet a signo indicium certum, quod græci τιμητικα vocant, questione non in uerbis solum habente locū, quemadmodum aliubi, sed et res ipsas attingente. Oportet. n. duplarem quandam inueniri naturam rerum, ex quibus medici presentiunt, rhetores demonstrant, aut suadent. In ijs igitur, quæ sumuntur in demonstrationes, siue scientiaris, siue uerisimiles, differentia una est necessaria, & assidue hinc alterum alteri subsequens, ex quibus propositio conficitur: alia uero non necessario, nec assidue, sed magna ex parte duntaxat. Quin est ex alia differentia, haec ex obseruatione empirica, illa ex rationali sequela est, quod sanè est endoxis. i. indicatio. Hęc igitur rerum dīa h̄: nominibus uero in eis non oēs equaliter vni sunt, sed elegantiores (prætero. n. sponte alios) in prima sectione de eo, quod perpetuum est unum quodlibet indicans, censem utendum indicij certi appellatione: si gnum vero, nominant alterum: in scđa uero sectione, quod ex obseruatione est, signum: quod vero ex indicatione est, indicium certum dicunt. Cæterum, quod græci authores ita nominibus vtatur, non medicis solum scire vtile est, sed etiam illis, quibus arte congruit græcizare. Et vero, quod ad demonstrationes ac præsensiones prædictam rerum dīam cognosci utilissimum sit, perspicuum cuius esse existimo. Sed utrum ambo suam assidue seruent uim, quæcunq; bonū denunciant, & quæcunq; malum, dignum consideratione est. Ipse igitur in sententijs dixit, "Per morbos minus ijs per-

richtantur, quorum naturae morbus conuenit, aut ætati, aut habitui, ut tamen pri quibus non co-
 uenit aliqua ex his orōne. Hoc igitur nunc discrepat ab eo, quod nunc est proditum. Malum. n. ali-

quod signare dixit assidue mala indicia: non tamen ut similiter, aut ut non similiter, insuper adscripsit: p̄dicta autem sententia neutrum transferri in contrarium naturam, sed hoc in ipsis magis minusque existere dicit, pro natura, ætate, & alijs, quæcunq; enumerauit: quo circā ex hoc nequaquam ab

Hippocrate contraria dicentur. Illud vero magis pugnare videtur, dum ait, "Ijs quæ non ex ratione ne leuant, confidendum non est: nec metuenda admodum ea, quæ præter rationem incidunt mala: haec. n. magna ex parte infirma sunt, nec perseverare, aut immorari diutius solent. An id, ipsum est, p̄p quod est adscripsit nunc nobis propositam dictionem? Accidentia. n. quædam de prauis in bona, atque et de bonis in prava, mutantur: signa vero nequaquam uerti natura in contrarium solent, sed magis ac minus, aut malum aliquod significare, aut bonum: non tamen nunc bonum, rursus vero malum: aut malum nunc, rursus vero bonum. Igitur, quæcunque in urina docuit esse mala signa,

2. Aphor. 34.
Ex. ord. 17. c

2. Aphor. 27.
ord. 10. b

IN I. PROGN. HIPP. COM. III.

signa, hæc haud vñq; bona euadent : quēadmodum neq; bonum vllum malū. Itidem, quæcunq; E de scretionibus, vel deiectionibus tanq; bonis, aut malis dixit, nullum in contrariū vertitur. Parim nec quæcunq; circa vltū fieri docuit signa, aut ex colore, aut mole, aut figura, atq; decubitu, deq; liuiditate aut nigritie partium, aut alia quavis tali affectione. Oīa.n.vim retainent propriam, nō fm.s. magnitudinem superius enim dictum est, q; recipient maioris minorisq; discrimen) sed fm genus: p̄ peā quōd nullum bonum ad genus euariat malorum, nec vllum ex illis ad genus bonorum, quoties.f. cum proprijs finitionibus considerātur. Non tñ in accidentibus ita res hēt. Qui dā.n.spirant difficulter, atq; ēt delirant, & hypochōdrio conuelluntur, ac splendorem intueri credunt, & obuersari tenebricosa quædam, rōne iudicationis: quin ēt os ventriculi dolore afficitur, & infernum labrum intremiscit, & abscessus fm auriculas, aut aliquo alio loco fit. Constat enim q; hæc oīa qñq; eueniunt (vt diximus) rōne iudicationis, qñq; vero quia grandescentes morbos comitantur. Ita fit, ut illud sit ab eo merito proditum: "Decretoria haudquaq; decernentia, partim inferunt mortē, partim difficultē iudicationem. Sed de hmōi oībus, tum alijs locis, tum ēt libris De iudicationibus, perpensum est, ita vt nihil insuper ad præsensionē desideretur: & ob cā rē, qđ assidue moneo, nunc quoq; persequi nō dubitabo. In primis quidē maximeq; studendū præcipio, discere, quæcunq; medicinalis artis officia sunt: alia vero, quæcunq; haud talia sunt, partim in voce F ac significatione quæstionem hñtia, partim rationalem comitantia contemplationem, post, & in maiori ocio aggredi, quemadmodū & nunc de significationibus verbi, indicium certū, ac signum. Cum.n. qđ ad artis officia utile est, dictum mihi sit, adjiciam aliquid consequens, & de horū enarratione, aliud ab ijs, quæ ante dixi, id uero tale est: De accidentibus decretorijs afferri verbum, signum, conuenit: indicium uero certū, nequaq; conuenit: sola.n. illa, signa simul, & indicia certa nominantur, ex quibus licet certo coniucere aliquid de salute, & internecione ægri: q; comprehensivno capite dicet aliquis esse significationes viriñ gubernantiū corpus, quo pacto robore valeant aut deficiāt: in quibus.f. cruditatis ēt & concoctionis signa continentur: ex accidentibus vero decretorijs nullum talē hēt naturam, sed indicant fore iudicationē, ut p̄ excretionē, aut abscessum: & ad hæc, per quā excretionem, aut abscessum, verbi gratia, sanguinis fluore, aut vomitionē, aut abscessum, qui p̄ p auriculas fiant. Sed, vtrum bona iudicatio futura sit, an mala, per hæc signa nequaq; colligere licet. Constat .n. q; omnes tales iudicationes nihilo minus in bonū, q; in malū finian: docuitq; nos finitionem earū firmissimā, non ex quibusdā accidentibus ductām, sed ex q; busdam signis, certisq; indicijs: "Concoctiones.n.(dicit) celerē iudicationem, securam sanitatem, significant: cruditates vero & concoctiones, & conuersiones in malos abscessus, aut nō fore iudicationes, aut t̄pis lōgitudines, aut dolores, aut mortes, aut horum ipsorum recidiuas, ostēdunt. Quo circa fore iudicationem, ex accidentibus decretorijs (q; ēt signa decretoria nominare cōuenit) p̄fentire possibile est: sed, vtrum in bonum, an in malum iudicatio sit abitura, per concoctiones cognitio est: quæ rursus haudquaq; fore iudicationem præmonstrant, sed conualitrum hōiem, aut moritum. Cæterum hæc tibi erit ad eas, quæ proditæ sunt, appellationū alia enarratio vna cum rebus vtilioribus ad artem prodita: memineris aut, ut signa quoq; decretoria accidentia genere existant, indicantia futuras excretiones aut abscessus: hæc vero causæ quidem sunt, ut morb' soluatur, aut vt exoluatur facultas, primaria ratione, sed ex accidenti signa quoq; existunt.

40 Nam, & in Libia, & in Delo, & in Scythia hac prædicta signa vera esse conspiciuntur.

Non fm solitam sibi breuitatem de terris habuit sermonem: etenim prædictæ dictioni duabus adiectis syllabis, nihil insuper hac dictione opus fuit. Igitur adjiciens ego eas, ostendā, qualis nam sermo fuisset: probe vero peritum esse oportet de indicijs certis ac signis, sciēdumq; ut quo quis anno, & quo quis t̄pe, & terra, mala malum, bona bonum denuncient. In hac dictione verbum, terra adjiciens, indicaui tibi superuacuam esse nunc proditā dictionem: nihil.n. aliud per eā ostenditur, q; signa tū bona, tum ēt mala, sibi ipsis idem alterutra denuncient quavis terra, si calida, si fri H gida, si modificata sit: Libyam .n. tanquam calidam, Scythiam tanquam frigidam, Delum tanquam modificatam, mediām q; inter vtranque, gratia exempli, commemorauit.

QVO PACTO PRÆSENSIONES MEDICORVM IN MORBIS RATAE SINT

41 Sancta itaq; sciendum est, q; in his ipsis terris multo plura consequi nequaquam difficile sit, si quis ediscendo ea iudicare, & recte colligere sciat.

Quod nos ante alicubi dixim⁹ ex vsu orationis, id hoc loco Hippocrates scripsit: quōd, si recte ediscas uires signorum, q; q; non assidue exquisita rōne p̄sēntias futura, tñ ratae p̄sēnsiones multo plures futuræ sint irritis p̄sēntiōibus: qua in re & alter altero peritior est in cuiuslibet rei præsēnsione. Nunq;.n.hallucinari, supra captum ho: sest: sed q; minime oberrare, solius artificis est. Sed, cum magna vel ea in re diuersitas habeat, eo, qui decies præsentiendo, oberrat semel, multo melior est, q; uicies p̄dicendo, oberrat semel: ipso uero hoc, rursus melior is est, q; centies præsentiendo, oberrat semel: quēadmodū rursus, quām is ipse, melior ē, q; ducēties præsentiendo, oberrat semel. Igitur nō recte nos interrogat empirici, vtrū th̄orematā, quę magna ex parte eueniāt, adiectione

DE DIGNOT. EX INSOMNIIS.

213

A adiectione rōnis intransducibilia, ac perpetua faciamus: deinde non ualentes indicare, existimant coarguisse, tanq; ex superabundanti rōnem adjacentes. Nam, si non perpetuo, certe s̄aepe, q̄ illi, finem artis confequimur, quemadmodum presentiendo futura in ægris, ita eriam illis medendo.
 42 *Expetere uero oportet nullius nomen morbi, si non hoc loco perscriptum sit: omnes enim, qui temporibus predictis iudicentur, his ipsis agnoscas signis licebit.*

Id mihi v̄ adiecissem in calce libri, q̄a de morbis acutis, & alijs, quicunq; ex his fuit, hoc libro determinam fecisse dixit. Itaq; cōmemorans, ut per multa signa a se prodita, tum bona, tum ēt mala, simpliciter dicta de cunctis in cōe morbis sint, pauca uero de quibusdam definitis, hoc in aīum ēt nobis reuocauit, adjiciens, nihil esse p̄ sermonem omissum: qđ forsitan nos falsum existimauissemus, qm̄ quorundam habuit mentionē nominatim, aliorum non: id. n. hoc indicat nō temere a se factum, nec sine aliqua cā. Sed qm̄ p̄ter alios, quidam morbi peculiari doctrina egebant, ob cā rē eorū mentionē habuit seorsum: oēs alij omisi, sub cōibus signis collocantur. In primis ab eo perscriptū, quē appellat vultum *vnguēdū. i.* exitiosum, in oī morbo acuto, exitiosum vere dictum est. Pari rōne quæcunq; de accubitu scripsit, aut respiratiōne, aut somno, aut insomnia, aut alijs, quæcunq; cōia sunt oīum, qui prædictis t̄ p̄ibus iudicentur: Non. n. de diutinis commentarium est, sed Bi(vt ipse dixit) de acutis, & alijs, qui ex illis fiant: quorum tempus ipse etiam indicauit, in quibusdā vigesimum diem, in quibusdam quadragesimum, aut sexagesimum, terminum ponens.



EX GALENI LIBRIS DE DIGNOTIĀ EX INSOMNIIS.

Augustino Gadaldino interprete.

Con somniū uero corporis affectionem nobis indicat. Nam, si quis in somniis incēdium uideat, a flava bile uexatur: si Fumum, vel Caliginem, vel profundas te nebras, ab atra bile: Imber vero frigidam humiditatem abundare indicat: Nix, & Glacies, & Grando, pituitam frigidam. Sanè & tempori, & nutrimento sumptuō mentem oportet adhibere. Nam, qui niue conspergi sibi videtur, si in accessionis inuasionē, quæ cum rigore uel horrore vel perfrigeratione fiat, hoc imaginatus fuerit, tempori plus, non corporis affectioni, tribuendum est: si in declinatione tale in somniū uiderit, firmorem nobis indicationem exhibebit frigiditatis exuperantium humorū adhucq; ēt magis, si nihil ex pituitosis edulij comederi, quibus in uentriculo contentis, talis quædā imaginatio fieri contingit, quamuis, quæ in toto corpore est affectio, similis non existat. Sed qm̄ in somniis, non ex corporis affectionibus solum, sed & ex ijs, quæ quotidie agere solemus, & ex ijs ēt qñqne, quæ cogitauimus, aīa imaginatur, ac sanè ēt quædā diuinatorie præsagit(nā & hoc experientia confirmatur) difficilis certe efficitur dignotio corporis ex insomniis ē corpore excitatis. Si enim ab ijs duntaxat, quæ quotidie agimus, vel cogitamus, oporteret ipsum discernere, nihil vti que difficultatis esset, quæcunq; nec acta, nec cogitata sunt, ea censere ex corpore excitari: at, qm̄

Deiā diuinatoria quædam esse concedimus, quomodo hēc ab ijs, quæ ex corpore excitantur, discernantur, haud facile dici potest. Conspexerat enim quidam alterum crus sibi lapideum euāisse, iudicarantq; plerique, qui in hisce rebus periti habebantur, ad seruos insomniū hoc pertinere: at ille eo crure resolutus est, cum nemo id nostrum expectasset. Palestritam item, qui in sanguinis cisterna stare, ac vix eam supereminere sibi uidebatur, copiam sanguinis habere, euacuatione que indigere coniecumus. Nonnulli vero cum iudicatorie sudaturi essent, in calidarum aquarum cisternis lauari natareq; arbitrabantur. Ita quoq; imaginatio bibendi citra expletionem, admodū sipientibus: quemadmodum insaturabiliter comedendi, esfurentibus: venere vtendi, semine repletis accidit. V̄. n. in somniis aīa in corporis profundum ingressa, & ab externis sensilibus digressa, affectionem, quæ in corpore est, sentire: atq; eorum oīum, quæ appetit, tanq; iam presentium, uisa concipere. Et, si hēc ita hñt, nihil sanè mirū fuerit, si, cū aīalis facultas ab humorū copia grauata vexatur, hoīes vix se ipsos mouere, ac onera quædā ferre, per somnum imaginentur: e cōtra uero, cum leuis, superfluitatibusq; vacans affectio corporis sit, si, qui ita sunt affecti, se vel uolare vel velocissime currere, per insomniū uideant: cum animæ visa corporis affectionibus semper assimilentur: ita ut etiam qui affecti sunt, graueolentia, vel benevolentia percipere videantur. Qui

enīm

DE PRAECOGNIT.

enim in stercore & ceno se versari imaginantur, uel humores prauos graueolentesq; & putrefactos in se habent, vel copiam stercoris intestinis contenti: qui autem contra, quam hi, sunt affecti, ac in locis benevolentibus versari se credunt, contrariam habere in corpore affectionem est censendum. Quæ igitur laborantes in insomnijs uident, seq; agere arbitrantur, sæpe hæc nobis humorum tum defectus, tum excessus, tum qualitates coindicabunt.



F

GALENI DE PRAECOGNITIONE LIBER AD POSTHVMVM

Iu. Martiano Rota interprete.

Ex ultima interpretis recognitione.

ARGVMENTVM LIBRI.

Medicum posse, quid singulis ægris euenturum sit, prædicere.

Quales Medicos Galenus offenderit, cum Romam primo se contulit.

C A P . I.

Si vulgares medicos Posthume audiamus, quæ singulis in morbis euentura sunt ægrotantibus, præcognoscere non possumus. Nam, ex quo numerus eorum, qui uideri potius, quam esse, volunt, non solum in medicina, uerum in alijs etiam artibus maior esse cepit, neglecta sunt, quæ in disciplinis erant pulcherrima, dataq; est opera, ut ea dicantur & fiant, quibus vulgi gratiam ineant, & ab eis approbentur: dico autem quibusvis adulari, quotidie salute diuinites per vrbe[m] comitari, principes domum reducere, in conuiuijs discumbere, atq; in eis tum ministrare, tum iocos, & facetias referre. Quidam vero nō hæc modo faciunt, sed pretioso quoque vestium & annularum ornatu, magnoque sublequentium comitatu, & argentea specillorum suppelleatile, populo persuadent se dignos esse, qui beati, & amabiles ab omnibus habeantur. Atque cum partim illecebris, partim ostentatione iudicium illorum qui res uere dijudicare nesciunt, perstringant, multa (ut ipsi quidem putant) bona consequuntur: vt autem ipse sentio, veris omissis, falsa bona arripiunt: & tales cum sint, in cæteris quoque medicinæ præcepta transgrediuntur: quam minimo etiam tempore cum se docti-
ros polliceantur, magnum discipulorum numerum contrahunt, per quos plurimum ipsi possunt in viribus, in quibus diuersantur. Verum hac tempestate alias artes hæc sola calamitas affixit, medicinam uero permultæ atque diuersæ, quarum unam propalare decreui, ad eos medicos pertinenter, qui plurimum a me dissident. Cum aliquis medicus eorum, qui legitime medicinam didicere, vel delirium, vel rigorem, vel profundum somnum, vel sanguinis fluxum, uel secus aures, aliquo ve in membro abscessum, uomitum, sudorem, altui commotionem, animi defectum, deniq; aliud aliquid eiusmodi in ægrotantibus futurum prædictit, imperitis hominibus talia audire non consuetis, portentum ac monstrum id esse uidetur: tantumque absunt, ut eum mirentur, qui illa prædixit, ut bene etiam cum ipso agatur, si deceptor ab eis nō habeatur. Ex his tamen aliquot, qui præcognoscendi scientiâ h[ab]ri posse non negant, statim & ipm, qui prædixit, & ceteros medicos percontantur, priscorumne eiusmodi inuentum sit, an ipsius solummodo, qui prædixit. Hic medicos quidem ceteros, uel ut suam imperitiam occultent, vel fortasse quia sic aliqui existimant, psciendi facultatem ab antiquorum nemine traditam, aut conscriptam respondere necesse est, eum que, qui tales res euenturas dixit, deceptorem esse: illum vero, q; prædixit, partim medicorum, qui adiunt, reuerentia, partim ne in eo rum odium incidat, non audeat, oportet, dicere præcognoscendi artem ab antiquorum multis, & in primis ab Hippocrate, qui nobis bonorum o[rum] auctor extitit, conscriptam esse, multoq; minus se eius artis inuentorem asserere: namq; & mentiretur, si quis

A quis hoc pacto responderet, & in odium medicorum longe maius incideret. Igitur tā a n c p i t i h i c interrogatione impetus, dum inter consultandum, quid respondeat, s p i moratur, auget opinor, de se imposturæ suspicionem, & demum in se oīum inuidiam concitat, adeo ut insidijs petatur, clam primum ueneno, palam deinde calumnijs: id quod Quinto contigit, qui licet, omnes sui t p i medicos ex celleret, urbe tñ eiectus est, tanq; ægrotantes necaret. Necesse est igitur eum, qui medicinam exercet, quemadmodum philosopho conuenit, & Aesculapij successorem decet, è duobus alterum subeat, vel, vt Quintus, Roma pulsus eximiam p ræfensionis suæ mercedem reportet: vel dolis circumuentus, & aperte quidem, si paulo timidior fuerit, dum alia excusat, alia formidat, lepori uitam similem degat, s p i in timore atq; in expectatione alicuius mali constitutus: quibus, & il lud interim accederet, q delusionis de se suspicionem augebit. Quòd si audacior aliquanto contrauenire, & solus aduersus tam improbos, tot fraudibus assuetos hoīes altercari velit, eruditione disciplinisq; sc̄tis, sed talium improbitatum nescius, duorum alterum rursus euénit, uel ut ab eis arctius decūctus in posterum peragat, quicquid illis libuerit: vel, si ulterius adhuc obſistere, & con certare perget, bona fortuna vſus, non posuit euitare, quin assidue pessimo oīum dissidij genere vexetur, q d̄ ciuile bellum nominant. Id igitur contingat oportet in multis eorum, qui disciplinis

B ita, sicuti diximus, imbuti fuerint, & in cæteris ueritatem per se ipsam sincere, & non alterius alicuius rei gratia, conſectati: quos monitos uolumus, ut, q n suorum temporum improbitatem ſemel experti fuerint, agnouerintq; manifeste ſe nullam utilitatem hominibus allaturos, ab hac ſe hoīum fæce subducant, ac ueluti ex aliqua magna tempeſtate, & uentorum procellis, in aliquo mtranquillitatis portum concedant. Eiusmodi quippe uiri, quamuis ignoti vulgo ſint, ſummo tamē rerum opifici Deo noti primum & amici ſunt: deinde optimi etiam quibuscumq; hominibus, qui uitam tranquille degant, cogniti ſiunt: permittantque, vt in existimatione ſint improbi apud vulgares. Horum autem omnium malorum in cauſa ſunt diuites, atq; ciuitatum principes, qui corporis oblationibus dediti, cum voluptates virtutibus antepofuerunt, nihil pendunt eos, qui pulchri quipiam edidicerunt, & alijs explicare nouerunt. ^{+ Toti autem fun: in ijs, q i} Diuites enim cum ſe totos uoluptatibus abdicant, voluptatum artifices citant, admirantur, & eo uſq; extollunt, vt histrionum, & aurigae simulachra ſecus decorum imagines etiam collocarint: disciplinarum vero peritos tanti faciunt, quantum indigent eorum opera. Neq; n. quid ſingulis artibus pulchri boniq; iſit, aīaduer- ^{voluptates ſup peditant atq; hos.}

C ne, quantum ad præuidendum faciat quorum heredes eſſe debeant: idem & musica, quantum ad oblationibus aures ſufficiat: que vero has omnes artes conſtituit demonstrandi facultas, cur ipſis non eſt: niſi quatenus dicendi ſtudium quosdam adigit cauillandi peritiam diſcere: nam artium oīum parentem philosophiam non modo non audiunt, ſed reliquis etiam omnibus disciplinis de teriore arbitrantur: cui operam dare, non absurdius eſſe putant, q ſi quis granum milij perforare velit. Hi ſunt, & qui medicinæ vſum ſolummodo respiciunt, non tamen recte, ſed, vt inquit Pla to in Gorgia, ſicut pueri vel imprudentes homines: a quibus ſi iudicaretur, qui nam potior eſſet, medicus, an coquus, non minimum præſtare coq uius medico ciferetur.

Quo modo Galenus duas quartanas Eudemō prædixerit, & unam statim à prima inuafione congouerit.

H orum ego ignarus quo t p e Romam primum veni, neq; tale quipiam ſuspiciens, non uerbis modo, q d̄ ægris euenturum eſſet, prædicebam: ſed etiam, quid opus eſſet factu, ut ſanrentur, libere commonſtrabam: donec ad id peruentum eſt, quod tu ſcis Posthumē, qui vnuſ Eudemō peripatetico a principio morbi vſq; in finem aſtitisti. Cæpit. n. Eudemum quodam die, poſteaq; lotus fuerat, quædam pulſus inæqualitas vexare, & ab hora octaua horror: ob que fine ce- pna philoſophus eo die manere coactus eſt. Poſtridie ſibi cauens ab omni uictus errore, tutius eſſe iudicauit, ſi octauam horam ſine cibo transgrederetur. Ut autē neq; eo t p e moleſtiam ullam ſenſit, cum iam vſq; ad horam nonam, & amplius incœnatus perfeuerasset, ablutus poſteā modicū coenauit: neque, dum hæc faceret, vllam in corpore ſenſit commotionem. Terrio die nos quidē vt ſolitus erat, conuenit: ſecuritatis tamen gratia viſum eſt i p ſi illa quoq; die ſuſpectā horam ſine cibo præterire: quamobrem tranſacta nona lotus cibum abundantē ſumpsit, moleſti quipiam amplius ſibi non ſuperuenturum existimant. Quarto die vbi nos conueniſſet, iturus ad balneum, ridens & ad te ſimul respiciens, An ne, inquit, & hoc die, qui quartus eſt, tutius erit octauā horam transgredi, an ad lauandum modo concedere? Hic tu, cum nihil mali ſuperuenturum opinareris, vt lauatum abiret, iuſſisti: idem & ceteri, quoquot aderant, medici præcepereunt. Solus ego tacebam: percuntatusq; ab eo, cur tacerem, respondi, eum diem mihi ſuſpicione uacuum proliuſ non uideri, q primo die, quo me tangere pulſum iuſſerat, quartani circuitus initium extitisse nobis appariuſſet: me tamen, q antea nunquam eius naturalem pulſum nouerim, quo ignorato fieri non pōt, ut exiguae eius mutationes præter naturam agnoscantur, certi nihil pronuncia- ^{re: neq; plus aliquid, q d̄ conſulerem, habere, quam tunc obortam nobis quartani circuitus ſuſpicio- nē.}

DE PRAECOGNIT.

spicionē. Laut igitur se leniter, & cibum sobrie sumpsit: tū ex me circa uesperam accersito, &, vt rursus pulsū tangerem, iusso, eadem, quæ ante abulationem, audiuit, confidentius ēt, q̄ tunc, ex posita: quā ob rem Eudemus decreuit diem a primo septimum, ab eo autē quartū, deinceps uentrum diligentius obseruare. Domi itaq; p̄stituto die manens lauit se, & cibū accepit, multis, ut nosti, sine febre ip̄m esse prorsus affirmantibus: ego uero tibi interrogantis, nam & huiuscē proculduo recordaris) quid fore suspicarer, tunc aperui quartani cuiusdam longissimi circuitus principiū instare: quibus dictis ad balneum inde longius semotum me contuli, & grotū quendā circa uesperam illic visurus. Lotus interea cibum Eudemus assumpsit: nec multo post, toto corpore calorem percepit, quem tñ ob potum euenisce putauit: antiquum. n. id uinum fuerat. Sequenti die medicis cōsuetis id, quod euenerat, vt putaret, exposuit: accusantes vero, & ipsi uinum audacter, nihil malii amplius superuenturum existimabant. Quarto die, ex quo calorē fenserat, lauit se philosophus, & ut consueuerat, cānauit: uerum febre paulo post aperte iam incipiens, credi dūt demum quartanæ periodum illud esse, & me cœpit vnum ex eo t̄pe cōmendare, tanquā exquisitam pulsuum notitiam adeptum: superioribus nanq; temporibus philosophiæ solummodo peritum me arbitratus fuerat, medicināq; in transcurso tantummodo attigisse: *non. n. nouerat, patri nos ad philosop̄iam ducturo, per euidens somnium iniunctū fuisse, vt medicina quoq; instrueremur, opinor, non tanq; scientia in transcurso attingenda. Sed missa ista cōficiamus, & ad illa reuertamur, quæ tunc mihi in Eudemo contigere. Nam sorte postea quadam euenit, sicut & ipse scis, ut alium, qui circa principium autumni acuta ægritudine laborarat, & ex morbo conualescens hora quinta febricitare denuo cœperat, inuiserim: teq; præsente quartani circuitus inuasionē eam esse plane dixerim, ut q̄ pro febris conditione, quarto die rediisset. Hoc Eudemus cū ex te accepisset, magis adhuc inductus est, ut mihi fidem adhiberet: qui, qm̄ febris exacerbatio maior in dies effecta fuerat, optimos quoq; urbis medicos conuocauit, ut consultarent, quo pacto. morb. is sanari posset. Vlro tunc ipse absui, uerbis nolens cū illis cōtendere. Visum est aut̄ celeberrimis quibusq; ut eodie, quo expectabatur accessio quartanæ, primo mane theriacā biberet. Abscesserant oēs, ut scis, cum te præsente percontatus est Eudemus, quidnam ex v̄su theriacæ sperarē. Cui ego nil dubitas: scis. n. & hoc, r̄ndi, non mō quicquam illi medicinam non profuturam, sed febrem duplicaturam. Scilicetanti cām, cur ita r̄ndissem, subiuixi, morbum adhuc crudum esse, theriacam vero humores cū malos, tū crudos in principio præsertim hyemis agitare quidem, non tñ exakte cōcoquere, aut resoluere posse. Hæc nos tū Eudemo p̄diximus. Sequenti die primo mane, cum nondum ego aduenissem, conueniunt medici, seniq; theriacam exhibent verenti, quæ ex me audierat, ipsis expo- G nere, intuenti q; medicos, quotquot aduenerāt, enixe promittentes oblatam medicinā non parū profuturam. Cæterum, eadem met hora cū febris inuasisset, interdū dicebant v̄su venire, vt, qui primo theriacam biberint, morbum sentiant commoueri, ac ceu vēcti bus extrudi, sed, si quis denuo, quo die expectaretur quartanæ accessio, medicamentū mane biberit, prorsus a morbo liberatum iri. His dictis illi bene sperantes abierunt. Cæterū febris non expectato sequentis accessionis t̄pe, postride hora octaua ex improviso senē inuasit, uehementior multo, quā pridie fuerat. Quāmōbrem medicis postero, ut scis, mane conuenientibus visum est denuo theriacam exhibere: quam cum exhibuissent eo die, q̄ primo paroxysmo respondebat, abierunt. Verum & vna accessio primæ correspondens, & altera illi, qnæ superuenerat, similis, philosophum vexauit. Quocirca uesperi me percontatus est Eudemus, quidnam fore expectarem. Cui ego, vt scis, explorato prius arteriarum motu, nihil me certi, qđ responderem, tunc h̄re dixi, sed mane forsitan habiturum, si, qđ noctū minxeris, inspexero: qđ & factum est: nam sub ortum solis accedens matulam inspexi, &, si quid interim meieret, seruaretur, iussi, me. n. hora quarta redditum: Reuersus igitur, yrinis inspetcis, pulsuq; diligenter examinato, tertiam quartanæ accessionem hora consueta affore dixi, atq; discessi. Paulo post Eudemum visuri accesserunt. Sergius, & Paulus, qui non multo post urbanus H Prætor creatus est, item Flavius vir consularis & ipse, qui Aristotelicæ philosophiæ operam dede- rat, sicut & Paulus: quibus oīa, q̄ prædixeram, cū Eudemus ex posuisset, supereft, inquit, id qđ ho- die dicit de ventura accessione, videre, nunquid adueniet. Verū, cum & ipsa aduenisset eadē hora, qua & cæteræ venerant, mirabatur Eudemus, & quibusq; ad se accendentibus meas prædictio- nes enarrabat: erant autem omnes fermè quotquot dignitate & eruditione in vrbe Roma præsta- bant: inter quos & Boethus fuit: qui audiens me in dissecandis corporibus summe peritum, me- cum egit, vt si i quippiam de voce, deq; respiratione commonstrarem, quo pacto fierent, & per quę membra. Sic itaq; me Boethus cognovit: atq; istud idem Paulo exposuit: nam, postquā me expertus est, ipsum admouuit, me hortaretur, vt sibi quoq; aliquid ostenderem, valde nanq; disse- ctiones inspicere gratum fore sibi Paulus dicebat: similiter & Barbarus Imperatoris Lucij auun- culus, qui in Mesopotamiam, quam vocant, expeditionem susceperebat, dissectiones videre etiam ipse affectabat, quemadmodum & Paulus: postremo quoq; Seuerus, qui tum consul erat, & Ari- stotelicæ discipline operam dederat, idem cupiebat. Verum enim uero, quo pacto in dissectioni- bus res cesserit, tibi, qui cuncta retines, commemorare paucis opus erit: sed paulo post hoc facia. Quo

AD POSTHVM V M.

215

A

*Quo pacto Galenus Eudemum curatione suscepit, praedixit, quo die
à tribus quartanis liberaretur.*

C A P . 3 .

AD Eudemum nunc redeo, qui, cum à tribus quartanis affligeretur, desperatus à medicis in lecto iacebat, hyeme iā fere media. Ego, vt, quod magistro cōueniebat, exhiberem officiū, cum & sorte quadā proximus habitarē, non poteram non obtēperare Eudemo bis me quotidie vocanti. Deridebat autem me tunc Antigenes vnu ex Quinti discipulis, qui cum Marino versat' ēt fuerat, & inter medicos primum locum tenere credebatur, cum potentiores oēs medicaretur. Dicebat aut̄ hisce, qui me laudabāt, irridens: Nescio, quid ipsi in mentē venerit: postmodū tū agno scetis, quem laudatis, qn̄ videbitis Eudemum efferri. Hoc vulgaribus dicebat, & interdum ad medios respiciens, subiungebat: Eudemū sexagesimū tertium annum agentem, tribus quartanis laborātem, media hyeme pollicetur sanare Galenus? Hęc ille. Tu vero mi Posthume, & quae postea de Eudemo prædixerim, quo pacto ipsum sanarim, scio, passim diuulgasti: quod inuidiæ in nos cōflatæ principiū extitit. Mirabātur enim oēs cum vitæ nostræ integritatem, tū certos artis effectus. Nam ex tribus quartanis, quae prima incepérat, eo die, quo p̄dixeram, cum abijsset, admirari oēs cœperunt. Vbi vero, & de secundę discessu verax extiti, multo magis obstupuerunt: atq; idcirco B de tertia saltē falli me, Deos precabantur. Sed & illa quo die p̄dixerā, cum desiuisset, nō solū in p̄cognoscendo, sed ēt in sanando, haud paruum nomen adeptus sum. Quā ob rem Antigenes mihi se præ pudore occultabat ob maledicta, quae in me petulanter iactauerat; item, & Martianus, cuius existimatio in dissectionib. & eo t̄ pe maxima erat, & superiori quoq; sūma fuerat inter medicos iuniores: legebantur nanq; duo libri De dissectionibus ab eo cōscripti. Aegre ferebat. n. & ipse ea, ob q̄ dicebat Eudemus, iuste me non solum laudibus cæteris anteponēdum, sed ēt summa veneratione prosequendum. Atque ideo non ex medica facultate, verum ex diuinatricibus scientijs prædictiones meas fuisse mentiebatur: interrogatusq; a quibusdam, quas nam diuinatrices scientias diceret, interdum augurium, interdum extispicium, nonnūq̄ coniectatricem, aliquā thematicam, respondebat. Sed referam, quod postremo penes Eudemum contigit. Cum dies is aduenisset, in quo tertiae quartanæ discessum fore p̄dixeram, accedes Martianus ad Eudemum hora nona, non paulo, sed multo vehementiorem præcedente accessione præsentem exacerbationē cum esse dixisset, abiit statim, hilari vultu planè lætitia præ se ferēs perinde, atq; me meæ prædictionis frustratum iri. Interea Eudemus febrem sentiens, qualē nōdum senserat, vehementem, quamuis me non deceptum iri cōsideret, alicuius tamē alterius medici aduētū expētabat. Cum itaq; non vnu, sed & duo, & tres aduenissent: obseruabant. n. oēs, q̄uo prædictio nostra cederet, optabantq; cuncti, ne latē in huiuscē tertiae quartanæ discessu, neue in sanando Eudemum com pos fierem: cum, inquam, plures medici aduenissent, quid nā ipsis de se videretur, Eudemus cun- ταῦθεν τέλος
δὲ ὁ Εὔδων
εὐφρόνιας ὀποίας οὐ πάτερ
ιασούσην πρότερον
τερον ἡδερε. Etos interrogavit, explicarent. Audiens aut̄ eadē à singulis, q̄ & Martianus responderat, aīaduertensq; eos, vt & Martianum, hilares, existimauit ipsos ēt gaudio affici, ac si nec, quod p̄dixerā, veritateim, nec febris finem consecutura foret. quare diutius in visendo alio quodam ægrotō moratur, cū tardius solito ad philosophum redire, me statim accersitum misit, in propinquō, sicut dixi, habitantem, volens a nobis quoq; febris magnitudinem, quā habebat, dijudicari. Vt igitur aſſui, ne sedere quidē me passus est, sed brachium porrigenſ, vt pulsum tangerem, iuſſit. Hoc attente factō percunctari cœpit, quid annunciarē. Cui ego subridens, quid aliud, q̄ bonū? Et ille quod boſſenserat. nū? inquit, id mihi speciatim expone. Tū ego, ſufficit, inquā, tibi, ut, cum ſummam rei audi eris, ob Εὐδημος
εὐφρόνιας
αι
τιαν
nondum
ante
ſentient
i. facile
tolerantiam
rantiam. ea, quae futura ſunt, læteris. Minime vero, ſubiūxit ille, audire. n. ſigillatim quāq; defidero. Et ego, rāntiam. audi igitur: Liberaberis hac nocte prorsus ab omni morboſa diſpoſitione: qua ſoluta, ſymptoma tū quoq; oīum, tum q̄ ſuperuenierant, tū q̄ ſuperuenire debebant, ſolutio ſubſequet. Atq; hoc nobis, ſubieci, naturæ facultas, q̄ corpus tuum regit, per pulsum modo ſignificauit: excitata. n. & cōmota est, vt ē tuo corpore, quicquid in humoribus praui reperitur, foras eiſciat. Tū ille, quo mō di- cīs, inqt, naturā hęc tibi meā ſignificasse? neq; .n. verbis id elocuta eſt: explica nobis iſta: nā, & me lōge plus oībus medica iſtis medicis dicta tua ſcis aſſequi. Quia, inquam, in mouendo arteriā ipſam plus extulit, q̄ vtriq; dimensioni conueniat, qđ facere ſem p̄ aſſueuit, quoties aggreditur id, q̄ corpus lædit, eiſcere. His dicta Eudemus excepit: At, qm̄ multæ ſunt uiæ, quas natura expelli- dis excrementis aperuit, nam & uomitū reiecta, & ventris profluuium, & vrinæ multitudo, & ſudor plurimus, & ſanguis erūpēs, & in multis consecuta uenarū ani apertio, ſubito ſæpe corpus ina- niunt, artis tuæ proprium opus foret, expulſionis genus mihi denunciare. Tū ipſe, cū fluxurus eſt ſanguis, hęc & illa ſigna præcedūt: cū ſudor futuriſ eſt, illa: atq; ita ſermone procedens, & que uo- mitū antecedunt, ſigna ſubintuli: nec non p̄cipuū aliquod ſubiti per aliū fluxus decretorij indi- ciū habere dixi. Cū igitur aliorū nullū adſit, reliquum eſt, dixi, vt ſperemus per alui profluuiū in te morbi ſolutū iri. Et ille, dialectice, ſubintulit, id, quod euenterum eſt, collegisti. Hęc itaq; tum in- ter nos vespere colloquiſumus. Manē autē cum accessiſſes, tutem et ex Eudemoo ſummam prædi- citionis meæ cognouisti: qui non, ut antea cōſueuerat, ſummiſſe loquebatur, ſed ad vos oēs, q̄ ac- cedebatis, amicos alta uoce clamabat, uaticinari Pythium Apollinē egrotantibus uoluifſe per os

Quarta Clasſis.

EEE E Galeni

DE PRAECOGNITIONE.

Galeni, & quibus remedijs ad sanitatem reuocari possint, & qua die pfecte liberari debeant. Quam E ob re ego, dicebat, facta in me solutionem morbi (nam me iam planè sanum arbitror) multo ante ex Galeno intelligens, & sanitatem, & prædictionem iam fruor. Me senem, hyemis tpe tribus quartanis laborantem ex intempestiuā potionē theriacæ, liberauit, eadē suo tempore data: qñ reliqui medici non mō de exhibenda theriaca quicquā non deliberarent, verum etiam ipsum impense derideret, quod senem hyemali tempore quartanis tribus astriatum, liberatum iri putaret.

Mores exponit Eudemus medicorum, qui tum Romæ degebant.

CAP. 4.

Hec simulatq; in vulgus exiere, quicunq; medicinæ expertes Romæ tūc erāt, cōe bonū ipsiſ ob aduenisse credentes omnes letabantur. Martianus aut, qui non solum medicus erat, sed amicū ēt se mihi testatus fuerat, vt me pridie ex arteriarū motu, quē illi turbulentum, nō decreto rium esse timuerant, sanitatem philosopho p̄nunciasse cognouit, Eudemūq; postridie ad naturalem habitum rediſſe inuenit, ne verbo quidē me collaudare sustinuit, sed inde le in uicū futorū trāferens, forte mihi obuiā factus, salutatione, qua vti consueuerat, omissa, statim interrogauit, legifsem unq; fm Hippocratis de p̄dictionib. an eū librū prorsus nescirem. Audiensq; me eu legisse, vi deriq; mihi recte medicos aliquot affirmasse librū illū Hippocratis non esse: q̄ ergo, inquit, in eo scripta sunt, agnoscis: atqui, & ego eadem scio, nec tñ vaticinor. Sed ad quid, subiunxi, hæc abste F mihi nunc obiecta sunt? & ille, nuper ex Eudemo admirante cognoui, te heri vespere, simul atq; pulsū attigisses, dixisse fore, ut paulo post alio sponte soluta non amplius febriret. Hæc eo dicēte, illud mō subiunxi: Ab Eudemo ista, non ex me audiusti: cōfestimq; abiēs, Eudemū cōueni, & illi q̄ mihi à Martiano exprobrata fuerat, exposui, medicorū, q̄ in urbe Roma nomē aliqd affecuti fuerant, malignitatem admirans. Excepit ille, & non sine rōne, r̄dit, hoc tibi contigit, si patrię tuā medicos hic habitantibus conferre volueris, qui multis de causis ad summam improbitatē de uenere: atq; eos oēs his uerbis deinceps exposuit: Ne putes bonos uiros hac in urbe malos effici, verū, quicūq; mali prius erāt hic male agendi materia nāciscūtur, & maius lucrū Romæ, q̄ in alijs vrbibus, faciūt. Aīaduertentes. n. complures sibi similes, ditatos, illorum facta imitantur, q̄ uarijs de causis improba cū sint, ad summā improbitatem deuenere: hāc ego tibi, perinde atq; lōgo tpe eos expertus, aliqua ex parte enarrabo. Nō. n. praua naturæ conditio, & lucrandi materia solum auxit improbitatē istorū, qui maligni sunt, sed quidam etiam veluti callis male agendi, per quem quotidie sui similes incedere uidēt, cuiq; illos imitando infuescūt. Alios insuper habere suorū scelerum ignaros, ad quos, si ab aliquo male egisse deprehensi fuerint, se trāferāt (trāferunt at se adeo securius, peritiores facti earū rerum, in q̄bus detecti iā sunt) haud parū valet, vt nunq; à maleficio G desistant. Nā, qui in paruis oppidis degunt, magnitudine lucri, quē admodū hic, ad scelus non alli- ciunt, cognitiq; cū oīb. facile sint, ēt si vel minimū aliquid delinquant, qđ agāt, amplius non h̄nt. At hic istud, ab oīb. nō cognosci mala, q̄ ſēpe cōmittūt, malitia ipsorū auget. Ignaros. n. improuisi aggrediunt, simplices præsertim, q̄ ſolertia carētes ipſos remordere nequeunt, velut ipſi ſeſe mor dēt, si in re quapiā ēt minima lādantut. Ergo, vt apud nos ſibi latrones parcunt, & in facienda iniuria, mutuo cōueniunt, ita medici Romæ nunc habitantes faciunt, hocq; ſolo à latronibus diſſerunt, q̄ in urbibus, non in montibus insidiant. Atq; inq; ego, meū antea propositū Eudemē ſāpius audiuisti. Nā, simulatq; patriā meā excitata ſeditio infestare dēſierit, ſtatim ex hac vrbē diſcedere me videbis, & paucō hic amplius tpe morari, quo me citius ab hac hominū peste expediā. At neſciunt, ſubiecit ille, hoc abſ te decretū eſſe: vel, ſi ſciunt, vt ipſi mentiuntur, mentiri quoq; ſic alios opinant. Nā, vt ipſi, partim quia pauperes, & indocti ſunt, partim quia, ſicut paulo ante dicebam, ſi qđ mali ppetrauerint, agnoscūtur, in patria ſua medicinam exercere nequeunt, in hanc vrbem ueniunt, ſic & alios ea de cauſa Romā adueniſſe credunt, nec prius receſſuros arbitrautur, q̄ pecu niā aceruarint. Ac licet à conciubis tuis, & genus tuū, & opes audiant, nec ex egenis unū te eſſe H quēpiā intelligent: abſ te tñ iſta ſubornari contendunt, quo facilius eos, qui honesta hæc de te audiunt, decipias nā q̄ ipſi fecerunt, alios quoq; facere: cēſent. Hæc & alia hīmōi cum Eudemus narraret, ſubiungeretq; fore, ut ſi me improbitate ſua lādere nequieverint, ad uenenum confugiant: Iuuenem. n. quendam ab eis, quemadmodum & ego, medicæ artis opera prudenter exercentem, q̄ annis ante iā decē in hanc vrbē uenerat, cum duob. famulis, quos ſecū adduxerat, ueneno ſublatum fuifſe. Gratias, dixi, magiſter ingentes tibi habeo, qui mihi uniuersa istorū ſcelera patefecisti nā ego me ipſis cōgrediens tuū ſeruabo, eorumq; imperitia patefacta, ex hac maxima, & populo ſiſſima vrbē in exigū, & infrequens oppidum migrabo, in quo quisq; alium cognoscit, & quib. parentibus ortus ſit, quantumq; doctrinæ, atque opum habeat, & quo modo uiuat. Nam & hic enuitus istorum ignorantiam, malitiamve redarguere nunquam ſtudui. Verum de hoc ſatis.

Deſtitutos alios & ḡros ad sanitatem reuocauit Galenus: & quibus instrumentis

uo x ſiat, per anatomen demonſtravit.

CAP. 5.

A D eum iuuenem redeo, de quo ſuperius mētionem feci, cuiq; ſtatim primo die, quo febrie coepit accersitus, dixi quartanæ febris insultum eſſe: hunc ēt & ſanandum ſuſcepi, & ſuſceptum ſanaui, ſtatim morbi ſolutionem, ſicut in Eudemo fecerā, p̄fatus. Accitus quoque ab te, familiarem

A familarē quēndam Charilampi cubicularij, nernorum vulnere laborantem, curauit: quem nemo illorum, qui Imperatoris aulam frequentant, ad sanitatem reuocare scierat. Post hunc Demadē rhetorē in uico futorio habitantē, cuius morbum celebres quicquid; aulæ medici non modo nō agnouerant, sed alijs etiam, quam conueniret, remedij curare nitebantur, sanauit: cū intra paucos dies exacte prænouissim ægritudinem illam è diuturnis unam esse. Aestas deinde subsecuta cum aduenisset, & in Romanis principibus prædictiones, & curas magna laude dignas peregisse, magna de me tunc, ut scis, apud oēs opinio fuit: nostrumque; nomē in dies celebrius effectum est: creuitque; simul gloria nostra, & eorum inuidia, qui se Romæ aliquid esse opinabantur: mihique; perinde atque; omni ex parte superati, detrahebant, hucque; & illuc per urbē ventitantes uaria diuulgabāt, alius, casu me quēpiam sanasse, periculosoque; admodum curationis genere vti: alius, diuinatrici peritiae, non arte medica, quid in morbis futurum esset, me prædicere. Incidit postmodum & ea alteratio, quæ mihi cum Stoicis fuit, & Peripateticis à Boetho cōuocatis. & id, quod in uxore Iusti cōtigit, quam, nulla corporis offensa tabescēt, non solum amare, sed ēt, quē amare, deprehendi: verum, quo pacto id comperierim, paulo post explicabo. Prius enim commemoremus altercationem illam, quam cum stoicis, & peripateticis habui, multis alijs prēter stoicos, & peripateticos tamen medicis, quam philosophis astantibus. Exponam autē, unde incepit, vt si cuiquam alteri, q̄ nunquā a me conscribuntur, impertiri volueris, is, ubi earum rerum notitia dignus videatur, rerum gestarum sequelam intelligat, ne semper occupatus sis in recēsendis, quæcunque; à nobis gesta sunt in medicandis ægris, in dissecandis corporibus, & hisce explicandis, quibus interim philosophorum, & medicorum inuidiā refellebam. Nā ab eis lacestitus in hoc certamen deueni, Hor. eri preceptum secutus: inquit enim. Hunc punire uirum, primus qui sustulit arma. Congressus hic igitur initium tale habuit. Flauius Boethius uir consularis, quē & tu nosti quām elegans, & studiosus vir esset, Alexandro Damasceno præceptore utebatur: qui, tametsi Platonis etiam philosophiam scribat, in Aristotelem tamē propensior erat. Is igitur, postquam à me obtinuit, ut dissectione facta se docerem, quo modo vox, & respiratio fiat, hoēdos & porcos ad id negocium quam plurimos promptos habuit: nam simijs non opus esse monueram, cum hac in partē similem ceteris animatibus corporis structuram habeant, aptioraque sint animalia, quæ uocem magnam edunt, hisce, quæ paruam emittunt, ad exhibendas demonstratiwas assumptiones, ex quibus proposita questio nis fides aſtrueretur. Aderant autem futuræ per dissectionem ostensioni cū alij plures, tum Adria nus rhetor, qui nōdum publice docere coepit, sed adhuc cum Boetho versabatur: item Demetrius Alexandrinus, qui Phauorino socius fuerat, & singulis diebus publice de quacunque; re pposita disceptabat, quomodo & Phauorinus cōsueuerat. Hic antequā dissecare inciperet, cum dixisset, me solum, quē ex dissectionibus aspici possent, ostensurum, speraturum āt, ut, quē ex ipsis concluderetur, non me tm̄, sed omnibus ēt alijs doctor Alexāder præstantius esset collecturus, alij quidē omnes ea uerba, ceu mitia exceperunt: qui vero Alexandrū honorabant, absq; cōcertatione quo que vniuersam rei, de qua dubitabatur, naturam excutere ipsum hortabantur. Scis n. ut Alexandrum oēs prē omnibus hoc vitio laborantē agnoscerent, sicut, & tunc aperte significauit. Nā permittēte me neruos quosdam ostēs minutos, & capillorum instar subtilissimos, partim ē dextro, partim ē sinistro latere musculis gutturis immissos, quibus vel interceptis laqueo, vel cultro abscissis, uocis impotēs aīal redditur, nihil alioqui, quin, & uiuat, & cetera peragat, impeditū: Alexander interpellās, anteque; id aggressus ostēderet. Si prius, inquit, tibi cōcessum fuerit, nos sensibus nostris credere oportere. Ego uero hæc audiēs, relictis oībus abij, hoc unum subijciens, Quam mea sefellit opinio: nō. n. ad rudes pyrrhonios vēturum me putaram. Ut autē abij, ceteri tanè oēs Alexandrum damnabant. Adrianus autē, & Demetrius, qui Alexandro semper in disceptationibus infensi erāt, opportunā admodum eum increpandi occasionem habuere. Hæc ad aures aliorum quoque eruditōrum puenerunt, quotquot in urbe Romana tū erant, vehementerque; est ab omnibus Alexander reprehensus, decreueruntque; Seuerus, Paulus, & Barbarus, ut se præsentibus dissectionē hanc faceret, cōuocatis oībus, & medicis, & philosophis, qui nomē aliquod haberet. Cum itaque; diebus multis conuenissemus: & ego & inspirationē dilatato, & expirationē consticto pectore fieri mōstrasse: musculosque; ostendissem, à quibus pectus extēditur: & pterea neruos, qui ad musculos perueniunt, à dorsi medulla nasci: utque; sine ui foras spiritus egrediens, sine strepitu expirationē committat: violenter autē exiens, eam expirationē faciat, quē & cum sonitu fit, & exussatio nominatur: cumque; rursus ostēdissem hanc solam exufflationem, à summi gutturis cartilaginibus inter exēdum uerberatā uocē formare, suisque; musculis summum guttur moueri, & neruos ad musculos ptingentes, si male affiantur, uocis impotētes reddere: oībus, quotquot inter demonstrandū mihi contradicebant, redargutis: rogauit me Boethius, ut harum rerū sibi copiā faceret: quod & feci. Nā missis ab eo aliquot, qui notis excipiendo, celerime scribere consueuerant, omnia & quē dicta, & demonstrata fuerant, rursus exposui, non aduertēs, hæc eum multis impertiturum: quanque; Posthume haec tenus scriptis illis contradicere ausus est nemo, & tamen annijam quindēcim intercesserunt: ac, quamuis multi contradicere tum deliberarint, quo tan-

DE PRAECOGNIT.

tum, opinor, contradixisse nobis dicerentur, nemo tamen vñquam scripta sua eruditorum homi- E
num iudicio subijcere voluit. Atque de his satis.

Quo pacto mulieris amorem, & servi solitudinem Galenus ex pulsu inuestigauit. CAP. 6.

Restat, vt, quod tibi superius pollicitus sum, deinceps subijcam: hoc. n. præsentि sermoni com
pellor adiçere, præsertim cū non nulli medici, qui sibi plurimum scire vidēntur, & exponētes,
tā yvou pueror. ignorantes. quo modo Erasistratus amarit nouercam à priuigno cognouerit, & pulsuum arteriarum iuuenis
tā yvou pueror. τοῦ πατρίς, id est patris amatorie pulsantium Erasistratum deprehendisse scribant, non tamē id etiam ex pulsibus inuētū
τά yvou pueror. esse fateri volunt, & patris eā vxorem fusse. Ego, tametsi, qua ratione Erasistratus id nouerit, dice-meretrem. re tibi non possim, quo pacto tā mulieris amore ipse deprehēderim, cōmemorare valeo. Vocatus
Nec in Graeco codice, nec vt inspicerem fēminam, noctu uigilantē, & ex una iacendi figura in aliā crebro se transferentem,
ī antiqua trāstionē habēre evenire scimus. Illa autē uix, & interdū nihil respondebat, perinde atq; frustra se interrogari signi
tur, & merito. ficaret: demū auersa, stragulis adductis se totā operuit, & quodā paruo velo supra caput adducto
in morē eorum, qui dormire volunt, cubare cœpit. Id uidens discessi, duoru alterū mecum ipse colli
gens, vel atræ bilis vitio mulierem animi deiectionē pati, vel rei, quam fateri nolle, mœstitia la
borare: quā ob rē postero die cuncta diligentius obseruare propolui. Cum itaq; accessissim, ex an
